37

1

Decretum
Gratiani

Par. J. 2.

Digitized by Google

Digitized by Google

13 = 17, B, 7

Digitized by Google


CORPVS
IVRIS
CANONICI
FELINVS
ARETIN

13. 13. 2. 35

Digitized by Google

# CVIVSCVNQVE DIGNITATIS & conditionis beneuolo, ac erudito Lectori. S. P. D.

LITERARIAE *rei peritis, præſertim vero Sacrorum Canonum, atq; Legum Antiſtitibus, & cultoribus vel prolixo orationis ſyrmate perſuadere, vel multis verborum lenocinijs ſaltem demonſtrare ſuperuacaneum eſſe arbitror, quam mirificam induſtriam, ac pene incredibilem curam Illuſtres Iuntæ per multos ab hinc annos in ſuis officinis Typographicis adhibuerunt, & etiamnum adhibent, vt in illis excuſi libri non tantum approbatiores, expetibilioresq; habeantur, verum etiam qui præ ceteris ſpectarent ad maiorē nominis Diuini celebrationē, & vberius emolumentum ad gubernandam, & conſeruandam hominum ſocietatem allaturi eſſent, in publicum emittantur. Qua in re quidem, ne talia me aſſentandi gratia ad ipſorum voluntatem, ſed potius in veritatis ſtabilimentum protuliſſe videar, illos duplici via procedere quotidiana ſatis ſuperque comprobat experientia. Nam nullis ſumptibus, laboribusve parcentes, certatim in id unice incumbunt, vt indies libri emendatiores, & ab erratis, ac ſphalmatibus magis magiſque deterſi, & expoliti imprimantur, nec non inſuper nouis quibuſdam Annotationibus, ſiue Additionibus ornentur, & locupletentur. Earum enim adminiculo partim ipſis rebus, quæ in illis traduntur, maior perſpicuitas affertur, & in tanta diuerſarum opinionum repugnantia ac conflictu, verus nec non genuinus intellectus eruitur: partim vero Studioſi ad claſſicorum Juriſconſultorum, qui tam ſuperiori, quam noſtro ſæculo vel in publicis Gymnaſijs docendo, vel curiarum Tribunali-*

*bus cauſas perorando, vel denique in dubijs controuerſiarum forenſium euentibus conſulendo floruerunt, & pro ſolerti ingenij acumine in ſecretiora ciuilis ſapientiæ delubra penetrarunt, commentationes remittuntur. Inter ceteros autem quamplures nunc temporis ſe denuo conſpiciendos exhibent, & Iuris Vtriuſque Studioſorum manibus, ingenijſque de meliori nota commendant, & mancipant* TEXTVS *quos vocant Canonicos. Qui, ſicut ex oculari inſpectione, & peruolutatis paucis folijs vnicuique ſine magna difficultate, & exigua cum moleſtia manifeſtum fieri poterit, ita exquiſiti, perpoliti, illuſtrati, atque adaucti prodeunt, vt vix Sibyllino Sacerdoti, quæ in tali editione vlterius deſiderari deberent, in mentem venire poßint. Præterquam enim quod in nouißima hac editione omnia et ſingula ad legitimam cenſuram, normamque, ſicuti decebat, Romani Exemplaris accurate redacta, & ne quiſpiam fortaßis aliquid ex incuria, aut nimis præcipiti feſtinatione ſiue in Textu, ſiue in Gloſſis omißum ſuſpicetur, de verbo ad verbum diligenter collata, ac rerum et verborum notabilium Indice copioſißimo, Margarita nuncupato, accumulata fuerunt: eidem inſuper luculentæ, & argutæ aliquot inſignium & clariſsimorum Iuriſconſultorum Additiones ad omnes Iuris Canonici partes ſunt coniunctæ, quæ Studioſis magno vſui, & Promptuarij loco eſſe poterunt, maxime autem vt in quacunque occurrenti ardua ac perplexa materia ſtatim regreſſum ad ipſos fontes, & celeberrimos Iuris Vtriuſque Interpretes arripere, & ſuis hæſitationibus, ſi quando neceſsitas vel in Theoria, vel in Practica vrgere videbitur, abunde ſatisfacere, ſeque contra vniuerſas obiectas contrarietates fideliter munire, ac tandem ex illis dextre firmato iudicio commodiſsime extricare valeant. Etſi enim in confeſſo ſit, proxime antecedenti impreſsioni duorum clariſsimorum virorum Ebolitanorum, vtputa D. Auguſtini, & D. Proſperi Carauitarum, & dum in viuis manerent eminentiſsimorum Neapoli Iuriſconſultorum, Additiones annexas fuiſſe: attamen vt illæ melius digererentur, ſecunda vice ſub incudem reuocatæ, & quæ emendationem expoſcebant ex fontibus ſuæ integritati reſtitutæ, ac vltima lima abſolutæ fuerunt. Reliquas vero videlicet Excellentiſsimi D. Andreæ Alciati, Iuriſcon. Mediolanenſis, & Marcelli Francolini Presbyteri, & Doctoris Bodiani Annotationes nunc primum adiungere*

*ſuaſit*

*ſuaſit ingens ipſarum præcellentia, & vtilitas, quæ ſe in omnes tam Diuini, & Canonici, quam humani, ac conſuetudinarij Iuris articulos latiſſime diffundit. Huius enim Studioſos in cognitionem hiſtoriarum deducunt, & quaſi in ſpeculo oſtendunt, quo tempore, in qualibus Concilijs, ſub quibus Summis Pontificibus, & ad quas perſonas Canones ſint directi, atq; publicati. Sed illius, prout Patrum noſtrorum memoria magna cum ſui admiratione ſingularem in Vtroque Iure ſcientiam declarauit, ceu Ariadnes filum ſequi neceſſe habet qui non legum cortices lambere, ſed rationem & mentem illarum perueſtigare ſatagit. Eo enim pacto rite ius ſuum vnicuique tribuetur, opportuna bonorum protectio nunquam deficiet, & in ipſis improbis formidato ſupplicio nocendi facultas refrenabitur. Quapropter immortales Illuſtribus Iuntis debentur gratiæ pro tali ipſorum nunquam ſatis commendanda ſolicitudine, & ſi labor ille cuidam non ingratus acciderit, quid ab ipſis in poſterum expectandum erit, plus quam ſatis quilibet certam capere poterit coniecturam. De meo ſtudio nihil addendum cenſui, niſi quod iuxta mandatum Sereniſſimi Dominij Veneti ad correctionem requiſitus, & in illa fideliter verſatus fuerim, & me tam Tuæ beneuolentiæ, quam Illuſtrium Iuntarum fauori, etiam atque etiam committam, officioſe rogitans, vt omnia æqui bonique conſulas. Exaratum Venetijs Prid. Cal. Quinctil. Anno poſt CHRISTI Saluatoris noſtri natiuitatem M. DC. XV.*

*M. Matthias Coldiz ab Alba Rupe*
*ad Salam Alemannus.*

Digitized by Google

# DECRETVM GRATIANI,

## EMENDATVM, ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM;

Vnà cum gloſſis;

GREGORII XIII. PONT. MAX. IVSSV EDITVM:


Ad exemplar Romanum diligenter recognitum.

CONIVNCTIS DOCTISSIMIS AD OMNES IVRIS CANONICI partes *Additionibus Præclariſs. Iuriſconſ.* D. AVGVSTINI CARAVITÆ *Patritij Ebolitani, & in Sacro Regio Conſ. Neapol. Conſiliarij.*

D. ANDREAE ALCIATI PATRITII MEDIOLANENSIS ET IVREC. Præſtantiſſimi. D. PROSPERI CARAVITÆ Patritij Ebolitani, & Iuriſconſulti celeberrimi.

D. MARCELLI FRANCOLINI PRESBYTERI, ET DOCTORIS *Bodiani, ac nunc recens in vnum volumen congeſtis.*

Cum Indice locupletiſſimo, MARGARITA nuncupato.



VENETIIS, Apud Iuntas. MDCXV.

Digitized by Google

# DECRETVM ABBREVIATVM SIGILLATIM CVNCTA ATTINGENS.

## *LIBER DECRETI DIVISVS EST IN TRES PARTES.*

*Quarum prima eſt de diſtinctionibus. Secunda de cauſis. Tertia de conſecratione. Prima pars diſtincta eſt in diſtinctiones centum & vnam.*

PRIMA diſtinctio tractat de iure naturali & humano, ius ipſum naturaliter eiuſque ſpecies omnes diffiniens, & inter ius ſcriptū, & non ſcriptum differentiam ponens. 1

ij. de iure Quiritum ſiue Romanorum, ipſum per ſpecies diffiniens. 6

iij. iuris canonici varia nomina diſtinguit, breuiterque exponit. 7

iiij. ad quid leges inuentæ ſunt, & quid ſacri canones mandent. 9

v. quomodo ius naturale eſt immobile, nec obſtat quod ibi ponitur. 12

vi. an illuſiones nocturnę ad peccatum imputentur, & circa finem proſequitur de iuris naturalis dignitate. 14

vij. ponit legiſlatores, oſtendendo qualiter ius inceperit. 18

viij. ponit differentiam inter ius naturale & conſuetudinem. 19

ix. auctoritate & exēplo probat conſtitutiones hominum iuri naturali cedere. 24

x. oſtendit quod leges Imperatorum vincuntur a canonibus. 27

xi. dicit conſuetudinem legibus approbatis cedere. 33

xij. habet laudabilem cōſuetudinem eſſe ſeruandam, quæ nec canonib. ſacris, nec veritati, nec bonis moribus obuiet. 38

xiij. vult quod contra ius naturale non admittatur diſpenſatio, niſi in fuga maioris mali. 44

xiiij. quod quis non debet minus peccatum committere, vt aliud maius euitare poſſit. 47

xv. notat de tempore quo ſacri canones, librique & concilia celebrata fuerunt: & quæ opuſcula ſunt admittenda. 48

xvj. ponit quod canones Apoſtolorum ſunt recipiendi, poſtea oſtendit quo tempore & quo reſidente in papatu vel Imperio quodlibet concilium eſt celebratum. 54

xvij. dicit non concilia, ſed conuenticula celebrari ſine Papa. 62

xviij. oſtendit quod prouincialia concilia nihil generaliter poſſunt conſtituere, ideo conſequenter declarat ad quid ſint vtilia, & quoties in anno, & quo tempore anni, & cuius auctoritate ſunt celebranda, & quod metropolitanus nihil debet exigere ab epiſcopis ad concilium conuenientib. Addit de pęna epiſcopi, qui vocatus ad ſynodum non venit. 66

xix. vim decretalium oſtendens dicit mandata eccleſiaſtica deuote ſeruanda. 73

xx. Dicit quod in cauſis diffiniendis ſacri canones, in exponenda vero ſacra ſcriptura ſancti doctores attenduntur. 81

xxi. Tractat de diuerſis ordinibus, & gradibus miniſtrorum, docendo qui ſunt executores ſiue miniſtri canonum a maiori vſque ad infimum. Et differentias miniſtrorum locorum aſſignat, probans quod maior a minori non debet iudicari. 84

xxij. de dignitate Romanæ Eccleſiæ, & quorumdam aliarum. 94

xxiij. de ordinatione miniſtrorum incipiens a Romano Pontifice, & deſcendens vſque ad oſtiarium. 96

xxiiij. de examinatione ordinandorum. 108

xxv. de officiis clericorum, incipiendo ab oſtiario, & aſcēdendo vſque ad epiſcopum. Circa medium diſtinctionis inchoat. xiij. præcepta regulæ apoſtolicæ, vt proſequitur ibi, Oportet epiſcopum eſſe ſine crimine. Et inde nacta occaſione ponit varias ſignificationes huius nominis, crimen. Et oſtēdit quod ſit mortale, & quod veniale. 111

xxvi. exequitur ſecundum præceptum Apoſtolicæ regulæ. Oportet epm eſſe vnius vxoris virum. 118

xxvii. probat quod nolentes vouere continentiam, ad ſacros ordines promouendi non ſunt, aſſignans differentiam inter ſolemne, & ſimplex votum. 122

xxviij. probat quod clericis habere vxores non licet in eccleſia occidentali, addens de ſubdiaconatu, qui olim prohibitus non erat. 125

xxix. oſtendit quædam capitula tradita eſſe ex cauſa, quędam ex cauſa, quędam ex tempore, quædam ex loco, quædam ex perſona. 133

xxx. quia dictum fuit xxviii. diſ. ſupra, quod ſacerdotes non debent a ſe abijcere vxores ſuas prætextu religionis, hic dicit quod ex cauſa fuit hoc ſtatutum, ſcilicet propter quoſdam hęreticos, qui coniugia deteſtabantur. 134

xxxj. probat & ponit exempla in terminis, qualiter clerici continere debent, & quod ab omnib. eſt ſeruanda continentia, niſi ab orientalibus. 139

xxxii. adhuc proſequitur de continentia clericorum, & dicit quod conſtituti in quatuor ſacris ordinibus tenentur continere, & ſi habent publicas concubinas, nullus eorum Miſſam audiat. 145

xxxiij. oſtendit quod bigami, corpore vitiati, vſurarij publice pęnitentes, luſores in ſcena ludentes, furioſi, arreptitij, accipientes meretrices in vxores, & concubinas habentes promoueri non poſſunt, 154

xxxiv. ponit quod oportet epiſcopū vitare nimiā familiaritatem domeſticarum perſonarum, & etiam conſanguineorum, & quod venari non licet. 157

xxxv. agit de tertio capitulo apoſtolicæ regulæ, oportet ordinandum



Digitized by Google

non eſſe vinolentum. 164

xxxvi. exponendo illud, prudentem, dicit quod clerici debent habere peritiam litterarum ſacrarum. 168.

xxxvij. oſtendit quod clerici non debent libros gentilium reſpicere, peritiam tamẽ ſecularium debent habere. 170

xxxviij. probat quod litteris debet eſſe eruditus ſacerdos, & canones ignorare non debet. ignorantia enim ipſi eſt periculoſa. 177.

xxxix. oſtendit quod oportet epiſcopum eſſe prudẽtem in negotijs ſæcularibus, vt ſua cautela reddantur eccleſiæ indemnes. 182.

xl. proſequitur quintum capitulum Apoſtolicæ regulæ, Oportet epiſcopum eſſe ornatum. Et primo de ornatu interiori, qui cõſiſtit in virtutibus. 182.

xli. tractat de ornatu, qui conſiſtit in grauitate, inceſſu, habitu, & temperantia potus, & cibi. 188.

xlii. declarat illud, hoſpitalem. 191.

xliii. illa duo, pudicum, & doctorem. 193.

xliiij. illud non vinolentum: quod eſt pars eius, quod diximus ſupra xxxv. diſt. 198.

xlv. illud, non percuſſorem. 202.

xlvi. illud, non litigioſum. 210.

xlvij. illud nõ cupidum, domui ſuæ bene præpoſitum. 213.

xlviij. illud non neophytum. 218.

xlix. prædicta præcepta apoſtolicę regulæ ſub compendio, & breuiter recapitulat. & ponit cauſas & rationes quare criminoſi & vitioſi non debent in epiſcopos promoueri. 220.

l. agit de lapſu, & reparatione clericorum. 223.

li. de curialibus ſiue officiarijs ratiocinijs obligatis: iudicibus, & aduocatis ordinandis vel non. 254.

lij. de præpoſteratione ſacrorum ordinum, ſiue de clerico per ſaltum promoto. 258.

liij. de curiæ annexis in clero, uel monaſterio recipiendis, vel non. Et ibi probat quare curiales, & aliter obligati ordinandi non ſunt. 258.

liiij. de ſeruis à non dominis manumiſſis non promouendis, niſi libertatem ſint conſecuti. 259

lv. de corpore vitiatis, bigamis, illitteratis, publice pænitentibus ordinandis vel non. 270.

lvi. de filijs presbyterorum, & natis de fornicatione, & adulterio non ordinandis. 275.

lvij. de baptizatis in ægritudine an ordinentur. 281.

lviij. de monachis non ordinandis ſine licentia abbatis. 282.

lix. de laicis litteratis non ſubito ordinandis [illegible].

lx. oſtendit ex quibus ordinibus aliquis eligendus [illegible] præpoſitum, [illegible] 284.

lxi. oſtendit quod laici non ſunt eligendi in epiſcopos. ſed poſtulandi. 286.

lxii. oſtendit quod clericorum eſt eligere, & populi conſentire 295.

lxiij. probat quod nullo modo laici debent ſe ingerere electioni epiſcoporum. 296.

lxiiij. ponit quo tempore, & quibus præſentibus debent epiſcopi conſecrari. 314.

lxv. dicit quod præſentibus omnibus epiſcopis comprouincialibus vel ſe excuſantibus debet epiſcopus conſecrari ab archiepiſcopo. Et ibi dicit, quod ſi ceteris ordinationi epiſcoporum conſentientibus duo vel tres contradicant, obtineat plurimorum ſententia. 317.

lxvi. de promotione archiepiſcopi, qui ab omnibus epiſcopis comprouincialibus eſt ordinandus. & non eſt conſecrandus. & à paucioribus quam à tribus. 321.

lxvij. de promotione ſiue ordinatione presbyterorum. 323.

lxviij. dicit quod illi qui ſunt ordinati ab illis, quos non conſtat eſſe epiſcopos iterum ſunt ordinandi. Siue determinat de ordinatione non iteranda, & de epiſcopis. 323.

lxix. quod prima cenſura clerici de manu abbatis poteſt ſuſcipi. Vel dic quod determinat de non ordinatis, ne in eccleſia Dei miniſtrent. 327.

lxx. tractat ne quis ordinetur ſine titulo 328.

lxxi. ne quis ordinetur a non ſuo epiſcopo. 329.

lxxij. ne ignotus clericus ſine litteris dimiſſorijs ſiue commendatitiis recipiatur. 332.

lxxiij. oſtendit qualiter litteræ formatæ & dimiſſorię fiunt. 333.

lxxiv. tractat an inuitis ordines conferantur. 335

lxxv. de tempore, & die conſecrationis epiſcoporum, necnon de temporibus ordinationum aliorum clericorum. 340.

lxxvi. de ieiunijs quattuor temporum, & quare ſunt ieiunanda. 343.

lxxvij. ponit qualiter clerici ſunt per gradus ordinandi, & etiam tractat de interſtitijs temporum. 349.

lxxviij. in qua ætate ſunt ſacerdotes ordinandi. 354.

lxxix. repetit de ordinatione ſummi Pontificis, quæ a ſolis Cardinalibus fieri debet. 355.

lxxx. in quibus locis ſunt ponendi epiſcopi vel archiepiſcopi. 359.

lxxxi. epilogando docet, quod ordinãdus in epiſcopum debet eſſe ſine crimine, nec clerici mulieribus cohabitare debent. 362.

lxxxij. docet quod epiſcopus his qui ſuis manibus laborare non poſſunt, prouidere debet. Et addit ꝙ ſi quis miniſtrorum fornicationem committat, & agat pænitentiam, ex diſpenſatione poteſt in ordinibus remanere. 372.

lxxxiij. docetur quod prælatus non ſolum a peccato immunis eſſe debet: ſed etiam peccatis aliorum conſentire non debet. 377.

lxxxiiij. vult quod prælatus ſit vigilans circa defenſionem pauperum, releuationem oppreſſorum, & cautionem monaſteriorum. 379.

lxxxv. tractat de hoſpitalitate clericorum, quæ epiſcopis eſt neceſſaria. 381.

lxxxvi. probat quod oportet epiſcopum eſſe doctorem vt ſciat ſubditos corrigere: item liberalem circa patientes neceſſitatem, non circa hiſtriones. 384.

lxxxvij. probat quod viduis, orphanis, & oppreſſis epiſcopus debet dare ſubſidium. 393.

lxxxviij. dicit quod clerici cupiditatis cauſa negotiatores eſſe non debent: ſed pietatis cauſa coram orphanis & viduis impendere. 396.

lxxxix. dicit quod oportet epiſcopum eſſe domui ſuæ bene præpoſitum, vt ſciat in diſpenſatione rerum eccleſiæ regulam eſſe obſeruandam. 401.

xc. docetur qualiter litigioſi corripiendi ſunt, & non ordinandi, tractans de licitis & honeſtis operibus. 405.

xci. de modo cantandi in eccleſia, etiam de electi poteſtate. dicit etiam quod ſi clericis ſua beneficia non ſufficiant: poſſunt ſibi neceſſaria quærere artificio licito. 408.

xcij. dicit quod magis corde, quam vocibus cantandum eſt. 410.

xciij. de obedientia minorum erga maiores. & quod nullus debet communicare inimicis Romanæ Eccleſię. 414.

xciiij. de Legato Romani Pontificis qui impediendus non eſt. Et impedientes ſunt excommunicandi. Probat etiam quod maior in officio minori vices ſuas committere poteſt. Et de præſumptione archidiaconorum. 428.

xcv. dicit quod etiam præſentibus epiſcopis presbyteri quamuis ſubditi poſſunt ſacra myſteria celebrare, & prædicare. 429.

xcvi. dicit quod laicis (etiam imperatoribus) non licet aliquem ordinare, vel de rebus eccleſiarum iudicare. 435.

xcvij. dicit quod precibus eccleſiæ Imperator & ceteri principes poſſunt eam iuuare: ſubijciens, eccleſiam Romanam legationem vndecumque ſine ſignatis apicibus non recipere. 447

xcviij. dicit quod clerici peregrini & vltra marini ſine teſtimonio quinque epiſcoporum recipiendi non

ſti non ſunt.450.
xcix.docet de primatibus, & poteſtate eorũ qualiter nullus eſt appellandus vniuerſalis. 451.
c.Tractat de pallio, & vſu eius. 454.
ci. & vltima dicit vnam prouinciam in duas non diuidendam. 450.

**SECVNDA PARS.** *quæ eſt de Cauſis, diſtincta eſt in cauſas triginta ſex, quarum qualibet plures ſubſe quæſtiones continet.*

*Prima Cauſa quæſtiones habet VII.*

Prima quærit vtrum vendere ſpiritualia ſit peccatum. Solutio. ſic. 461.
ij.an pro ingreſſu eccleſiæ vel monaſterij pecunia ſit exigenda, vel perſoluenda.Sol.non. 529.
iij. vtrum præbendas eccleſiæ emere ſit ſimonia.Solu.ſic. 535.
iiij. vtrum ille reus criminis ſit cuius pater pro eo ignorante ſimoniam commiſit.Sol. ignorantia facti non iuris excuſat eum. 545.
v.vtrum liceat ei retinere, quod pater pro eo ſimonia acquiſiuit. Sol. de rigore iuris non, de miſericordia ſecus. 553.
vj.vtrum ignoranter à ſimoniaco ordinati ſint abijciendi, vel non. So. probata ignorantia miſericorditer tolerantur. 556.
vij.vtrum renuncians ſuæ hæreſi in epiſcopali dignitate ſit ſuſcipiendus. So. rigor vult eum deponi: ſed diſpenſatio ſuſtineri.557.

*Secunda Cauſa habet* VIII. *quæſtiones, & in ea quinta præcedit quartam.*

Prima quærit vtrũ in manifeſtis ſit ordo iuris ſeruandus. Sic, niſi ſint notoria. 575.
ij.vtrum ſpoliatus ab aliquo ſit iudicandus.non, ante reſtitutionem 591.
iij.qua pœna ſint feriendi in accuſatione deficientes Talione. 592.
v. vtrum accuſatore deficiente reus ſit cogendus ad purgationem. nõ niſi infamia publica laboret. 599.
iiij. an duorũ teſtimonio epiſcopus ſit condemnandus. 612.
vj. quo remedio cauſa ſubleuatur, Appellatione, quæ tamen ei danda non eſt, qui cauſa dilationis appellat. 614.
vij.an laici, vel monachi, vel quilibet inferiorum ordinum ſint admittendi in accuſatione maiorũ. non de iure nouo. 640.
viij. qualiter accuſatio fieri debeat. Sol.in ſcriptis.667.

*Tertia Cauſa quæſtiones* XI. *complectitur.*

Prima vtrum reſtitutio ſit facienda quibuslibet ſpoliatis. Sol.ſic, niſi in certis caſibus, nam infamatus apoſtata, iuſte ſpoliatus, præciſus, & ſuſpectus non ſunt reſtituendi. 670.
ij.quærit de inducijs quo ſpatio ſint dandæ: an poſt reſtitutionem tantum, an poſt vocationem ad cauſam quibuslibet concedendæ ſint.Sol.ad arbitrium iudicis. 673.
iij. quo ſpacio menſium ſint vtriq. concedendæ.So.vt prius. 676.
iiij. vtrum infames ſint recipiendi ad teſtimonium. Sol.non, niſi contra ſui ſimiles.680.
v.an teſtes domeſtici vel inimici ſint producendi. So.non.683.
vj. vtrum reus extra prouinciam ſit producendus.So.non.689.
vij.vtrum criminoſus poſſit eſſe iudex.Sol. ſi ab eccleſia toleratur. 697.
viij. vtrum epiſcopus poſſit ab vno iudicari.Sol.non, niſi a xij.epiſcopis: reſeruata ſententia ſummo pontifici.704.
ix. vtrum accuſatores teſtes in abſentem vocem accuſationis vel teſtificationis exhibere valeant. Sol. non.705.
x. vtrum deficientes in vno capitulo ſint admittendi ad ſequentia. So.non. 712.
xi. vtrum accuſatus in accuſatorem poſſit conuertere accuſationem. So.nõ, niſi in maiori crimine.713.

*Quarta Cauſa habet* VI. *quæſtiones.*

Prima an in excommunicatione conſtitutus alium accuſare valeat.So. non.717.
ij.an infra duodecim annos in criminali cauſa quis teſtificari poſſit. Sol.non. 718.
iij. an ab accuſatione prohibitus poſſit eſſe teſtis.Sol.non. 718.
iiij. an idem poſſit eſſe accuſator, & teſtis.Sol.non.725.
v. an ſi vocatus ad cauſam non veniat ſit excommunicandus. Sol. ſic. niſi iuſtam abſentiæ cauſam probauerit. 727.
vj. an calumniator in proprio cauſa ſit audiendus.Sol.ſic, ſi cauſa non ſit criminalis.729.

*Quinta Cauſa habet* VI. *quæſtiones.*

Prima qua pœna ſit feriendus, qui famoſum libellum ſcribit. Solu. anathemate, niſi ſcriptura probauerit. 730.
ij.quoties quis ſit ad cauſam vocandus antequam excommunicetur. Sol. non tantum ſemel: ſed bis. 732.
iij. an per procuratorem quis cauſam agere valeat criminalem. Solu. non, niſi ſit perſona illuſtris. Cauſam vero iniuriarum ciuilem ſic. 734.
iiij. an abſque ſynodali audientia epiſcopus ſit damnandus.Sol.non 736.
v. an ſit habendus pro inimico, qui aliquem accuſat. Sol.non, ſi hoc faciat ex charitate. 737.
vj.qua pœna ſit plectendus, qui non probat obiecta.Sol.talione. 740.

*Sexta Cauſa quæſtiones* V. *continet.*

Prima vtrum criminoſi, vel infames religioſum epiſcopum poſſint accuſare de ſimonia. Non. 743.
ij.ſi epiſcopus accuſationem in accuſantem cõuertere voluerit: an eius verbo ſimplici fides adhibenda ſit Non. 753.
iij. an liceat petere iudicium epiſcopi alterius prouinciæ. Non niſi in cauſa damnationis.755.
iiij. cuius iudicium ſit expetendum cum epiſcopi prouinciæ in ſua ſententia diſcordant, archiepiſcoporum, & epiſcoporum vicinæ prouinciæ.757.
v. an accuſatore deficiente reus ſit ad probationem cogendus. Non, ſed bene ad purgationem ſi laboret infamia. 756.

*Septima Cauſa habet* II. *quæſtiones.*

Prima vtrũ viuẽte epiſcopo alius poterit in eadem eccleſia ordinari. Non, niſi transferatur vel cedat. Tamen pro infirmitate, vel ſenectute datur ſibi coadiutor. 761.
ij. vtrum hi qui ceſſerunt cauſa infirmitatis, ſanitate recepta poſſent cathedram repetere. Non. 790.

*Octaua Cauſa quæſtiones* V. *colligit.*

Prima vtrum liceat epiſcopo ſibi ſucceſſorem eligere.Non. 791.
ij. an amicorũ patrocinia in electione valeant. Non.802.
iij. an ſit ſimonia poſt electionẽ pro indemnitate eccleſiæ iuramentũ præſtare. Sic.ſi pactum ſuper hoc præceſſerit.803.
iiij. an liceat clericis declinare iudicia epiſcopi de crimine accuſati ante ſententiæ tempus. Non ante condemnationem, niſi per appellationem.805.

v. an accuſatus coram Apoſtolico: ſine eius literis debeat reuerti. Nõ. 805.

*Nona Cauſa habet III. quæſtiones.*

Prima an ordinatus ab excommunicato eijciendus ſit. Non. ſi ignorauit illum eſſe excommunicatum. 806.

ij. an liceat archiepiſcopo vel epiſcopo clericos alterius ordinare. Nõ. ſine literis proprij epiſcopi. 809.

iij. an liceat archiepiſcopo clericos ſui ſuffraganei abſoluere vel damnare. Non, niſi data negligentia, vel appellatione interpoſita. 813.

*Decima Cauſa tribus quæſtionibus eſt contenta.*

Prima an eccleſia cum omni dote ad epiſcopum pertineat vel ad eius ordinationes Sol. ſic. 822.

ij. an liceat epiſcopo res eccleſiæ diſtrahere. Sol. non, niſi certis caſibus. 827.

iij. quid à ſingulis eccleſijs nomine cathedratici valeat exigere. Sol. duos ſolidos. 835.

*Vndecima Cauſa habet III. quæſtiones.*

Prima an clericus ante ciuilem iudicem ſit trahendus. Non. 840.

ij. qua pœna dignus ſit qui clericum ad ſæcularem iudicem traxit. Excommunicatione. 859.

iij. qua pœna dignus ſit qui ſententiam epiſcopi non ſeruauerit. Depoſitione. 859.

*Duodecima Cauſa quæſtiones continet V.*

Prima an liceat clericis proprium habere Non. regularibus. 902.

ij. an res eccleſiæ poſſint dare. Non, niſi in caſibus. 916.

iij. vtrum clerici acquiſita de rebus eccleſiæ poſſint relinquere quibus voluerint. Non, niſi eccleſiæ. 991.

iiij. quibus poſſunt clerici relinquere quæ de ſuis, & eccleſiæ rebus prouenerunt Partim eccleſiæ, partim hæredibus. 953.

v. an liceat clericis teſtamentum facere. Sic, de proprijs rebus. 954.

*Decimatertia Cauſa habet II. quæſtiones.*

Prima vtrum decimæ ſint dandæ ratione territorij vel perſonæ. Sol. ratione vtriuſque. 958.

ij. an ius percipiendi, & ſoluendi decimas tollatur ratione temporis. Sol. ſic. 961.

*Decimaquarta Cauſa habet VI. quæſtiones.*

Prima an liceat clericis in iudicio ſua repetere. Sic. 978.

ij. an ſuper reb. eccleſiæ teſtes eiuſdem ſint audiendi. Sic. 980.

iij. an præter ſortem aliquid accipere ſit vſura. Sic. 982.

iiij. an liceat clericis vel laicis vſuras accipere. Non. 984.

v. an eleemoſynæ ſint de vſuris faciẽdæ. Non. 987

vj. an vſurarij poſſint pœnitentiam agere. Non, ſi habeant vnde poſſint reſtituere. 992.

*Decimaquinta Cauſa habet VIII. quæſtiones.*

Prima an ea quæ fiunt ab ignorantibus vel mẽte alienatis ſint eis imputanda. Non, niſi culpa ſua ad ignorantiam deuenerint. 995.

ij. an pro impenſis patrocinij liceat clericis munera exigere. Sic. 1003.

iij. an per confeſſionem mulieris cũ qua peccauit ſacerdos ſit condemnandus. Non. 1004.

iiij. an die Dominico debeant epiſcopi cauſas audire. Non. 1008.

v. an neganti crimen purgatio ſit indicenda. Sic. ſi laborat infamia. 1009.

vj. an in criminibus confeſſio ſit extorquenda. Non. 1011.

vij. an ſolus epiſcopus diaconum, vel presbyterum deponere poſſit. Non. 1015.

viij. ſi confeſſus vel cõuictus de his quæ ante ordinationẽ commiſit, valeat miniſtrare. Non. 1017.

*Decimaſexta Cauſa habet VII. quæſtiones. Et in ea quinta quæſtio ponitur in tertio loco.*

Prima an liceat monachis officium celebrare. Sol. ſic cum permiſſione epi. & licentia abbatis. 1051.

ij. an liceat eis in capellis ſuis ſacerdotes inſtituere. So. ſic ſi quas poſſideant pleno iure. 1056.

v. an epiſcopus vel abbas iure territorij capellam valeant vendicare. So. non. 1060.

iiij. an iura eccleſiæ per præſcriptionem tollantur. Sol. ſic. 1061.

iij. an eccleſia contra eccleſiam vel monaſterium poſſit præſcribere. Sol. ſic. 1076.

vj. ſi quis in rem eccleſiæ ab aliquo detenta ſua auctoritate, irrepſerit: an cadat à cauſa. So. ſic, ſed non eccleſia. 1077.

vij. an liceat alicui eccleſiam de manu laici recipere. Sol. non, niſi eccleſia vel monaſterium habeat ius patronatus. 1081.

*Decimaſeptima Cauſa habet IIII. quæſtiones.*

Prima an reus ſit voti qui à propoſito ſui cordis recedit. Solut. non, quantum ad eccleſiam: niſi ore pronunciauerit. 1098.

ij. an beneficia ei reddenda ſit qui eis in infirmitate renunciauit. Sol. ſic, ſi non erat ſui compos. 1100.

iij. an liceat illi qui ſe monaſterio tradidit poſſit ad propria redire. Sol. non. 1101.

iiij. an diſcedens de monaſterio ſine ſui abbatis licentia, poſſit ſua vendicare. Sol. non. 1102.

*Decimaoctaua Cauſa habet II. quæſtiones.*

Prima an abbas factus epiſcopus acquirat eccleſiæ vel monaſterio. Solu. dum fuit abbas, acquiſiuit monaſterio, ſed factus epiſcopus eccleſiæ. 1119.

ij. an per epiſcopum ſit eligẽdus vel inſtituendus. Sol. ab epiſcopo eſt ordinandus, à fratribus vero eligendus. 1120.

*Decimanona Cauſa continet III. quæſtiones.*

Prima an epiſcopus debeat permittere clericos transire ad monaſterium. Sol. ſic. 1133.

ij. ſi noluerit, an liceat eo inuito trãſire. Sol. ſic. 1134.

iij. an liceat canonicis regularibus tranſire ad monaſterium monachorum. Sol. non ſine licentia prælati. 1135.

*Viceſima Cauſa quæſtiones IIII. comprehendit.*

Prima vtrum pueri traditi monaſterijs ſint cogendi ibi manere. Non, niſi poſtquam venerint ad annos diſcretionis. 1140.

ij. ſi præter voluntatem parentum intrauerint monaſterium, an per eos inde poſſint extrahi. Sic. j. annum, & diem: ſi ſint j. annos diſcretioni. 1145.

iij. an qui inuitus cucullam induit cogatur eam retinere. non, niſi poſt conſenſerit. 1147.

iiij. an liceat ab vno monaſterio ad aliud tranſire. Sic. 1150.

*Viceſimaprima Cauſa habet V. quæſtiones.*

Prima an clericus poſſit in duab. eccleſijs inſcribi. Solutio, non. 1152.

ij. an liceat clericis a ſua Eccleſia ad aliam tranſire. So. non ſine literis, vel.

vel licentia ſui prælati. 1155.
iiii. an liceat clericis ſuſcipere procurationem ſæcularium negotiorū. Sol. non, niſi cauſa pietatis. 1157.
iiij. an liceat clericis veſtibus fulgidis ornari Sol. non. 1159.
v. qua pęna ſint puniendi clerici iudicium ſæculare fugentes. Sol. excommunicationis. 1161.

*Vigeſimaſecunda Cauſa gerit quæſtiones V.*

prima an iuramentum ſit præſtandum Sic, cauſa neceſſitatis. 1165.
ij. an ſit periurus, q iurat falſum, & credit verum. Sic pp intentionem fallendi, tamē poſtea dicitur contrarium, 1171.
iij. an liceat clericis denegare epiſcopo conſuetam obedientiam, non ante condemnationem. 1183.
iiij. an iuramentum illicitum ſit ſeruandum non. 1185.
v. an periurus ſit qui alium peierare cogit. Sol. ſic. 1193.

*Vigeſimatertia Cauſa habet VIII. quæſtiones.*

prima an militare ſit peccatum. nō ſit iuſte ſit. 1202.
ii quid ſit bellum iuſtum. So. quod ſit edicto ſuperioris repetendarū rerum, aut propulſandarum iniuriarum cauſa. 1207.
iii. an iniuria ſociorum ſit armis ppulſanda. Sic. 1209.
iiij an vindicta ſit inferēda. Sic, ab eo cuius intereſt. 1213.
v. an ſit peccatum iudici, vel miniſtro reos occidere. non, cauſa iuſtitiæ. 1250.
vi. an mali ſint ad bonum cogendi. Sol. Sic. 1272.
vij. an hęretici ſint ſpoliandi ſuis, & eccleſiæ ſuæ bonis. Sic. 1275.
viij. an liceat clericis arma mouere. non, manu propria, niſi cauſa neceſſitatis 1278.

*Vigeſimaquarta Cauſa habet III. quæſtiones.*

prima an hæreticus aliquem poſſit excommunicare. non. 1295.
ii. an poſt mortem poſſit aliquis excommunicari. Sic pro hæreſi. 1321.
iij. an pro peccato domini, eius familia poſſit excommunicari. non, ſed interdicto ſupponi. 1325.

*Vigeſimaquinta Cauſa habet II. quæſtiones.*

prima an auctoritate priuilegii quis contra ius commune valeat ſe tueri. Sol. ſic. 1346.

ij. an ſequentia priuilegia derogent prioribus. Solutio. Sic, ſi ex certa ſcientia fuerint conceſſa, 1352.

*Vigeſimaſexta Cauſa quæſtiones VII. contingit.*

Prima an ſint ſortilegi, qui ſub ficto religionis nomine futura promittunt. Sol. ſic. 1363.
ij. an ſit peccatum eſſe ſortilegum. Sol. ſic. 1363.
iij. à quibus genus diuinationis ſum pſit exordium. Solutio, à Perſis. 1367.
iiii. quot ſunt genera diuinationis. Sol quatuor ſecundū numerum: duo ſecundum formam: quod videre potes. 1367.
v. an ſortilegi ſint excommunicandi. Sol. ſic. 1370.
vj. an excommunicatus ab epiſcopo poſſit reconciliari à presbytero. Solu. non, epiſcopo inconſulto, niſi in neceſſitatis articulo. 1378.
vij. an morientib. ſit pænitentia imponenda. Sol. non, tamen eſt eis innoteſcenda. 1383.

*Vigeſimaſeptima Cauſa habet quæſtiones II.*

Prima, an coniugium poſſit eſſe inter vouentes. Sol. non, ſi votum ſit ſolemnizatū, ſecus ſi ſimplex fuerit. 1390.
ij. an liceat ſponſo a ſua ſponſa recedere. Solu. non, ſi deſponſatio ſit de præſenti. 1411.

*Vigeſimaoctaua gerit quæſtiones III.*

Prima, an coniugium ſit inter infideles. Sic. 1434
iij. an liceat conuerſo ad fidem ducere aliam viuente priore. Sic, ſi ſit diuiſus ab ipſa infideli. 1449.
iiij. an bigamus ſit qui ante baptiſmum vnam vxorem, & poſt aliā habuit. Sic. 1450.

*Vigeſimanona Cauſa habet II. quæſtiones.*

prima, an ſit coniugiū inter ſeruum & ingenuam. Sol. ſic: niſi error impediat 1451.
ij. ſi prius putabat hunc eſſe liberū & poſtea deprehenderit ipſum eſſe ſeruum: an poſſit eum deſerere. Sol. ſic. 1454.

*Trigeſima Cauſa habet V. quæſtiones*

prima, an liceat reddere debitum vxori, quæ filium de ſacro fonte leuauit. Sic, niſi ex cōſenſu vtriuſque ſit factum 1458.
ij. an ſponſalia contrahantur inter infantes Non. 1464.
iij. an ſpirituales, vel adoptiui filij poſſint naturalibus copulari. Non 1464.
iiij. an liceat alicui commatrē vxoris ſuę ducere in vxorem. Sic mortua vxore, ſi cōmaternitas matrimonium præceſſerit. 1468.
v. an clandeſtina deſponſatio manifeſtæ præiudicet. Non apud eccleſiam. 1470.

*Trigeſimaprima cauſa habet III. quæſtiones.*

Prima an poſſit duci in vxorem, quæ prius fuit polluta per adulterium. Solut. ſic, niſi adulter dederit ei fidem viuente viro, vel machinatus ſit in mortem eius. 1477.
ii. an filia ſit inuita alicui in vxorem tradenda. Solutio non. 1483.
iij. an poſt patris ſponſionem poſſit alij nubere. Sol. ſic, ſi non conſenſerit. 1486.

*Trigeſimaſecunda Cauſa habet VIII. quæſtiones.*

Prima an liceat ducere meretricem in vxorem. Sic. 1488.
ij. an ſit vxor appellanda, quæ ducitur incontinentiæ cauſa. Non 1495.
iii. an mulier ſequatur arbitrium aui, an patris ſerui, liberi. 1504.
iiii. an viuente vxore liceat aliqui ex ancilla filios quærere. Non 1504.
v. an ea quę patiatur inuita, pudicitiam perdat. Non. 1514.
vi. an adulter adulteram dimittere poſſit. Non. 1523.
vii. an viuente dimiſſa aliam accipere poſſit. 1525.
viii. ſi in hoc ſoltem infidelem ducere poſſit ea cōditione, vt ad fidem conuertatur. Non. 1536.

*Trigeſimatertia Cauſa habet V. quæſtiones.*

Prima an propter impotentiam coeundi ſit aliqua a viro ſeparāda. Sol. ſic. 1537.
ii. an ſeparatā poſſit ei nubere cum quo prius eſt fornicata. Solut. ſic pænitentiā peracta 1540.
iii an ſola cordis contritione poſſit peccatum deleri. Solut. ſic. vbi facultas confitendi, nō ſuppetit. 1552.

NOTANDVM HIC *quod ratione huius tertia quaſtionis mota agitur de Pænitentia, cuius tractatus per diſtinct. VII. eſt diſtinctus.*

Prima quærit, an ſola cordis contritio deleat peccatum Sic, ſi confitenti facultas deſit. 1552.

ij. an charitas ſemel habita poſſit amitti. Solu. ſic, in via. ſecus tamen in patria, 1603.

iii. an pænitentia poſſit reiterari. Solu. ſic, præter ſolennem 1633.

iiii. an peccata ſemel dimiſſa redeãt Sol non ſimpliciter. 1662.

v. quis modus debeat obſeruari in imponenda & accipienda pænitẽtia. Sol. ad arbitrium proprii ſacerdotis diſcreti. 1677.

vi. cui quis conſiteri debeat. Solut. proprio ſacerdoti; ſi ſit diſcretus, alioqui alteri de eius licentia. 1683.

vii. an pænitentia timore mortis accepta ſit fructuoſa. Solu. ſic 1686.

iiii. quæſtio cauſę ſupra proximæ eſt, an actus coniugalis ſit prohibitus tempore orationis. Solu. ſic. 1686.

v. an vir ſine cõſenſu vxoris & cõuerſo vouere poſſit continentiã. Sol. Non. 1693.

*Trigeſimaquarta Cauſa habet II. quaſtiones.*

Prima an rea ſit adulterii quæ credens maritum mortuum nupſit alteri. Sol. non 1702.

ii. an redeunte priore cogenda ſit recedere à ſecunda, & ad priorem redire. Sol. ſic. 1702.

*Trigeſimaquinta Cauſa habet X. queſtiones.*

Prima an liceat aliquam ducere de propria cognatione. Sol. nõ. 1708.

ii. an liceat aliquã ducere de cognatione vxoris ſuæ. Sol. Non. 17 1.

iii. vſque ad quem gradum debeat quis abſtinere a conſanguineis ſuis & vxoris ſuæ. Sol. olim vſque ad 7 hodie vſque ad 4. 1711.

iiii quare vſque ad 7. gradum computatur conſanguinitas. Sol. ad inſtar ſeptem ætatum mundi. 1718.

v quomodo gradus cõſanguinitatis ſunt computandi. Sol ſicut oſtenditur in arbore, 1718.

vi. qui iuſiurandum de propinquitate firmare d bent. Sol. propinqui & vicini 1731.

vii an inceſtuoſi filii, reputẽtur. Sol. Non 1736.

viii ſi conſanguinei ignoranter coniũcti ſimul poſſint remanere. Solu. non, niſi ex diſpenſatione papæ in quinto gradu vel ſupra. 1736.

ix. an matrimoniũ per falſos teſtes ſeparatum, ſi poſtea apparuerit eccleſiam fuiſſe deceptã, ſit reintegrandum. Sol ſic. 1739.

x. ſi relicta alicuius in ſecundas nuptias tranſierit. an proles ex eis ſcepta poterit copulari conſanguineis prioris viri. Sol. Non. 1743.

*Trigeſimaſexta & vltima Cauſa habet II. quaſtiones.*

Prima an virginem opprimens raptum committat. Sic. 1745.

ii. an rapta raptori nubere poſſit, vtique. 1747.

TERTIA PARS EST *de Conſecratione, qua quinque diſtinctiones duntaxat complectitur.*

Prima agit de conſuetudine eccleſiarum & miſſarum celebratione 1752.

ii. de ſacramento Euchariſtię. 1776.

iii. de feſtiuitatibus per anni circulum celebrandis 1826.

iiii. de baptiſmi ſacramento. 1835.

v. de confirmatione & ieiunio. 1892.

DECRE-

# DECRETI TOTALIS MATERIA PER METRA NOTATVR SEQVENTIA.

*DECRETVM DOMINI GRATIANI TRES habet partes principales. Prima eſt de diſtinctionibus, quæ ſunt vna ſupra centum. Et ſingulas diſtinctiones ſinguli verſus ſequentes luculenter aperiunt.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| | 1 | PRIMO legat quiſque diuinum ius, hominiſque. | pagina 1 |
| | 2 | Altera dat textum, quo noſces iura Quiritum. | 6 |
| | 3 | Canonico varia iuri dat nomina terna. | 7 |
| | 4 | Quarta docet legum quæ cauſa, moduſq; ſtatuti. | 9 |
| | 5 | Ius naturale probat immutabile quinta. | 12 |
| | 6 | Sexta notat vitium diſtinctio ludificatum. | 14 |
| | 7 | Septima ſignat eos, qui leges compoſuere. | 18 |
| | 8 | Parte octaua mores, naturaq; pugnant. | 19 |
| | 9 | Nona ſtatuta tenet naturæ cedere iuri. | 24 |
| | 10 | In decima regum leges canon ſuperabit. | 27 |
| | 11 | Canonis & ſecli, ſuperatur legibus vſus. | 33 |
| | 12 | Id quod Roma tenet, diſcretio ſæpe relinquit. | 38 |
| | 13 | Si perplexum te reddunt mala: tunc minus imple. | 44 |
| | 14 | Non facias leuia, quo quis vitet grauiora. | 47 |
| | 15 | Canonis hæc ortum dabit, apocryphoſque libellos. | 48 |
| | 16 | Suadet Apoſtolici vim canonis iſta teneri. | 54 |
| | 17 | Auctor ſit Papa, ſi concilium celebratur. | 62 |
| | 18 | Dicitur hic quod bis ſynodus celebretur in anno. | 66 |
| Pri.c.apoſto | 19 | Hæc Decretalis referat quid epiſtola poſſit. | 73 |
| lica regula | 20 | Biſdena Papæ ſanctorum dogmata cedunt. | 81 |
| & q. | 21 | Inferior ſummum non iudicat hac prohibente. | 84 |
| | 22 | Iſta locos diſtinguit, & ordinat eccleſiarum. | 92 |
| | 23 | Ordinat hæc omnes maiores ſiue minores. | 96 |
| | 24 | Poſt examen honos ordini eſt attribuendus. | 108 |
| | 25 | Optat Apoſtolus hic, quod ſit ſine crimine præſul. | 111 |
| | 26 | Sit poſt baptiſma contentus coniuge ſola. | 118 |
| | 27 | Nullus poſt factum præſumat nubere votum. | 122 |
| | 28 | Iſta ſacratorum connubia pagina damnat. | 125 |
| | 29 | Hic locus, & cauſa, tempus, perſona notantur. | 133 |
| | 30 | Connubium ter dena probat contra Manichæos. | 134 |
| | 31 | Tangitur hic quod contineat offerre volentes. | 139 |
| | 32 | Deiere presbyterum, qui ſcorta palam retinebit. | 143 |
| iij cap. | 33 | Laſuri bigamove ſacer non traditur ordo. | 154 |
| iiij cap.v. | 34 | Fœmina Pontifici perſona domeſtica non ſit. | 157 |
| cap. | 35 | Non vinolentus præſul, ſed ſobrius eſto. | 164 |
| | 36 | Inſtruit hæc prudens quod debeat eſſe ſacrandus. | 168 |
| | 37 | Hæc prohibet legere gentilia metra ſacratum. | 170 |
| | 38 | Scripturas ſacris ſacrandus ſcire iubetur. | 177 |
| | 39 | Vult hæc Pontifices callere negotia ſæcli. | 182 |
| | 40 | Internis pars dena quater virtutibus ornat. | 182 |


Sit mo-

# Decretum abbreuiatum in verſibus.


41 Sit modus ingreſſu,cunctis,verboque,ciboque. 188
42 Clericus hoſpitijs peregrinos collocet omnis. 191
43 Factis & verbis doctor ſis,atque pudicus. 193
44 Vites ingluuiem,conuiuia,ſiue tabernas. 198
45 Atque caue quemquam palma linguave ferire. 202
vi.c.vij. & viij. 46 Reſpuit hæc hominem diſtinctio litigioſum. 210
47 Non bene præpoſitos domui,cupidoſque repelle. 213
ix.c.x. c.xi. 48 Abijcitur ſacrandus in hac,ſi neophytus ſit. 218
& xij. xiij. 49 Crimina non delet reliquorum,crimine vinctus. 220
cap. 50 An reparetur habet pars quinquageſima lapſus. 223
51 Sacrari vetat hæc homines,quos pondera ſtringunt. 254
52 Præpoſitus primo datur hic præpoſterus ordo. 258
53 Eſt ratione ne quis annexos ordinet vllos. 258
54 Hæc prohibet ſeruos ſine libertate ſacrari. 259
55 Cæſos iſta viros reijcit,membriſq; carentes. 270
56 Condemnatur in hac generatio presbyterorum. 275
57 Qui baptizatur æger,manet ordinis expers. 281
58 Hæc vetat abbate monachos nolente ſacrari. 282
59 Officium negat hæc:niſi ſit bene quiſque probatus. 282
60 In ſacris præſul vult ſexageſima quòd ſit. 284
61 Nonin Pontifices laicos aſſumere debes. 286
62 Clerus,plebs,princeps:hic eligit,hæc petit,hic vult. 314
63 Vſurpans laicus id vt eligat,audiat iſtam. 296
64 Pars hæc Pontifices iubet à tribus eſſe ſacrandos. 314
65 Cum diſſenſio ſit,à pluribus edita ſtabunt. 317
66 Vt ſacretur ab omnibus archiepiſcopus,hæc vult. 322
67 Presbyter inſtitui valet hic à præſule ſolo. 323
68 Si dubius præſul quos ordinet,hi reſacrentur. 323
69 Si benedictus erit,lectoratum,dabit abbas. 327
70 Expertes tituli pars ſeptuageſima pellit. 328
71 Reſpice dicta patrum,ne promoueas alienum. 329
72 Vlli non detur miſſoria,ni rogitetur. 332
73 Illius hæc nobis formam diſtinctio præbet. 333
74 Inuitus nullus erit ad ſac a trahendus. 335
75 Diſtinguit tempus hæc in quo promoueatur. 340
76 Temporibus vult hæc nos ieiunare quaternis. 343
77 Rectos indicat hæc modulos interſtitiorum. 349
78 Iſta dat annorum numerum,quo promouearis. 354
79 Ad cardinales ſpectat delectio Papæ. 355
80 Vrbes præſulibus pars octogeſima tradit. 359
81 Crimine quòd careat ſacrandus,in hac replicatur. 362
82 Præſul pauperibus dabis,& lapſos reparabis. 372
83 Nunquam peccatis conſenſum des alienis. 377
84 Sollicitus quod ſis,& monogamus,iubet iſta. 379
85 Non præſul fies, hoſpites niſi noſceris eſſe. 382
86 Corrigito,doceas: ſed non turpibus vllis. 384
87 Libertos,inopes,viduas defendere debes. 393
88 Reſpuitur clerus opus exercens,& auarus. 396
89 Iſta beneficia te diſpenſare docebit. 401
90 Placat diſcordes pars nonageſima fratres. 405
91 Arte parabis opes: niſi ſint ſatis eccleſiæ res. 4 8
92 Hæc plus corde probat domino quàm voce cauendum. 410
93 Hæc dat obedire maioribus inferiores. 414
94 Sub leuita vices Papæ geſtare valebit. 428


Presbyte-

95 Preſbyteris præſente licent hinc præſule multa. 419
96 Hic ſecli princeps non ordinet eccleſiæ res. 435
97 Eccleſiæ precibus huic princeps auxilietur. 447
98 Vult ius muniri peregrinos quinque ſigillis. 450
99 Vniuerſalem nullum ſinit iſte vocari. 751
100 Pallia prælatis donat centeſima multis. 454
101 Abſit vt vna duos habeat prouincia patres. 459

*Decreti ſecunda pars principalis eſt de cauſis. quæ ſunt XXXVI.*

*Prima cauſa.*

Cauſa prior labem condemnat ſimonialem.

*Septem quæſtiones primæ Cauſæ.*

1 Delinquit qui res mercatur ſpirituales. 461
2 Eccleſias intrans non cogatur dare nummos. 529
3 Si pro præbendis dederis quid: dicere ſimon. 535
4 Ignaros maculant natos delicta paterna. 545
5 Vult rigor vt linquat natus ſibi quæ pater emit. 553
6 Ordinet ignaros ſi quos ſimon, tolerantur. 556
7 Abiurans hæreſim præſul poterit tolerari. 557

*Secunda cauſa.*

Accuſare docet, ac appellare ſecunda.

*Octo quæſtiones ſecundæ cauſæ: & in eis quinta præcedit quartam.*

1 Si ſit cauſa patens, iuris non quæritur ordo. 575
2 Nemo ſuis rebus dijudicet expoliatum. 591
3 Talio punit eos, qui falſo crimina ponunt. 592
4 Si cadit accuſans, ſe non purget reus Inde. 599
5 Per teſtes binos præſul conuincitur aptos. 612
6 Qui cauſas differt appellans reijciatur. 614
7 Arguit inferior maiorem crimine vinctum. 640
8 Mandato legis datur accuſatio ſcriptis. 667

*Tertia cauſa.*

Tertia reſtituens tempus dabit induciarum.

*Vndecim quæſtiones tertiæ cauſæ.*

1 Singula reſtituit ius omnibus expoliatis. 670
2 Inducias debet varias ſpoliatus habere. 673
3 Induciis varium dat tertia quæſtio tempus. 676
4 Accuſare nequit hominem vir turpis honeſtum. 680
5 Ipſa domeſtica vox nulli nocet, aut inimica. 683
6 Sub ſenſore rerum proprio producere debes. 689
7 Hic non condemnet, ſimilis quem culpa remordet. 697
8 Solus Pontificem iudex non iudicet vnquam. 704
9 Pellitur accuſans abſentem, teſtificanſque. 705
10 Submouet a reliquis teſtem defectus in vno. 712
11 Mutua numquam ſit delatio iure vetante. 713


Quarta

*Quarta cauſa.*

Quarta quis accuſet, quis poſſit teſtificari.

*Sex quæſtiones quartæ Cauſæ.*

1 Accuſare nequit aliquos anathemate vinctus. 717
2 Impubes teſtis in cauſa criminis haud eſt. 718
3 Qui nequit accuſare, nequibit teſtificari. 718
4 Teſtis, & accuſans nemo ſimul eſſe valebit. 725
5 Non eſt ſtringendus anathemate, qui nequit eſſe. 827
6 Pontificis delator agit ciuilia tantum. 729

*Quinta cauſa.*

Quinta vocare docet, delatoremque ferire.

*Sex quæſtiones quintæ cauſæ.*

1 Mulctant ſcriptorem famoſi flagra libelli. 730
2 Eſt condemnandus ſemel, & bis vterque vocandus. 732
3 Nemo procuret crimen ciuilia curet. 744
4 Præſulis in ſynodo ſit condemnatio ſola. 736
5 Celans crimen obeſt multo plus quàm manifeſtans. 737
6 Aut caput, aut lingua delatori capuletur. 740

*Sexta cauſa.*

Sexta dat infames, delatos atque forenſes.

*Quinque quæſtiones ſextæ Cauſæ.*

1 Non accuſabunt infames ſimonialem. 743
2 Accuſans verbo non vincit ſimplice Prǽſul. 753
3 Quærere iudicium nunquam debes alienum. 755
4 Externi veniant, ſi ſit ſententia diſcors. 757
5 Si cadit accuſator, erit reus exoneratus. 759

*Septima Cauſa.*

Septima Pontificem tangit cathedram repetentem.

*Duæ quæſtiones ſeptimæ Cauſæ.*

1 Præſule viuente nullus det Pontificatum. 761
2 Nec Cathedram repetit præſul, quam ſponte reliquit. 799

*Octaua cauſa.*

Octaua legitur deſertio Pontificalis.

*Quinque quæſtiones Octauæ Cauſæ.*

1 Vult ius ne ſtatuat ſucceſſorem ſibi præſul. 791

Nullus

2 Nullus amicorum mihi poſſit vt eligar inde. 802
3 Detur ab electo vitandi cautio damni. 803
4 Linquendus non eſt (niſi ſit ſententia) Præſul. 805
5 Ad dimiſſa redire nequis Papæ ſine ſcriptis. 805

*Nona Cauſa.*

1 Soluere nona vetat alienos, atque ligare.

*Tres quæſtiones nonæ Cauſæ.*

1 Bannitus prẹſul nequit ordinis eſſe miniſter. 806
2 Alterius patriæ clerum tondere vetamus. 809
3 Pontificis clerum primas non ordinet vllum. 813

*Decima Cauſa.*

Dena dat, in ſacra quid ſumat epiſcopus æde.

*Tres quæſtiones decimæ cauſæ.*

1 Baſilicæ iuri ſubduntur pontificali. 822
2 Nullus eccleſiæ præſul fructus alienet. 827
3 Nihil præter ſolidos præſumat quærere binos. 834

*Vndecima Cauſa.*

Præfigens vndena forum ligat atque relaxat.

*Tres quæſtiones vndecimæ Cauſæ.*

1 Non coram laico clericus producitur vllus. 840
2 Officij punit tales ſuſpenſio culpas. 859
3 Seu bona, ſeu mala ſit ſententia dic timendam. 859

*Duodecima Cauſa.*

Eccleſiæ res ac propria biſſena docebit.

*Quinque quæſtiones vndecimæ Cauſæ.*

1 Clericus hic aliquid proprium prohibetur habere. 902
2 Accipiens vel emens res eccleſiæ ſibi reddat. 916
3 Linquas eccleſiæ totum quod habebis ab illa. 951
4 Ex re communi quæſitas diuide terras. 953
5 Si fortaſſe voles teſtari, de proprio des. 954

*Tertiadecima Cauſa.*

Tertia poſt decimam decimas, & funera tractat.

*Duæ quæſtiones tertiadecimæ cauſæ*

1 Eccleſiæ dandæ baptiſmali decimæ ſunt. 958
2 Tempora longa trahunt ius funeris, & decimarum. 961

*Decimaquarta cauſa.*

Improbat vſuras poſt denam quarta voraces.

Sex

# Decretum abbreuiatum in verſibus.

*Sex quæſtiones decimaquarta Cauſa.*


1 Quiſque poteſt licite ſua quærere, dummodo non plus. 978
2 Pro propria valet eccleſia quis teſtificari. 980
3 Si tulerit plus quam dederit quis fœnus habetur. 982
4 Non petat vſuras laicus, vel clericus vllas. 984
5 Ex male quæſitis eleemoſyna non fit egenis. 987
6 Si male parta tenet, & digne non pœnitet vllus. 992


*Decimaquinta Cauſa.*

In dena quinta furor,& mulier memorantur.

*Octo quæſtiones decimaquinta Cauſa.*


1 In furia pœnam non des,nam ſat furor vrget. 995
2 Pro patrocinijs non quærat munera clerus. 1003
3 Sola voce nequis condemnari mulieris. 1004
4 Nullas luce Dei cauſas tractare valemus. 1008
5 Infami detur purgatio probra neganti. 1009
6 Extorquenda rei pęnis confeſſio non eſt. 1011
7 Solus non tollit pręſul quem præſtat honorem. 1015
8 Ordine non ſumpto tua te probra facta repellant. 1017


*Decimaſexta Cauſa.*

In ſextadecima prębent monachi ſacramenta.

*Septem quæſtiones decimaſexta Cauſa. Et in ea quinta quæſtio tertium locum occupat.*


1 Dantur in hac monachi paſtores eccleſiarum. 1021
2 Pleno poſſeſſas dabit abbas iure capellas. 1056
3 Eccleſias iure terræ non vindicat abbas. 1060
4 Temporis eccleſiæ tollit pręſcriptio iura. 1061
5 Hæc quadragena dabit dominus ius religioſis. 1076
6 Vſurpans ſine iudicio rem,decidet a re. 1077
7 Si dedit eccleſiam laicus,non hanc retinebis. 1082


*Decimaſeptima Cauſa.*

Septima poſt decimam prohibet diſſoluere vota.

*Quattuor quæſtiones Cauſa decimaſeptima.*


1 Nulli facta Deo liceat dimittere vota. 1198
2 Gonſaldus tenuit ſua quæ dimiſerat æger. 1180
3 Abbas ad propria monachum nunquam ſinat ire. 1101
4 Dum reddit illicite,quæ contulit illa manebunt. 1102


*Decimaoctaua Cauſa.*

Fra-

Fratribus abbatem bis nona dat inſtituendum.

*Duæ quæſtiones decimaoctauæ Cauſæ.*

1 Si monachus fiat præſul.bona parte bipartit. 1119
2 Inſtituit præſul abbates a grege lectos. 1120

*Decimanona cauſa.*

Dat decimanona præſul clero monachatum.

*Tres quæſtiones decimanonæ Cauſæ.*

1 Pontifices clerum non impediant monachandum. 1133
2 Præſule nolente clauſtrum bene clericus intrat. 1134
3 Multos canonicos canon prohibet monachari. 1135

*Vigeſima Cauſa.*

Biſdena pueri traduntur religioni.

*Quatuor quæſtiones vigeſimæ Cauſæ.*

1 Quem pater offert, ſi placet exit cum ſit adultus. 1140
2 Extrahit clauſtro puerum pater illico,ſi vult. 1145
3 Cogitur inuitus nemo retinere cucullam. 1147
4 Strictius ad clauſtrum monacho tranſire licebit. 1150

*Vigeſimaprima cauſa.*

Ter ſeptima docet veſtes geſtare decentes.

*Quinque quæſtiones vigeſimaprimæ cauſæ.*

1 Prima ſit in titulo,ſit commendata ſecunda. 1152
2 Præſulis eccleſiam ſine ſcriptis nemo relinquat. 1155
3 Hæc prohibet clero tractare negotia ſecli. 1157
4 Veſtibus hic claris inhibetur clericus vti. 1159
5 Si proprium linquas cenſorem;ſis anathema. 1161

*Vigeſimaſecunda cauſa.*

Iurantes falſum damnat biſdena ſecunda.

*Quinque quæſtiones vigeſiimæſecundæ cauſæ.*

Sentētia elicitur ex cōi cuius initium. *Propoſueramus.*
Iuo p. 4. c. 211.

COnſequens eſt, [e] vt quod ab huius ſedis rectoribus plena [f] auctoritate ſancitur, nullius conſuetudinis [g] prępediente occaſione, proprias tantum ſequendo voluntates, remoueatur: ſed firmiter, atque inconcuſſe teneatur.

*Item Iulius Papa ad epiſcopos Orientales, epiſt. 1.*

¶ A conſuetudine Romanę eccleſię membris diſſentire non licet. Cap. III.

Anſ. l. 1. c. 8.
Poly. l. 1. c. 17.
*Hebr.* 13.

NOlite errare fratres mei chariſſimi: Doctrinis varijs, & extraneis nolite abduci. En, inſtituta Apoſtolorum & Apoſtolicornm virorum, canoneſque habetis: his fruimini, his circūdamini, *a* his delectamini, his armamini; vt his freti, circundati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum iacula perſiſtere valeatis. Satis enim indignum eſt, quemquam vel pontificum, vel ordinum ſubſequentium, hanc regulam refutare, quam B. Petri ſedem & ſequi videat, & docere. [h] Multum. n. conuenit, vt totum corpus eccleſiæ in hac ſibimet obſeruatione concordet, quę inde auctoritatem habet, vbi Dominus eccleſiæ totius poſuit principatum.

Anſ. l. 5. c. 4.
Poly. l. 3. tit. 3.

*a* ¶ His circundamini. ] *Locupletatus eſt hic locus ex originali, & Anſelmo.*

*Item Imperator Conſtantin. Aug. ad Proculum lib. 8. Cod. tit. Quæ ſit longa conſuetudo.*

tit. 53. leg. 2.

¶ Non poteſt vſus & conſuetudo legem & rationem vincere. Cap. IIII.

Iuo p. 4. c. 202.
Pann. l. 2. c. 163.

COnſuetudinis, vſusq; longęui non vilis auctoritas eſt, verum non vſq; adeo ſui valitura momento, vt

[b] VSus. Malus. [c] Auctoritati. Scriptæ.
[d] ¶ Et ratio vincat.] vt ſup. diſt. 8. veritate Ioan.

COnſequens.] CASVS. Ignatiꝰ Patriarcha Conſtantinop. iniuſte fuit a ſuis ſuffraganeis depoſitus fauore Michaelis Imper. & auctoritate. ſed Nicolaus Papa cum repr̄ehendit ſe pp cōſuetudinē excuſātem. Dicit ergo Nicolaus in hoc c. ꝙ nulla cōſuetudo pōt impedire qđ quin illud, qđ ſtatuitur a Papa inconcuſſe ſeruetur.
[e] ¶ Conſequēs eſt.] Ideſt, conueniens.
[f] ¶ Plena. Papæ auctoritas plena eſt, aliorum ep̄orum ſemiplena eſt: quia ipſi ſunt in partē ſolicitudinis uocati nō in plenitudinē poteſtatis, ut 2. q. 6. decreto, &c. q. ſuſcit.

Poteſtas Papæ, & ep̄orū diuerſa eſt.

[g] ¶ Cōſuetudinis. ] Niſi talis ſit conſuetudo, quæ poſſit p̄iudicare iuri, ut not. ſup. 8. d. fruſtra. Io.

tudo cedit diuinæ & humanæ conſtitutioni. & ad hoc inducit c. ſeq. quorum primum planum eſt, & intelliguntur. c. vſque ad §. [Cum uero ] de praua conſuetudine, reliqua uſque ad finem de bona.

Conſuetudo duplex eſt.

a ¶ Quod uero. Hic, intitulatur 11. d. in qua dr̄, ꝙ conſuetudo praua cedit legi tam eccleſiaſticę, quā ſeculari. Sed no. ꝙ conſuetudo quędam eſt generalis. quædā eſt ſpecialis. Specialis, ut ꝫ. ea. catholica. & 12. diſt. illa. Generalis eſt, quæ uniuerſaliter conſenſu omniū eſt ap̄pbata. & omnes adſtringit, & hæc tanquā canon. uel tanquam lex eſt obſeruanda, ut ꝫ. ea. eccleſiaſticarum, &c. quis neſciat. Specialis ſiue particularis eſt illa, quæ homines alicuius loci adſtringit, ꝙ in eodem loco habet

NOlite.] CASVS. Quidam epiſcopi deferentes regulam Rom. ec. uarijs doctrinis, & conſuetudinibus multum extraneis abducebantur: quos Iulianus Papa reprehendit dicens, eos ſeruare debere regulam, quam ſedem B. Petri ſequi uideant & docere, ut inde auctoritatem habeant ubi Dominus poſuit principatum.
h ¶ Et docere.] Patet hic, ꝙ non ſemper conſuetudinē Rom. eccl. tenemur ſequi: niſi ipſa præcipiat eam eſſe ſeruandā, ut inf. ea. c. vult. multa enim ſeruat Rom. eccl. quæ aliæ non ſeruant, ut 31. diſt. aliter. & de conſecr. d. 4. d. trina. & diſt. 1. de hymnis.

Conſuetudo Romana nō ſemper eſt ſeruanda.

COnſuetudinis.] CASVS. Dicitur hac lege, quod magna eſt auctoritas conſuetudinis: & non uilis

verũmtamen non eſt tantæ auctoritatis, vt generaliter vincat rõnem, aut legẽ, ſed tñ in eo loco in quo obſeruat̃ vincit. Quidam tñ intelligunt primam partẽ de bona conſuetudine, & ſecundã de mala: quod non credo.

Conſuetudo vtrũ vincat legem.

a ¶ Vincat.] Arg. ꝙ conſuetudo nunquam tollit legem. vt ſup. 1. d. cõſuetudo. Sed obijcit̃ hæc lex aut loquitur de bona cõſuetudine, aut de mala: ſi de bona, illam nulla rõ vincet, ſi de mala, de illa non poteſt dici, ꝙ non ſit vilis eius auctoritas. Ad hoc dñt quidam, ꝙ principium loquitur de bona, finis autẽ de mala conſuetudine, ſed ille intellectus ineptus eſt, q ſeparat caudã a capite, ꝙ nõ licet. ext. de bap. maiores. Alij fere oẽs ita exponunt, ꝙ hic dicitur non vincit, 1 legẽ, ſupple generalem ſed in eo municipio bone vincit vbi ſeruatur. Sed certe de hoc nunq̃ aliquis dubitauit, ꝙ conſuetudo particularis non debet vincere legẽ in omnib. alijs locis: ideo exponas de conſuetudine particulari, q̃ licet bona ſit, tamen non vincit legẽ etiã in illo loco, niſi adſint illa, quæ dixi. 2 ſupra diſt. 8. fruſtra.

1 Sub. immo ꝯomparatur ei. ſu. c. 1 his.

2 Idem ſenſit Io. de Fã. hic.

m ¶ Latura.] Ideſt, paſſura.
n ¶ Intente.] Ideſt, mente.
o ¶ Scriptura.] Veteris, vel no. te. non. n. ſcriptura vet. vel no. te. hoc docuit, ſed docet canonica in fronte, & in alijs membris ſignaculum crucis debere fieri de conſ.

Crucis ſignaculum in q. bus mẽbris debet fieri.

aut rationem vincat, [a] aut legem.

1 *Cũ verò [b] nec ſacris canonibus nec humanis legib. [c] conſuetudo obuiare monſtratur, inconcuſſa ſeruãda eſt. Vnde ex dictis a Baſilij.*

¶ Inuiolabilis eſt conſuetudo, quæ nec humanis legib. nec ſacris canonibus obuiare monſtratur. C. V.

Baſil. in lib. de Spiritu ſancto, c. 27.
Burch. l. 3. c. 127.
Iuo p. 4. c. 69.
Pann. l. 2. c. 159.

ECcleſiaſticarum inſtitutionum quaſdam ſcripturis, quaſdam verò Apoſtolica traditione [d] per ſucceſſiones in miniſterio [e] confirmatas accepimus; quaſdã verò cõſuetudine [f] roboratas approbauit vſus, quibus par ritus, & idem vtriſque pietatis debetur affectus: Vnde [g] quis, vel [h] aliquantulum ſacrarũ expertus ſcripturarum hæſitauerit? [i] Si. n. attentauerimus cõſuetudines eccleſiæ non per ſcripturas [k] a Patribus traditas nihil æſtimare, [l] quantum religio detrimenti ſit latura, [m] intente [n] inſpicientibus liquido conſtabit. ¶ Quæ. n. (vt inde ordiamur) ſcriptura [o] ſalutiferę crucis ſignaculo fideles docuit inſigniri; vel q̃ trifariã [p] digeſta ſuper panem & calicem prolixæ orationis, vel conſecrationis verba commendauit? Nã non modo, quod in Euangelio continetur, vel ab Apoſtolo inſertũ eſt, in ſecretis dicimus; ſed & alia plura [q] adijcimus magnã quaſi vim cõmendantia † myſterijs. Quæ orietẽ verſus [r] nos orare literarũ forma docuit; Bñdicimus fontẽ baptiſmatis oleo vnctionis. Huc accedit, ꝙ ter oleo [s] inungimus, quos

† al. conſumandis ac commendantia.] Burch.

b ¶ Cum vero.] Hæc eſt ſecundã pars, in qua probat ꝑ 7. c. ꝙ conſuetudo bona eſt amplectenda. Io. de Fant.

CASVS. Ab hoc loco tractat de bona conſuetudine vſque in finem.

c ¶ Legibus.] 25. q. 1. ideo. Arch.

ECcleſiaſticarum.] CASVS. Quidam nolebant vti conſuetudine, niſi quæ in ſcriptis eſſet redacta a Patribus, quos reprehendit, Aug. in hoc ca. oſtendens tria genera inſtitutionum eſſe in eccleſia, quaſdam ſcilicet in ſcripturis, quaſdam ab Apoſtolis traditas, & per ſucceſſores in miniſterio confirmatas: quaſdam vero ſola conſuetudine roboratas: quibus omnibus par ritus, & affectus debetur. Alioquin niſi conſuetudines in eccleſia ſeruarentur, Chriſtiana religio multum detrimenti pateretur: & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Quæ enim] probat quód hæc ſupradicta in eccleſia ſeruari debent, & hoc probatur ſex exemplis. Primum eſt de crucis ſignaculo. Secundum eſt de verbis trifariam digeſtis, ideſt, ter repetitis ſuper panem, & calicem. Tertium de oratione, quæ fit verſus orientem. Quartum de benedictione baptiſmatis cum oleo. Quintum de olei vnctione, quæ fit in baptizato. Sextum de abrenunciatione ſatanæ, & angelorum eius.

¶ Caſus ſeq. c. per ſe patet.
d ¶ Traditione.] Sine ſcriptis.
e ¶ In miniſterio.] Diuino.
f ¶ Conſuetudine.] Nõ ab Apoſtolis, ſed neſcit̃ a quo.
ADDITIO. Scilicet ritu. i. obſeruantia. Hug.
g ¶ Vnde.] ideſt, de quo ritu, vel obſeruantia.
h ¶ Vel.] ideſt, etiam.
i ¶ Hæſitauerit.] q. d. nemo etiam inſcius hic dubitat.
k ¶ Non per ſcripturas.] Sed per conſuetudinem.
l ¶ Aeſtimare.] ideſt, valere.

diſtin. 4. poſtea ſignatur. & diſt. 5. nunquid. 3 verumtamen videtur ſignum crucis traxiſſe originem ex vet. teſtam. 4 quia cum Angelus deberet occidere primogenita Aegypti, præceptum eſt filijs Iſrael vtrumq; poſtem linire de ſanguine agni ad modum thau literæ, q̃ eſt ad modum crucis. & dicitur, ꝙ Iacob cancellatis manibus ſuis benedixit filijs Ioſeph, ſ. Effraim, & Manaſſe. Item in Ezechiele legitur, ꝙ cum apparuiſſent ei ſex viri vaſa habentes in manibus, & quidam vir apparuiſſet in medio eorum habens atramentarium ad renes, Dominus dixit ad eum; ſigna thau in frontibus dolentium, & gementium; ſed illud fuit tantum in figura præceptum, 12. q. 2. gloria.

3 Iſte cõcor. nõ erãt ſcriptę tpe Aug. & iõ ipſe ſic loquitur: nã hodie ſecus ſm Io. de Fã.

4 Vel vt no. in prædicto ca. nunquid Ezech. 8.

p Trifariam.] Trifaria dicuntur verba: quia eadem tertio repetuntur in ſecretis, ſcilicet hoſtiam ſanctam, hoſtiam puram, hoſtiam immaculatam. Hic ordo nec in veteri teſtam. nec in nouo eſt præfixus: ſed a ſanctis Patribus vſualiter traditus: vel ideo dicuntur trifaria quaſi ſub triplici ſilentio fiant. primum eſt vſque ad ſanctus. ſecundum vſque ad Dominicam orationem. tertium vſque ad agnus Dei.

q ¶ Alia plura.] Hæc habes extra de celebr. Miſſarum cum Matthæ.

r ¶ Quæ orientem verſus.] Scilicet noui & vet. teſt. Sed tamen legitur, ꝙ Daniel in Babylonica captiuitate orabat verſus templum, & Iudæi, ſimiliter. templum autẽ erat verſus orientem, & in Salomone legitur: mane ad ſolem orabis. ſed dic, quod illa faciebant in venerationem templi.

Orãdum eſt verſus orientem.

ADDITIO. Poteſt tamen dici ſecundum Io. Damaſc. ꝙ octo ſunt cauſæ quare eccleſiæ ſic ſunt ordinatæ, ꝙ fideles orent verſus orientem, quæ habentur in Archid. hoc loco.

s ¶ Oleo.] Oleo in ſcapulis, & pectore, ut de conſecr. diſt. 4.

Oleo q̃ mẽbra ſunt vngenda.

baptizamus: verbis abrenunciare Satanæ & Angelis eius informamus. Vnde hęc, & alia in hunc modum non pauca, niſi quia tacita & myſtica traditiõe. a Patribus eccleſiaſtico more, reuerentiori diligentia ſunt in miſterijs obſeruata ſilentio, quam publicata ſcripto?

[margin] ...in.4. deinde. tertio in vertice fit vnctio: ſed hoc fit criſmate, vt de conſec. diſtinct. 4. poſtquã aſcendit. ſed larga acceptione hic appellatur oleum criſma. ſicut econuerſo inf. 95. diſtin. Illud ſuperfluum. Ioan.

a ¶ Ex dictis.] *Hoc caput antea citabatur* ex Auguſtino in lib. ex dictis Baſilij, *in codice Vercellenſi eſt*: vnde Auguſtinus ait; vel ex dictis Baſilij, & *retenta eſt poſterior pars huius disiuncti, quoniã ita citant Burchar. & auctor Pannormiæ, Ivo autem citat ex lib. Baſilij de ſpiritu ſancto, c. 27. quomodo in margine eſt indicatum. Cæterum, quoniam multis locis gloſſa obſtitit, ne mendaretur, neceſſarium viſum eſt integrum B. Baſilij locum & græce & latine afferre.*

Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα, ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅστις γε καὶ κατὰ μικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. εἰ γὰρ ἐπιχειρήσαιμεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν, ὡς οὐ μεγάλην ἔχοντα τὴν δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιϊστῶντες τὸ κήρυγμα. οἷον, ἵνα τοῦ πρώτου καὶ κοινοτάτου πρῶτον μνησθῶ, τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἠλπικότας κατασημαίνεσθαι, τίς ὁ διὰ γράμματος διδάξας; τὸ πρὸς ἀνατολὰς τετράφθαι κατὰ τὴν προσευχήν, ποῖον ἐδίδαξεν ἡμᾶς γράμμα; τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ ἀπόστολος ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχύν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες; εὐλογοῦμεν δὲ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως καὶ προσέτι αὐτὸν τὸν βαπτιζόμενον, ἀπὸ ποίων ἐγγράφων; οὐκ ἀπὸ τῆς σιωπωμένης καὶ μυστικῆς παραδόσεως, τί δὲ αὐτὴν τοῦ ἐλαίου τὴν χρῖσιν τίς λόγος γεγραμμένος ἐδίδαξε; τὸ δὲ τρὶς βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον, πόθεν; ἀλλὰ δὲ ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα, ἀποτάσσεσθαι τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς; οὐκ ἐκ τοῦ ἀδημοσιεύτου ταύτης καὶ ἀπορρήτου διδασκαλίας, ἣν ἐν ἀπολυπραγμονήτῳ καὶ ἀπεριεργάστῳ σιγῇ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐφύλαξαν, καλῶς ἐκεῖνοι δεδιδαγμένοι τῶν μυστηρίων τὰ σεμνὰ σιωπῇ διασώζεσθαι.

.i. Dogmatum, & inſtitutorum, quæ in eccleſia ſeruata ſunt, alia quidem habemus ex doctrina, quæ literis conſignata eſt; alia vero ex Apoſtolorum traditione ad nos tranſmiſſa, in miſterio recepimus, Quæ vtraque eandem vim ad pietatem habent: atque his nemo ſane contradixerit, qui vel exigua legum eccleſiaſticarum peritia ſit prēditus. Nam ſi aggrediamur ea, quæ non ſcripto, ſed tantum conſuetudine conſtant, repudiare, imprudentes Euangelio & quidem in præcipuis ipſius partibus officiemus vel potius ipſamet. inſtituta ad inane quoddam nomen redigemus. Exempli cauſa (vt quod primum, maximeque commune eſt, primo loco commemorem) eos, qui in Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine ſpẽ poſuerunt, figura crucis ſignari, ecquis ſcripto docuit: dum oramus, ad orientẽ ſolẽ conuerti, ecquæ nos literæ docuerunt? Verba inuocationis, cum panis Euchariſtiæ & calix benedictionis offertur, quis ex ſanctis Patribus ſcripta nobis reliquit, Non enim ijs contenti ſumus, quorum Apoſtolus, & Euangelium mentionem fecerunt; ſed alia quoque cum antea, tum poſt dicimus, vt pote quæ magnum momentum ad ipſum myſterium habeant, doctrina non ſcripta, ſed tradita eruditi. Benedicimus aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis, atq; illum ipſum præterea, qui baptizatur, ex qua ſcriptura? nonne ex occulta, & myſtica traditione? Quid? ipſam olei vnctionem quis ſermo ſcriptus docuit? Quòd homo ter mergendus ſit, vnde accepimus? Abrenunciare

a Conſuetudinem.] CASVS. huius cap. per ſe patet. conſuetudinem. inf. d. 12. cap. nos conſuetudinem. & inf. diſt. prox. omnia. contra ibi enim dicitur, quod quamuis conſuetudo non ſit contra fidem, tamen eſt repellenda. Sol. hic de tolerabili, ibi de ſuperſtitioſa & intolerabili conſuetudine: & ſic oẽs auctoritates intelligẽdæ ſunt, quæ contra illud c. reclamare videntur.

b Contra fidem] id eſt, contra bonos mores, & quod ita fit exponendum; habes de conſecra. diſt. . ſi nõ ſanctificatur vbi ex neceſſitate oportet facere eãdem expoſitionem.

* Longe rectius exponitur ibi in glo. c. ſi non ſanctificatur. de conſec. diſt. 4. Vide Iure. re. ſuper hoc cap.

IN his. CASVS. Quærebat Caſulanus ab Augu. vtrum cõſuetudines eſſent ſeruandæ, ubi nihil ſtatuit diuina ſcriptura certum? Et reſpõdet, quod ſic: & tũc pro lege ſeruãdę ſunt: & ſicut tranſgreſſores legũ puniũtur, ita & contemptores eccleſiaſticarũ cõſuetudinũ puniri dẽnt.

c Pro lege.] Semper diuturni mores pro lege ſeruantur, vt in fr. diſt. proxi. diuturni. ſic ſu. ead. diſtin. conſuetudinis.

d Cõſuetudinũ.] nota, quod punit trãſgreſſor cõſuetudinis vt trãſgreſſor legis, vt 1. q. . ſi quis omnẽ. & ſup. ca. eccleſiaſticarum. vnde ſicuti canonice non licet obuiare legi ſine licentia Papæ, ſic nec cõſuetudini 1, vt dicitur in hoc co. c. & tũ de communi cõſenſu poſſunt venire cõtra conſuetudinem etiam iuramento firmatam. ſi cauſa ſubeſt, vt extra de his quæ fiũ a ma. par. cap. cũ in cunctis: ſed contrarium eſt in ſtatutis. 15. q. 6. auctoritatem. Ioan.

Conſuetudinis trãſgreſſor punitur vt tranſgreſſor legis.

1 Antiquę cõſuetudinis ordo ſub decreto mandatur obſeruari. vt 10. q. 1. decernimus. in pri.

2 Ad idẽ ex. de treuga. ſicut noſtrũ Archid.

CAtholica eccleſia. CASVS. Tria ſunt quibus eccleſia per orbem diffuſa regitur, & ſubſiſtit. ſ. ſcriptura ve. & no. te. & traditio patrũ, & vniuerſalis & particularis inſtitutio, vel cõſuetudo. Primis duobus modis vniuerſaliter tota regitur eccleſia: particulari vero inſtitutione, vel conſuetudine nõ tota, ſed pro locorũ varietate regitur, & gubernatur, prout vnicuiq; viſum eſt.

e Particularis.] Sed contra infra. ea. diſt. 100. contra morem. vbi dicitur, quod particularis conſuetudo non excuſat, ſed tantum generalis. Sed hoc verum eſt in illis, quæ tantum ex priuilegio poſſunt haberi, vbi non valet conſuetudo, niſi vniuerſalis ſit.

Conſuetudo particularis an excuſet.

f Sed auctoritate.] Scilicet ſcripturæ.

g Tota.] Eccleſia.

h Regitur.] Quia quælibet prouincia abundat in ſuo ſenſu, vt 76. diſt. vtinam. & extra de ſepul. ca. certificari.

Sed

Satanę, atque Angelis eius, & reliqua omnia quæcũque in baptiſmo obſeruamus, quæ ſcriptura iuſſit? An non hæc ipſa minime vulgata, ſed ſecreta doctrina, quam quieto, minimeque curioſo ſilentio Patres noſtri cuſtodierunt; probe quidem illi intelligentes, myſteriorum maieſtatem taciturnitate ſeruari.

*Item Pius Papa. 1. in decretis, decreto ſeptimo.*

¶Laudabilis eſt conſuetudo, quæ nihil fidei contrarium vſurpat. Cap. VI.

COnſuetudinem [a] laudamus, quæ tamen contra fidẽ [b] catholicam nihil vſurpare dignoſcitur.

Burc. l. 3. c. 124. Anſ. l. 4. c. 42. Iuo p. 4. c. 66. Pann. l. 2. c. 157. Poly. l. 3. tit. 23.

*¶Verba huius capitis, quæ antea tribuebãtur B. Auguſtino, leguntur in editione conciliorũ Colonienſi tribus tomis inter decreta Pij 1. decreto ſeptimo & ĩ epiſt. eiuſdẽ Pij ex codice ſexdecim librorum li. 3 c. 19 quã etiã citant Burch. Iuo & auctor Pannormiæ: cuius tamen epiſtolæ omnia fere verba habentur 1. lib. regeſti B. Gregorii (qui citatur in Polycarpo) epiſt. 75. & ea, quæ ad hoc caput ptinent, referuntur inf. d. 12. c. nos cõſuetudinem.*

*Item B. Auguſtinus ad Caſulanum epiſt. 86:*

¶Vbi auctoritas deficit, mos populi, & maiorum inſtituta pro lege ſeruantur. Cap. VII.

IN his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura mos populi Dei, & inſtituta maiorũ pro lege [c] tenẽda ſunt. Et ſicut [a] præuaricatores diuinarum legum, ita cõtemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum [d] coercendi ſunt.

Anſel. l. 4. c. 42. Burc. l. 3. c. 126. Iuo p. 4. c. 68. Pann. l. 2. c. 158. Poly. l. 3. tit. 23. c. fin.

α Et ſicut.] *Hinc vſque ad finem non ſunt in epiſtola indicata: ſed à Burchardo etiam & Iuone, & in pannormia referuntur.*

*Item in libro de fide Chriſtiana.*

*¶Hodie inter opera B. Augu. nullum extat hoc titulo. In epiſtola vero ad Ianuarium, quæ eſt 118 cap. 1 & 2 hæc eadem ſententia copioſe exponitur.*

¶Auctoritate & traditione generali, vel ſpeciali eccleſia regitur. Cap. VIII.

CAtholica eccleſia per orbem terrarum diffuſa tribus modis probatur exiſtere. Quidquid enim in ea tenetur, aut auctoritas eſt ſcripturarum, aut traditio vniuerſalis, aut certe propria & particularis [e] inſtitutio. Sed auctoritate [f] tota [g] conſtringitur, vniuerſali traditione maiorum, nihilominus tota: priuatis vero cõſtitutionibus, & proprijs informationibus vnaquæq; pro locorum varietate, prout cuique viſum eſt ſubſiſtit, & regitur. [h]

*Item in libro contra Manichæos.*

Palam.]

Palam.] CASVS. Manichæi dicebant, ꝙ auctoritas Rom. eccl. in re dubia non dēbat introduci ad fidē faciendam. Cōtra quos inuehit Aug. dicēs, quod auctoritas Rom. eccl. ad fidem faciendam valet, cum ſit ab ipſis Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus confirmata. vt 20. diſt. de libellis, & ſic ſeruandæ ſunt leges Apoſtolicæ, ſicut leges Petri. 19. d. ſic omnes.

d ¶ Et tot.] arg. ꝙ priuilegium, quod a pluribus epiſcopis datur præualet illi quod a paucioribus datur. & argu. 19. diſt. in canonicis 1.

a ¶ Pa-

¶ Valet ad fidem catholicæ auctoritas eccleſiæ, Cap. IX.

PAlam eſt[a], quòd in re dubia, ad fidem[b] valeat auctoritas eccleſiæ catholicæ[c], quę ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum vſq; ad hodierum diem ſuccedentium ſibimet epiſcoporum ſerie, & tot[d] populorum conſenſione firmatur.

¶ *Apud B Auguſtinum lib 11. contra Fauſtum Manichæum cap. 2. legitur.* Et vides in hac re (de fide exēplarium loquitur) quid eccleſię catholicę valeat auctoritas, quæ ab ipſis, &c. *Hanc verò epiſcoporum ſucceſſionem potiſſimum in ſede Petri, & in libro contra epiſtolā Fūdamenti, & in epiſt. 165. de ſchiſmate Donatiſtarum, merito certiſſimum putauit eccleſia catholica indiciū.*

*Item Leo Papa ad epiſcopos per Siciliam conſtitutos, epiſt. 4. c. 6.*

¶ Ab Apoſtolicis inſtitutis non licet recedere. C. X.

Anſel. l. 3. c. 45.
Poly. l. 1. tit. 17.

HOc veſtræ indicimus charitati, vt ab Apoſtolis inſtitutis nullo vlterius recedatur exceſſu, quia inultum poſt hoc[e] eſſe non poterit, ſi quiſquam Apoſtolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

*Item Innocentius I. ad Decentium[f] epiſcopum Eugubinum, epiſt. 1.*

¶ Ab omnibus ſeruari debet, quod Romana ſeruat eccleſia. Cap. XI.

Burc. l. 3. c. 125.
Anſ. l. 1. c. 41.
Iuo p. 4. c. 67.
Poly. l. 1. ti. 17. & l. 3. tit. 24.
† al. auctoritatem debeat aliūde accipere, vel exemplum.

QVis neſciat, aut non aduertat, id quod a principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc vſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari? nec ſuperinduci, aut introduci aliquid, quod aut † auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? præſertim cum ſit manifeſtum in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque Siciliam, inſulaſque interiacentes, nullum inſtituiſſe eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus[g], aut eius ſucceſſores cōſtituerunt ſacerdotes: aut legant, ſi in illis prouincijs alius[h] Apoſtolorum inuenitur, aut legitur docuiſſe. Quòd ſi non legunt, quia nuſquam inuenitur, oportet eos hoc ſequi, quod eccleſia Romana cuſtodit, a qua eos principium accepiſſe non dubium eſt, ne dum peregrinis ſermonibus † ſtudent; caput inſtitutionum videantur amittere. † Sæpe dilectionem tuam ad vrbem veniſſe, ac nobiſcum in eccleſia conueniſſe, & quem morem[i], vel in conſecrandis myſterijs, vel in cæteris agendis arcanis teneat[k], cognouiſſe [a]. Quod ſufficere arbitraremur ad informationem eccleſię tuę, vel reformationē,

† al. aſſertionibus.
† al. amittere.

HOc veſtræ. CASVS. Quidam epi nolebant recedere ab inſtitutis, & cōſuetudine Ro. ec. ſed Leo Papa pcipit ne hoc faciāt, qa de cætero non poterit inultum remanere.

e ¶ Poſt hoc.] Arg. grauius punit delictum iteratum, vt 15. q. 8. hi qui.

f ¶ Ad Decentium.] Iſte, fuit electus in epiſcopū, & licet ſciret conſuetudines Rom. eccl. tamen petijt a Papa, ut ei ſcribat eas pp maiorē auctoritatem. 23. di. quamquam.

QVis neſciat.] CASVS. Quidā cui nota erat inſtitutio, & conſuetudo Rom. ecc. electus eſt in epm in ciuitate quadam ubi erant hoīes, q ſuperinducebāt alias inſtitutiones, & conſuetudines, q̄ B. Petrus docuit, & ſucceſſores ipſius, qd patefaciēs epiſcopus dño Pape ſupplicauit, ut ſibi iſtitutiones Ro. Ec. ſcriberet, qbus ſuū populū erudire uolebat. Cui Papa reſpondet, dicēs: Licet noueris conſuetudinē noſtram, in qua toties interfuiſti, ut ſufficiet ad informationē eccleſiæ tuæ, quia tamen auctoritate noſtra tu uis populū iformare: facimus, qd petiſti, ut populum tuū inſtruas, & errātes cōmoneas, aut nobis indices, ut qui ſint ſcire ualeamus.

g ¶ Petrus Apoſtolus.] Vel aliqs ex eius mādato, ut Paulus: nā Petrus Paulo dedit licētiam prædicādi auctoritate Dñi dū dicit: Segregate mihi Paulum & Barnabā ut 75. diſt. quod dic.

1 Arg. contra ex. de pœni. & remiſ. lib. 6. c. indulgentię.

a Nō niſi hæc bona expoſitio quia nullus Apoſtolus fuit Petro contrarius: & ideo alij ſubaudiunt primo ex xij. nullus niſi Petrus. vel ab eo miſſus. Arch.

a ¶ Palam eſt.] In his tribus. c. loquitur de generali conſuetudine Rom. eccl. quam etiam in alijs eccleſiis ſtatuit obſeruandam.

b ¶ Ad fidem.] Scilicet adſtruendam.

c ¶ Catholicæ.] i. Romanæ, ad quā recurritur in dubijs,

h ¶ Alius.] ideſt contrarius. 2. ſic ponitur 11. q. 3. c. 2.

i ¶ Morem.] Sic conſtrue, ſatis certum haberemus dilectionem tuam agnouiſſe quē more in celebrandis, &c.

K ¶ Teneat.] Scilicet Rom. Eccl. vel teneat, ideſt, tenere debeat dilectio tua.

a ¶Haberemus.]ſcilicet tuam dilectionem.
b ¶ Duxiſſet.] dilectio tua.
c ¶ Ignorare.]hic indicat eum ſcire, & neſcire:ſed vulgariter loquitur quaſi dicat, ſatis crederem te ſire, niſi à me quæſiuiſſes.

tione deuiare non debemus: ſed cum ratione poſumus quod probat per duo. cap. proxi. à contrario ſenſu.Ioan.

ADDITIO.Et male.Nam non eſt in eo argumentandum à contrario ſenſu, ſecundum Lau. ſed contra hoc dictum

ſi prædeceſſores tui minus aliquid,aut aliter tenuerint, & ſatis certum,haberemus[a],niſi de aliquibus conſulendos nos eſſe duxiſſet[b];quibus idcirco reſpondemus,non quòd te aliqua ignorare[c]credamus;ſed vt maiori auctoritate[d]tuos inſtituas: vel ſi qui a Romanę eccleſiæ inſtitutionibus errant, aut commoneas, aut nobis indicare non differas: vt ſcire valeamus,qui ſint, qui aut nouitates[e]inducunt,aut alterius[f] eccleſiæ quam Romanæ,exiſtimant conſuetudinem eſſe ſeruandam.

a¶Cognouiſſe.]*Locus hic in originali concilÿs quatuor tomorum inſerto ſic habet*, cognouiſſe non dubium eſt. Quod ſufficere ad informationem eccleſiæ tuæ,vel reformationem,(ſi prędeceſſores tui minus aliquid,aut aliter tenuerunt)ſatis certum haberemus:niſi de aliquibus cõſulendos nos eſſe duxiſſes. *Sed ob gloſſam præcipue in ver.morem non eſt mutatum.*

## DISTINCTIO XII.

Q*Vod* [g] *abſque diſcretione iuſtitiæ nulli agere licet.*

*Vnde Calixtus Papa primus omnibus epiſcopis ait in epiſtola prima ad Benedictum epiſcopum.*

¶Nulli agere licet ſine diſcretione iuſtitiæ contra diſciplinam Romanæ eccleſiæ. Cap. I. Anſel.l.1.c.12. Poly.l.1.c.17.

NOn docet à capite membra[h]diſcedere:ſed iuxta ſacrę ſcripturę teſtimonium omnia membra caput ſequantur.Nulli vero dubium eſt, quòd Apoſtolica eccleſia mater eſt omnium[i] eccleſiarum, à cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare.Et ſicut Dei filius venit facere voluntatem patris; ſic & vos voluntatem veſtrę impleatis matris,quę eſt eccleſia:cuius caput, vt prædictũ eſt,Romana exiſtit eccleſia. Quidquid ergo ſine diſcretione[k] iuſtitiæ contra huius diſciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

*Item Gregorius* [β] *Papa quartus.*

β¶Gregorius ]*Integrũ hoc caput ĩuenit ĩ epiſtola Gregorÿ quarti vniuerſis ep:ſpis p̱ Galliã,Germaniã,Europã,& vniuerſas p̱uĩcias cõſtitutis: q̃ eſt ĩ codice ſup. cita*

d¶ Auctoritate.]cũ iſte epiſcopus hoc ſua auctoritate poterat facere, & per confirmationem Papæ nihil noui iuris datur 1, ut inf. diſt. proxi.precceptis,qui enim confirmat,nihil donat; vt extra de fid.inſtr.ĩter dilectos: ĩ quo eſt ergo maioris auctoritatis?Dicunt quidã,ꝙ ſolet plus timeri,& c.ut 23.d.quãquam immo dico,quod auctoritas Papæ,vel eius confirmatio id quod min⁹ fuit ualidũ facit ualidum, ut extra de trãſac.c.1.Itẽ quia nulli preter auctoritatem Roman. Põt.licet illud reuocare,ut extra de confir.uti.uel ĩut c.2.2.
e ¶ Nouitates.]inf. 33.di.& hec aũt ſcripſimus. & ff.de conſti.prin.ĩ rebus ſup. 4.diſ. erit autẽ lex.
f ¶ Alterius ſcilicet contrariæ bonis moribus, ſic ſoluit cõtra inf.d.prox.nouit. contra ſic Inſt. de ſatiſda.§.ult.

1 Ad hoc 25. q.2. nõ tam nouũ.& no. ſup.ca. q. in ſũma.ibi uideas.Arch.

Confirmationis Papalis effectus.

2 De hoc ẽt legit, & no. 17. q. 4. ſ.iter. & extra de tranſla. ueniẽs. ibi. uideas. & de conſti. c. pe. & per Inn. extra de deci.dudum.

QVòd abſq;. Hæc diſtinctio diuiditur in tres partes. In quarum prima probat quòd bona conſuetudo ſeruanda eſt ſecũda ibi, [ Hoc aũt] tertia ibi, [ De his.].CASVS. in ſuperiori di. oſtendit, ꝙ cõſuetudo Rom. Ec.eſt ſeruãda. nũc. uero oſtẽdit,quod à conſuetudine Rom. ec.non eſt recedẽdũ ſine cauſa,& ſine diſcretione. Et ad hoc ꝓbandum inducit prima duo cap. à contrario ſenſu.Addit etiam, ꝙ bona conſuetudo eſt ſeruanda, mala uero reſecanda: & quòd conſuetudo metropolit. eccleſiæ eſt ſeruanda in prouincia,exceptis monaſterijs.

g ¶ Quod.]ideſt,ut noua conſuetudo teneatur. In hac 12. diſtin. magiſter proſequitur materiam præcedentis diſtin.ſcilicet, quod conſuetudo ſit ſeruanda, quæ non eſt contraria iuri naturali,uel conſtitutioni. In fine dicit, quod omnes eccleſiæ debeant ſeruare conſuetudinem Metropolitanæ eccleſiæ,ut inf.ead.diſt.de his. niſi ſint monaſteria,ut ibi dicitur. Ponit autem in principio duo c.per quæ uult interpretari ult. c. præcedentis diſtin. ubi dicitur, quòd à conſuetudine Rom. Ecc. deuiare non debemus, & ſic intelligit, quòd ſine diſcre

dictum Lau.eſt 56.diſt.c.2.in ſi.Hu.tenet contra.

NOn decet.]CASVS. quidam epiſcopi deuiabant à regulis Rom.Ecc.quare Calixtus Papa ſcripſit omnibus epiſcopis, ut ipſi tanquam membra Roma. Eccl. quæ eſt caput,non diſcedant ſine diſcretione:ſed uoluntatem eius faciant uelut ſuę matris:ſicut Chriſtus uenit facere uoluntatem patris.

h ¶ Membra:]ſic inf. de conſec.diſt.3.celebritatem, & in auth.de ecclẽ.titu.in princip.3.Et eſt hic ar.idem iuris eſſe in toto,quod in parte 4.ut 1.q.3. ſi quis epiſcopus ubi de hoc.

i ¶ Omnium.]ergo & Græcorum,ut 24.q.1.rogamus.

K ¶ Diſcretione. ] nunquid ergo cum diſcretione licitum eſt contra illam agere?certe non,ut 17. q. 4. §. qui autem.unde hic uacat arg.à contrario ſenſu.

3 Lauren.

4 Nam quod ius eſt in toto quo ad totũ: & in parte quo ad partem.ff.de adm.tuto. ſi duo.& de teſu. qui ſcit in prin. ſecũdum Io. de Fant.

Præ-

PRæceptis. ] CASVS. Quidam Patriarchæ, vel archiepiſcopi contra ſtatuta Ro. eccleſiæ faciebant epos ſine licẽtia ſedis Apoſt. alios deponendo: quos Greg. reprehẽdit, dicẽs, ꝙ accuſatio epiſcoporũ, & depoſitio ſicut quæſtio fidei tm̃ ad ſedẽ Apoſtolicam ſpectant: ſicut antiqua ſtatuta declarãt, quæ Greg. in hoc c. confirmat, nihil nouum circa hoc ſtatuendo: quare præcipit eis Greg. ne caput ſuum omittant, vnde normam aſſumere debent, & qui contra hoc fecerit, deponetur.

a ¶ Non dura. ] Quamuis graue, & intolerabile ſit, tñ adimplẽdum eſt, vt 19. diſt. I memoriã. & 100. d. 1. ꝗ morẽ. vel aſſignetur ratio quare adimpleri nõ poſſit, vt extr. de reſcrip. ſi quando.

b ¶ Non nouum. ] arg. ꝙ nõ dĩ nouũ, quod qñque ſtatutũ fuit: licet modo renouet. 1 vt 24. q. 1. Achatius, & 34. q. 1. nõ ſatis. vnde ſi epiſcopus iurauit, ꝙ ñ alienabit nouũ feudum, tñ feudum de nouo vacans poteſt licite alienare, vt extra de feu. ex parte. Item habes hic, ꝙ per cõfirmationẽ Papæ non datur ius nouum, vt extra de cõfir. uti. vel inuti. cum dicta. Quid iuris ſit, dixi de hoc 5. diſt. prox. c. vlt.

1 Et eſt arg. contra illos qui innouatas quæſtiones uilipendunt 22. diſ. renouantes. 10. q. 1. antiquos. Lau.

c ¶ Cauſatio epiſcoporũ. ] Solus enim Papa poteſt cõdemnare epm, licet ab alio poſſit abſolui, vt 3. q. 6. quamuis & c. dudũ. & 5. q. 4. duodecim. Itẽ ſolus Papa reſtituit eum, vt 2. q. 6. ideo. 1. Itẽ ſolus agit de eorũ renũciatione, vt 6. q. 3. denique. & de eorum mutatione, vt 7. q. 1. mutationes; & de eorũ exẽptione, ut 16. q. j. frater.

Papa ſolus condemnat epiſcopos.

*ro, Bibliotheca monaſterij Dominicanorũ Initiũ uero ẽ etiã in epiſt. Anaſtaſii* II *ad Anaſtaſium Auguſtum, c 6.*

¶ Apoſtolicis præceptis nullus ſuperbè reſiſtat. C II.

Anſel. l. 1. c. 20. Polyc. l. 1. tit. 17.

PRęceptis Apoſtolicis non dura [a] ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiã, quæ a ſancta Romana [eccleſia, † & Apoſtolica auctoritate iuſſa ſunt, ſalutiferè impleantur, ſi eiuſdẽ ſanctæ Dei eccleſiæ, quæ eſt caput veſtrũ, communionem habere deſideratis. *& poſt multa.* ¶ Non nouum [b] aliquid præſenti iuſſione præcipimus; ſed illa, quæ olim videntur indulta, firmamus: cum nulli dubiũ ſit, ꝙ non ſolum Pontificalis cauſatio † [c], ſed omnis ſanctæ [a] religionis relatio ad ſedem Apoſtolicam, quaſi ad caput eccleſiarum debeat referri, & inde normã ſumere, vnde ſumpſit exordium; ne caput inſtitutionis videatur omittere. Cuius auctoritatis ſanctionem omnes teneant ſacerdotes, qui nolũt ab Apoſtolicæ petræ, ſuper quam Chriſtus vniuerſalem fundauit eccleſiam, ſoliditate diuelli. Si quis hæc † Apoſtolicæ ſedis præcepta non obſeruauerit, percepti honoris eſſe hoſtis non dubitetur.

† abeſt ab ori. & aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus.

† al. accuſatio.

† al. hoc præcepto ſedis Apoſtolicæ præcepta] orig.

a ¶ Sanctæ religionis.] *Sic emendatũ eſt ex ipſa epiſtola, & aliquot manuſcriptis Gratiani codicibus, inductis his vocibus* ſpei Romanæ eccleſiæ.

*Item Leo ix. Michaeli epiſcopo Cõſtantinopolitano, epiſt. 1. c. 29 & Nicolaus 1. epiſt. 2 ad Photium.*

¶ Non eſt reſiſtendum conſuetudini, cui canonica non obſtat auctoritas. Cap. III.

Iuo p. 4. c. 223. & par. 5. c. 44. Pann. l. 2. c. 155.

SCit ſancta Romana eccleſia, quòd nihil obſunt ſaluti credentium diuerſæ pro loco & tempore cõſuetudines [d]; ſi illis canonica non obſiſtat auctoritas, pro qua eis obuiare debeamus: vnde nil iudicamus eis debere, vel poſſe reſiſtere. †

† abreſſit.

¶ *Caput hoc cõfectũ eſt ex duobus lõgè diuerſis locis. Nã vſque ad ver.* ſi illis, *ſumptũ eſt ex prima epiſtola ſeu libello Leonis ix aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani, & Leonis Acridani epiſcoporũ, c. 29 vbi loquens de Romana eccleſia ait:* Scit namque, qa nihil obſint ſaluti credentiũ diuerſæ ꝓ loco & tpe conſuetudines, qñ vna fides per dilectionẽ operans bona, q̃ pôt, vni Deo cõmendat oẽs. *& hæc fere ab Iuone, & in Pannormi referũtur. Altera vero pars accepta eſt ex epiſtola ſecũda Nicolai ad Photiũ q̃ incipit,* Poſtquam B. Petro. *Ibi enim habentur hæc:* De cõſuetudinibus, quas nobis opponere niſi eſtis, ſcribentes per diuerſas eccleſias diuerſas eſſe conſuetudines: ſi illis canonica non obſiſtat auctoritas, pro qua obuiare debeamus: nihil iudicamus, vel eis reſiſtimus.

SCit ſãcta. ] CASVS. Reuertitur mõ Gratianus ad ꝓpoſitũ ſuũ, oſtẽdẽs ꝙ conſuetudo quæ non obuiat iuri naturali, uel conſtitutioni, eſt ſeruanda. Dĩ ergo in hoc c. ꝙ bene poſſunt diuerſæ cõſuetudines ꝓ locis & tpibus obſeruari, dũmõ illis canonica auctoritas ñ obſtaret, nec obeſt hoc ſaluti credẽtiũ.

d ¶ Cõſuetudines. ] ut 31. di. aliter. & de cõſe. diſ. 4. de trina. & de conſecr. diſt. 2. quotidie.

*Item Hieronymus ad Lucinium, epiſt. 28.*

¶ Cõſuetudines, quę fidei non officiunt, vt à maioribus traditæ ſunt, obſeruentur. Cap. IIII.

ILlud breuiter admonendum puto, traditio-

ADDITIO. Ad idẽ ſupra, ca. diſt. illa.

ILlud. ] CASVS. Lucinius inueniebat uarias

varias conſuetudines, & diuerſas, vnde dubitabat vtrum altera deberet alteri præiudicare, & de hoc Hieron. conſulebat, qui reſpondit dicens, ꝙ conſuetudines à ſanctis patribus traditæ obſeruari debeat quæ fidei non obſtant: nec vnius loci conſuetudo alterius loci conſuetudine debet ſubuerti. Tria aũt ſequẽtia capitula plana ſunt.
a ¶ Traditiones.] i. cõſuetudines. 8. diſt. quæ contra mores.
b ¶ Præſertim.] i. tantum. ſic ponitur 11. q. 3. ſi qs epiſcopus dãnat⁹, & 16. q. 3. p ſingulas 7. q. 1. ſi quis presbyter. & 27. q. 2. multorũ. Et dic non officiant. id eſt, quę fidei nõ aduerſent vl' moribus bonis. vt ĩſa. ca. oĩa.
c ¶ Contrario more.] arg. eſt hic contra epiſcopos qui ſic argumentantur contra eccleſiam aliquam: ex quo aliæ eccleſię hoc, vel illud faciunt: ergo & iſta idem faciet. Reſpõdeatur ergo eis, ꝙ conſuetudo vnius eccleſię non ſubuertitur pp contrarias conſuetudines aliarũ. ar. tñ eſt pro eis; 100. diſt. contra morẽ. extra de cenſi. ex parte 1. arg. cõtra extra de ca. mo. dilectus circa fi. Io. Sol. q̃libet eccleſia faciat id qđ aliæ faciũt de

nes [a] eccleſiaſticas, præſertim [b] quæ fidei non officiunt, ita obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt, nec aliorũ conſuetudinem, aliorum contrario more [c] ſubuerti.

*Item Nicolaus Hincmaro archiepiſcopo.*

¶ Traditiones a Patribus inſtitutæ non ſunt infringendæ. Cap. V.

Iuo p. 4. c. 212. Pann. l. 2. c. 156.

RIdiculum eſt [d], & ſatis abominabile dedecus, vt temporibus noſtris vel falſo inſimulari ſanctam Dei eccleſiã permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitus à Patribus ſuſcepimus; pro libitu ſemper errantium infringi patiamur.

¶ *Habetur in epiſtola ſcripta Hincmaro, & cæteris archiepiſcopis & epiſcopis in regno Caroli eccleſias regẽtibus, quæ extra in codice iã memorato Bibliotheca Dominicanorũ, & ex ea caput hoc locupletatũ eſt. Nã antea breuius erat, vt etiam apud Iuonẽ, & in Panormia.*

*Item Iuſtinianus Inſtitutionum lib. 1. tit. 2.*

¶ Diuturni mores pro lege ſunt habendi. Cap. VI.

Iuo p. 4. c. 194. Pann. l. 2. c. 160.

DIuturni [e] mores conſenſu vtentium approbati legem imitantur.

*Item Cod. lib. 8. tit. quæ ſit longa conſuetudo. l. 1.*

¶ Quidquid contra longam conſuitudinem fit, reuocari oportet. Cap. VII.

Iuo p. 4. c. 201. Pann. l. 2. 162.

COnſuetudo [f] præcedens, & ratio, quæ cõſuetudinẽ ſuaſit, tenẽda eſt. Et quidqd [a] contra longã [g] con-

iure cõi. 61. diſt. miramur niſi præſcripſerit, vt extra de præſcri. auditis. vel niſi habeat priuilegiũ 16. q. 1. hinc etiam. B. Ex his duobus c. vi ꝙ iudex delegatus iudicabit ſecundũ conſuetudinem loci, vt inf. ea. d. illa. & ſup. d. 8. c. q̃ contra mores, vbi dicit, nulla ciuis, vel peregrini. & extra de conſue. cum olim. in fi. & de cog. ſpiri. ſuper eo. & optime extra de eo, q mit. in poſſ. cum veniſſet. & C. de ædi. pri. an in totum. vbi dr, ꝙ iudex ſeruabit 2 ea quæ in oppido frequẽter ſeruata ſunt. 3 Et legatus ſeruabit conſuetudinem prouincię: nam magnum exiſtimant ꝓuinciales ſibi ſeruari cõſuetudines ſuas. ff. de offi. procon. obſeruare. Item lex præcipit, ꝙ iudex ſeruet conſuetudinẽ ꝓuincię. ff. de teſta. l. 3. in fi. Econtra ꝓbat. ꝙ iudicabit ſcđm ius Romanum. vt ſup. d. proxi. c. vlt. & c. conſuetudinis, & in ſatiſdatione dicit lex ſeruãdã conſuetudinem vrbis Romanæ, vt inſti. de ſatiſd. §. vlt. extra de ſen. & re iud. in cauſis & c. cum cauſa. & 25. q. 2. ſeruatis. in fi. Itẽ qa delegatus non ſua. ſed delegãtis vice fungitur 4 vt 93. diſt. c. vlt. ext. de offi. dele. ſane 2. ff. de offi. eius cui mãda. eſt iuriſdictio. l. 1. & 2. itẽ magnum ſequeretur incõueniẽs, ſi ſcđm conſuetudinem loci iudicaretur, quia ſi illa loca haberent diuerſas conſuetudines in quibus iudicatur: iã ſequeretur ꝙ eadem cauſa regeret ſcđm conſuetudines contrariis. 12. q. 2. monemus. Itẽ vi. ꝙ ſcđm cõſuetudinem rei ſit iudicãdũ: tñ qa actor ſp ſequitur forũ rei. vt 11. q. 1. experiẽtiæ, tñ quia fauorabiliores rei ſunt, q̃ actores. ff. de reg. iur. fauorabiliores. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ ſi aliqui ſe ſponte ſubijciant iudicio alicuius, vel ſponte petant iudices delegatos, ꝙ ſemper ſecundum conſuetudinem delegantis iudicandũ ſit. Si autem inuitis datus ſit iudex: tunc iudicabitur ſecundum conſuetudinem litigantium, & potius ſcđm conſuetudinẽ rei, q̃ actoris, vt in d. l. fauorabiliores. Melius ẽ diſtingui, aut appellatur ad Papam aut non: ſi propter appellationem obtinetur iudex, dico tunc delegatum dẽre ſequi conſuetudines illius loci a quo eſt appellatum. qa iudex appellationis tenetur ſequi legem prioris ſtilæ, ut in auth. coll. 8. vt cum de app. cog. in princ. argu. ad hoc extra de teſt. Raynutius. vbi iudex ap. ſequitur conſuetudinem loci a quo fuit appellatũ. Sed ſi ſine ap. impetretur iudex: tunc tenetur ſequi conſuetudinem delegantis. argu. ad hoc ff. de cond. & dem. quæ conditio. in fi. Io. Ego credo, ꝙ iudex iudicabit ſecundum conſuetudinem rei, cũ actor forum rei ſequatur: vt extra de for. compe. cum ſit generale. niſi ratione contractus, vel maleficij factus ſit de foro alterius: quia tunc ſeruabitur conſuetudo loci vbi contraxit, vel vbi deliquit. vt 8 d. quæ contra mores, & extra de for. compe. c. vlt. Bar. con.

Cõſuetudo rei dẽt a iudice ſeruari.

c ¶ Contrario more.] C. de temp. in integ. reſt. l. vlt. contra vbi dicitur, ꝙ abſurdum eſt ex locorum differentia aliquod induci diſcrimen. Sol. verum eſt, quod propter loca diuerſa non debet induci ius diuerſum: niſi alia ratio ſubſit 20. diſt. ſciendum.

d RIdiculum eſt.] ff. de interdictis, & relegatis, l. relegatorum, §. vltimo.

DIuturni. Hoc dicitur Inſtit. de iure naturali. §. ex non ſcripto.

f COnſuetudo] vbi non eſt contraria iuri ſcripto.

g ¶ Contra longam.] Sed longum eſt illud quod eſt x. vel xx. annorum, ut C. de præſcri. long. temp. per totum. Non ergo requiritur, ꝙ conſuetudo excedat hominum memoriam, ut dicunt quidam uel etiam, ꝙ ſit præſcripta. Sed illud uerum eſt, ubi conſuetudo non eſt contra ius. vel quando eſt uetuſta: ita ut excedat memoriam hominum, ff. de aqua plu. arcen. in ſumma. §. item uarus. quia tunc habetur loco conſtitutionis, ut l. hoc iure §.

1 Et c. ſopire vbi de hoc, &c. ſuper eo. vbi de hoc. extra de offi. archi. ca. fi. vbi plene de hoc per Inn. & facit ad hoc quod not. extra de decimis, quoniã Iudex iudicando an loci conſuetudinem ſeruare debeat.
2 In iudicando.
3 Scilicet in ſimili genere controuerſiarum. Archid.
4 Idem Bal. in l. aduerſus. C. ſi ad uer. rem iu. & Alex. de Imo. in l. ſo- let. ff. de iu- riſ. om. iu. [illegible]

iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æſti.vbi autem eſt iuri contraria,requirunt ea,q no.s.8.diſt.fruſtra. 1

NOs conſuetudinem.] CASVS. In Numidia erant multi Donatiſtæ, quos cum ad eccleſiam redibant archiepiſcopi, & primates de cõſuetudine in epiſcopos pro-

ſionis & proprie. Item eſt hic argu. quòd perſona, quæ aliàs eſt ineligibilis ratione conſuetudinis fit eligibilis & ſic extra de clericis cõiug. cũ olim. 2 & ff. de decu. non tantum. in fi.arg. contra, extra de conſuet.cum venerabilis. Item habes hic, quòd diſpenſatur in uno

1 Sub.& tñc ꝓfertur: vel qñ eſt uetuſta, ita ꝙ excedit memoriam hominũ. ff.de aq. plu. arc. l.in ſumma. §. Caſſius. Tunc aũt loco conſtitutionis hr, ut d.l.hoc iure. §. ductus aquæ Laur.

ſuetudinem fiet, ad ſolicitudinem ſuam reuocabit præſes prouinciæ.

a ¶ Quidquid.) *In originali eſt* & ne quid contra longam conſuetudinem fiat, *ſed quoniam rubrica videtur magis conuenire lectioni Gratiani, quæ eſt etiam apud Iuonem & in Pannormia, non eſt mutatum.*

*Item Greg vniuerſis epiſcopis Numidiæ, li.1.epi.75.*

¶ Immota permaneat conſuetudo, quæ contra fidem catholicam nihil vſurpare dignoſcitur. C. VIII.

ſup. diſt. 11. c.conſuetudinem. Iuo p.4.c.204.

NOs conſuetudinem, quæ tamen contra fidẽ catholicã nihil vſurpare dignoſcitur, immotã a permanere concedimus, ſiue de primatibus b conſtituendis, ſiue de cæteris capitulis, exceptis ijs, qui ex Donatiſtis ad epiſcopatum perueniunt: quos prouehi ad primatus dignitatem (etiam cum c ordo d clericorum ß eos ad locũ eundem deferat) modis omnibus prohibemus. e Sufficiat autem illis commiſſæ ſibi plebis † curam gerere, nõ autem etiam illos antiſtites, quos catholica fides in eccleſiæ ſinu & edocuit, & genuit, ad obtinendum culmẽ primatus anteire.

† *tantum modo*] orig.

ß ¶ Ordo clericorum.] *Sic ẽt legitur in aliquot uetuſtis Grat. & in aliquibus B.Greg. codicibus: ſed auctor gloſſæ non videtur habuiſſe uerbũ* clericorum: *quemadmodum neq; Iuo neq; pleraque Gratiani manuſcripta exẽplaria, neque aliqua etiam B Greg. operum editiones.*

*Idem Gregorius ad Maximum Salonitanum epiſcopum lib.7 reg. epiſt.81.*

¶ Non negantur quæ conſuetudinis ſunt. Cap. IX.

QVemadmodum illicita perpetrari nõ patimur, ſic f quæ ſunt conſuetudinis non negamus.

*Idem Gregorius ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum, reſp.3.*

¶ Non locus conſuetudinem, ſed conſuetudo locum commendat. Cap. X.

Iuo p.2.c.80.

NOuit fraternitas tua Romanę eccleſię cõſuetudinẽ, in qua ſe meminit enutritã Sed mihi placet, vt ſiue in Romana, ſiue in Gallicorũ, † g ſiue ĩ qualibet eccleſia aliquid ĩuenisti, qđ plus omnipotẽti Deo poſſit placere, ſolicite eligas, & in Anglorum eccleſia, quæ adhuc in

† *Gallicanorum*] orig.

† *Gallicana.*] Iuo.

ordine cum aliquo, qui tamen non poteſt ꝓmoueri ad ſuperiorem ordinẽ, ut 34. diſt. lector & 1. q.5.c.1.& q.7. ſaluberrimum. põt.n. aliquis habere minorem honorem, q non poteſt habere maiorem, vt ff.de in terd. & rele.relegatorum, §. vlt. & 15. quæſt. vlt.c.1.

c ¶ Etiã cũ.] i.q̃uis.

d ¶ Ordo. Licet ſint talis ordinis, ꝙ poſſint eſſe primates.

e ¶ Prohibemus.] 23.q.4.ipſa pietas.3 ver. item ſi cõtra.1. q.1. ſi qs hæreticæ. 1.q.7. c.1. & c.conueniẽtibus contra. Sol.de iure communi eſt, ꝙ nullus rediens ab hæreſi poteſt ordinari. 1.q.7. c. 1. ſed diſpenſatur cum eis multipliciter. Diſpenſatur.n. cum eis quandoque ſemiplene, qñ ad minores ordines ꝓ mouentur, vt 1.q.1. ſi quis hęreticæ, plena eſt, qñ poteſt fieri ſacerdos, & non vltra 1.q.7.cõueniẽtibus. plenior qñ poteſt fieri epiſcopus: ſed non primas, ut hic, pleniſſima quãdo ad omnes ordines, & dignitates promouetur. 23. q. 4. ipſa pietas. Io.

QVemadmodũ.] CASVS. Huius capit. per ſe patet.

f ¶ Sic.] ſimilis cõparatio eſt. 2. quęſt. 1. ſicut ſine. Io.

NOuit.] CASVS. Gregorius miſit Auguſtinũ monachũ ſuũ ad ꝓdicãdũ

2 Põt dici id quod dr̃ in hac decr. pl9 fieri pp ſcandalũ vitãdũ: q̃ pp cõſuetudinẽ, ut in hoc c. eos cõſuetudinem.

3 Hoc c. potius eſt concordantia cũ hoc, & ibi tales permittãtur ep̃ari, ſm Hugo.

Rediens ab hæreſi an poſſit ordinari.

promouebant: cum hæc conſuetudo eſſet contra eccleſiaſticas conſtitutiones. Dicit ergo Papa in cæteris articulis conſuetudinem eſſe ſeruandam. In promotione verò Donatiſtarum ſeruari non debet, licet in dignitatibus ex diſpenſatione tolerentur, cum in quibuſdam antea conſiſtebant.

Conſuetudo in electione attenditur.

a ¶ Immotam. Contra extra de conſue.cum venerabilis, ſed ibi de conſuetudine circa ſtatuta canonum, ut 22.q.1.& iurabunt.

b ¶ De primatibus.] ar.eſt hic ꝙ cõſuetudo attenditur in electione, vt 24.q. 1.pudenda, in fi.& extra de elect. cum inter vniuerſas, & c. cum eccleſia, de cauſa poſſeſ-

Anglicis, qui iuit, & conuertit eos, & factus eſt ibi epiſcopus. Vnde quæſiuit a Gregorio, an ſm conſuetudinẽ Romanæ eccleſiæ, quam Aug. bene nouit, deberet Angliam informare? Et reſpondet Greg. ꝙ vbicunque inuenerit bonas conſuetudines, illas aſſumat, quibus in vnũ collectis Anglicorũ mores informet. nec dẽt pp locĩ dignitatẽ conſuetudinem approbare, quia nõ res pp loca, ſed loca pp res, & conſuetudines ſunt amanda.

g ¶ Siue in Gallicorum.] ſup.proxi. diſt.c.vlt.contra. Sed ibi de generali conſuetudine. Vel ibi de illa, quæ cõſiſtit in ordine.54.diſt.ex antiquis, hic de illa, quæ conſiſtit in obſequijs.

a ¶ Res.]

a ¶ Res.] idest conſuetudines quaſi dicat non ideo eſt comprobanda conſuetudo mala, quia bonus locus eſt. 40. diſt. non loca.
ADDITIO. Nec bona conſuetudo repellenda eſt, ideo quia locus ſit uillis ac ignobilis, ſecundum Hug.

e ¶ Liberas.] Hic dicit Aug. ꝙ liberum eſt Sabbato ieiunare quantū ad extraneos, non quantū ad illos ubi talis cōſuetudo ſeruata eſt. Sed contrariū dicit Inn. ī. de conſecr. diſt. 3. Sabbato. Sed ibi loquitur de conſilio. Vel ſpecialiter illud præcipitur Romanis. 76. diſt. utinam.

fide noua eſt, inſtitutione præcipua, quæ de multis eccleſijs colligere poteris †, infundas. Nō enim ꝓ locis res [a], ſed pro rebus † loca amanda ſunt. Ex ſingulis ergo quibuſque eccleſijs quæ pia, quæ religioſa, quæ recta ſunt, elige: & hæc quaſi in faſciculum collecta apud Anglorū mentes in conſuetudinem depone.

† potuiſti ] orig.
† bonis rebus ] ori.

*Item Auguſtinus ad Ianuarium, epiſt. 118 c. 1.*

¶ Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores eſſe conuincitur, indifferenter eſt habendum. Cap. XI.

ILla autem, quæ nō ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obſeruantur, datur intelligi [b] vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenarijs concilijs, quorū eſt in eccleſia ſaluberima auctoritas, commendata [c], atq; ſtatuta retineri [d]: ſicuti ꝙ Domini paſſio, & reſurrectio, & aſcenſio in cœlū, & aduentus de cœlo Spiritus ſancti, anniuerſaria ſolennitate celebrātur: & ſi quid aliud tale occurrerit, quod ſeruetur ab vniuerſa, quacunq; ſe diffundit, eccleſia. ¶ Alia vero, quæ per loca terrarū, regioneſq; variātur, ſicuti eſt, quòd alij ieiunant Sabbato, alij vero non; alij quotidie communicāt corpori & ſanguini dominico, alij certis diebus accipiūt; alibi nullus dies īntermittitur, quo non offeratur; alibi Sabbato tantū & dominico, alibi tantū dominico; & ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti pōt; totum hoc genus rerum liberas [e] habet obſeruatinones. Nec diſciplina vlla eſt in his melior graui, prudētiq; Chriſtiano, quam vt eo mō agat, quo agere viderit eccleſiā, ad quamcunque forte deuenerit. Quod enim neq; contra fidem, neq; contra bonos mores iniungitur † indifferēter eſt habendū; & pro eorum inter quos viuitur, ſocietate [f] ſeruandū eſt. Mater mea [α], Mediolanū me conſecuta inuenit eccleſiam Sabbato non ieiunantē: cæperat fluctuare quid ageret. Tūc ego cōſului de hac re beatiſſimæ memoriæ virū Ambroſium. At ille ait; cū Romam venio, ieiuno Sabbato; cū Mediolani ſum, non ieiuno. Sic etiā tu, ad quam forte eccleſiā veneris [g], eius morē ſerua, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quendam tibi. Hoc, cū matri renunciaſſem, libenter amplexa eſt [h].

ibidem c. 2.

fere idem epiſt. 119 cap. 18.
† al. eſſe conuincitur.

α ¶ Mater mea.] *In hoc capite, quemadmodum & in ſequenti, multa.*

ILla autem.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes In prima parte quærebat Ianuarius ab Auguſtino, quare gñaliter per totū orbem ſeruētur paſſio Dñi. reſurrectio, & aſcenſio: & his ſimilia: cū non inueniatur in auctoritate. ꝙ illa ſeruari ꝓcipiat? Et rñdet Augu. ꝙ iō ſeruantur, quia intelligere debemus, & credere hoc eſſe traditum ab Apoſtolis, vel à cōcilijs ſtatutum. vnde debent ab vniuerſis ſeruari. In ſcđa parte, quæ incipit ibi, [Alia uero.] dr. ꝙ particulares cōſuetudines liberam habēt obſeruantiā: nec ad alios q ibi non habitant, pertinēt. ſicut eſt de ieiunio Sabbati, & de quotidiana ſumptiōe corporis Chriſti, & de his ſimilib. & hoc ꝓbaī exemplo Ambroſij. Nam cū mater Auguſtini iuiſſet Mediolanū, & dubitaret utrum deberet ieiunare die Sabbati: cum ibi eccleſia nō ieiunaret, Aug. conſuluit Ambroſium ſuper hoc, qui reſpondit: Cum ſum Romæ, Sabbato ieiunio: cū ſum Mediolani, nō ieiuno, & tu Auguſtine ad quãcumq; eccleſiam veneris, eius morē ſerua: ne ſcandalum generetur alicui ꝑ te. Hoc cum Au. renūciaſſet mři, libēter amplexa eſt.
ronymus non repudiat, legenda ſuſcipimus: reliqua autem omnia cum auctore ſuo dicimus eſſe renuenda. ¶ Item Chronicon † Euſebij Cæſarienſis, atque eiuſdem hiſtoriæ eccleſiaſticæ libros, quamuis in primo narrationis ſuæ libro tepuerit, & poſtea in laudibus, atque excuſatione Origenis ſchiſmatici vnum cõſcripſerit librum: propter rerum tamen notitiam ſingularem, quæ ad inſtructionem pertinet, vſquequaque non dicimus renuendos. ¶ Item Oroſium virum eruditiſſimum collaudamus, quia valde nobis neceſſariam aduerſus. Paganorum calumnias ordinauit hiſtoriam, miraque breuitate contexuit. ¶ Item venerabilis viri Sedulij paſchale opus, quod heroicis deſcripſit verſibus, inſigni laude proferimus †. ¶ Item Iuuẽci nihilominus laborioſum opus non ſpernimus, ſed miramur. Cęterũ, quę ab hęreticis, ſiue ſchiſmaticis conſcripta, vel prædicata sũt, nullatenus recipit Catholica, & Apoſtolica eccleſia Romana. ¶ E quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & à catholicis vitanda ſunt, credimus eſſe ſubdenda. In primis Ariminenſem ſynodum à Conſtantio Cęſare Cõſtantini filio congregatam mediante Tauro præfecto, ex tunc, & nunc, & vſque in æternum confitemur eſſe damnatam. Item Itinerarium nomine Petri Apoſtoli, quod appellatus ſancti Clementis lib. viii. apocryphum. Actus nomine Andreæ apoſtoli, apocryphi. Actus noĩe Philippi apoſtoli, & apocryphi. Actus nomine Petri apoſtoli, apocryphi. Act⁹ nomine Thomæ apoſtoli, apocryphi. Euangelium nomine Thadæi, apocryphum. Euangelium nomine Thomæ apoſtoli, quo vtuntur Manichæi, apocryphum. Euãgelium nomine Barnabæ, apocryphum. Euangelium nomine Bartholamæi apoſtoli, apocryphum. Euangelium nomine Andreæ apoſtoli, apocryphum. Euangelia, quæ falſauit Lucianus, apocripha. Euangelia, quæ falſauit Hyrcius †, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de S. Maria, & de obſtetrice Saluatoris, apocryphus. Liber, qui appellatur Paſtoris, apochryphus. Libri omnes, quos fecit Lenticius † diſcipulus diaboli, apocriphi. Liber, qui appellatur fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur theſaurus, apocryphus. Liber qui appellatur de filiabus Adæ [ vel † Geneſeos, apocryphus. Centimetrũ de Chriſto Virgilianis compaginatum verſibus, apocryphum. Liber, q̃ appellatur Actus Teclæ, & Pauli apoſtoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber prouerbiorum, qui ab hæreticis conſcriptus, & S. Xiſti † nomine ſignatus eſt, apocryphus. Reuelatio, quæ appellatur Pauli apoſtoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Thomæ apoſtoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur tranſitus † S. Mariæ, apocryphus. Liber qui appellatur pœnitentia Adæ, apocryphus. Liber Ogiæ nomine gigantis, qui ab hęreticis cum dracone poſt diluuium pugnaſſe perhibetur, apocryphus. Liber qui appellatur teſtamentum Iacob †, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Originis, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia S. Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Iamnis, & Mambræ, apocryphus. Liber, qui appellatur, ſortes Apoſtolorum † apocryphus. Liber Luſanæ apocryphus. Liber canonum Apoſtolorum, apocryphus. Liber Phyſiologus, qui ab hæreticis conſcriptus eſt, & B. Ambroſij nomine præſignatus, apocryphus. Hiſtoria Euſebij Pamphili, apocrypha. Opuſcula Tertulliani †, ſiue Africani, apocrypha. Opuſcula Poſthumani, & Galli, apocrypha. Opuſcula Montani, Priſcillæ, & Maximillæ, apocrypha. Opuſcula omnia Fauſti Manichæi, apocrypha †. Opuſcula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha †. Opuſcula Caſſiani, preſbyteri Galliarum, apocrypha. Opuſcula Victorini Pictauienſis † apocrypha. Opuſcula Fauſti Rhegienſis Galliarum, apocrypha. Opuſcula Frumentij †, apocrypha. Epiſtola Ieſu ad Agbarum regem, apocrypha. Paſſio Georgij, apocrypha. Paſſio Cyrici [a], & Iulitæ, apocryphia. Scriptura; quæ appellatur contradictio Salomonis, apocrypha. Philacteria omnia, quæ non Angelorum, vt illi con fingunt, ſed dæmonum magis arte cõſcripta ſunt, apocrypha. ¶ Hæc, & omnia his ſimilia, quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Baſilides, Ebion, Paulus etiam Samoſatenus, Photinus & Bonoſus, & qui ſimili errore defecerunt, Montanus quoque cum ſuis obſceniſſimis ſequacibus, Appollinaris, Valentinus, ſiue Manichęus, Fauſtus †, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cœleſtius †, Donatus, Euſtathius, Iouinianus, Pelagius; Iulia-

† al. præferimus] orig.

Burch. l. 3. c. 221. Iuo par. 4. c. 65. Pann. l. 2. c. 113.

† Decem] ori.

† al. Eſtius] al. Heſychi⁹.

† al. Lentius] al. Lentinus.

† Abeſt ab orig.

† al. Sixti.

† tranſitus. ideſt aſſumptio, orig.

† al. Iob ] ori.

† qui appellatur, laus Apoſtolorũ] orig.

† Tertuliani apocrypha. Opuſcula Lactantij apocrypha. Opuſcula Africani apocrypha] orig.

† Opuſcula Commodiani apocrypha ] orig.

† Opuſcula Tatij, Cypriani apocrypha. Opuſcula Arnobij apocrypha Opuſcula Tyconij apocrypha] orig.

† al. Pitabienſis.

† al. Frumentij c.] orig.

† Africanus, orig.

† al. Caliſtus.

† *Iulianus Celanenſis. Cœleſtinus.* &c. orig. *Priſciliano ab Hiſpania Neſtorius Cõſtantinopolitanus, Maximinus, Vnicus Lampetius.* † *Hæretici, eorumque diſcipuli.* ſori. Burc. lib. 3. c. 222. Iuo p. 2. c. 67. Pann. lib. 2. c. 50.

Iulianus, & † Latienſis Cœleſtinus, Maximinus, Priſcianus † ab Hiſpania, Lampedius, Dioſcorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus, ex quibus vnus Alexãdriam, alius Antiochiã maculauit, Acacius Conſtantinopolitanus cum conſortibus ſuis, nec nõ omnes hæreſes, quas ipſi, eorumque diſcipuli, ſiue ſchiſmatici docuerunt, vel conſcripſerunt: quorum nomina mimine retinentur, non ſolum repudiata, verum etiam ab omni Romana, & Apoſtolica eccleſia eliminata, atq; cũ ſuis Auctoribus, auctorumque ſequacibus ſub anathematis indiſſolubili vinculo in æternum confitemur eſſe damnata. ¶ Cæterum, qui libri in eccleſiaſticis officijs per anni circulum a nonnullis legantur, quòd ritum illum Apoſtolica non reprobat, ſed ſequitur eccleſia, pro fidelium ædificatione adnotãdum cẽſuimus. Quidam, quod in ſeptuageſima ponunt Pẽtateuchum (vſq; in 15. diem ante Paſcha, 15. die

*Tres.*

ponunt Hieremiam vſque in cœnam Dñi. In cœna Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hieremiæ. [Quomodo ſedet ſola ciuitas, &c.] & tres de tractatu Sancti Auguſtini in pſalmum 54. ([Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris.] & tres de Apoſtolo,

*1. Cor. 11.*

vbi ait in epiſtola ad Corinth. [Conuenientibus vobis in vnum.] Secunda lectio incipit: Similiter & calicem poſtquam cœnauit,] Tertia. [de ſpiritalibus autem nolumus

*1. Cor. 10.*

vos ignorare fratres. In Paraſceue tres lectiones de lamentatione Hieremiæ, & tres de tractatu ſancti Auguſtini in pſalmum. 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. [& tres de Apoſtolo, vbi ait in Epiſtola

*Heb. 4.* *Heb. 5.*

ad Hebræos, [Feſtinemus ingredi in illam requiem, &c.] Secunda lectio, [Omnis namque pontifex.] Tertia. [De quo grandis nobis ſermo.] In Sabbato ſancto tres lectiones de lamentatione Hieremiæ prophetæ, & tres de tractatu ſancti Auguſtini in eundem pſal. 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor,] & tres de Apoſtolo, vbi ait in Epiſtola ad Hebræos, [Chriſtus aſſiſtens pontifex fu-

*Heb. 9.*

turorum bonorum.] Secunda lectio, [Vbi enim teſtamentum eſt.] Tertia, Vmbram enim

*Heb. 10.*

habens lex futurorum bonorum. [In Paſcha Domini homilias ad ipſum diem pertinẽtes, infra hebdomadam homilias. In octauis) † Paſchę ponunt actus Apoſtolorum, & epiſtolas canonicas, & Apocalypſim vſque in octa-

† *al. octaua.* † *al. octauã.*

uas † Pentecoſtes: In octauis Pentecoſtes ponunt [libros Regum, & Paralipomenon vſque in Kalend. Auguſti. In Dominica prima mẽſis Auguſti ponũt Salomonẽ vſque in Kalendas Septembris. In Dominica 1. Septemb. ponunt Iob, Tobiam, † Heſter, Eſdram vſque in Kalen. Octobris. In Dominica prima menſis Octobris ponunt librum † Machabæorum vſque in Kalendas Nouemor. In Dominica prima menſis Nouembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas vſque in Kalendas Decemb. In Dominica prima menſis Decembris ponunt Eſaiam prophetam vſque ad † Natiuitatem Domini. In Natali † Domini legunt primum de Eſaia tres lectiones. Prima lectio [Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, &c.] Secunda, [Conſolamui, conſolamini.] Tertia, [Conſurge, conſurge,] Deinde leguntur ſermones, vel homilię ad ipſum diem pertinentes. In Natali S. Stephani homilia de ipſo die. In Natali S. Ioannis ſimiliter. In Natali Innocentium ſimiliter. In Natali S. Silueſtri ſimiliter. In octaua Natalis Domini homilia de ipſo die. In Dominica prima poſt Natiuitatem Domini ponunt epiſtolas Pauli vſque in Septuageſimam. In Epiphan. lectiones tres de Eſaia. Prima lectio incipit, [Omnes ſitientes.] Secunda, ] Surge, illuminare Hieruſalẽ.] Tertia, [Gaudens gaudebo in Domino.] Deinde leguntur ſermones, vel homiliæ ad ipſum diem pertinentes.

pha Grecè. Latine ſecreta. Et quia in cameris ſolẽt virgines abſcondi, & ſecrete morari, ſecundum Ic. de Fan. inde eſt, ꝙ virgo in Hebræo, alma. In Græco, apocrypha, Latine dicitur ſecreta.

† *Iudith. Heſter.*] Iuo. † *libros.*] Iuo. † *al. in natalem.* † *al. in vigilia natalis Domini*, Bur. & Iuo. & ordo Romanus. *Eſa. 9. Eſa. 40. Eſa. 52. Eſa. 51. Eſa. 60. Eſa. 61.*

¶ Mandamus.] *Poſt hoc verbum in Decreto Gelaſii ſequitur continenter* Itẽ opuſcula beati Cypriani. &c. *Sed Burchardus, & Iuo, & Pannormia habent vt Gratianus. At certe in toto hoc capite tot modis diſcrepant collectiones ab originali, vt ſatis certo ſtatui non poſſit, quæ vera, & pura ſit Gelaſii lectio; nec magnopere ſit mirandum, ſi nonnulla ſint, quæ difficultatem faciunt. Quamobrem, quæ auxilio codicum tuto emendari poterant, ea ſunt emendata e cæteris locis partim indicata varietates, partim, quoniam omnes indicare infinitum fuiſſet, labor hic ad libros audiendi accurato lectori eſt relictus.*

β ¶ Item geſta.) *Hinc vſque ad finem capitis omnia abſunt a pleriſq; vetuſtis Gratiani codicibus: quod etiam Archidiaconus adnotauit. Sunt tamẽ eiuſdem Gelaſii vſque ad verſ.* Cæterum qui libri, *& apud Burchardum, & Iuonem referuntur proximè poſt ſuperiora.*

λ ¶ Iuuenci) *Antea legebatur*, Item Vincentij. *reſtituta eſt vera lectio ex Gelaſio, Burchardo, & Iuone. De quo Iuuenco meminit B. Hier. in Cathalogo.*

ſ ¶De S.Maria.] *In collectione Iſidori legitur*, & de Maria obſtetrice. *Apud Burchardum*, & de Maria vel obſtetrice. *Apud Iuonem vero*, & de ſancta Maria, vel de obſtetrice Saluatoris.

ε ¶Cæterum.] *Hinc vſq; ad finẽ neq; in collectione Iſidori. neq; in vllo veteri codice Gratiani eorum, quæ collata ſunt, inueniuntur. A verbo tamen,* in Septuageſima ponunt, *referuntur a Burchardo & Iuone ſine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelaſio ipſo cum lxx. epiſcopis Fere autem omnia habentur ſparſim in libro, qui ordo Romanus nuncupatur.*

ζ ¶Pentateuchum.] *Apud Iuonẽ legitur,* Heptateucum, *ut vltra quinque libros cõprehendas librum Ioſue, & Iudicum, qua voce, ac librorum coniunctione B Hieronymus ad Lucinũ ſcribens vtitur. Alij verò Heptaticũ appellãt, vt S. Gregorius lib.7. in d. 2 epiſt. 48. & li. 1 o. epiſt. 2 2. & alibi, & Rabanus in præfatione in Hieremiã, & ordo Romanus, c. de Septuageſima.*

η ¶In Pſalmum 54.] *Sic etiã apud Iuonem In ordine Romano.⁶. de officijs diuinis a Cœna Domini vſque in octauas Pentecoſtes, & apud Burchardũ legitur.* in pſalmum 63 ). i Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. *Item q. in c. de ordine in nocte Paraſceues,* Tres de tractatu S. Aug. pſal 63

φ ¶In octauis,] *Ipſam diem octauam ſolitam fuiſſe proferri nomine multitudinis, id eſt octauas, notabitur infra de conſec. diſt. 3. cap. pronunciandum.*

ɣ ¶In Natali Domini.] *Burchardus, & Iuo habent in* Vigilia Natalis Domini, *& ita in ordine Romano, c. quod inſcribitur*, in Chriſti nomine, incipit ordo catholicorum librorum, qui in Eccleſia Romana ponuntur. *Pannormia autem habet, vt Gratianus.*

## DISTINCTIO XVI.

1 ps *APoſtolorum a verò canones, qui per Clementem Pontificẽ Romanum, ſicut quidam aſſerunt, dr̃r eſſe tranſlati α, ſunt quinquaginta.*

α ¶Tranſlati] *In titulo qui præponitur canonibus Apoſtolorum in collectione Iſidori, & in concilio Stephani Papæ iiij. (cuius magnam partem Deuſdedit Cardinalis in ſua canonum collectione referri) pro voce,* tranſlati, *habetur,* prolati, *Dionyſius certe Exiguus, nullam huius verſionis mentionem facit, & aliqui ſcriptores ſolent epiſtolas Clementis hoc modo citare,* Ex dictis Petri Apoſtoli per Clementem prolatis, *vt auctor Polycarpi, & alij.*

*Hos non recipiendo., ſed inter apocrypha deputatos Iſidorus ſcribit dicens.*

¶Apoſtolorum canones Apoſtolica reijciuntur auctoritate. Cap. I.

CAnones b qui dicuntur Apoſtolorum, ſeu quia eoſdem nec ſedes apoſtolica recepit, nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuerunt, pro eo quòd ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcuntur, quamuis in eis vtilia c inueniantur, tamen ab auctoritate canonica, atq; Apoſtolica eorum geſta conſtat eſſe remota, atque inter d apocrypha deputata.

*Caput hoc eſt in præfatione Iſidori ad collectionẽ conciliorũ, quæ ex bibliotheca eccleſiæ Toletanæ deſcripta Romam miſſa eſt. Nam in illa, quæ vulgatæ Iſidori collectioni, de qua initio dictum eſt proponitur, contrarium potius videtur dici, & refertur infra c. Placuit, hac eadem diſt. ſi modo idem eſt Iſidorus.*

APoſtolorũ.] Hęc diſtinctio diuiditur in duas partes. Secũda ibi,] Et ſoluta.] CASVS. In hac 6. diſtin. oſtendit Gratianus canones Apoſtolorum eſſe recipiendos: primo tamẽ ponit quandam cõtrarietatẽ de canonib. apoſtolorum primo de non recipiendis, & poſtea de recipiẽdis, & eam ſoluit.

a ¶Apoſtolorum.] Hic intitulatur 16. d. in qua ꝓbat, ꝙ canones Apoſtolorum ſunt recipiendi: poſtea oſtendit quo tẽpore, & quo reſidente in Papatu, vel Imperio qdlibet concilium eſt celebratũ. Et nota, ꝙ Gratianꝰ ponit quandam contrarietatem de canonibus Apoſtolorum, & eam nõ ſoluit, ꝓbat enim auctoritate Iſidori, ꝙ canones Apoſtolorum non ſunt recipiendi, qa ſunt apocryphi poſtea probat auctoritate Zepherini, & Leonis, quòd ſunt recipiendi, & non ſunt apocryphi. Sol. breuis eſt, qa illi canones ſunt recipiendi, qa veris Apoſtolis ſunt editi: ſed illi, non quia pſeudoapoſtolis ſunt editi ſ. proxi. di. ver. item geſta.

CAnones.] CASVS. Quærebatur ab Iſidoro an canones, qui dñr Apoſtolorum, ſint approbandi: & reſpondet quoniã ab hæreticis ſub noĩe apoſtolorũ ſunt compoſiti, nec Rom. eccl. nec ſancti Patres eos approbauerũt, quãuis in eis multa vtilia inueniãtur, tamen apocryphi reputantur.

b ¶Canones.] Sic cõſtrue: quãuis in eis canonibus, qui canones dicuntur Apoſtolorum.

c ¶Vtilia.] Argu. ꝙ vtile vitiatur ꝑ inutile. 1 vt no. ſ. diſ. 9. ſi ad ſcripturas.

1 Ad idem 3. q. 0. pura. Archid.

d ¶ Atque inter apocry-

apocrypha. ] id eſt, ſine certo auctore, * vt ſapientia Salomonis: liber Ieſu filij Sirach. qui dicitur eccleſiaſticus: & liber Iudicum, & Tobiæ: & liber Machabæorũ: hi apocryphi dicuntur, & tamen leguntur, ſed forte non generaliter.

* *Quinimmo libri iſti non apocryphi, ſed canonici ſunt, quãuis olim quidam etiã catholici de illis dubitauerint. Concil. Triden. ſeſſ. 4. de canſcripts.*

d ¶ Orthodoxæ. ] Id eſt, recte: orthos, rectum: doxa, gloria. Inde dicitur fides orthodoxa, id eſt, catholica recta, ſcilicet in qua recte gloriamur. Ioan. de Fan.

e PLacuit. ] Ex his tribus cap. ſurgit contrarietas, quam Gratianus non ſoluit, nec ponit: ſexta ſynodus dicit lxxxv. capitula canonũ Apoſtolorum eſſe ſeruãda: Zepherin[9] lx. & Leo quinquaginta. quidã 2 ita ſoluũt, ꝙ ſexta ſynod[9] fuit ante Zepherinũ, & Zepherinus añ Leonem, & obſeruabãtur lxxxv. canones, prout dicit ſexta ſynodus, ſed poſtea in deſuetudinem abierunt xxv. & remanſerũt lx. vt dicit Zepherinus. procedẽte vero tempore x. ex illis perierunt, & ſic remanſerunt tãtum l. vt dicit Leo. Sed hæc ſolutio ſtare nõ poteſt: nã Zepherinus pceſſit vj. ſynodum nam vj. ſynodus fuit celebrata tempore Agathonis, vt inf. ea. diſtin. cap. ſexta. qui longo tempore fuit poſt Zepherinũ, vt ex chronicis apparet. Omiſſis alijs ſolutionibus, dic ꝙ nõ contradicũt ſibi: quia dicebat ſynodus lxxxv. fuiſſe capitula: Leo dicebat quinquagĩta fuiſſe capitula: Zepherin[9] nõ dicit de capitulis. ſed de ſententijs: & poteſt eſſe, quod in vno capitulo ſint ſentẽtię plures.

ius mũdi, i. de nobis in hoc mundo remanentibus. quid. ſ. facere debeamus. Io. de Fan. & Hu. 2 Vt Goffredus.

Sexa-

*Zepherinus autem econtra ſcribit epiſcopis per Siciliam conſtitutis, epiſt. 1.*

Iuo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 105. Poly. l. 3. tit. 20. † al. præfixerunt. ] orig.

¶ Apoſtolorum canones ſunt recipiendi. Cap. II.

SExaginta a ſententias Apoſtoli preſcripſerunt † cum alijs plurimis epiſcopis, & ſeruandas cenſuerunt.

a ¶ Sexaginta. ] *Iuo etiam, & auctor Pannormiæ habẽt,* Sexaginta. *Itemque originale in margine. Sed in textu,* Septuaginta. *Polycarpus,* Quinquaginta.

*Item Leo β Papa nonus contra epiſtolam Nicetæ abbatis.*

¶ Exceptis quinquaginta capitulis, canones Apoſtolorum inter apocrypha deputantur. Cap. III.

Iuo p. 4. c. 105. Pann. l. 2. c. 124. † al. regulis orthodoxis. ] al. regulæ orthodoxæ. ]

CLementis a librũ, id eſt Petri Apoſtoli itinerarium b & Apoſtolorũ canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis c quinquaginta capitulis, quæ decreuerunt orthodoxæ † d fidei adiungenda.

β ¶ Item Leo. ] *Hoc caput ſumptũ eſt ex reſpõſione Huberti legati Leonis noni ad libellũ Nicetæ presbyteri, & Monachi cõtra Latinos editũ: q̃ Romæ ĩ Monaſterio S. Mariæ nouæ & ĩ multis priuatis bibliothecis extat manuſcripta. Merito autem potuit citari Leo 9. quod eius auctoritate, & iuſſione Humbertus legatus ſedis Apoſtolicæ ea ſcr pſerit.*

*Item vi ſynodus cap 2.*

Cap. IIII.

Iuo p. 4. c. 106. Pann. l. 2. c. 125.

PLacuit e huic ſanctæ ſynodo, vt amodo confirmata & rata ſint canonum Apoſtolorum lxxxv. capitula.

Iuo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 125.

*Epiſtola α Iſidori in capite canonum.*

Iſidorus β ſeruus Chriſti lectori ſuo conſeruo. ¶ Propter eorum auctoritatem cęteris concilijs prępponimus f canones, qui dicuntur Apoſtolorum, licet à quibuſdam apocryphi dicantur, quoniã plures eos recipiũt, & ſancti Patres eorũ ſententias ſynodali auctoritate roborauerũt, & inter canonicas poſuerunt conſtitutiones. *Itẽ infra.* ¶ Primo quidẽ ordo, vt prędictũ eſt, de celebrando concilio inſertus habetur; & poſtmodum canonum Apoſtolorum, ac primorum apoſtolicorũ (id eſt à Sãcto Clemente vſque ad Sanctum Syluestrum) decretorum,

ISIDORVS, CASVS. Probat Iſidorus in hoc c. canones Apoſtolorum eſſe recipiendos tribus rationibus. Primo, quia plures eos receperunt. Secundo, quia Sancti Patres eorum ſententias confirmauerunt & eas inter canonicas conſtitutiones poſuerunt. Tertio, quia poſiti ſunt & inſerti in Breuiario, in quo decreta diuerſorum conciliorum poſita ſunt: quod factum fuit a Clemente vſque ad Silueſtrum. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt.

SExaginta. ] CASVS. Tria ſequentia capitula plana ſunt.

a CLementis. ] Id eſt, qui ſub nomine Clementis compoſitus eſt ab hæreticis.

b ¶ Itinerarium ] Qui actus Petri continet, quos per orbem itinerando peregit. 1

1 Vel dic, ꝙ ideo itinerarium appellatur, quia ibi agitur de itinere, id eſt actione hu-

c ¶ Exceptis. ] Impropria videtur hæc exceptio: quia aut excipitur à veris canonibus, aut à falſis. Non de falſis: quia nullus ex illis obſeruatur. Item non de veris: quia nullus eorum eſt apocryphus. Vel dic, ꝙ hoc nomen, canones, ſumitur large, tam pro veris, quam pro falſis canonibus, vt ponitur infra 32. diſt. 5. verum.

f ¶ Præponimus. ] Argumen. quòd illi qui ſunt maioris auctoritatis, debent habere priorem vocem in electione. 19. diſtinctio. in canonicis. 3 vnde licet Ancyrana ſynodus fuerit prior Nicæna, tamen propter maiorem auctoritatem Nicæna præponitur, vt infra ead. diſtinct. cap. ſexta, ibi. [ Prima adnotatio, &c. ] argum. extra de reſcript. ab excommunicato.

3 Ad idem ff. de pact. l. maiorem. Archid.

atque diuerſorum conciliorum breuiarium interpolatur ſequens ordinem ſuum.

α ¶ Epiſtola.] *Hac epiſtola ab Iuone vocatur pfatio in opus canonũ, & eſt ea, q̃ Iſidori noĩe eſt præpoſita tomis cõciliorũ, licet in vetuſtiore editione, in qua purior eſt Iſidori collectio nõnulla verba deſiderẽtur. Eſt aũt cõfectũ hoc caput ex duobus locis illius pfationis. Nã uerba illa.* Propter eorũ auctoritatẽ, &c. *vſque ad uer.* cõſtõnes, *nõ lõge abſũt ab initio. Reliqua uero ſũt ĩ extremo.*

β ¶ Iſidorus ſeruus.] *In pannormia eſt eodem modo atque apud Gratianũ. Apud Iuonem & in manuſcriptis collectionis illius codicibus eſt,* Iſidorus Mercator ſeruus Chriſti conſeruo ſuo, & parenti fidei † in Domino ſalutem. *In vulgatis autem conciliorum editionibus,* Iſidorus peccator, ſeruus, &c. † al. fideli.

*Item cum Hadrianus Papa ſextam ſynodum recipiat cũ omnibus canonibus ſuis, cum etiam ſancta octo uniuerſalia concilia profeſſione Romani pontificis ſint roborata; in ſexta † autem ſynodo ſiue in ſeptimo cõcilio Apoſtolorum canones ſint recepti & approbati: patet, quòd non ſunt inter apocrypha deputandi: Vnde ſcribit Hadrianus Papa Tharaſio Patriarchæ.* † al. ſeptima ſynodo, ſiue concilio. ‖ al. ſexta ſynodo ſiue in ſexto concilio.

¶ Sexta ſynodus auctoritate Hadriani corroboratur. C. V. Iuo p. 4. c. 122.

SExtam α ſynodum ſanctam recipio cum omnibus canonibus ſuis.

α ¶ Sextam.] *Hoc habetur in ſecũda actione ſeptimæ ſynodi in epiſtola Hadriani ad Tharaſium. Sed eo in loco Hadrianus refert uerba ſynodicæ epiſtolæ à Tharaſio ad ſe miſſæ. Et hic Gratianus non refert propria eius epiſtolæ uerba. In uerſione n. Anaſtaſii bibliothecarij ſic legitur.* Inuenimus autem in prædicta ſynodica epiſtola ſanctitatis veſtræ, poſt plenitudinẽ fidei, & cõfeſſionẽ ſacri ſymboli, & omnium ſanctarum ſex ſynodorũ, & de ſacris & venerabilibus characteribus miraculũ laude ac veneratione digniſſimũ cõtineri. Quare & eaſdem ſanctas ſex ſynodos ſuſcipio cũ omnibus regulis, quę iure, ac diuinitus ab ipſis pmulgatæ ſunt. *Et hæc quidẽ poſtrema uerba ſunt etiã in illa ipſa Tharaſij epiſtola, qđ ex cõcilio Græco, & noua ĩterpretatione clarè apparet.*

*Sed dubitatur de ea, an canones conſcripſerit: quod ex quarta actione ſextæ β ſynodi ª facile abſoluitur.*

β ¶ Sextæ.] *in ſecundo & 12. Vaticanis, eſt* ſextę *alias* ſeptimę, *& uere ſeptimæ eſt, ſed ob gloſã nihil eſt mutatũ.*

*Ait enim Petrus epiſcopus Nicomediæ.*

Sexta ſynodus canones conſcripſit. Cap. VI. Ex actione quarta ſeptimæ ſynodi. Iuo p. 4. c. 122.

HAbeo librum α continentem canones ſanctæ ſextæ ſynodi. Patriarcha dixit: ¶ Quidam ſcandalizantur per ignorantiam, p canonibus iſtis, dicẽtes; nunqđ ſexta ſynodus canones fecit? Sciant ergo, quõ ſancta ſynodus ſexta ſub Cõſtantino congregata eſt, contra eos, q dicebant vnã operationẽ, & vnã voluntatẽ ᵇ eſſe in Chriſto: in qua ſancti Patres illos, vt hęreticos anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanauerunt. 2 ¶ Et ſoluta ſynodus eſt Conſtantini ᶜ 14. anno. Poſt quatuor vero,

SExtam.] Sed dubitatur.

CASVS. Probat Gratianus, q ſexta ſynodus canones fecit: & hoc probat per ſeq. cap.

a ¶ Sextæ ſynodi.] falſa ẽ littera, & debet ibi eſſe ſeptimæ 1 ſynodi. qualiter .n. dubitaret ſexta ſynodus de eo quod ipſa fecerat.

1 Tu dic, q in c. ſextam ſynodum facit mentionẽ de ſexta ſynodo congregata, quę debet ſeptima dici: ſed pp eos patres, qui in vtraque fuerunt, nõ mutat nomen, & per hoc patet, q illa litera ſeptimæ, &c. eſt falſa, & illa ſextæ eſt uera, ſm Io. de Fant. Arch.

HAbeo. CASVS. Dicitur in hoc cap. q ſexta ſynod⁹ canones fecit, q̃ cõgregata fuit ſub Cõſtantino Imperatore, contra perfidiã hereticorum quorũdã dicẽtium, Chriſtũ fuiſſe tãtũ operatũ ſ. dm opa humanitatis, vt comedere & ambulare: alia vero virtutis opera, vt reſuſcitare mortuos, & ambulare ſup aquas, phãtaſtica fuiſſe, & n̄ vera. & hoc in prima parte. In ſecũda parte q̃ incipit ibi, Et ſoluta. dicit, q hæc ſexta ſynodus fuit poſtea congregata ſub Iuſtiniano filio Conſtantini: in qua ijdem plures patres eoſdem canones cõdiderũt, qui primo fuerant conditi in eadẽ ſexta ſynodo. In tertia parte quæ incipit ibi, Eadem ſancta.] repetit ſere ea, quæ dicta erant in ſecunda parte.

¶ Caſus ſ. Planus ẽ.

b ¶ Voluntatẽ.] Quidam dicebãt tantu vnam fuiſſe volũtatem in Chriſto. Sed dicendũ eſt, q duæ fuerunt voluntates in eo, q homo fuit, una ſenſualitatis, ſecundum quam ipſe dixit Pater ſi. fieri poteſt trãſeat a me, & alia rationis, ſecundum quam ipſe dicit: veruntamen non ſicut ego volo; ſed ſicut tu vis.

Voluntates duæ fuerũt in Chriſto.

c ¶ Conſtãtini.] Nõ illius magni Cõſtãtini, qui fuit tempore Silueſtri: ſub eo .n. fuit Nicænũ cõcilium tempore Silueſtri.

d ¶ Cõſtãtini.] cõtra

Ex ſexta actione ſeptimæ ſynodi.

aut quinq; annos iidẽ ſancti Patres cõgregati ſunt ſub Iuſtiniano [a] filio Conſtantini,& p̃dictos canones promulgauerũt: de quib.nullus dubitet.Qui.n.ſub Cõſtantino in ſynodo fuerunt,iidem ipſi epi ſub Iuſtiniano iſtis canonibus ſubſcripſerunt. Oportebat.n.vt ſynodus vniuerſalis canones eccleſiaſticos promulgaret. *Item.* ¶ Sancta ſexta ſynodus poſt promulgatã ab ea diſſinitionem contra Monothelitas, Conſtantino Imperatore, qui eã congregauerat, non multo poſt defuncto, & Iuſtiniano eius filio regnãte pro eo. ¶ Eadẽ [b] ſancta Synodus diuinitus inſpirata, iterum Conſtantinopoli quarto,aut quinto anno cõgregata eſt, & canones numero cij.ad correctionem eccleſiæ promulgauit.

a ¶ Habeo librũ.] *Verba ſunt Petri ep̃i Nicomediæ, ac Tharaſij Patriarchæ Conſtantinopolitani actione quarta ſeptimæ ſynodi, quod quidem ipſi decenniũ, ac duob. canonib. dixerũt. qui in Trullo tp̃e Iuſtiniani Rhinotmeti ſc̃do anno ſuæ reuocationis ad imperiũ editi ſunt. Verũ ex his ipſis verbis Tharaſij apparet eos canones nõ eſſe proprios ſextæ ſynodi; quia fatetur poſt annos quatuor, aut quinq;, quã ſynod⁹ fuerat abſoluta, canones illos fuiſſe editos. quo tp̃e certiſſimum eſt neq; eundẽ Romanũ Pontificem, neq; eoſdem ep̃os fuiſſe. Quamquàm in hac rõne tp̃is potius credendum eſt diligentiſſimis chronologis, Theophani; (cuius ẽt verba quæ ad hunc locum pertinent ex originali Græco; quod in bibliotheca Vaticana extat, ſatis fideliter tranſlata leguntur apud Franciſc. Turrianũ lib 6 7. & 8. ſynodo) & Anaſtaſio, & Georgio Cedreno, quã Tharaſio. Illi.n.nõ quatuor, aut quinq;, ut Tharaſius. ſed viginti ſeptem annos, a fine 6 ſynodi tp̃e Agathonis habitæ vſq; ad hanc huiuſmodi Decretorum editionem aſſerunt interceſſiſſe: Ep̃os uero qui hos ediderunt, noluiſſe ipſos edere tanquam canones 6 ſynodi, ſed voluiſſe ſupplere quod videbatur in 5. ac 6 ſynodo deeſſe, ipſamet illorum ad Imperatorem allocutio teſtatur. Itaq; noua dicenda eſt hæc ep̃orum coitio, ideoq; Græci illam, ut ſcribit Balſamon πενθέκτην i. quintamſextam ſynodum appellant. Cæterum non fuiſſe omnes illos canones a Rom. Eccleſ receptos, duo uiri rerum eccleſiaſticarum peritiſſimi, Anaſtaſius Bibliothecarius, & Humbertus Leonis ix. Legatus aperte teſtãtur Humbertus quidem his uerbis;* Non aũt miror, ſi Agathoni Papæ, & ſanctis Patrib. 6. ſynodi ueſtra imputetis deliramẽta, & quæ aut corrupiſtis, ut finxiſtis capitula: cum & ipſi Dño Ieſu, & Apoſtolis eius ĩputetis figmenta. Vnde nos ſcientes ſextam ſynodũ ad deſtruendam hęreſim Gręcorũ Monothelitarum, nõ autem ad tradẽdum Romanis nouas cõſtitutiones congregatã, capitula, quæ nobis ſub eius auctoritate apponitis, omnino refutamus; quia prima & Apoſtolica ſedes nec aliquando ea accepit, nec obſeruat hactenus. *Anaſtaſius vero in præfatione in ſeptimam ſynodũ ad Ioannem 8. Romanum Pontificem ita ſcripſit:* Ergo regulas, quas Gręci in ſexta ſynodo perhibent editas, ita in hac ſeptima ſynodo principalis ſedes admittit, ut nullatenus ex his illæ recipiãtur, quæ priorib. canonibus, vel decretis ſanctorum ſedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniuntur aduerſæ, quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ. Sed nec in cęterarum Patriarchalium ſedium, licet Græca vtantur lingua, reperiuntur archiuijs: nimirum, quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut conſentiens, aut ſaltem præſens inuenta eſt. Quamquam eoſdem Patres illas Græci promulgaſſe perhibeant, qui in ſexta ſynodo ſunt inuẽti: ſed nullis certis probare poſſunt indicijs.

*Ex his ergo colligitur, quòd ſexta ſynodus bis congregata eſt, primo ſub Conſtantino, & nullos canones conſtituit, ſecundo ſub Iuſtiniano filio eius, & præfatos canones promulgauit.*

*Vnde ſancti Patres in eadem ſynodo ſecundo congregati dixerunt.*

¶ Conſtitutiones ſynodi ſextæ. C. VII.

QVoniam a ſanctæ, [c] & vniuerſales ſynodi, quinta ſub Iuſtiniano Auguſto, ſexta ſub Conſtantino patre ſuo Auguſto, de myſterio fidei pleniſſimè diſputãtes, canones nõ fecerũt, ſicut cæteræ quatuor vniuerſales

Inſt. de do. §. eſt & aliud. Inſt. qui. non eſt pot. fa. te. §. ſic⁹. vbi Iuſtinianus uocat patrem ſuum Iuſtinum. Sed loquitur hic de alio Iuſtiniano, ſub quo ſexta ſynodus celebrata fuit tẽpore Agathonis Papæ, vt inf. ea. cap. ſexta. Sub Iuſtiniano autẽ cuius leges leguntur, celebrata eſt quinta ſynodus, vt inf. eo. c. ſexta.

a ¶ Sub Iuſtiniano.] Sed certe nec ſic ceſſat cõtrarietas: quia tẽ Leo quẽm ſynodus loquitur de cap. Tu diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas. 2. q. 1. multi.

b ¶ Eadem.] Not. quòd eadem dicitur ſynodus, quia ijdẽ patres illuc conuenerunt. ſimile 7. q. 1. denique. & ff. de iud. proponebatur. Et eſt hic argum. q̃ eadem ſit cauſa. 1 appellationis, cum cauſa principali. 2. q. 6. ſi quis in quacumque.

c QVoniam ſanctæ.] CASVS.

1 Idẽ Spec. & Io. Andr. in tit. de iuram. calum. §. ſequitur ver. quod de cauſa & plene per Cy. & Salic. in l. inuitus, C. de procur. & p Alex. de Im. in l. ita demum. col. 3. eod. tit.



Digitized by Google

Ino ſeptimã vocat Iuo p. 4. c. 123.
In oratione allocutoria Patrũ, qui in Trullo conuenerant ad Iuſtinianũ Imperatorẽ.

Dicitur in hoc c. ꝙ quintã, & ſexta ſynodus nõ ita plenè canones fecerunt, ſicut cęterę ſynodi, & iõ ſancti patres eiuſdẽ ſextæ ſynodi conuenerũt apud Conſtantinopolim, vt canones conderent in eadem ſexta ſynodo ſub Iuſtiniano congregata ſuꝑ quo iam primo fuerant congregati, & dicit quinta primo congregata ſub Iuſtiniano ꝑꝑ maiorem auctoritatem eſt, quia in ea confirmati fuerunt canones facti ſub Conſtantino, q̃ etiam ſexta fuit. Sequẽtia capitula plana ſunt vſque ad c. quod dicitis.

c. 2. eius ſynodi.
ſup. ea. cap. placuit.
Iuo par. 4. c. 106.
Iuo par. 4. c. 134.
Pann. l. 12. c. 117.

a Sancta.] viij. hęc concilia dicuntur octo: quia octies ſunt celebrata, vt hic dicuntur, & quatuor quia in quatuor locis celebrata, vt ſup. diſtin. proxi. ſicut.

b Sexta ſynodus, &c.

ſales ſynodi; propterea nos conuenientes in hãc imperialem vrbem, ſacros canones conſcripſimus. *Item.*

¶ Placuit huic ſanctæ ſynodo, vt amodo cõfirmata, & rata ſint canonum Apoſtolorũ lxxxv. capitula. *Item.*

¶ Confirmamus γ & cæteros ſanctorum canones, & ſynodos, i. Nicænam, Ancyranam, Neocæſarienſem, Gangrenſem, Antiochenã, Laodicenſem, Cõſtantinopolitanam, Epheſinam primam, Chalcedonẽſem, Sardicenſem, & Carthaginenſem, δ & opuſcula Theophili Alexãdrini epiſcopi, & Dionyſij ε Alexandrini epiſcopi, & Petri Alexãdrini epiſcopi & martyris, Gregorij Thaumaturgi Neocęſarienſis epiſcopi, Athanaſij epiſcopi Alexandrini, Baſilij Cæſareæ Cappadociæ epiſcopi, Gregorij Nyſeni epi, Cregorij Theologi, Amphilochij Iconienſis epiſcopi, Timothæi Alexandrini epiſcopi, Gennadij † Conſtantinopolitani epiſcopi, Cyrilli Alexandrini epiſcopi, Cypriani Carthaginenſis epiſcopi, & ſynodum ζ ſuam.

† *al. Germani.*

α ¶ Quoniam.] *Emendata ſunt multa in hoc capite ex canone ſecundo eorum qui ſextæ ſynodo tribuuntur, in quo indicantur concilia, & auctores canonum quibus Græci vtebantur. Sunt autem verba illius canonis apud Gratianum, & Iuonem in ſummam redacta.*

β ¶ De myſterio.] Græcè eſt, τὸ περὶ τῆς πίστεως πατρικῶς διατρανοῦς ἀσαιμυστήριον, ideſt, fidei myſterium paterne declarantes.

γ ¶ Confirmamus] *Iuo habet*, confirmamus ſanctorum Patrum canones, & ſynodos, &c. *Græcè eſt*, ἐπισφραγίζομεν δέ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας τουτέστι τῶν ἐν νικαίᾳ συναθροισθέντων, &c. ideſt obſignando autem confirmamus & cæteros omnes ſacros canones, qui a Sãctis, & Beatis Patribus noſtris ſunt editi; ideſt ab ijs, qui Nicææ conuenerunt, &c.

δ ¶ Carthaginienſem.] *Apud Iuonem ſequitur*, Conſtantinopolitanam ſub Nectario, & opuſcula Theodoſij, al. Theophili, &c. *Græcè autem eſt.* καὶ τῶν αὖθις ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ. καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως προέδρου, καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου *ideſt*, & eorum, qui rurſus in hac a Deo cuſtodita, & imperiali vrbe conuenerunt ſub Nectario imperialis huius ciuitatis præſide, & Theophilo, qui Alexandriæ fuit archiepiſcopus.

ε ¶ Et Dionyſii.] *In canone Græco vulgato fere eſt, quemadmodum antea apud* Gratianum Dionyſii Alexandrini epiſcopi, & martyris. *Sed apud Balſamonem, & Iuonem legitur, quemadmodum reſtitutum eſt*, Dionyſij Archiepiſcopi Alexandrinorum megalopolis, & Petri Alexandriæ archiepiſcopi, & martyris. *Reliquas varietates per ſe accuratus lector notabit.*

ζ ¶ Et ſynodum.] *In iſto canonis loco eſt error; quia illa ſynodus Cypriani probatur, in qua ipſe cum multis alijs Africæ epiſcopis putauit baptizatos ab hæreticis verũ baptiſma non recepiſſe: cum tamen B. Aug. aſſerat aliam extitiſſe traditionem Apoſtolorum, & ipſam Cypriani ſententiam plenario totius orbis concilio excluſam fuiſſe teſtetur.*

*Item ex diurno η libro profeſſio Romani Pontificis.*

¶ Authoritate Romani Pontificis ſancta octo concilia roborantur. Cap. VIII.

Sancta a octo vniuerſalia concilia, i. primum Nicænum, ſecundum Conſtantinopolitanum, tertium Epheſinum, quartũ Chalcedonenſe, item V. Conſtantinopolitanum, & VI. Item Nicænum VII. Octauum quoque Conſtantinopolitanum vſque ad vnum apicem immutilata ſeruare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quæ prædicauerunt & ſtatuerunt modis † omnibus ſequi, & prædicare; quæque condemnauerunt, ore & corde condemnare profiteor.

Iuo l. 4. cap. 132

† *l. omnimodis* ] Iuo.

η ¶ Item ex diurno.] *Integram profeſſionem fidei, quando quis in Romanum Pontificem promouebatur, refert Deuſdedit Cardinalis in collectione canonum, quæ ſeruatur in bibliotheca Vaticana.*

*Quo autem tempore ſexta ſynodus, & prima, ſecunda, tertia, quarta, & quinta congregatæ ſunt. Beda in libro de temporibus, cap. 65 ſcripſit, dicens.*

¶ De temporibus conciliorum. Cap. IX.

Iuo cap. 4. 125. Pann. li. 2. c. 113.

Sexta ſynodus b vniuerſalis Conſtantinopol

poli celebrata eſt, & Græco ſermone conſcripta temporibus Papæ Agathonis, exequente:ac reſidente pijſſimo principe Cõſtantino intra palatium ſuum ſimulq; legatis Apoſtolicæ ſedis, & epiſcopis cl. reſidentibus. ¶Prima enim vniuerſalis ſynodus in Nicæa congregata eſt contra Arrium cccxviij. Patrum, tẽporibus Iulij α Papæ ſub Conſtantino principe. ¶ Secunda in Conſtantinopoli cl. Patrũ contra Macedonium, & Eudoxium temporibus Damaſi Papæ, & Gratiani principis; quãdo Nectarius eidem vrbi eſt ordinatus epiſcopus. ¶Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtorium Auguſtæ vrbis epiſcopum ſub Theodoſio magno principe, & Papa Cœleſtino. ¶ Quarta in Calcedone Dcxxx. Patrum ſub Leone Papa, temporibus Martiani principis contra Eutychem nefandiſſimorum præſulem monachorum. ¶Quinta item Conſtantinopoli temporibus Vigilij Papæ ſub Iuſtiniano principe contra Theodorum, & omnes hæreticos.

Pann. l. 2. ca. 111.

α ¶Iulij.] *Certum eſt ſynodum Nicænam primam celebratam eſſe tempore Silueſtri. Sed in illa temporum obſcuritate mirandum non eſt, Bedam, & alios erraſſe.*

## CAP. X.

Anſ. in prolegom. in principio collectionis conciliorum.

PRima β autem ſynodus in Nicæa cccxviij. Patrum contra Arrium Alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in Trinitate aſſerebat, patrem ſcilicet maiorem, filium minorem, Spiritum ſanctum creaturam tẽporibus Conſtantini principis, & Silueſtri Papę Romani, Macharij Hieroſolymitani, Alexandri γ Alexandrini, qui condemnata eadem hæreſi ſtatuerunt canones viginti; quorum auctor maximè præfatus † Alexander epiſcopus fuit. ¶Secunda in Conſtantinopoli contra Macedonium, Conſtantinopolitanum epiſcopum, qui negabat Spiritum ſanctum Deum eſſe, tẽporibus Gratiani, & Theodoſij principum, Damaſi Papæ Romani, Cyrilli Hieroſolymitani, [Nectarij δ † Conſtantinopolitani; qui condemnata præfata hæreſi ſtatuerunt canones tres: quorum maximè auctor Nectarius Conſtantinopolitanus fuit. ¶Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtoriũ Conſtantinopolitanum epiſcopum, qui dicebat beatam Virginem Mariam non Dei ſed hominis tantummodo genetricem, vt aliam perſonam carnis, aliã faceret deitatis, temporibus Theodoſij principis † iunioris, Cœleſtini Papæ Romani, Iuuenalis Conſtantinopolitani epiſcopi, Cyrilli epiſcopi Alexandrini: qui duodecim capitula contra Neſtorij blaſphemiarum totidem capitula auctore eodem ſancto Cyrillo anathematizando cõſcripſerunt. ¶Quarta in Chalcedone ſexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Conſtantinopolitanum abbatẽ, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanam aſſumptionem non ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papæ Romani, Iuuenalis Hieroſolymitani, Anatolij Conſtantinopolitani; qui condemnata præſcripta hæreſi ſtatuerunt canones vigintiſeptem: quorum auctor maxime idem ſanctus Anatolius Conſtantinopolitanus epiſcopus fuit. ¶Quinta in Conſtantinopoli contra Theodorum Mopſueſtenum, & omnes hæreticos; q Theodorus dicebat aliud † eſſe Dei verbum, & aliud Chriſtum, & ſacram Virginem Mariam negabat Dei genitricem fuiſſe, temporibus Iuſtiniani principis, Vigilij Papæ Romani, Domnini † Antiocheni, Eutychi Conſtantinopolitani, qui quatuordecim capitula anathematizando ſcripſerunt contra Theodori, & ſociorum eius blaſphemas. ¶Sexta in Conſtantinopoli cl. Patrum cõtra Macharium Antiochenum epiſcopum, & ſocios eius, qui vnam voluntatẽ, & operationem in Chriſto falſa ſuſpitione aſſerebant, temporibus Conſtantini principis, Agathonis Papæ Romani, Georgij Conſtantinopolitani: qui condemnata hæreſi præfata, anathematizando ſcripſerunt nouem ε capitula inferius annexa.

† Sanctus Alexander] orig.

† deeſt in] orig.

† Magni principis] orig.

† al. alium Deũ eſſe verbum, & aliũ Chriſtum.

† al. Domini

β ¶Prima.] *Caput hoc inuènitur, & in recentioribus editionibus conciliorum & in vetuſtiore Colonienſi Ann M D XXX & in manuſcripta collectione quam dictum eſt aſſeruari in bibliotheca Vaticana ſed non in collectione, quæ eſt in bibliotheca Monaſterij Dominicanorum Ponitur autem ante præfationem, quæ nomen Iſidori, mercatoris quidem in manuſcriptis peccatoris autem in impreſſis prefert. Et ſane in illa præfatione tantum quatuor generalium ſynodorum mentio fit; ſexta vero poſt Iſidori Hiſpalenſis ætatem eſt habita.*

γ ¶Alexandri.] *Apud Anſelmum eſt, ut apud Gratianum. In originali* Alexandri Conſtantinopolitani. *Sed integra videtur lectio ſi vtraq; coniungatur Nã, & epiſcopus Cõſtantinopolis, et epiſcopus Alexandriæ tẽpore illius ſynodi,*

1 De hoc ẽt no.ĩ.74.diſt. ep̃orum, & facit ad hoc quod dixi ſ. eo.qm ĩ vet. ſexta. ibi videas. Arch.

PRima adnotatio. a ¶ Maiorẽ. iar. ꝙ non q̃ prior eſt tẽpore potior eſt iure, ſed melior p̃ferẽdus eſt 1 quia nõ gradus elegantior, ſed vitæ melioris eſtio ꝯprobatẽ, vt 23. q. 4. ſicut & 40.d.nõ loca.& c. multi.in fi.in Auth. de monachis.§. ordinatione honeſtioribus.n.honores debẽtur,arg.ĩ.25.d.ca.1. in fi.& ff.de mun.& hono.honores.Arg. cõtra.C.de off.mag. officiorũ nemo agẽtium,& 41.d. miramur.&arg.cõtra 65. d.c.pe.& vlt. vbi de hoc in fi. & not. de hoc 67.diſt. epiſcopus.Archid.

a Se- *ſynodi, Alexandri nominẽ vocabantur.*

δ ¶[Nectarij.] *Antea legebatur quemadmodum etiã apud Anſelmum*, Nectarij Alexandrini. *Emendatum eſt ex originali. Sed fortaſſe. & hoc loco integra lectio hæc eſt*, Nectarij Conſtantinopolitani, & Timothei Alexandrini.

ε ¶[Nouem.] *In loco citato ex collectione Iſidori legitur*, ſcripſerunt octo capitula, *& verba illa*, inferius annexa. *ibi non habentur. In concilijs deinde Coloniæ impreſſis poſt actionẽ ſexto ſynodi ex uetuſto codice monaſterij S. Bauonis referuntur nouem capitula, & ante primũ capitulum ſunt hac verba*, ſcripſerunt nouem capitula inferius annexa, *quæ apud Anſelmum quoque habentur.*

## C A P. XI.

Deuſdedit Cardinalis Anſelmus in proleg. Ante eadem Iſidori collectionem.

† *In Græc. vulgato, & apud Balſamonem ſunt xxv.*

† *ibidẽ ſunt xv.*

† *al. Zelamitanus.*

PRima α adnotatio Ancyranæ ſynodi, quæ ante Nicænam fertur fuiſſe, ſed propter auctoritatem maiorem [a] poſtponitur: in qua Patres xviij. ſtatuerunt canones xxiiij. † quorum auctor maximè Vitalis Antiochenus ep̃s. extitit. ¶Secunda Neocæſarienſis, quæ poſt Ancyranam, & ante Nicænam β legitur fuiſſe, in qua Patres ſexdecim ſtatuerunt canones xiiij. † quorum auctor maxime Vitalis epiſcopus Salaminius † extitit. ¶ Tertia Gangrẽſis, quæ poſt Nicænam legitur fuiſſe, in qua Patres xvj. ſtatuerunt canones xx. propter quaſdam neceſſitates eccleſiaſticas: maxime contra Euſtathium; qui dicebat, quod nullus in coniugali ordine poſitus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renunciaret quæ poſſideret, ſpẽ apud Dominum haberet: & multa alia venenoſa, quæ enumerare longum eſt. ¶ Quarta Sardicenſis, in qua Patres ſexaginta γ ſtatuerunt canones xxj. quorum auctor maxime Oſius Cordubenſis epiſcopus, & Vincẽtius Capuanus epiſcopus, & Ianuarius δ Beneuentanus, & Calepodius Neapolitanus S. R. E. legati extiterunt. ¶Quinta Antiochena, in qua Patres xxix.† ſtatuerunt canones xxv. quorũ maxime auctor Euſebius Paleſtinenſis epiſcopus extitit. ¶Sexta Laodicenſis, in qua Patres xxxij. ſtatuerunt canones lix. quorum auctor maxime Theodoſius epiſcopus extitit. ¶Septima Carthaginienſis, in qua Patres ccxvij. † ſtatuerunt canones xxxiij. quorum auctor maxime Aurelius Carthaginienſis epiſcopus extitit. Etiam ſanctus Auguſtinus Hypponenſis epiſcopus in eadem ſynodo legitur fuiſſe, temporibus Honorij Auguſti. ¶Octaua Africana ſub Theodoſio minore Auguſto, in qua Patres ccxvij. recitauerunt, & firmauerunt canones cv. qui per diuerſa concilia Africanæ prouinciæ temporibus Aurelij Carthaginienſis epiſcopi leguntur eſſe conſcripti. ¶Nona Arelatenſis, in qua Patres cc. † ſtatuerunt canones quatuor: quorum auctores maxime Siluester vrbis Romæ epiſcopus, & Sanctus Martinus Arelatenſis epiſcopus extiterunt temporibus Conſtantini Auguſti, ſicut quidam aſſerunt. ¶Decima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Sanctus Cæſarius Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶Vndecima item Arelatenſis, in qua Patres xvj. ſtatuerunt canones. ¶Duodecima item Arelatenſis in Vico Hortenſii †, in qua Patres xi. ſtatuerunt canones: quorum maxime auctor ſanctus Cæſarius Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶Tertiadecima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones; quorũ auctor maxime Sarpidius † Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶Quartadecima Arauicenſis, in qua Patres xvi.† ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Hilarius epiſcopus extitit; ¶ Quintadecima Epaunenſis ζ, in qua Patres xxvi. ſtatuerunt canones xxxix. quorum auctor maxime Cæſarius epiſcopus extitit. ¶Sextadecima Agathenſis, in qua Patres xxix. † ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Cæſarius epiſcopus extitit. ¶Septimadecima η Aurelianenſis, in qua Patres lxxii. ſtatuerunt canones, quorum auctor maxime Aurelius Arelatenſis epiſcopus extitit, temporibus Clodouei Regis. ¶Octauadecima item Aurelianenſis, in qua Patres xxxi. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Melanius Rhedonenſis epiſcopus extitit. ¶ Nonadecima item Aurelianenſis, in qua Patres xxx. ſtatuerunt canones; quorum auctor maxime ſanctus Albinus Andegauenſis epiſcopus extitit. ¶Vigeſima Aruernenſis, in qua Patres xv. ſtatuerunt canones; quorũ auctor maxime Honoratus Breuitenſis † epiſcopus extitit. ¶ Vigeſimaprima Maticenſis †, in qua Patres xxi. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit.

† *al. xxx.*

† *al. ccxviij.*

† *Abeſt numerus a collectione etiam Vaticana.*

† *al. Hortenſice.*

† *al. Saperdus) al. Sapidius.*

† *al. xxvi.*

† *al. xxxiiij.*

Hactenus in collectione Iſidori impreſſa.

† *al. Brinatenſis) al. Bituricenſis.*

† *al. Matiſcenſis.*

¶Vi-

Hactenus in collectione Iſidori Vaticana.

¶Vigeſimaſecunda item Maticẽſis, in qua Patres lxxxvj. ſtatuerunt canones; quorum auctor maxime idem Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit. ¶Vigeſimatertia Lugdunenſis, in qua Patres xviij. ſtatuerunt canones; quorũ auctor maxime Philippus Viennenſis epiſcopus extitit. ¶Vigeſimaquarta item Lugdunenſis, in qua patres xx. conſtituerunt canones: quorum auctor maxime idẽ Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit.

α ¶Prima ] *Maior pars huius capitis, ideſt vſque ad finem verſiculi.* Nonadecima *habetur in collectione Iſidori impreſſa, ante præfationem ipſius Iſidori: In Vaticana autem vſque ad finem verſ.* Vigeſimaprima *Deuſdedit, & Anſelmus integrum ante ſuas collectiones habent. Neque uero ſummula hæc eiuſdem Iſidori eſſe poteſt; nam neque præfationi ipſius, neque collectioni reſpondet; in qua, vt cætera mittantur varietates, multa referuntur concilia Hiſpaniæ, quorum hic nulla mentio.*

β Ante Nicænam.] *Sic eſt emendatum ex Anſelmo, & Deuſdedit & Vaticana collectione. Nam ante legebatur,* Antiochenam: *In collectione aũt Iſidori impreſſa legitur quidẽ,* Nicænam, *ſed deeſt vox,* ante. *Sic autem legendum eſſe, quemadmodum eſt emendatum, oſtendunt verba, quæ ipſum Neocæſarienſe concilium antecedunt,* οἵτινες δεύτεροι μὲν εἰσὶ τῶν ἐν ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν νικαίᾳ πρεσβύτεροι, *ideſt,* qui canones poſteriores quidẽ Ancyranis, anteriores autem Nicænis ſunt, *quo loco in collectione Iſidori impreſſa mendosè eſt;* Et hi quidem canones ſecundi ſunt; eorum, qui in Ancyra, & Cæſarea expoſiti ſunt, *redundat enim illud,* & Cæſarea: *quare in recentioribus editionibus conciliorum omiſſum eſt. Similis error eſt in codice canonum Moguntino.*

γ ¶Sexaginta.] In *codice canonum lx epiſcopi reperiuntur ſubſcripſiſſe, ſed poſtea additur* & cæteri, & ſubſcripſerunt omnes epiſcopi diuerſarum prouinciarum, vel ciuitatum nu. cxxj. *Socrates lib. 2. c. 16. in eo concilio ex occidentis partibus epiſcopos circiter ccc. conueniſſe dicit, ex orientis vero lxxvj. qui etiam ſeceſſionem fecerunt.* Idẽ *Nicephorus lib. 9. cap. 12. & Tripertita Theodoritus autem lib. 2. c. 7. docet ex antiquis narrationibus, epiſcopos ccl. conueniſſe. Omnino & in his. & Patrum, & canonum numeris multa ſunt emendata. Sed in multis etiam ſatis viſum eſt indicare varietates; nõnulla autem lectoris diligentiæ ſunt reſeruata.*

δ ¶Et Ianuarius.] *Anſelmus hẽt ut Gratianus.* In *collectione indicata eſt,* & Vincentius Capuanus epiſcopus, & S. R. E. Legatus extiterunt. In *concilio ipſo ca. 18 nominatur Ianuarius epſ. In ſubſcriptione uero in codice canonum, nõ nominatur, ſed tantum Vincentius Capuanus S. R. E. Legatus, & Calipodius Neapolitanus legatus S. R. E.*

ε ¶Septima.] *Hic numeratur tantummodo unica ſynodus Carthaginenſis, quæ habetur in codice canonum, de qua inferius xx. diſt. c. de libellis. dicetur.*

ζ ¶Epaunenſis.] *Ita emendatum eſt ex aliquot manuſcriptis, & collectione Iſidori Vaticana: Nam antea legebatur* Empanenſis. *Verũtamen in concilio Epaunenſi impreſſo nullus Cæſarius nominatur; ſed Aniti primũ eſt mentio.*

η ¶Septimadecima ] *Hic numerantur tria concilia Aurelianenſia, quorum hæc in cõcilijs impreſſis initia inueniuntur. In quinto Aurelianenſi, ſubſcribit primo loco Aurelius Arelatenſis. In primo inter alios legitur nomen Melanij Rhedonenſis. In tertio ſubſcribit quarto loco Albinus epiſcopus Andegauenſis.*

a Septuaginta. ] Sed contra 21. diſt. in nouo 68. diſ. choreſpiſcop. ibi. n. dicitur, φ diſcipuli fuerunt lxxij. ſecundum Hug. Dic, φ minor numerus nõ excludit maiorem. ar. 10. q. 2. hanc. ſic no. ſup. 15. diſtin. cap. 1. ver. harum.

*Sed quòd Nicæna ſynodus xx. canones ſupra ſtatuiſſe dicitur, contrarium uidetur ei, quod in epiſtola Athanaſij inuenitur.*

In epiſtola Athanaſij, & vniuerſorũ Ægypti epiſcoporum ad Marcũ Papã: ſed copioſiꝰ, quam hic.

*Scribit enim Athanaſius Alexandrinus epiſcopus Marco Papæ ita dicens.*

Iuo par. 4. c. 108. Pann. li. 2. c. 106. Anſel. l. 1. c. 59. Polyc. lib. 3. tit. 10.

## ¶Epiſtola Athanaſij poſtulantis capitula Nicæni concilij. Cap. XII.

SEptuaginta θ a Nicæni concilij capitula, quæ de præfata ſynodo, iubente domino meo Alexandro, decreto omnium epiſcoporum attuli, quę ſunt igne combuſta, optamus, vt a ueſtræ ſanctæ Sedis auctoritate percipere per pręſentes legatos mereamur.

Ibidem paulo ſuperius.

*Item.* ¶Præſentibus nobis octoginta capitula in memorata ſynodo tractata ſunt; quadraginta a Græcis, gręca edita lingua, & quadraginta à Latinis ſimiliter latina edita lingua. Sed viſum eſt cccxviij. epiſcopis † Spiritu ſancto repletis, & maxime iam dicto Alexandro, & Apoſtolicæ ſedis Apocryſarijs, vt decem capitula adunarentur aliis, atque congruis locis insererentur, & ad formam lxx. diſcipulorum, vel totivs orbis terræ linguarum, & ſeptuaginta tanti & tam excellentis concilij fierent capitula; quæ omnem Chriſtianorum informarent orbem.

† Patribus.] orig.

θ ¶Septuaginta. ] *Ex his Athanaſij verbis conſtat, non omnes Nicænæ ſynodi canones aut græcè, aut latinè nunc haberi; Et Iulius Papa ad orientales, & Innocentius Victricis, & alij, multos ex illa canones citant, qui non ſunt in his viginti, qui in manibus omnium verſantur. De qua re ſcribit Iſidorus in præfatione conciliorum tomis inſerta. Et ex epiſtola quadam Gregorij decimi ad*

Regem

PRopter totius indiſciplinationis eius doctrinã, q̃ Cõſtantinopoli orta eſt, ſtatutũ eſt, ne Maximus fuiſſe, aut eſſe iam putetur eps̃, neq; hi, qui ab eo ſunt ordinati qualemcunq; gradum clericatus obtineant, [a] oĩbus, ſ. q̃ circa eum, [b] vel ab eo geſta ſunt, in irritum, reuocatis.

a ¶ De maximo.] *Ex verbis huius canonis, præſertim Græcis, & interpretatione Balſamonis, ac vita Greg. Theologi per Gregoriũ presbyterũ deſcripta, & alijs ex locis (tametſi Theodoretus videtur parũ diligenter hoc tractaſſe) apparet hunc Maximũ nunquã fuiſſe epm̃ ac ꝓꝑea recte ſtatui nullum ab eo potuiſſe imprimi ordinis characterem, qđ non erat de Acacio aſſerendũ. Verba Græca huius canonis hæc ſunt:* Περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης, ὥστε μήτε Μάξιμον ἐπίσκοπον ἢ λέγεσθαι ἢ εἶναι, μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων καὶ τῶν περὶ αὐτόν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων ἀκυρωθέντων i. De Maximo cynico, de quę ijs, reb. quæ nullo ordine circa ipſum Cõſtantinopoli geſtę ſunt. Neq; Maximum aut fuiſſe, aut eſſe epm̃, neque eos, qui ab ipſo ſunt ordinati, in vllo cleri gradu céſendos: oĩbus, quæ & in ipſo, & ab ipſo facta ſunt, infirmatis. *Ac de eodem Maximo, quòd nunquam fuerit epĩ, eſt locupletiſſimum teſtimonium in epiſtola Hadriani Papæ ſcripta Baſilio Imperatori, quæ habetur actione prima octauæ ſynodi manuſcriptæ, quæ eſt penes Cardinalem Sirletum. Citans.n. Leonem primum ait:* Dicit .n. altiſona tuba, ſanctus videlicet ſedis Apoſtolicę Papa Leo, cuius ſniam, quidquid vbique catholicum eſt velut cœleſte miraculum celebrat, & veneratur oraculum, cũ ſæpe quæſtio de male accepto honore naſcatur, quis ambigat nequaquam iſtis eſſe tribuendum, quod non docetur fuiſſe collatum? Neque enim inter Photium mœchum, & Maximum Cynicum ſynodo ſecunda damnatum, vel inter ordinationes huius, & illius, diſtinctionis aliquid eſſe conuicimus.

PRopter.] ¶ Obtineãt.] Quia præter formã eccleſiæ cõtulit. 1. q. 1. extra eccleſiam.

b ¶ Quæ circa eũ.] Arg. ꝙ quidquid fit ab intruſis, vel vitioſe electis, totum caſſatur, vt 12. q. 2. alienationes 25. q. 1. omne. Arg. contra. 3. q. 7. c. infamis. §. verũtamen. in princ. & C. de ſacroſ. eccl. l. decernimus, 5 ſed hic fauor tutorũ eccleſię: quia aut ſunt in vtilitatem eccleſiæ, & tunc valent, alias non. 16. q. 6. ſi epiſcopum.

5 Dic ut no. de cler. nihil in gl. vl. & de ſchiſm. ca. 1. & de conſe. d. 1. hi ergo. & 1. q. 1. ſi q a pſeudo. ibi videas Arc.

## DISTINCTIO XX.

† al. expoſitoribus exemp.

1 DEcretales [c] itaq; epiſtolæ canonib. conciliorum pari iure exequantur. *Nunc aũt quæritur de expoſitionibus † ſacræ ſcripturæ, an exæquentur, an ſubyciãtur eis. Quo.n. quiſque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba eſſe videntur. Plurimi autẽ tractatorum, ſicut pleniori gratia ſancti Spiritus, ita ampliori ſcientia alijs præcellentes, rationi magis adhæſiſſe probantur. Vnde nonnullorum Pontificum cõſtitutis Auguſtini, Hieronymi atque aliorum tractatorum dicta videntur eſſe præferenda.*

2 ¶ *Sed aliud eſt cauſis terminũ imponere: aliud ſacras ſcripturas diligenter exponere. In negotijs definiendis*

DEcretales. CASVS. Supra oſtendit Gratianus decretales epiſtolas parem vim habere cum canonibus conciliorum. In hac vero 20. diſt. quærit an expoſitiones ſanctorum Patrum exæquentur canonib. & decretalib. vel ꝑferãtur. Quod præferantur videtur, quia maioris auctoritatis videntur, cum pleniori gratia Spiritus ſancti ea præcellat. Vnde expoſitiones Auguſtini, Hieronymi, & aliorum vidẽtur præponendæ ſtatutis Pontificum, & hoc in prima parte. In ſecũda parte, quę incipit, ibi, ſ Sed aliud. ſoluit Gratianus, & dicit, ꝙ in negotijs definiẽdis nõ ſolum neceſſaria eſt ſcientia, ſed etiã poteſtas quod ſignificatur p claues, quas Chriſtus tradidit Petro: In quarum altera denotatur ſciẽtia diſcernendi inter lepram & lepram in altera verò notatur poteſtas ſoluendi, & ligãdi. Cum ergo in cauſis definiẽdis neceſſaria ſit poteſtas, apparet, ꝙ Põtifices expoſitoribus præferuntur, & hoc probatur per ſeq.

c ¶ Decretales.] In hac 20. diſtin. magiſter quærit de expoſitionibus ſacræ ſcripturæ an ſint paris au-



Digitized by Google

auctoritatis cũ canonibus, & decretalib. & infra ſoluit, ꝙ quantũ ad ſacram ſcripturã exponendã præualet ſanctorum auctoritas: quantum autem ad cauſas definiendas præualet auctoritas Romanorum Pontificium. nes conciliorum. & ad decreta, vel decretales Pontificũ. Secundo ad ſanctorum expoſitiones, ſ. Hier. & Auguſt. & aliorum ſanctorum, in quibus ſi ueritas non reperiatur, tunc recurrendum eſt ad ſedem Apoſtolicam, cuius ſtatuta qui non recipit, hæreticus eſſe conuincitur.

Auctoritas ſanctorũ ꝗdoque papali præfert auctoritati.

Imperitus non poteſt eſſe iudex eccleſiaſticus.

1 Iſta concor. & ꝓxima ſequens parũ aut nihil faciunt ad hoc. nec eas ponunt Hug. & La. quorum fuit iſtud dictu. Archid.

*non ſolum eſt neceſſaria ſciẽtia* [a] *ſed etiam poteſtas. Vnde Chriſtus dicturus Petro:* [ *Quodcunque ligaueris ſuper terrã, erit ligatum & in cœlis &c.* ] *prius* [b] *dedit* [c] *ſibi claues regni cælorum: in altera dans ei ſciẽtiã diſcernendi inter lepram & lepram* [d], *in altera dans ſibi poteſtatem eijciendi aliquos ab eccleſia, uel recipiendi. Cum ergo qualibet negotia finem accipiant vel in abſolutione innocẽtium, vel in condemnatione delinquẽtiũ, abſolutio vero vel condemnatio non ſcientiam tantum, ſed etiam poteſtatem præſidentium deſideret; apparet, quòd diuinarum tractatores ſcripturarum, & ſi ſcientia Pontificibus præmineant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non ſunt adepti, in ſacrarum quidem ſcripturarum expoſitionibus eis præponuntur: in cauſis vero definiendis ſecundum poſt eos locum merentur.* Mat. 16.

*Vnde Leo Papa IIII. ſcribit epiſcopis Britanniæ.*

¶ Aliorum ſcripturæ, Romanorum Pontificum decretis non ſunt præponendæ. Cap. I. In ſuo regeſto.

DE libellis [e], & cõmentarijs aliorum [f] non conuenit aliquem iudicare, & ſanctorum conciliorũ canones relinquere, vel decretalium regulas, ideſt, quæ habentur apud nos ſimul cum † canonibus. Quibus autem in oĩbus eccleſiaſticis vtimur iudicijs, sũt canones α Apoſtolorum †, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæſarienſium, Gangrẽſium, Antiochenſium, Laodicenſium, Conſtantinop. Epheſ. Chalcedonenſium, Sardicenſium, Africanenſium, Carthaginenſium β, & cũ illis regulæ præſulũ Romanorum, Syluestri, Syricij, Innocentij, Zozimi, Cæleſtini, Leonis, Gelaſii, Hilarij, Symmachi, Hormiſdæ, Simplicij, & Gregorij iunioris [g]. Iſti omnino ſunt, & per quos iudicãt epiſcopi, & per quos epiſcopi ſimul iudicantur, & clerici. Nã ſi tale emerſerit, vel cõtigerit inuſitatũ negotiũ, qđ minime poſſit per iſtos definiri, tũc ſi illorũ [h],

Deuſdedit p. 2.
Poly. p. 3. tit. 20.
Anſ. l. 3. c. vlt.
Iuo p. 4. c. 27.
Pan. l. 2. c. 118.
† *al. cum illis in canone.*
† *al. qui dicuntur Apoſtolorum.*
Apud Anſelmum, & Polycarpũ deſũt omnia Pontificum nomina.

a ¶ Scientia. ] Arg. ꝙ nullus poteſt eſſe iudex: maxime eccleſiaſticꝰ niſi ſit peritus, vt extra de cõſang. & affinita. ex literis. in fi. & 1. q. 1. vt euidẽter. 11. q. 3. & ſi ad tp̃s. i. 24. q. 3. ſi ꝗs nõ. de pœn. diſt. 5. cõſideret. & di. 6. ꝗ vult. & ꝗa leges ſcire tenet. i authẽ. de iud. colla. 6. §. ꝗa uero. Itẽ ꝗa ſentẽtia ferẽda eſt in ſcriptis, ut 2. q. 1. ĩ primis. ĩ fine. Item quia iudices per ſe debẽt ſcribere ſentẽtias & recitare, vt C. de aſſeſ. præſides. Sed cõtra. C. de iud. capi. certi, vbi dicit, quod milites poſſunt eſſe iudices: quia per quotidianum vſum poſſunt habere peritiã iudicandi. Mediocris tamẽ ſcientia ſicut in prælato, ita & in iudice ſufficit, vt extra de elect. cum nobis olim.

b ¶ Prius. ] Arg. ex ordine facti aliquid præſumendũ, vt 23. q. 4. diſpiciet. & 1. q. 1. vt euidẽter. Similiter ex ordine verborũ, vt 43. di. ſit rector, & ext. de reſcri. cũ dilecta. ff. de ſolut. nec ordo §.

Clauis ſacerdotalis an ſit una an plures.

c ¶ Dedit. ] G. hic videtur uelle, ꝙ alia ſit clauis ligandi, & ſoluẽdi, alia ſciẽ: & ita ꝙ ſint duæ claues. Sed dico tantũ vnã eſſe, ſed & dr̃ duæ eſſe ꝓp duos effectus. Sed qualiter ſcientia dr̃ eſſe clauis, cum aliquis poſſit habere ſcientiam, qui non habet clauẽ: & ecõtra? Sed dic, ꝙ licet ſcientia prius non fuiſſet clauis anteꝗ hr̃et ordinem: tñ poſt ordinem incipit eſſe clauis. Si tñ quæras quid proprie ſit clauis ſacerdotalis: dico ipſam poteſtatem ſacerdotalem, per quam ligat, & ſoluit.

Inter leprã & leprã vnde dicatur.

d ¶ Inter leprã & lepram. ] Ideſt, inter cauſam, & cauſam. alludit ei quod fiebat in lege, cum. n. dubitabatur de aliquo an eſſet infectus lepra, ducebatur ad ſacerdotes, & ſm eorum arbitrium, vel recipiebatur, vel deijciebatur, vt 11. q. 3. quomodo de pœn. diſt. 1. §. ex his verſ. Moyſi.

ADDITIO. Hug. & de pœn. diſ. 1. §. denique. ver. Moyſi. & extra qui filij ſint leg. per venerabilem, §. rationibus. Archidiac.

DE libellis. ] CASVS. Ep̃i Britanniæ iudicabant cauſas tantũ ſecundum expoſitiones Auguſt. & Hieron. & aliorum poſtponentes canones conciliorum, & decreta Pontificum: quos Leo redarguit, oſtendens ꝙ in cauſis definiendis primo recurrendum eſt ad canones conciliorum. & ad decreta, vel decretales Pontificũ.

e ¶ De libellis. ] Ideſt, ſecundum libellos, & commentarios.

f ¶ Aliorum. ] Ideſt, Hieronymi & Auguſt. per quorum ſcripta non eſt iudicandum omiſſis canonibus. 50. diſtinct. ſi ille.

Auctoritas canonis eſt maior auctoritate ſanctorum.

g ¶ Iunioris. ] Ecce hic approbantur dicta Gregorij iunioris, alibi videtur reprobari. 32. q. 7. quod propoſuiſti. & in ſeq. §. vbi dicit G. ꝙ ſunt contraria Euangelio. ſed illud c. intelligitur de arcta, & ſic bene tenet. Ioan.

h ¶ Illorum. ] Hic uidetur, ꝙ potius iudicandum ſit ſecundum illum, qui innititur auctoritati canonis, quam ſecundum illum, qui innititur auctoritati Hieronymi, vel Auguſt. quod verum eſt, niſi Aug. iuuetur auctoritate no. vel veter. teſta. 2 vel etiam aliquo canone. nam licet concilium apud Aquiſgranum factum, conſtituerit, ꝙ raptor non poſſit matrimonialiter iungi cum rapta, vt 36. q. 2. placuit tamen Hieroy. contrarium ſtatuit. & ei ſtatur, vt 36. q. 2. tria. Sed hoc eſt quia iuuatur auctoritate Meldenſis concilij, ead. cauſa & quæſt. cap. ſi autem.

2 Idem Bal. in Auth. ad hæc. i 2. col. C. de vſur. & Alc. de Imo. in l. bene ad cognitionẽ. col. 8. ff. ſi ce. per. vbi dicit illã gloſſam.

2 ¶ Con-

quorũ meminiſtis, dicta, Hieronymi, Auguſtini, Iſidori, vel cæterorũ ſimiliter ſãctorum Doctorum ſimilium reperta fuerint; magnanimiter ſunt retinẽda, ac ꝓmulganda, vel ad Apoſtolicã ſedẽ referẽdum de talibus. Quã ob causã luculentius, & magna voce ꝓnunciare nõ timeo; q̃a, qui illa, q̃ diximus, ſanctorum patrum ſtatuta, q̃ apud nos canonum nomine prætitulantur, (ſiue ſit ille epiſcopus, ſiue clericus, ſiue laicus) non γ indifferenter recipere conuincitur;[a] nec catholicam & Apoſtolicam fidem, nec ſancta quatuor Euangelia vtiliter, & efficaciter ad effectum † ſuum retinere, vel credere probatur.

† al. profectum.

α¶ Sunt canones.] *Indicat canones & regulas, ex quibus conſtat corpus, vel codex canonum, de quo in præfatione dictum eſt, quo Romani Pontifices præſertim in iudicijs vtebãtur in quo codice ſunt canones tãtũ, nõ ſynodalia geſta, ut ſuperius Nicolaus. ĩ c. Romanorũ 19 d ſcripſit.*
β¶ Carthaginenſium.] *In codice canonum vnica eſt ſynodus Carthaginenſis, continens canones trigintatres, qui ex varijs cõcilijs Carthagini habitis collecti fuerũt. Eos canones ſedes Apoſtolica videtur probaſſe & vſa eis eſſe, quãdo in codicem canonum referendos curauit. Eoſdem etiam Græci quo ordine apud Latinos habẽtur, cũ alijs præterea multis Africanarum ſynodorũ coniunctos in linguam ſuam verterunt, & hi ipſi ſunt, quos yſdẽ numeris Anſelmus, Burchardus & Iuo citant: quãuis Gratianus interdũ quidem his vtatur interdũ vero ex ſingulis Carthaginenſibus cõcilijs canones accipiat. q̃ ſuis locis indicabitur. Et de hac vnica Carthaginẽſi ſynodo intelligẽdũ eſt quod habetur ſupra diſ. 16 c prima adnotatio. ver. ſeptima quod hic declarãdũ dilatũ fuit*
γ¶ Non indifferenter.] *Anſelmus, Deus dedit, & Gregorius presbyter in Polycarpo habent* q̃ eadem indifferenter non recipit, ipſe ſe conuincit minime catholicam, & Apoſtolicam fidem ad effectum ſuæ retinere ſalutis.

Eſt eadem epiſtola 6. ex qua ſumptum eſt c. quod dicitis, ſupra diſt. 16.

*Item Nicolaus 1 Photio, in epiſtola, cuius initium eſt [Poſtquam Beato Petro.]*

Anſel. l. 3. c. 33.

¶ Corripiendi ſunt qui decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non obſeruant. Cap. II.

SI decreta Romanorum Pontificum non habetis;[b] de neglectu,[c] atque incuria eſtis arguendi. Si vero habetis, & nõ obſeruatis; de temeritate eſtis corripiendi,[d] & increpandi.

*Item Innocentius α Papa.*

Polyc. l. 7. tit. 3. Burc. l. 3. c. 128. Iuo p. 4. c. 70.

¶ Ad quos ſit recurrendum, cum ſacræ ſcripturę auctoritas non occurrit. Cap. III.

DE quibus cauſis nulla ſoluendi, ligandiq; auctoritas in libris veteris teſtamenti, quatuor Euangeliorum cũ totis ſcriptis Apoſtolorũ[e] appareat; ad diuina recurre ſcripta Græca. † Si neque in illis; canones β Apoſtolicę ſedis intuere. Si nec in illis; ad catholicæ eccleſię hiſtorias catholicas à Doctoribus catholicis ſcriptas manum mitte. Si nec in illis, ſanctorum exempla[f] perſpicaciter recordare. Quòd ſi omnibus his inſpectis, huius quæ-

† al. Græca.

a ¶ Conuincitur.] Sed nõne Oriẽtalis eccleſia recipit canones? Videtur q̃ nõ, vt 31. diſt. aliter. nũ qd ergo ipſa eſt hæretica? Sed dic. q̃ licet ipſa nõ recipiat iſtos canones, nõ tñ contemnit eos. Vel dic quòd Papa approbat conſuetudinem ipſorũ ſup. d. prox. ſi Romanorum.

SI decreta.] Caſus hui9 c. planus eſt.
b ¶ Non habetis.] Per ſcientiam.
c ¶ De neglectu.] Nulli. n. eſt licitum ignorare canones, vt inf. 38. d. nulli. & c. omnes. ſup. d. proxima, ſi Romanorum.
d ¶ Corripiendi.] Arg. ſimile. 16. diſti. quod dicitis.

DE quibus.] CASVS. Quidam q̃ſiuit, ſi aliqua dubitatio emergat in ſolutione alicuius quęſtionis, ad quas ſcripturas potius ſit recurrendum, & dicitur in hoc cap. quòd iſte ordo ſeruandus eſt. Primo enim recurritur ad uetus, & ad nouum teſtamentũ; & ad ſcripturas Apoſtolorũ: Etſi in illis nõ appareat q̃d ſit faciẽdũ, ad Græcorum ſcripturas recurrendum eſt: poſtea ad geſta Conciliorũ & Põtificum: deinde ad Sanctorũ expoſitiones, vltimo ad ſeniores. Sic Beneuenta poſuit caſum Hugo. ſic dicit, quòd primũ locum obtinẽt vetus & nouum teſtamentum: ſecundum canones Apoſtolorum & cõciliorum: tertium decreta, & decretales epiſtolæ Romanorũ Pontificum. quartum ſcripta Græca: quintum dicta ſanctorum patrum Latinorum: vltimum exempla ſanctorum patrum: deinde. ad ſeniores eſt recurrẽdũ Tu autem pone ſecundum quod litera iacet.
e ¶ Apoſtolorum.] Id eſt, Apoſtolicorũ.
f ¶ Exempla. Arg. p F p exempla

1 Ad idem 3. q. 5. quia ſuſpecti. C. de edi. prin. an in totum ff. de leg. nã Imperator. 2. q. 5. de Liguribus. in fi. Archid.

Exemplis q bus eſt utendum.

exempla poſſe iudicari. 1. vt 37. diſtin. qui de menſa & 24. q. 1. ſi habes arg. contra. C. de ſenten. nemo Sed illud intelligitur cum ius habetur. Tunc enim per exempla non eſt iudicandum. Vel dic, ꝙ exemplis priuatorum non eſt vtendum, ſed exemplis publicæ perſonæ ſiue authenticæ, ut exemplis Pricip s primi, ſiue Apoſtolicorũ. ut 16. q. 3. licet. ext. de ſent. & re iudic. in cauſis, vel dic, ꝙ exemplis paucorum nõ eſt utendum, ſed plurium bene.

a 1 Seniores. Ideſt, ſapientes vt 84. diſ. porro.

b 2 Pluribus. Sic extra de offi. deleg. prudẽtiã in fi. 1. reſpõnam per ampliores homines manifeſta veritas reuelatur, vt C. de fideicõ. l. pen. & C. de inge. manu l. 3. Hic patet, ꝙ primo ad cõſuetudinẽ loci recurritur, cum lex deficit, quam ad conſuetudinem Ro. eccleſię 12. diſtinct. illa. & ff. de leg. & Senatuſconſ. de quibus. Alij dicunt, ꝙ primo ad conſultatione Ro. eccle. recurrendum eſt, vt arg. ſup. 12. diſtin. c. vl. Ioan. quid autem de hoc ſeruetur, notaui ſu. 12. diſtin. illud. melius 1. diſtin. conſuetudo.

ADDITIO. De hoc etiam not. C. q̃ ſit longe cõſuet. l. 1 ibi vide. Archid.

in nouo teſtamento incæpit a Chriſto, qui Petrum in ſummũ ſacerdotẽ conſtituit xij. Apoſtolos maiores ſacerdotes, lxxij. diſcipulos minores. Sed nunc loco Petri eſt Papa: loco xii. Apoſtolorũ epi. loco lxxij. diſcipulorũ sũt Archipſbyteri. Leuitas uero ſtatuerũt Apoſtoli, Eccle-

ſtionis qualitas non lucidè inueſtigatur, ſeniores [a] prouinciæ cõgrega, & eos interroga. Facilius namq; inuenitur quod à pluribus [b] ſenioribus quæritur. Verus enim repromiſſor Dominus ait: [Si duo ex vobis, vel tres cõueniũt ſuper terram in nomine meo, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo.] Matth. 18.

α ¶ Innocentius.] *Caput hoc non eſt inter epiſtolas Innocentij primi quæ multa extant; neque vero Innocentij ſecundi eſſe poteſt cũ ante ipſum ſcripſerint Burchardus, & Iuo à quibus hoc ipſum citatur.*

β ¶ Canones ] *Verba hac quæ apud Gratianum deerãt, ſunt apud Burchardum & Iuonem & Polycarpum: in quo Polycarpo habẽtur hoc ipſo loco, in quẽ sũt reſtituta.*

## DISTINCTIO XXI.

*DEcretis [c] ergo Romanorum Pontificum & ſacris canonib. conciliorũ eccleſiaſtica negotia vt ſupra monſtratum eſt, terminantur. Miniſtri vero ſacrorũ canonũ, & decretorũ Pontificũ ſunt ſummi Pontifices, & infra præſules, ac reliqui ſacerdotes, quorũ inſtitutio in veteri teſtamento eſt inchoata, & in nouo plenius conſummata. ¶ Summi enim Pontifices, & minores [d] ſacerdotes à Deo ſunt inſtituti per Moyſem, qui ex præcepto Domini, Aaron in ſummum Pontificem filios vero eius unxit in minores ſacerdotes. Poſtea vero Dauid, cum miniſteria domus Domini ampliaret, ianitores & cantores inſtituit. Porro Salomon quendam modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiurati, ex obſeſſis corporibus pellebantur: huic officio mancipati, exorciſtæ vocati ſunt de quibus Dominus in Euangelio: [ Si ego in Beelzebub eycio dæmonia filij veſtri (videlicet exorciſtæ) in quo eiiciunt? ] Hæc omnia* Eſa. 28. 1. Par. 25. & 2. 23. Luc. 11.

Decretis.] Hęc d. diuidit in tres partes. In quarum prima dicit, quod miniſtri eccleſię ſunt ſummi Pontifices & præſules infra poſiti cum reliquis ſacerdotibus. Secunda ibi, [ In nouo. ] Tertia ibi, [ In his.]

CASVS. Supra actum eſt de decretis, & canonibus conciliorum, quibus negotia dirimuntur. In hac uero 21. diſtin. agit Gratianus de miniſtris eccleſiæ & ſacrorum canonum, & dicit ꝙ ſunt ſummi Pontifices & præſules infra poſiti cum reliquis ſacerdotibus. Et hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [ Summi etenim. ] di. ꝙ ſummi Pontifices & minores ſacerdotes à Domino per Moyſen ſunt inſtituti in ueteri teſtamento, qui unxit Aaron in ſummum Pontificem, & filios eius, in minores Sacerdotes & Leuites. Dauid inſtituit cantores, & ianitores. Salomon exorciſtas: & hæc omnia in nouo teſtamento eccleſia imitatur. Habet n. oſtiarios, & lectores pro ianitoribus, & habet exorciſtas: pro filijs uero Aaron habet omnes poſitos infra ſummũ Pontificẽ; pro quo ſummo Pontifice ponit Papa. In tertia parte, quæ incipit ibi, [ Inter eos ] di. ꝙ inter iſtos eſt diſcretio ſeruanda. Nam alij appellãtur ſimpliciter ſacerdotes, &c. Et hæc diſcretio incipit à Paganis, qui habebant Flamines, & Archiflamines. Similiter

Eccleſia uero ſubdiacones. & acholythos ſibi cõſtituit: c ¶ Decretis.] Hic agitur de eccleſiaſticis ordinibus, & oſtendit originem ipſorum, & unde 2 ſic appellentur, poſtea oſtendit, quod ille qui eſt in maiori ordine, uel dignitate, non poteſt iudicari à minori, & ſic Papa à nemine poteſt iudicari.

ADDITIO. Vt infra eod. inferior. & cap. ſubmittitur. Archid.

d ¶ Et minores.] Cum ergo Moſes elegerit ſacerdotes in ueteri teſtamento, & Dñs in nouo, ut inf. ead. in nouo, uidet, ꝙ ad epiſcopum de iure ſpectet electio canonicorum. Et Imperator dicit, ꝙ epiſcopus elegit clericos in Conſtantinopolitana ciuitate, ut in Auth. de menſura ordinandorum clericorum in 1. §. colla. 3. Ad hoc dicas, quod epiſcopus de iure communi cum alijs eligit, ut extra de his quæ fiunt a prælatis ſine conſenſu, cap. nouit, &c. ea noſcitur. conſuetudo tamen eſt ſeruanda, ut extra de elect. cum eccleſia. 3 Item uidetur ex loco iſto, ꝙ Moſes fuit ſacerdos, cum unxerit ſacerdotes, & idem dicit Innocen. extra de maio. & obed. ſolitæ. Sed contra homicida fuit, ergo non potuit eſſe ſacerdos, ut 23. q. 1. nõ in inferenda. Sed dic, quod olim ſacerdotes bene erant homicidæ, ut 2. quæſt. 7. §. his ita,

2 Ideſt, quare. Papa à nemine iudicatur

Electio canonicorũ ad ques ſpectat 3 Hęc ſentẽtia communiter approbatur p Io. Vinc. Lau. Goffred. & Ber. in iſta decret. cum eccleſia.

1Vt 11. q. 7. ſi quis oēm. de conſecra. d.1.c.1. Arc.

ita. Sed Dauid primo fuit prohibitus cōſtruere tēplum quia vir ſanguinū erat 1, de conſecrat. diſt. 1. c. 1. Quare autem iudices, & executores teſtes, & aduocati in cauſa ſanguinis promoueri nō poſſunt, dic vt notaui in quæſtionibus in illa quæſtione, quæ ſic incipit: Aliquis ex offi- huc. extra de ætate & qualitate, a multis.

CLeros.] CASVS. Hoc c. diuidit in tres partes. In prima oſtendit Iſidorus, quo noie generaliter miniſtri eccleſiæ vocantur & dicit, quòd generaliter clerici: vocantur: & dicit quare ſic vocantur, & ponit nomina & numerū miniſtrorum. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Ordo verò.] facit quadrimembrē diuiſionem huius nominis epiſcopi. & ponit etymologiā eorū, quę ſub diuiſione illa continētur. In tertia parte, quæ incipit ibi. [Pontifex pricceps ſacerdotum.] ponit officia ſingulorum ordinū interſerendo interpretationes eorum.

*in nouo teſtamēto eccleſia imitata habet ianitores ſuos, quos oſtiarios appellamus. Pro cantoribus lectores & ſimul cantores inſtituit. Exorciſtas autem nomine antiquo, & officio permanente recipit. Pro filijs verò Aaron, oēs infra ſummum Pontificem ſacerdotium adminiſtrātes ſunt cōſecrati. ¶ Inter eos quadam diſcretio ſeruata eſt, vt alij appellentur ſimpliciter ſacerdotes, alij archipſbyteri, alij chorepiſcopi, alij epi, alii archiepi ſeu Metropolitæ, alii primates,[a] alii patriarchæ alii ſūmi Pontifices, Horum diſcretio a gentilibus maxime introducta eſt, qui ſuos Flamines, alios ſimpliciter flamines alios archiflamines, alios protoflamines appellabāt. Simpliciter verò maiorum & minorum ſacerdotum diſcretio in nouo teſtamēto ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui duodecim Apoſtolos tanquam maiores ſacerdotes, & lxxii: diſcipulos[b] quaſi minores ſacerdotes inſtituit. Petrum verò quaſi in ſummum ſacerdotem elegit, dum ei præ oībus, & pro omnib. claues regni cœlorum tribuit, & a ſe petra, Petri ſibi nomen impoſuit, atque pro eius fide ſe ſpecialiter rogaſſe teſtatus eſt, & vt cæteros cōfirmaret, ſibi iniunxit dicens: [Ego rogaui pro te Petre, vt nō deficiat fides tua: & tu aliquādo conuerſus confirma fratres tuos] Hanc eandem formam Apoſtoli ſecuti in ſingulis ciuitatib. epiſcopos, & presbyteros ordinauerunt. Leuitas autem ab Apoſtolis ordinatos[c] legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus Subdiaconos,[d] & acolythos procedente tēpore eccleſia ſibi conſtituit. ¶ De his ita ſcribit B. Iſidorus lib. 7. Etym. c. 12. nomina illorum, & nominum cauſas exponens, ita inquiens.*

Luc. 22.

Act. 6.

¶Vnde nomina eccleſiaſticorum graduū ſumātur. C. I.

De officijs l.2. ca. 1. Rabanus: de inſtit. cler. l. cap. 2. Act. 1.

CLeros[e], & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias[f] ſorte electus eſt, quē primum[g] per Apoſtolos legimus ordinatū. Κλῆρος enim Grecè, ſors Latine, vel hæreditas dicitur. Propterea ergo dicti ſunt clerici, quia de ſorte Domini ſunt; vel quia Domini partem[h] habent. Generaliter autem clerici nuncupātur omnes, qui in eccleſia Chriſti deſeruiūt; quorum gradus, & nomina sūt hæc, oſtiarius, pſalmiſta[i], lector, exorciſta, acolythus,

e ¶ Cleros.] Primo oſtēdit Iſidorus quo nomine vocentur miniſtri eccleſiæ, & quare ſic vocentūr miniſtri eccleſiæ. Secundo ponit quadrimembrem diuiſionem epiſcoporum. Tertio ponit interpretationes omniū ordinum eccleſiaſticorū, & eorum officia. Secunda pars incipit ibi, [Ordo vero epiſcoporū. tertia. ibi. [Pontifex.]

f ¶ Matthias] Cum quo fuit electus Ioſeph 26. q. 2. c. 1.

ADDITIO. Hic habetur, ꝙ hoc nomē clericus a Matthia incepit ipſe eñ ſorte electus eſt Hug.

g ¶ Primum in clericum ſcilicet, alius ſcilicet Iacobus fuit primo epiſcopus factus, vt inf. 66. d. porro. Et eſt hic arg. ꝙ ſorte facienda, vt ff. de iud. ſed cum ambo. & ꝙ in electionibus tempore neceſſitatis poſſumus: ſecūdū ſortē procedere, vt 26. q. 2. non exēplo. contra extra de elect. eccleſia ueſtra & ita iſta gloſ. non ualet. extra de elect. quia propter. Vel dic tunc eſſe vtendum ſorte, cum eſt utrobiq; paritas in omnibus, & ſubeſt cauſa neceſſitatis, ut cum eſt contentio de electione. 26. q. 2. non exemplo.

Sors in electionib. eſt reprobata.

*Semper fuit ſacer, licet olim, quidam de hoc dubitauerint. Vide gl. in c. amulſis. de æta. & qualitat. ordi. ver. ſolos. & B. Thomā 4. ſent. diſt. 24. art primo. q. 3.*

officio ſuo hominem interfecit. De hoc dixi 50. diſt. per totum. Quæſtio venerialis eſt. Archid.

a ¶ Alij primates.] Hæc diuiſio non eſt niſi ratione nominum: quia ijdem ſunt primates, quod patriarchæ 99. diſt. c. 1.

b ¶ Lxxij. diſcipulos.] Contra inf. ea. diſt. in nouo. vbi dicitur, ꝙ diſcipuli Dñi, ideſt, Apoſtoli elegerunt lxxij. diſcipulos: hic dicitur, ꝙ a Domino. Sed dic, quod Dñs bene dr feciſſe, quod eius miniſter facit: qa q. per aliū facit, ꝑ ſeipsū facere vr, ut extra de ſent. excom. mulieres.

c ¶ Ordinatos.] Vt 93. d. Dominus noſter, & c. diaconi.

d ¶ Subdiaconos.] Non videtur uerū dicere, quia tempore Apoſtolorum aliqui fuerunt ſubdiaconi, ut 25. diſ. epiſcopus, quia ille eſt canon Apoſtolorum. Sed dic, ꝙ ſubdiaconatus tunc fuit: ſed non * fuit ſacer ordo ad-

h ¶ Partem.] Ideſt, decimas, & primitias, quæ dicuntur Dei 2, ut 12. q. 2. c. quiſquis. Ic. & c. qui abſtulerit.

i ¶ Pſalmiſta.] Hic patet, ꝙ pſalmiſta, & oſtiarius, & lector ſunt clerici 25. diſtinct. perlectis, & 32. diſtin. ſeriatim. & 32. diſti. clericum. & 11. q. 1. de perſona. & depoſini poſſunt ſicut alij clerici, ut 27. q. 1. § 1. ſi quis epiſcopus, & qui inijcit manus in iſtos, excommunicatus eſt, ut 17. q. 4. ſi quis & extra de ſenten. excom. non dubiū & c. parochianos. Et per primam tonſuram fit aliquis ſtatim Pſalmiſta, uel clericus, & illa tonſura eſt ſacramentale ſignum

2 Subaudi quāuis Dñi ſit terra & plenitudo eius, vt l pſ. 8. d. quo iure. Arch. Ta. ſtat. perſon an ſit ordo

ſign um,vt 12.q.1.duo.Sed ſi hoc dicatur, tũc erunt nouem ordines. Verũtamen uidetur,ꝙ non ſit ordo: quia vbi tractatur,ꝙ clericus alij obedientiam præſtabit, nihil agitur de iſtis ordinibus,vt 93. diſt.a ſubdiacono ſimiliter alibi, vt 77. d. illud. Sed dic, ꝙ tantum ſeptem ſunt ordines,q conferuntur cum ſolemnitate, ſed tamen nouẽ ſunt. Io. Sed certe omnes conferuntur cũ ſolemnitate hodie præter Pſalmiſtatum, qui a ſolo ſacerdote confertur, vt 23.diſtin. pſalmiſta.Bar.

Sacerdos ſimplex ſpalmiſtarũ conferre poteſt.

a ¶ Epiſcopus.] Argu. ꝙ epiſcopatus eſt ordo 1, vt 93.diſ. diaconi.

1 Quid ſit ordo hẽs iſ. 82.diſ.ca.1. ibi, de hoc & ad idem extra de renuncia. poſt translationem. §. vlt. vbi de hoc.

b ¶ In patriarchas. Quo nomine comprehendit principales patriarchas, vt Romanum, Cõſtantinopolitanum, Alexandrinum, Hieroſolymitanum, Antiochenum.

c ¶ Archiepõs. Ideſt, primates, quod nomine comprehendit alios patriarchas ſiue primates, vt Aquileienſem 2,Cantuarienſem, Bituricenſem.

2 Sub de quo habetur 9.q. 3.nunc vero Arch.

d ¶ A mẽſura.] Quia x.vel xj.debet ſub ſe hẽre,vt 6.q.3.ſcitote. Vel dicitur a metros quod eſt mater, & polis, quod eſt ciuitas, quia eſt mater aliarum ciuitatum. 12.d.de his.

Archiepũs quot ſuffraganeos habeat.

e ¶ Licet.] De iis, quæ ſpectãt ad totã prouinciam. ſed de iis,quę ad ſuam diœceſim ſpectant, ſine eorum licentia poſſũt diſponere. 11.q.3.c.1.& 2.

f ¶ Diſponit.] Ergo epiſcopus confert dignitates eccleſiaſticas,vt 73.diſt.epiſcoporum 3 Argu.contra.93.diſtinctione, legimus.vbi dicitur, quod tantum ad epiſcopum ſpectat confirmatio: ſed hoc refert ad diuerſas conſuetudines, vt extra de elect. cum in cunctis. &c. cũ eccleſia Vulterranæ. Io. Ego credo. ꝙ de iure communi tãtum electio dignitatũ ſpectet ad capitulum,cum epiſcopo,vt extra de iis quæ fiunt a prælat. ſine conſenſu.cap.ea.noſcitur.&c.quanto.

3 60.diſ.c.1. Archid.

Dignitatum electio ad quos ſpectat

g ¶ Ex Græco.] Scilicet dos,quod eſt datio.

h ¶ Virga.] Qua arcebãt aues a carnibus ſacrificiorum.

i ¶ Nudis.] Arg. quòd non incedit nudus qui filium fert in capite.

¶Di

ſubdiaconus, diaconus, presbyter, epiſcopus [a]. ¶Ordo epiſcoporum quadripertitus eſt.i.in patriarchas[b],archiepiſcopos[c],Metropolitanos,atque epiſcopos. Patriarcha, Græca lingua, ſummus patrum interpretatur: quia primum,ideſt Apoſtolicum retinet locũ; & ideo,quia ſummo honore fungitur,tali nomine cenſetur, ſicut Romanus,Antiochenus,& Alexãdrinus. Archiepiſcopus Græco dicitur vocabulo, ꝙ ſit ſummus epõrũ: tenet enim vicem Apoſtolicam;& præſidet tam Metropolitanis,quã cæteris epiſcopis. Metropolitani autem a menſura[d] ciuitatum vocantur; ſingulis enim ꝓuincijs præeminẽt,quorum auctoritati,& doctrinæ † cæteri ſacerdotes ſubiecti ſunt,ſine quibus nihil reliquos agere licet[e] epiſcopos: ſollicitudo enim totius prouinciæ ipſis commiſſa eſt. Omnes autẽ ſuperius deſignati ordines vno eodemque vocabulo epiſcopi nominantur: ſed ideo priuato nomine quidã vtuntur,propter diſtinctionem poteſtatum,quam ſingulariter acceperunt. Patriarcha patrum princeps. Αρχων enim princeps;inde archiepiſcopus princeps epiſcoporum,ſicut Metropolitanus a menſura ciuitatum. ¶Epiſcopatus autem vocabulum inde ductum, quòd ille,qui efficitur † epiſcopus: ſuperintendebat, ſcilicet curam gerens ſubditorum: Σκοπεῖν enim Græcè, Latinè intendere dicitur. Epiſcopi autem Græcè, Latinè ſpeculatores interpretantur: nam ſpeculator eſt præpoſitus in eccleſia dictus,eo ꝙ ſpeculetur,& perſpiciat populorum infra ſe poſitorum mores,& vitam. ¶Pontifex princeps ſacerdotum eſt,quaſi via ſequentium. Ipſe ſummus ſacerdos,ipſe & Pontifex maximus nuncupatur. Ipſe enim efficit ſacerdotes, atq; leuitas; ipſe omnes ordines eccleſiaſticos diſponit[f]; ipſe,quid vnuſquiſque facere debeat,oſtendit. Antea autem qui Reges erant,& Pontifices erant. Nam maiorum hæc erat conſuetudo,vt Rex eſſet etiam ſacerdos & Pontifex. Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. ¶Vates a vi mentis appellatus eſt, cuius ſignificatio multiplex eſt:nam modo ſacerdotem, modo prophetam ſignificat,modo poetam. ¶Antiſtes ſacerdos dictus eſt, quod anteſtat: Primus eſt enim in ordine eccleſiæ, ſupra ſe nullum habet. ¶ Sacerdos autem nomen habet compoſitum ex Græco [g] & Latino, quaſi ſacrum dans: ſicut enim rex a regendo, ita ſacerdos a ſacrificando vocatus eſt; conſecrat enim, & ſacrificat. Sacerdotes autem gentilium Flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga [h] deſuper habens lanæ aliquid, quod cum propter æſtum ferre non poſſent, filo tantum capita religare cœperunt. Nam nudis[i] penitus eos capitibus incedere nefas erat. Vnde a filo, quo vtebantur, flamines dicti ſunt, quaſi filamines. Verum feſtis diebus filo depoſito pileum imponebant pro ſacerdotij eminentia. ¶ Presbyter Græcè Latinè ſenior interpretatur: non modo pro ætate, vel de-

† al. doctrina & poteſtati] orig.

† Superefficitur, ſuperintendat] orig. & Rab.

crepita ſenectute, ſed ẽt ꝑꝑ honorẽ,& dignitatẽ, [a] q̃ ac-
ceperunt, presbyteri nominantur. vnde & apud β vete-
res, ijdẽ epi,& presbyteri fuerunt; quia illud nomen di-
gnitatis eſt, & non ætatis. γ [b] ideo aũt & presbyteri ſa-
cerdotes vocantur, quia ſacrum dant, ſicut & epi: qui li-
cet ſint ſacerdotes; tñ Pontificatus apicem non habent:
quia nec chriſmate frontem ſignant, nec paraclitum ſpi-
ritum dant, qđ ſolis deberi epis lectio Actuum Apoſto-
lorum demonſtrat. Leuitæ ex noïe auctoris vocati. De
Leui.n. Leuitæ exorti ſunt; a quibus in templo Dei my-
ſtici ſacramenti miniſteria explebantur. Hi Græcè dia-
coni, Latinè miniſtri dñr; quia ſicut in ſacerdote conſe-
cratio, ita in diacono miniſterij † diſpenſatio habetur.
Hypodiacones Græcè, quos nos ſubdiaconos dicimus,
qui ideo ſic appellantur, quia ſubiacent præceptis,& of-
ficijs Leuitarum. Oblationes.n.in templo Dei a fidelib.
ipſi ſuſcipiunt, & Leuitis ſuperponendas altaribus de-
ferunt: hi apud Hebræos Nathinæi [c] vocantur. Lectores
a legendo, pſalmiſtæ a pſalmis canẽdis vocati: illi.n.prę-
dicant [d] populis, quid ſequatur; iſti canunt, ut excitent
ad compunctionem aïos audientium; licèt & quidam le
ctores ita miſerabiliter [e] pronuncient, vt quoſdam ad lu
ctum, lamentationemque compellant. Ijdem ẽt & pro-
nunciatores vocantur, quod porro † annuncient: Tanta
enim & tã clara erit eorum vox, vt quamuis longè poſi-
torum aures adimpleant. Cantor autem vocatus, quia
vocem modulatur in cantu. Huius duo genera dicũtur
in arte muſica, ſicut ea docti homines Latinè dicere po-
tuerunt, præcentor, & ſuccentor: præcentor.ſ. qui vocẽ
præmittit in cantu: ſuccentor autem, qui ſubſequenter
canendo reſpondet. Concentor autem dicitur, quia con-
ſonat; qui autem non conſonat, nec concinit; nec cãtor,
nec concentor erit. Acolythi Græcè, Latinè cero ferarij
dicuntur, a deportandis cereis, qñ legendum eſt Euãge-
lium, aut ſacrificium offerendum: tunc.n.accenduntur
luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas te-
nebras, dum ſol eodem tẽpore rutilet, ſed ad ſignum læ-
titiæ demonſtrandum, vt ſub typo luminis corporalis il
la lux oſtendatur, de qua in Euangelio legitur: [Erat lux
vera, quæ illuminat oẽm hoïem venientem in hunc mũ-
dum.] Exorciſtæ ex Græco, in Latinum adiurantes, ſiue
increpantes vocantur: inuocant.n.ſuper cathecumenos,
vel ſuper eos, qui habent ſpiritum immundum, nomen
Dñi Ieſu, adiurãtes per eum, vt egrediatur ab eis. Oſtia-
rij ijdem, & ianitores, qui in veteri teſtamento electi ſunt ad cuſtodiam
templi; vt non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem
oſtiarij, quòd præſint oſtijs templi. Ipſi enim tenentes clauem, omnia in-
tus, extraque cuſtodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium,
fideles recipiunt, & reſpuunt infideles. [f]

a Ideſt Apoſtolicum.] *Antea legebatur*, poſt Apoſtolicum. *Reſtituta eſt vera lectio non modo ex Iſidori & veterum exemplarium Gratiani fide, ſed ex ipſa ab Iſidoro allata ratione, qui Romanum, Antiochenum, & Alexandrinum Patriarchas propterea vocat, quia Apoſtolicum locũ tenent. Hoc idem B. Gregorius lib. 6. epiſt. 37. ſcribens Eulogio Alexandrino, declarat his verbis.* Itaque cum multi ſint Apoſtoli.

a ¶ Dignitatem.] vt 84. diſt. porro.

b ¶ Et non ætatis.] Tantũ ſupple: quia alibi dicitur, quod eſt nomen ętatis, vt 93. diſtinctio. legimus.

c ¶ Nathinæi.] Iſti dicũtur miniſtri miniſtrorum, & interpretantur in humilitate Deo ſeruientes, vel Deo donati: & ſunt dicti ab eo tempore, quo Ioſue Gabaonitas donauit ad miniſterium tẽpli, ſcilicet, vt ligna ibi cęderẽt in ipſe, & aquam portarent ad opus ſacrificii, de quib. dicitur 22. q. 4. innocens. H. Et not. quod iſti Nathinæi lauabant hoſtias in probatica piſcina. Probaton Gręcè dicitur, ouis Latinè: ſic ergo dicta erat, quia in ea Nathinæi, &c. ſicut pręd ixi, vt legitur in hiſtorijs Euangelij, c. poſt hoc erat, &c. Arch.

d ¶ Prædicant.] Ideſt, legunt recitando, non autem prædicando: quia illud eſt officium ſacerdotum. 16. quęſt. 1. adijcimus.

e ¶ Miſerabiliter.] non per prauã, vel raucam vocem: ſed potius per altam vocem & ſonoram, & iſte intellectus patet ex litera ſequenti, vbi dicit, tanta enim, &c.

f ¶ Et reſpuunt infideles.] ideſt, excommunicatos. Et ita oſtiarius remouet, 1 excõicatos ab eccleſia

Act. 1.

† al. myſterij.

† al. populo.

Iuo p. 6. c. 8.

Ioan. 1.

Probaton qđ dicatur.

1 Scilicet ab ingreſſu eccleſiæ corporaliter arcendo. Hugo.

1 Arg. contra. 1.q.1.q ſtudet. in fi. ibi videas ꝙ not. ibid. ſic ẽt no. 23.d. oſtiarius. Archid.

ſia, 1 vt hic, & 25. diſtinct. per lectis.

IN nouo teſtamento.] Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinctionis, in qua probatur, ꝙ Romana eccleſia ſit caput, ab ipſo Domino ſpecialiter inſtituta: ſecundario a concilijs. Ioan. de Fant.

quòd dic. & de Iacobo. 66. diſtinct. porro.

c Prætaxato.] In parte cap. quæ hic non eſt.

d ¶ Operarios.] Arg. hic ſignauerunt doctores, 3 ꝙ licet ſit ſtatutus certus numerus canonicorum, ſi tñ excreſcant eccleſiæ facultates, ꝙ præbendæ debent augeri vt — 3 Vt Laur.

pro ipſo tñ principatu ſola Apoſtolorũ principis ſedes in auctoritate conualuit, quæ in tribus locis vnius eſt. Ipſe.n. ſublimauit ſedem, in qua etiam quieſcere, & præſentem vitã finire dignatus eſt: ipſe decorauit ſedem, in qua Euangeliſtam diſcipulum miſit: ipſe firmauit ſedẽ, in qua ſeptem annis, quamuis diſceſſurus, ſedit. *Atque hoc idem ait Anacletus c. ſacroſancta, infra diſt. 22.*

β ¶ Vnde & apud.] *Reſtituta hæc ſunt in locum ſuum, quo loco habentur apud Sanctum Iſidorum.*

γ ¶ Et non ætatis.] *In originali eſt*, hoc ætatis. *& ita apud Hieronymum in epiſt. 83. ad Oceanum: ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

*Item Anacletus ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 2.*

¶ Romana eccleſia a Chriſto primatum accepit.

Cap. II.

IN nouo teſtamento poſt Chriſtum Dominũ a Petro ſacerdotalis cœpit ordo: quia ipſi primo Põtificatus in eccleſia Chriſti datus eſt, Dño dicente ad eum: [Tu es Petrus, a & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiã meã: & portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eã: & tibi dabo claues regni cœlorum.] Hic ergo ligandi, atq; ſoluendi poteſtatem primus accepit a Domino primuſq; ad fidẽ populũ virtute ſuæ prædicationis adduxit. Cæteri vero Apoſtoli cum eodem pari b cõſortio honorem, & poteſtatem acceperunt: ipſumq; principẽ eorum eſſe voluerunt: qui etiam iubente Domino in toto orbe diſperſi Euangelium prædicauerunt. Ipſis quoq; decedentibus in locum eorum ſucceſſerunt epiſcopi: quorum ordinatio prætaxato c debet fieri ordine & modo: quos qui recipit, & verba eorum, Deum recipit; qui autem ſpernit eos; eum, a quo miſſi ſunt, & cuius legatione fungũtur, ſpernit; & ipſe indubitanter ſpernetur a Domino. Videntes aũt ipſi Apoſtoli meſſem eſſe multam, & operarios d paucos; rogauerunt e dominum meſſis, ut mitteret operarios in meſſem ſuam; inde ab eis electi ſunt lxxij. diſcipuli; quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum ſunt conſtituti in eccleſia.

Anſ. l.1.c.1. Burch. l.1.c.1. Iuo p.5.c.1. Pann. l.3.c.82. Matth. 16. Matth. vlt. Luc. 10. Matth. 9.

*Item Gelaſius vrbis Romæ epiſcopus omnibus orthodoxis.*

In decretis eſt lxx. epiſcopis.

¶ Primatum Romanæ eccleſiæ non aliqua ſynodus, ſed Chriſtus inſtituit. Cap. III.

Poly. l.1.tit.2. Anſel. l.1.c.69. Burch. l.3.c.220. Pann. l.4.c.3.

QVamuis vniuerſæ per orbẽ catholicæ eccleſiæ vnus thalamus Chriſti ſint; ſancta tamẽ Romana Catho

CASVS. In hoc cap. oſtendit Anacletus, ꝙ primus ſacerdos poſt Chriſtũ fuit Petrus, cui data eſt ptãs ligandi & ſoluendi: cæteri vero Apoſtoli, qui cũ eo parẽ honorem aſſecuti ſũt, ipſum in principem elegerunt, loco quorum hodie ſunt epi. Vidẽtes aũt Apoſtoli prædicatores paucos, elegerunt lxxij. diſcipulos, loco quorum ſũt presbyteri in eccleſia: & q hos recipit, Chriſtum recipit; & q hos ſpernit, Chriſtum ſpernit, & ab eo ſpernet.

a ¶ Tu es Petrus.] Videtur ergo, ꝙ per hæc verba; tu es Petrus, &c. datus fuit Petro Pontificatus, & ita ante paſſionẽ; q a añ fuit ei dictũ: & ita vĩ contradicere 50.d. conſiderandũ. & ca. fidelior. nã ibi dĩ, ꝙ poſt paſſionẽ fuit datus eccleſiæ paſtor, & nõ añ. Sol. primo fuit Apoſtolus añ paſſionẽ: ſed poſt paſſionem fuit paſtor creatus p illa verba: Si diligis me, &c. vt ex. de electio. ſignificaſti. qd ẽt hic innuit cũ dicit; tibi dabo claues, &c. 2 hoc.n. eſt pmittere, & nõ dare. — 2 Idẽ tenet Alex. de Im. in l. iuriſgentium. col. 3. ff. de pactis.

ADDITIO. Ad huius verbi declarationẽ vide quod legit & not. 23.q.6. iã vero. §. ex his. iuxta princ. in gl. ſed qualiter. Archid.

b ¶ Pari.] Argu. ꝙ omnis epiſcopus ſit par apoſtolico quantum ad ordinem & rationem conſecrationis 24.q.1. loquitur. in princ. Petrus tamen maior fuit alijs in adminiſtratione, vt 2.q.7. puto: põt enim aliquis eſſe maior alio in ordine, ſed tamen minor in adminiſtratione, vt archipresbyter maior eſt Archidiacono, ut 25. diſt. per lectis. De Apoſtolis qñ fuerunt conſecrati, non legimus: Dicunt tamen quidam ꝙ in cœna, qñ dictum eſt eis: Hoc facite in meam commemorationem. de conſe. diſt. 2. in Chriſto. in fine. Alij dicunt, ꝙ cum dictum eſt eis: Ite, baptizate omnes. de conſec. diſt. 3. propriè. De Paulo, & Barnaba habemus 75. diſt. ri, vt extra de vita & hone. cler. qñ hoc expeditum eſt, extra de conſti. cum M. Fer. & extra de cenſi. quanto.

Petrus in adminiſtratione maior alijs fuit. Apoſtoli qñ fuerint conſecrati.

e ¶ Rogauerunt.] Arg. ꝙ non, niſi volentibus dabitur prælatus, etiam a Papa, vt ſup. diſt. proxi. ſacroſancta. ſi. 8.q.1. ſciendum, 4 & c. audacter. Dic a principio non datur inuitis, ſed ex poſt facto ſic, ſi ſint negligẽtes. 61. diſtinct. nullus inuitis.

Prælatus nolentibus nõ eſt dandus. 4 al. ſi ergo.

QVamuis.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod eccleſia Romana caput eſt aliarum eccleſiarum, & ꝙ præfera-

præferatur alijs.Et hoc probatur duabus rationib. Prima eſt , quia Chriſtus dedit ei primatum & auctoritatem uoce ſua,dicens: Tu es Petrus & ſuper, &c. Secunda eſt : quia Petrus & Paulus vna die glorioſa morte in vrbe Romana ſub Cæſare Nerone coronati , eccleſiam Roma-

INferior. ] CASVS. Omnia cap. ſeq. loquuntur de Ignatio Conſtantinopolitano patriarcha,qui fuit depoſitus à ſuis ſuffraganeis auctoritate & fauore Michaelis Imperatoris , contra quos inuehitur Nicolaus Papa dicens, ꝙ ſuffraganei Ignatium deponere non potuerũt,quia inferior ſedes non poteſt ſuperiorem abſoluere vel ligare,& hoc ꝓbatur auctoritate Eſaiæ dicentis. Nunquid gloriabitur ſecuris,&c.

lica, & Apoſtolica Eccleſia nullis ſynodicis cõſtitutis, [a] cæteris eccleſijs plata eſt,ſed euãgelica voce Domini, & Saluatoris noſtri primatum obtinuit,] Tu es Petrus( inquiẽs ) & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã: & portæ inferi nõ preualebũt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum; & quodcunq; ligaueris ſuper terram , erit ligatum & in cœlis; & quodcunq; ſolueris ſuper terram,erit ſolutũ,& in cœlis.] Cui data eſt etiam ſocietas beatiſſimi Pauli vaſis electionis, qui nõ diuerſo ( ſicut hæretici garriũt ) ſed vno tempore, vno eodemq; die,[b] glorioſa morte cũ Petro in vrbe Roma ſub Cæſare Nerone agonizans coronatus eſt,& pariter ſupradictam ſanctam Romanam eccleſiam Chriſto domino conſecrarunt, [c] eamque omnibus vrbibus in vniuerſo mũdo ſua præſentia,atque venerando triumpho, prętulerunt: Eſt ergo prima [d] Petri apoſtoli ſedes Romana eccleſia non habẽs maculam, neque rugam,nec aliquid [e] huiuſmodi.

*Matth.16.*

Inf.diſt.22.c. ſacroſancta. ex Anacleto.

*3 In his omnibus quãto gradus [f] celſior,tanto maior auctoritas inuenitur.In maioribus ſiquidem eſt regẽdi & iubendi poteſtas,in minoribus obſequendi neceſſitas.*

*Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epiſtola,cuius initium eſt [ Propoſueramus. ]*

¶ Inferiorum facta ſuperiorum ſententijs obnoxia ſunt. Cap. IIII.

INferior [g] ſedes ſuperiorem abſoluere non poteſt.Sola ergo potior inferiorem cõuenienter abſoluit. Hinc [h] liquido peruidetur;quia quem non poteſt abſoluere, nõ poteſt iudicio inferior potiorem ligare. *& infra.* Vnde propheta [i] ait: [ Nunquid gloriabitur ſecuris: contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eũ,qui

*Eſai.10.*

g ¶ Inferior.]Ex hoc c.& inf.ca.denique. tres colliguntur regulæ.Prima eſt hæc: Inferior ſuperiorem nõ poteſt ligare, vel ſoluere. 3 Secunda hæc eſt : qui poteſt ligare, poteſt & ſoluere:Tertia talis qui poteſt ſoluere põt & ligare. quælibet harum regularũ videtur habere exceptionem. Prima regula vſ recipere inſtãtiam cum maior ſe ſubijcit arbitrio minoris , vt 11.q.1. peruenit . Secunda regula ſimiliter fallit in incẽdiarijs & excõmunicatis , qui debent per Papam abſolui.ext.de ſent. excomm.tua, & extra de offi. deleg. q̃renti. & in excommunicato propter rem iudicatam ultra annum poſt ſententiam, qui per Papam abſoluitur. Tertia regula fallit inf. de conſec.diſt.4. ſanctum. vbi habes , ꝙ quidam pęnitens abſoluit alium tempore periculi; quẽ tamen ligare non poſſet.Idem fallit 3.q.6.quamuis.& C. ubi ſenatores. l.3. Similiter fallit ( vt uidetur ) cum aliquis confitetur extraneo ſacerdoti , qui ipſum tunc abſoluit , non tamen poſſet ligare. Ioan. Sed illa exceptio non ualet: quia non concedo ꝙ aliquo modo conſequatur quis remiſſionem qui confitetur extraneo ſacerdoti, ut dicitur extra de pœnit. & remiſſ.omnis.niſi prius obtenta licentia à proprio ſacerdote , ut dicitur in ea.decre.omnis niſi in neceſſitate,ut extra eod.tit.ca. vlt. de pœnit.diſt. 1.quem pœnitet.verſ.tanta Bart. Et eſt hic arg. quod ſi Papa mandat alicui ꝙ excommunicet aliquem , quod poſſit etiam ipſum abſoluere : quia excommunicatio & abſolutio pari conditione cenſentur,ut cui unum permittitur,& reliquum,vt inf.de pęnitẽt.diſtinct.1.uerbum.argum.contra 27.quęſtio.1.ſi homo. 4 Sed ibi Papa præcipit non abſolui eius auctoritate, ſecundum quoſdam . In omnibus iſtis cap. vſque in finem loquitur de eadem materia, ſcilicet de facto ſuffraganeorum Ignatij Conſtantinopolitani archiepiſcopi, qui a ſuis ſuffraganeis eſt depoſitus fauore Imperatoris.

h ¶ Hinc. ] Arg. ꝙ idem iuris eſt in vno contrariorum, quod in reliquo,vt inf.ca.denique.& 26.diſtin.deinde. & 3.q.6.hæc quippe.& ff.de uerb.oblig.inter.

i ¶ Vnde propheta.] Eſaias.

3 De hoc et habetur 26. q. 1. in ſumma. Archid.

Confitens extraneo ſacerdoti non conſequitur remiſſionẽ.

4 Vbi de hoc extra de ma. & obed. cũ inferior. ibi in gl. 1. dic ut ibi. Archid.

Romanam conſecrauerunt , & eam alijs [1] ſui præſentia prætulerunt.Et oſtẽditur hic quis miniſter præſit alijs: unde bene facit ad propoſitum Gratiani.

a ¶ Conſtitutis.] Scilicet, tantum.

b ¶ Eodemque die. ] Hic videtur ꝙ eodem die Petrus & Paulus fuerunt crucifixi. 2.q.7. beati. dicunt tamen quidam ꝙ reuoluto anni ſpatio Paulus fuit decollatus, ſed eodem die poſt annum. Hiſtoria 1 tamen dicit , 14. ann.Imperij Neronis eos fuiſſe occiſos.

c ¶ Conſecrarunt. ] Sic ergo eccleſia conſecratur ſanguine alicuius.ſicut aliquis baptizatur in ſanguine ſuo, vt de conſecr.diſt.4.baptiſmi vicem.

d ¶ Prima. ] Dignitate. Nam eccleſia Antiochena præceſſit iſtam,vt 24.q.1.rogamus.

e ¶ Nec aliquid. ] Argu.ꝙ ubicunque ſunt boni,ibi eſt eccleſia.

IN HIS.Hæc eſt tertia pars diſt.in qua ponit ſex cap. de materia de pœnis Ignatij Conſtantinop.patriarchæ, qui fuit depoſitus a ſuis ſubditis & excommunicatus, & poſtea per Romanam eccleſiam reſtitutus. 63.diſtin. Hadrianus.Io.de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus in hoc §. ꝙ quanto gradus eſt celſior, tanto maior eſt auctoritas in maioribus , & regendi poteſtas:In minoribus obſequendi neceſſitas.

f ¶ Gradus.] In ordinibus, 2 de quibus ſup.dixi eadem diſt.cleros.

Petrus & Paulus codẽ die paſſi ſunt.

1 Scilicet Romana H.

2 Et ordinatis. Archid.

a ¶ Exhi-

a ¶ Exhibuimus.] ideſt, probauimus.

NOlite.] CASVS. Clerici Conſtantinopolitani obijciebant Nicolao Papæ, ꝙ uellet defendere Ignatiũ in malo: quibus Nicolaus rñdet, dicens ſe nolle eum in malo defendere: ſed vult ꝙ filij ſint deuoti pr̃i ſpirituali, & diſcipuli magiſtro: ita ut eos nullo modo iudicẽt. ſed nec etiam reprehendant.

cis ipſe inferior dicit epiſcopo: Iube domne benedicere. & epiſcopus benedictione facta legit.

g ¶ Peccatum.] Argum. quòd aliquid prohibetur, non quod ipſum malum ſit, ſed quod inde malum poteſt ſequi, vt 12. q. 1. in nouo. & 11. quæſt. 3. nolite. & 63. diſtin.

trahit eam?] His ita ex diuina ſcriptura, & probabilium Patrum doctrina commemoratis, ſole clarius exhibuimus [a], non poſſe quemquam, qui minoris auctoritatis eſt; eum, qui maioris poteſtatis eſt, iudicijs ſuis addicere, aut proprijs definitionibus ſubiugare.

*Idem eadem epiſtola.*

¶ De eodem. Cap. V.

NOlite nos exiſtimare facta cuiuſcunq; proximorũ noſtrorum, quę ſunt digna reprehenſione, velle defendere; ſed quod ita uelimus filios circa ſpiritalem patrem, & diſcipulos erga magiſtrum deuotos, ac ſobrios eſſe; vt nulla penitus temeritate ad eorum vitam (vt nõ dicam dijudicandam,) ſed nec ſaltem tenuiter reprehendendam [b] proſiliant.

*Idem Nicolaus Papa eadem epiſtola.*

¶ Inferiores maioribus nec benedicere, nec maledicere poſſunt. Cap. VI.

DEnique ſi in epiſtola legimus ad Hebræos [c], quòd minor à maiore benedicitur; reſtat profecto, vt exigente ratione etiam maledicatur [d]. Si quidem hęc vtiq; prænoſcentes periculoſa tẽpora illi qui ante nos fuerũt; prouidam in eccelſijs cõſuetudinem tradiderũt; hodieque in Romana eccleſia, quæ magiſtra eſt omnium eccleſiarum imprætermiſſa † ſeruatur: ita vt nullus ſacerdos maiore [e] ſuo nõ innuente † conſacerdote, cuilibet rei benedictionem † dare nitatur: ſed & anterior ſtans ad pronunciandam aliquam lectionem, benedictionem quidẽ poſtulat, ſed ei quilibet inferior nõ audet penitus benedicere [f]. Cur hoc? nunquid benedicere peccatum [g] eſt? abſit. De maledicis enim, non de benedicis dicit Apoſtolus; quia regnum Dei non poſſidebunt, ſed per hoc innuitur, quantæ cenſuræ fræno inferiores quique à ſuis præpoſitis iudicandis coercendi ſint, ſi his nec etiam benedicendi ius vllum penitus obtineant.

Dist. 4.

Anſel. li. 7. c. 144. Iuo par. 5. cap. 17. & par. 6. c. 355.

Heb. 7.

† *al. impratermiſſa.*

† *al. iubente.*

† *al. benedicere nitatur.*

*Gal. 5.*

*Idem eadem epiſtola.*

¶ De eodem. Cap. VII.

NVnc autem diuina inſpiratione nõ nos pigebit, nec nobis impoſſibile erit, oſtẽdere vobis (ſi tñ audire velitis) nõ poſſe quemquam rite ab ijs, qui inferioris

Poly. li. 1. tit. 20. Anſel. lib. 2. c. 67. al. 65. Iuo p. 5. c. 8. Pann. li. 4. c. 6.

b ¶ Reprehendẽdã.] Sed contra ĩ. 2. q. 7. oues. 1 & c. ſecuti. & 9. q. 3. ſi autem, vbi dicitur quod ſubditi poſſunt reprehendere p̃latos. Sol. triplex eſt reprehẽſio: imperioſa, quæ fit imperio poteſtatis: hęc tantum maioribus conceditur, 43. diſt. ſi rector, ut hic. Alia ſocialis: hęc minoribus cõcedit̃, 81. diſt. I omnibus. Tertia temeraria eſt, q̃ infamandi cauſa fit: & hęc nulli cõcedit̃, vt 5. q. vlt. delator. ADDITIO. Quarta humilis & deuota, vt 2. qõ. 7. nos ſi. §. item cum Balaam.

incarnationẽ diuinam non in patre, neque in ſpiritu ſancto factam, ſed in filio tãtum credat vt qui erat in diuinitate Dei patris filius ipſe fieret ĩ homine hominis matris filius, Deus verus ex patre, homo uerus ex matre, carnẽ ex matris viſceribus habens, & animam humanã rationalem, ſimulque in eo veritas vtriuſque naturę. idem Deus & homo vna ꝑſona, vnus filius vnus Chriſtus, vnus Dominus creator omniũ, quæ ſunt, & auctor, Dominus, & rector cum patre, & ſpirituſancto omnium creaturarum ꝗ paſſus ſit vera carnis paſſione; mortuus vera corporis ſui morte, reſurexerit vera carnis ſuę reſurrectione,† & vera animę reſumptione; ĩ qua veniet iudicare viuos, & mortuos. Quęrẽdum etiam ab eo, ſi noui & veteris teſtamenti, ideſt legis, & Prophetarum, & Apoſtolorum vnũ eundemque credat auctorem, & Deum: ſi diabolus nõ ꝑ conditionẽ,[a] ſed per arbitrium factus ſit malus. Quęrendum etiam ab eo ſi credat huius, quam geſtamus, & non alterius carnis reſurrectionem; ſi credat iudiciũ futurũ, & recepturos ſingulos pro his, quę in carne geſſerũt, vel pœnas, vel pręmia†; ſi nuptias non prohibeat†; ſi ſecũda matrimonia nõ damnet, ſi carniũ perceptionem nõ culpet; ſi pœnitẽtibus reconciliatis communicet, ſi in baptiſmate omnia peccata, id eſt tam illud originale cõtractũ, quàm illa, quę volũtarie admiſſa ſunt, dimittãtur:[b] ſi extra eccleſiã [c] catholicam nullus ſaluetur. Cum in his omnibus examinatus, fuerit inuẽtus plenè ĩſtructus, tũc cũ cõſenſu clericorum, & laicorum, [d] & cõuentu totius ꝓuincię epiſcoporũ, maximeque metropolitani vel auctoritate, vel pręſentia, ordinetur epiſcopus. Suſcepto in nomine Chriſti epiſcopatu. non ſuę delectationi, nec ſuis motibus, ſed his Patrum definitionibus acquieſcat.α

*¶ Caput hoc integrum extat in ordine Romano, additis ad initium his vocibus,* Statuta eccleſiaſtica, *cui ſimilem titulum toti Carthaginenſi quarto concilio eſſe præpoſitum in aliquot vetuſtis codicibus teſtantur illi, qui tomos conciliorum ediderunt.*

α ¶ Acquieſcat.] *poſt hoc verbum tam in concilio, q̃ in ordine ſequitur.* In cuius ordinatione etiã ætas reqratur, quã ſancti Patres in ꝑeligendis epiſcopis cõſtituerunt.

*Item Iſidorus de eccleſiaſticis officijs, lib.2.c.2.*

¶ Qualis eſſe debeat clericorum conuerſatio.

Cap. III.

3 HIs igitur lege Patrum cauetur, vt à vulgari vita ſeclusi à mundi voluptatibus ſeſe abſtineant; nõ ſpectaculis,[e] nõ pompis interſint; cõuiuia publica fugiãt priuata non tantũm pudica, [f] ſed & ſobria colant; vſuris nequaquã incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudiſque cuiuſquam ſtudium appetãt; amo-

1 Sub. non neceſſitatẽ.

* *Nec diabolus ſit peior, nec Angelus melior: neque eorum meritũ vel demeritũ augetur niſi quo ad pænã, vel præmium accidentale: Vide Beatum Th.4. diſt. 50. ar.1. q. 6. & 3. pa. q. 62. ar. tit. 9.*

* *Per ſacramentum ex attrito quis fit cõtritus, ĩõ dimittuntur peccata non tantũ oſtẽduntur dimiſſa. Vide B. Tho.4. diſtin. 4. q. 2. art. 1. q. 1. ad primũ, & diſt. 6. q. 1. ar. 3. q. 4. ad quintũ & 1. par. q. 69. ar. 4. ad ſecundum:*

2 Sed remanet iniqtas ipſa, i. fomes peccati de pæn. diſ.4. c. ille Rex. & videas quod legit. & not. de con. diſt. 4. c.2. & cap. non ex quo. Arch.

Electioni poſſunt laici contra dicere.

b ¶ Dimittantur.] Id eſt * dimiſſa oſtẽdãtur nã per contritionẽ dimittuntur adulto peccata: non per baptiſmum, 2, aut.n. adultus accedit ad baptiſmum cum charitate, aut non: ſi cũ charitate, iam nullum in eo eſt peccatũ. ut legitur de Cẽturione, ut 26. diſt. deinde. & de. cõſec. diſt.4. non dubito, ſi ſine charitate nullũ peccatũ ei dimittitur de cõſec. diſt.4. oſtẽditur. Dimittũtur tñ ſatisfactiones, quas ꝑ peccatis facere debet, ut de cõſe. diſ.4. ſine pnia. Itẽ & originalia dimittũt per baptiſmum adultis, ſed nullũ mortale, ſi non habet charitatem 1.q.1. uide.

c ¶ Extra eccleſiam.] 1.q.1. extra eccleſiã catholicam. & cap. ex eccleſia.

d ¶ Et laicorũ.] Sed quare hic poſt examinationem reqrit cõſẽſus clericorũ & laicorũ? qui enim electioni cõſẽſit poſtea electo nihil obijcere põt. ut 8.q.2. dilectiſſimi. Sed dicas hic loq de examinatione, quæ fit tempore conſecrationis: nec aliud vult dicere, niſi ꝙ cõſecrari debet ſi ita eſt, ꝙ oẽs cõſenſerint in eum. Item patet hic, ꝙ laici poſſunt cõtradicere electioni, ut dicam inf. cap. illud. &c.

HIs igitur.] Hæc eſt tertia pars diſt. in qua oſtendit Iſidorus qualiter clerici debeant uiuere, & quæ vitare, & quæ obſeruare debeant, vt doctrinæ gratiam poſſint populus miniſtrare, vt infra de conſecr. diſtinct. 5. ſint tibi.

† al. receptione.

† al. improbet.
† al. gloriam.

Refertur in concilio Moguntino primo, c.10.

3 ſcilicet, ut non dicantur ibi uel fiant impudica, uel inhoneſta 44. di. cõuiuia, ſecundum Hug.

uos. 3 & quotidie eſurire debent, & eſſe cum vacuo uentre, vt infra de conſecr. diſtinct. 5. ſint tibi.

a ¶ Pecuniæ.]

a ¶ Pecuniæ. ] Diuites tamen non ſunt abijciendi cum bonis operibus. 30. diſt. hæc autem ſcripſimus.

b ¶ Pro beneficijs. ] Et pro ſacramentis eccleſiaſticis quæ dicuntur medicina; quia ſanant vulnera peccatorum. 13. q. 2. animæ. Ioan. Fan. dixit in omnibus ſacramentis

Simonia in omni ſacramēto cōmittitur.

mica, vt extra de præben. quia intantum. & multitudo oneroſa nihil habet honeſti, vt in Auth. de referendarijs. in fi. coll. 2. Itē eſt hic arg. contra illos, qui allegant multa. de conſec. diſt. 5. non mediocriter. 24. q. 1. odi, & proieci. nam utilius eſt pauca effundere, &c. C. de vete. iur. enucle. tanta §. ſi quid autem.

rem pecuniæ, [a] quaſi materiam cunctorum criminū ſugiant, & ſæcularia officia, negotiaque abijciant; honoris gradus per ambitiones non ſubeant: pro beneficijs [b] medicinæ Dei, munera non accipiant, dolos, & coniurationes caueant: odium, æmulationem, obtrectationem, atq; inuidiam fugiant: non vagis oculis, non effræni lingua, aut petulanti, fluidoque † geſtu incedant; ſed pudorem, & verecundiam mentis ſimplici habitu, inceſſuque oſtēdant: obſcœnitatem etiam verborum ſicut & operū penitus execrentur. viduarum, & virginum frequentationem [c] † fugiant; contubernia extranearum fœminarum nullatenus appetant; caſtimoniam quoque inuiolati corporis perpetuo conſeruare ſtudeant: aut certe vnius matrimonij vinculo fœderentur; ſenioribus [d] quoque debitam obedientiam præbeant, neque vllo iactantiæ ſtudio ſemetipſos attollāt: poſtremo doctrinæ lectionibus, pſalmis, hymnis, canticis, exercitio [e] iugiter † incumbant. Tales enim debent eſſe qui diuinis cultibus ſe mancipādos ſtudent exhibere; ſcilicet, vt dum ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent.

†al. tumidoq; greſſu.

†al. viſitationes frequentiſſimas.

†al. inge

*Idem Clemens ad Iacobum fratrem Domini, epiſt. 2.*

¶ Qui dignè ſacramenta tractare non poſſunt, ad miniſterium non eligantur diuinum:

Cap IIII.

TAles ad miniſterium eligātur clerici, qui digne poſſint Dominica ſacramenta tractare. Melius eſt enim domini ſacerdoti paucos habere miniſtros, qui poſſint digne opus Dei exercere, quam multos [f] inutiles; qui onus graue [g] ordinatori adducant.

Poly. l. 4. tit. 31.

*Item ex concilio Carthaginienſi. 3. c. 40.*

Et in conc. Afri. cap. 27.

¶ Si electo in epiſcopum aliqua obijciuntur, quinq; vel ſex epiſcopi ad eius purgationem conueniant. C. V.

ILlud [h] ſtatuēdū eſt, vt quando ad eligendū [i] epiſcopū conueniremus; ſi qua cōtradictio fuerit oborta [k] (q̃a ſæpe talia facta ſūt apud nos) nō pręſumāt ad purgādū [l]

Poly. l. 2. tit. 8. Anſ. l. 6. c. 65. Burch. l. 1. c. 6. Iuo p. 5. c. 60.

g ¶ Graue. ] Qui ex certa ſcientia indignū ordinat, aut deponitur, aut priuatur poteſtate ordinādi, 1 ut 50. d. ex pœnitentibus. & 51. di. aliquantos.

1 De hac materia legitur, & not. 36. d. qui eccleſiaſticis. & ibi dicam. Arc.

ILlud. ] CASVS. Quidam epiſcopi conueniunt ad epiſcopum cōſecrandū: in ſcrutinio cōtradicunt quidā ne conſecret, & crimina obijcientes, deficiunt in probationes, cogitur clericus ad purgationem ꝓpter infamiā: quęrebatur ꝑ quot, uel ubi debeat fieri purgatio? & reſpō. ꝙ non tantum cum tribus, ſed cum quinq; uel ſex debet ſe purgare, & debet fieri purgatio coram plebe, cui ipſe eſt præferendus, & facta purgatione ordinari debet. Poteſt & alio modo poni caſus. Quidā epiſcopi conuenerunt ad conſecrādum epiſcopum. cōtradicitur ei, non debet ordinari niſi de cauſa cognoſcatur. ſed de cauſa illa cum ſit criminalis, nō debent cognoſcere pauciores quā ſex epī, & ſi tres conueniant, addantur tres: ſi quatuor, addantur duo; & tunc ſi accuſator deficiat, ille ſe purget publicè, & poſtea ordinetur.

mentis committi ſimoniam, niſi in matrimonio, ideo forte quia ibi non confertur gratia * Spiritus ſancti, ut 32. q. 2. connubia ſed in alijs ſacramentis confertur, ut 1. q. 1. quidquid inuiſibiles. Greg. dixit ꝙ ibi cōmittitur ſimonia, cum ſit maius inter ſacramenta, ut dixi 32. q. 2. honorantur.

**Matrimoniũ etiam ſacramentum confert gratiam. nec textus allegatus facit ad propoſitū; & vide Cōcil. Trident. ſeſſ. 24. ca. 1. & B. Th. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 6. arg. & 4. d. 25. q. 3. ar. 2. q. 1. ad 2. d. 26. q. 2. arg. 3. per tot.*

c ¶ Fræquentationem. ] Nota ſolam frequentationem prohiberi ex eo enim, ꝙ frequenter fit, præſumitur, ꝙ male fiat, vt 81. d. clericus, & ſi quiſpiam. & uolumus & 32. d. hoſpitalium.

d ¶ Senioribus. ] ideſt, prælatis.

e ¶ Exercitio. ] inf. de conſec. d. 5. nunquam.

TAles. ] CASVS. Quidam epiſcopi multitudinis ordinandorum pompam quærentes. premouebant indignos, quos Papa reprehendit, dicens, ꝙ melius eſt habere paucos & bonos, quam multos & inutiles; qui graue onus ordinatori afferant.

f ¶ Multos. ] Multitudo enim aliquos facit magis vtiles, ut 93. diſtin. legimus, & multitudo eſt canonib. ini-

h ¶ Illud. ] Si electo conſecrando obijcitur crimen, nō eſt cōſecrandus ante cauſæ examinationem, & ſi prius uenerant quatuor epiſcopi ad conſecrationem, adhuc ueniant duo: & ſi ante uenerant tres, ueniant adhuc alij tres ad audiendam cauſam criminis obiecti: & ſi in hoc exponas, eligendum, ideſt, conſecrandum. 2 & expone, purgandum, ideſt, examinandum & ita intellige, quod hic obijciebatur crimen in modum accuſationis: nam ſi eſſet obiectum in modum exceptionis, non uiderentur neceſſarij tot epī, cum cauſa illa poſſet expedire per procuratorem, ut extra de accu. ſuper his. & ſic patet, ꝙ metropolitanus poſſit audire cauſam criminalem epiſcopi, licet non poſſit eum deponere: tamen requiritur præſentia plurium epiſcoporum. Alij intelligunt tantum de eo, qui tenetur ſe purgare. Dic ut 3. q. 6. c. quamuis. &c. accuſatus.

2 Sub. & ſic tenetur. ſic improprie exponit eligere, i. cōfirmare. 7. q. 1. remoto & eligere. l. cōſecrare. 8. q. 1. epiſcopo. in fi. ſecundum Hug. & Io. de Fan.

i ¶ Ad eligendum. ] Ideſt, conſecrandum.

K ¶ Oborta. ] ideſt, quod ob jcitur crimen ei.

l ¶ Ad purgandum. ] ideſt, examinandum.

a ¶ Tres.] Qui ſoli poſſent conſecrare eum: ſed ipſi nõ poſſunt audire cauſam criminalem.
b ¶ Tñ. Scilicet accedere. alias eſt in textu, accedere.
c ¶ Et in eadem.] Ibi enim melius poteſt inquiri de crimine, vbi aliquis conuerſatus eſt, vt 24. q. 1. pudenda. ext. de elec. poſt quã.

iure communi: & ſi hoc non eſſet, habeo ex priuilegio vt extra de preſcrip. veniens. Itẽ not. ꝙ plus ualet ſpecialis cautio quam generalis, vt hic, & ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi. §. quæſitum. Item & plus ſpecialis confirmatio quam generalis. extra de confirmatio. bonæ. Itẽ & ſpecialis

Specialitas an ſit generalitati præferenda.

d ¶ Plebe.] Not. arg. ꝙ laici admittũtur ad accuſandum electũ, vt ſup. ea. q. epiſcopus. in fi. 61. diſt. ſtudij 63. diſt. vota. nã epũs debet habere bonũ teſtimoniũ ab his qui foris sũt, ut 8. q. 1. licet. & de cõſec. d. 1. iubemus. Item quia intereſt ipſorum, vt extra de reſt. ca. de cætero. & arg. ad hoc extra de teſti. ex parte Adæ. & in authẽ. de ſan. epi. §. ſi quis autem coll. 9. & eſt argu. ad hoc 81. d. Maximianus arg. contra 28. d. conſulendũ. ubi etiã ad denũciationẽ nõ admittuntur laici, ſi malo zelo ducãtur. Itẽ, ſi ideo dicis admittẽdos laicos, quia ipſorũ intereſt, ergo ſiue ſint bonæ famæ ſiue malæ, admittũtur, quia nullus remouetur ab accuſatione, qui ſuam iniuriam proſequitur, vt 4. q. 6. omnibus. male ergo dicit decretũ, ꝙ laici infames nõ admittuntur ad accuſationem clericorum, 1 vt 2. q. 7. accuſatio. Põt hic dici, ꝙ hic loquitur cũ ciuiliter agiť. & in eo caſu quilibet admittitur, etiam fœmina, ut extra de teſt. tam literis. Si quæris quare, ergo tot epĩ conuocantur cum ciuiliter agitur? Reſpon. quia agitur de crimine, licet non criminaliter. Vnde oportet etiam inſcribi ad pœnam extraordinariam, vt extra de accu. ſuper his. Et eſt argu. ad hoc. 3. q. 6. hæc quippe. vbi xij. epiſcopi requiruntur, & tamen ibi ciuiliter agitur, ut uidetur.

1 Preterea ex hoc ſequeretur, ꝙ ſiue iſte electus malæ famæ fuerit, ſiue non: ſemper admittũtur laici per illud ea. omnibus quod tamen falſum eſt. 2. q. 1. in primis. ver. fin. Io. de Fan.

eum, qui ordinandus eſt, tres [a] tantum† [b]; ſed poſtulentur ad numerum ſupradictorum duo, vel tres, & in eadem [c] plebe, [d] cui ordinãdus eſt, diſcutiantur primo perſonę contradicentiũ: poſtremo illa ẽt, quę obijciuntur, [e] pertractẽtur & cum purgatus fuerit [f] ſub conſpectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum veſtræ ſanctitatis aio concordat, roboretur veſtræ dignitatis † reſponſione. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt; Satis placet.

† al. tãtum accedere.

† al. dignationis.

*Item ex concilio Toletano xi. c. 10.*

¶ Vota ſuæ promiſſionis ſpondeant, quos eccleſiaſtica promouet diſciplina. Cap. VI.

An. l. 7. c. 88.

QVamquam omnes, qui ſacris [g] mancipantur, ordinib. canonicis regulis teneantur adſtricti; expedibile [h] tamen eſt, vt promiſſionis ſuę vota ſub cautione [i] ſpondeant, quos ad promotionis gradus eccleſiaſtica probat † diſciplina. Solet enim plus [k] timeri quod ſingulariter pollicetur, quam quod generali ſponſione concluditur. Et ideo placuit huic ſancto concilio, vt vnuſquiſque, qui ad eccleſiaſticos gradus eſt adſcenſurus; non ante honoris conſecrationem accipiat, quam placiti† [l] ſui adnotatione [m] promittat, vt fidem [n] catholicam ſincera cordis deuotione cuſtodiens, iuſte & pie viuere debeant, & in nullis operibus ſuis canonicis regulis contradicat; atque vt debitum per omnia honorem, atque obſequij reuerentiam prę eminenti ſibi vnuſquiſque dependat, iuxta illud beati Leonis Papę edictũ. [Qui ſe ſcit aliquibus eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum; ſed obedientiam, quam exigit, etiam ipſe dependat.] Pœna etiam † iuxta eccleſiaſticæ conſuetudinis morem, & placitis talium

† al. præbuit.

† al. placita ſibi.

Epiſt. 82. ad Anaſtaſium Theſſ. epiſcopum.

† al. tamen] orig.

e ¶ Illa quæ obijciuntur.] Si ſint grauiora, vel non.
f ¶ Et cum purgatus fuerit.] Ideſt, iudicatus innocens.

QVamquam.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Toleta. an clerici qui promouentur ad ordines, & prælatus promittere debeant ſuis maioribus viuere iuxta fidem catholicam, & eis reuerentiam & obedientiam præſtare. & reſpondet, ꝙ quamuis ad hoc teneantur generaliter: tñ ab eis hoc exigitur expreſsè: Solet. n. plus timeri, &c. & qui contra hoc promiſſum uenerit, iuxta conſuetudinem, pœnam perſoluat.

g ¶ Sacris:] ideſt, eccleſiaſticis.
h ¶ Expedibile.] ideſt, iuſtum.
i ¶ Cautione.] Scilicet iuratoria.
k ¶ Plus.] Si ergo aliquis iure communi ſe poteſt tueri, 2 & priuilegio. 87. diſ. quiſquis. & extra de reſcript. c. 1. arg. cõtra de fid. inſtr. inter. vbi dicitur, ꝙ idem non poteſt dati & confirmari. Itẽ arg. contra. C. de theſau. l. vnica. de hoc plura arg. inuenies 100. d. contra morẽ. Sed ita dicat conſilio meo. ſi quæratur ab eo; hoc habeo de

2 Scilicet contra promittentem. & dic, ſolet enim, &c. q. d. ad cautelam fit: hic enim non magis tenetur ſi ſpecialiter promittatur, quã ſi generaliter: & quod dicit gloſ. ex priuilegio, id eſt, iure ſpeciali, ſcilicet ex ſua promiſſione. Archid.

cialis appellatio quam generalis, ut extra de appell. ſuper eo. & ſpecialis delegatio quã generalis, ut extra de reſcr. ad hoc. & ſpecialis ſubſcriptio quã gñalis. ff. ad l. Cornel. de fal. diuus. 1. reſpon. & ſpeciale mandatum, vt extra de reſcrip. c. 1. & melius cap. paſtoralis. alias tamen plus valet generalis correctio, quam ſpecialis, quando multitudo eſt in cauſa. 23. q. 4. non poteſt. & generalis petitio, ut 13. q. 2. non æſtimemus, & generalis quæſtio ff. de quæſtio. l. 1. §. qui quæſtionem.
l ¶ Placiti.] ideſt, pacti.
m ¶ Adnotatione,] ideſt, ſcriptura.
n ¶ Vt fidem.] Not. ꝙ quilibet clericus ſuo p̄lato præſtabit obedientiam, ut infra de conſecr. diſt. 5. in omnibus, & not. quod præſtat electus ſuo maiori iuramentũ de fide & canonib. ſeruandis, ut hic. de indemnitate rerum eccleſiæ ſeruanda. vt 28. d. de Syracuſanæ de immoderata exactione non facienda. 10. q. ult. c. 1. in fin. Item de fidelitate. extra de iureiuran. ego N. Item de penſionibus debitis ſoluendis. arg. extra de nou. oper. nuncia. cum ex iniucto. extra de elect. qualiter. Item de penſionib. nõ augendis. arg. extra de iu. iu. tua. Itẽ ſuſpectus de inobedientia, iuramentum præſtat de obedientia ſeruan. extra de maiorita. & obed. cum in eccleſiis: in fine: Nec obſtat. contrarium extra de maiori. & obedien. legebatur, quia ibi loquitur de iam promoto, & non ſuſpecto.

Specialitas generalitati præferenda.

Electus ſuo ſuperiori multa cum iuramẽto promittit.

a ¶ Tranſgreſſores.] Hic habes, quod clericus ſe poteſt obligare ſub pęna ſpirituali. & pecuniaria, ad ſpiritualem pęnam ſe poteſt obligare, ſcilicet ad pęnam depoſitionis vel anathematis, vt 1.q.7. quoties. de conſec. diſt.2.ego Berengarius. extra de elect.cum dilectus, in fin.

Clericus ſub pęna ſe poteſt obligare.

DE HINC. Supra oſtenſum eſt, de electione, & ordinatione Papæ, & de examinatione epõrum, & quales eſſe debeant epĩ, & alij clerici. Nunc vero oſtendit qualiter debeat fieri ordinatio primo epĩ, & poſtea cęterorũ.

EPiſcopus.] CASVS. Quando ordinatur epiſcopus, duo epiſcopi debẽt tenere librum Euãgeliorum ſuper caput ordinandi. tertius ſuper eum fundat benedictionẽ: reliqui epiſcopi, q adſunt, caput eius tangant.

¶ Caſus ſequẽtis c. & §. p ſe planus eſt.

b ¶ Codicem.] Cõſueuit queri, an qlibet iſtorum epiſcoporum ordinet epiſcopũ, & an appoſitio libri ſit de ſubſtantia conſecrationis; & poteſt dici, quod nullus ſolus eum ordinat: ſed quilibet eorum cõſecrat eum: quia conſecrare eſt cum alio ſacrare, vt 24 q.1. pudenda. ſicut plures ferũt trabẽ ita quod nullus per ſe ff. ad legẽ Aquil. ita vulneratꝰ. §.1. nõ autem credo ꝙ liber ſit de ſubſtantia cõſecrationis.

Epiſcopus ſolus conſecrare nõ poteſt epiſcopum.

Cõſecrare qu id eſt.

† al. inſerenda.

inferenda † & ab ijs, qui tranſgreſſores [a] fuerint, perſoluenda eſt:

Ordo Romanus, pag.100.
Polyc.l.2.tit.9.
Anſel. l. 6. c. 49. al.55.
Iuo p.5.c.124.
Pann.l.3.c.18.

*De hinc diſponitur, qualiter eccleſiaſtica officia ordinantur, in concilio Carthag.4.c.2.*

¶ Qualiter ordinetur epiſcopus. Cap. VII.

EPiſcopus, cũ ordinetur, duo epiſcopi ponãt, & teneant Euangeliorum codicem [b] ſuper caput, & ceruicem eius; & vnus ſuper eum fundendo benedictioné, reliqui omnes epiſcopi, qui adſunt, manibus ſuis caput eius tangant.

Ex eo.concilio.c.3.
Poly.l.2.tit.32.
Anſel.l.7.c.53.
Iuo par.6.c.12.
Pann.l.3.c.33.

¶ Qualiter ordinetur presbyter. Cap. VIII.

PResbyter cum ordinatur, epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput eius tenẽte, etiam omnes presbyteri qui pręſentes, ſunt manus ſuas iuxta manũ epiſcopi ſuper caput illius teneant. Sicut autem in die ſuæ ordinationis ſacerdos orario vtroque humero ambitur; ita tempore conſecrationis eodem orario debet vti inſtanter.

*Vnde in concilio Bracarenſi.3.c.3.legitur.*

¶ Quod quiſque accipit tempore conſecrationis ferat tempore oblationis. Cap. IX.

ECcleſiaſtica, & antiqua inſtitutione præfixũ nouimus, vt omnis ſacerdos cũ ordinat orario [c] vtroq; humero ambiatur, ſcilicet vt qui imperturbatus præcipitur conſiſtere inter proſpera & aduerſa, virtutum ſemper ornamẽto vtroque circumſeptus appareat humero. Qua ergo ratione tempore ſacrificij non aſſumit quod ſe in ſacramento accepiſſe non dubitat? Proinde modis omnib. conuenit, vt quòd quiſque percepit in conſecratione honoris, hoc retineat & in oblatione, vel perceptione ſuæ ſalutis; ſcilicet, vt cum ſacerdos ad ſolennia miſſarum accedit, aut per ſe Deo ſacrificium oblaturus, aut ſacramẽtum corporis [d] & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſumpturus, non aliter accedat, quã orario vtroque humero circumſeptus, ſicut & tempore ordinationis ſuæ dignoſcitur cõſecratus, ita vt de vno eodem quæ orario ceruicem [e] pariter, & vtrunque humerum premens ſignum in ſuo pectore præparet † crucis. Si qs autem aliter egerit, excõmunicationi debitę ſubiaceat.

† perferat.] manuſcr.

4 *Dalmaticis autem nec epiſcopis, nec diaconis abſque Apoſtolica licentia vti permittitur.*

*Vnde Gregorius Aregio epiſcopo Francorum. lib. 7. epiſt.111.*

ECcleſiaſtica.] CASVS. quidã epiſcopi vel ſacerdotes cũ cãtabãt Miſſam, non habebant orarium, id eſt, ſtolam, quæſitum fuit in concilio Brachareñ. quid iuris eſſet? Et reſpõdet ꝙ ſicut in die ſuæ ordinationis habuerũt orarium, ſic cum Miſſam cantant orariũ teneãt, quod vtriq; humero attribuat, & q aliter fecerit, debet excõmunicari. Sequens §. patet.

c ¶ Orario. Id eſt, ſtola.

d ¶ Corporis. 2 ]Io. q ſi in ægritudine ſumit ſacerdos Euchariſtiam, circumdabit ſtola vtrumq; humerum.

2 Conſecrationis Euchariſtiæ. Hug.

e ¶ Ceruicem.] Si ſacerdos legit Euãgelium, nunquid vtetur ſtola ſecundum qđ diaconus? Arg. ꝙ ſic, vt 93. diſt. præcipimus. & 94. diſt. c.1. & 2. Potius credo ſequendam conſuetudinem, vt 12. diſt. ſcit. maximè de his, quæ breuiter ſunt edita, ff. de ventre inſpicien. l.1. §. vlt. 3

DALMATICIS. Hæc eſt quarta pars vbi queritur quid iuris de dalmaticis. Ioan. de Fan. & P.

3 Lau. & Hu. dicunt hoc non eſt

fin. ſimiliter ad pecuniariam pœnã ſe poteſt obligare. 21.q.5. ſi quis cuiuslibet. extra de arbit. cum dilecti. 1 Sed nunquid pęna ſoluta poteſt agi ad obedientiam, vel ad id quod promiſſum eſt ſub pęna, vel an ſufficiat tantum pęna eſſe contentum? De hoc dic, vt no. 23.q.2. quæcunque.

1 De hoc etiam no. 2. q. ſi quis pſbyter.

ſe in iure determinatum & ideo ſtatur cõſuetudini, alias credit verũ eſſe qđ ſupra prox. dictum eſt, ſcilicet ꝙ debet ſtolam habere vt diaconus, Scripſit etiã Lau. de ſubdiacono: ſtola quã portat in manu ſiniſtra conſuetudine reperitur, non iure.

Communis filius. CASVS. Epiſcopi & archidiaconi olim dalmaticis non vtebantur niſi Papæ eis concederet ſpecialiter quare Aregius epiſcopus ſupplicauit Papæ per Petrum diaconũ, vt cõcederet ſibi, & archidiacono ſuo vſum dalmaticarum: ſed tunc temporis Papa nõ conceſſit; quia Petrus nuncius epi cito receſſit propter infirmitatẽ ſuorum hominum, & quia Papa multis implicitus negotijs erat illud nouũ ſubito & incõſulte ſibi concedere nõ potuit: nũc vero concedit eis priuilegiũ vtendi dalmaticis, & eas per Cyriacũ abbatem ſibi tranſmittit. Quod ſequitur planũ eſt vſque ad capitulũ, ꝑterea.

a ¶ Communis filius. ] Ille diacon9.

b ¶ Suorum infirmitate. ] Nota quod ꝓpter iſirmitatẽ ſuorum poteſt aliqs ſe excuſare, ſicut propter timorem ſuorũ, ut extra de appe. ex parte. Item nota ꝙ propter intemperiem loci aliquis excuſat, vt hic, & 74. diſtin. quorundam Argu. 5 extra. de dolo & cõtumac. cum dilecti. in fi. Ioan.

c ¶ Nouũ. & Not. ꝙ ea q̃ de nouo petũt non ſine magna deliberatione cõcedũtur, vt hic, & 16. q. 1. In parochia. maxime a Romana eccleſia, q̃ oĩa cũ magna maturitate ſolet tractare, vt 35. q. 9. apoſtolicæ. quia in rebus nouis cõſtituẽdis euidẽs debet eſſe vtilitas, vt eſt ff. de cõſtitut. pricipũ reb. hodie vero diaconi indiſtincte vtũtur dalmatica. vt 11. q. 3. eps aut ꝑsbyter 76. d. 1. de ieiunio.

¶ Abſque Apoſtolica licentia Dalmaticis nec epiſcopis, nec diaconis vti licet. Cap. X.

Anſ. l. 7. c. 88. al. 96.

Communis filius [a] Petrus Diacon9 nobis innotuit, quòd fraternitas veſtra tempore, quo hic fuit popoſcerit, vt ſibi & archidiacono ſuo vtẽdi dalmaticis licentiam prẹberemus. Sed quia ita hominum ſuorum infirmitate [b] cõpulſus feſtinanter abſceſſit, vt nec ipſe mẹror incumbẽs diutius. (vt dignum erat, & res deſiderata poſcebat) fineret permanere, & nos in multis implicitos, eccleſiaſticæ rationis conſideratio nouũ [c] hoc inconſulte, & ſubito nõ permitteret indulgere; idcirco poſtulatẹ rei prolõgatus effectus eſt. Nunc vero charitatis tuæ bona reuocantes ad animũ, huius auctoritatis noſtrẹ ſerie, petita concedimus, atque te, & archidiaconum tuum dalmaticarum vſu decorandos eſſe conceſſimus, eaſdemque dalmaticas dilectiſſimo filio noſtro Cyriaco abbate deferente tranſmiſimus.

¶ Qualiter ordinetur Diaconus. Cap. XI.

Loci intemperies excuſat.

Ex conc. Carth. 4. c. 4. ordo Romanus par. 91. col. 1. Poly. l. 2. tit. 32. Anſ. l. 7. c. 52. al. 60. Iuo par. 6. c. 13. Pann. l. 3. c. 34.

Diaconus dum ordinatur, ſolus epiſcopus [d], qui eũ benedicit manum ſuper caput illius ponat; quia nõ ad ſacerdotium ſed ad miniſterium conſecratur.

5 *Quæritur autem, an poſt benedictionem manus preſbyterorum, & diaconorum chriſmatis liquore debeant perungi.*

*De his ita ſcribit Nicolaus Papa Radulpho archiepiſcopo Bituricenſi.*

¶ Nec presbyteris, nec diaconis in conſecratione; chriſmate manus perungere licet. Cap. XII.

Iuo p. 6. c. 121.

Inno. PP. I. ep. 1.

† *al. ordinationibus.*

† Adde de hac dictione affatim, No. in c. vni. in gl. ſuper ver. affatim, extra de reli. domi. lib. 6. & per Archi. hic.

Præterea ſciſcitaris, vtrũ ſolis presbyteris, an & diaconis debeant, cum ordinãtur, manus chriſmatis [e] liquore perungi. Quod in ſancta hac Romana eccleſia, cui Deo auctore deſeruimus, neutris agitur. Sed & quia ſit à nouæ legis miniſtris actũ, nuſquã (niſi nos fallat [f] obliuio) legimus. Ergo B. Innocẽtij Papæ canonica decreta ad ſanctitatem tuam tranſmittimus, & quæ tibi ſint in conſecrationibus, & ordinibus † obſeruanda, principia paginæ ad Decẽtium Eugubinum epiſcopum miſſæ te affatim † edocebunt.

1 Hoc cap. non videtur hoc probare: quoniam ibi habetur de albæ ſic, 93. diſt. diaconus in cõuentu. ſed Hug. & Lau. intelligunt albam ideſt dalmaticam. ſic etiam exponitur in præcedenti ca. diaconus.

d Diaconus dũ ordinatᷓ, ſolus epiſcopus. Sacerdoti autem imponunt manus omnes presbyteri aſtantes, vt ſupra c. presbyter.

QVÆRITVR. Hæc eſt quinta pars diſt. vbi quæritur, vtrum ſacerdotes vngantur oleo vel chriſmate, & reſpõdetur quod oleo tantum Ioan. de Fan.

Præterea. ] CASVS. Bituricen. archiepiſcopus quęſiuit a Papa, an manus presbyteris tm debeant vngi chriſmate. an etiam presbyteris & diacõnis, quãdo ordinantur? & reſpondit Papa, ꝙ neutris debet hoc fieri; ſed tranſmittit eum ad decreta Innoc. ubi in prima pagina ad Decẽtium epiſcopum miſſa inueniet quæ ſunt in conſecrationibus obſeruanda.

e ¶ Chriſmatis. ] Manus ſacerdotis inungũtur oleo ſimiliter inungitur & brachium ſiue humerus principis: ſed & manus & caput epi iungitur chriſmate, vt extra de ſacra vnc. cum veniſſet in fin. contrarium hic aſſignatur 16. q. 1. §. ecce ſufficienter. vbi dr̃, ꝙ manus ſacerdotis ſicut manus epiſcopi conſecrantur: ſed verũ eſt, ꝙ conſecrantur oleo, ſed non chriſmate 2 vt dixi. ſi autem aliquis eſt vnctus oleo pro chriſmate, vel econuerſo: nihilominus ordinatus eſt: ſed ſuppleri debet id quod omiſſum eſt, vt extra de ſacra. non ite. paſtoralis.

f ¶ Fallat. ] Non ergo Papa habet omnia iura in pectore ſuo. 3 vnde etiam Vrbanus dicit, quod non reperitur prohibitum quin vir. & vxor ſimul poſſint ſuſcipere puerum, vt 30. q. 4. quod autem. & tamen anteceſſor huius Leo illud prohibuerat de conſecra. diſtin. 4. non plures. & hoc concedo. Quod autem dicitur quòd Papa habet omnia iura in pectore ſuo 4 vt C. de teſti. [illegible] verum eſt per interpretationem: quia omnia

2 Vnde qđ hic dicit, chriſmate, ſol. contrarium, nam in contrario dicit de vnctione olei ſecundum Lau.

3 Hoc non vr̃ procedere hic. nam hic non erat obliuio iuris ſed exemplorum, ſecundũ Laur.

4 Ad hoc facit l. pe. C. đ his q. vt indig. qñque tamen papa vel Imperator errant in iure, vt l. 3. §. fi. & ibi gl. ff. đ ſupp. leg. adde Bal. in l. præſcriptione. col. 6. C. ſi contra ius vel vtil. publi.

omnia interpretari poteſt. nam & quandoque impeditur minori intelligentia, vt extra de cenſi. cum inſtãtia.

QVorundam.] CASVS. Vnus in presbyterum, duo in leuitas promoueri volebant: epiſcopus autẽ cũ pateretur infirmitatem oculorum, manum ſuper caput ordi-

& de ordinatis. & reſpondet, vt epiſcopus qui defunctus eſt, relinquatur diuino examini: ordinati uero careant ordine, quem peruerſe acquiſiuerunt.

¶ Caſus autem alij qui ſequuntur vſq; in fi. diſt. plani ſunt. & per te facile videbis.

PALEA. Cap. XIII.

Ex conc. Hiſpalen. 2. cap. 5. Burch. l. 1. c. 3. Iuo p. 5. c. 213. & p. 6. c. 102.

EX α epiſtola Simplicij Papæ Seuero, & Florentino epis directa. Ad cognitionem noſtri examinis, Gabrenenſis diaconi relatu, peruenit de quibuſdam ipſius eccleſiæ clericis, quorum cum vnus ad presbyterũ, duo ad leuitarum miniſteriũ conſecrarentur, epiſcopus eorum, oculorum dolore detentus fertur manum ſuam ſuper eos tantum poſuiſſe, & presbyter quidã illis contra eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe: qui propter tantã præſumptionis audaciam poterat accuſatus iudicio præſenti dãnari, ſi adhuc in corpore poſitus, nõ fuiſſet mortis vocatione præuentus. Sed quia iã ille examino diuino relictus, humano iudicio accuſari non põt, ij, qui ſuperſunt, & ab eo non conſecrationis titulũ, ſed ignominiæ potius elogiũ acceperunt, ne ſibi licentiã talis vltra vſurpatio faciat, decreuimus, ut a gradu ſacerdotalis, vel leuitici ordinis, quem peruerſè adepti ſunt, depoſiti æquo iudicio abijciantur. Tales. n. merito iudicati ſunt remouendi; quia prauè inuenti ſunt conſtituti.

α ¶ Ex epiſtola.] *Hæc palea in nullo manuſcripto exẽplari eſt inuenta: Burchar. & Iuo ante hoc caput, quod incipit*, Ad cognitionem, *referũt aliud quoddam caput, quod incipit* Relatio, *ex epiſtola Simplicij miſſa Equitio Florentio, (ſiue Florentino) & Seuero epiſcopis. Quamobrem inde poteſt huc eſſe translatus, titulis. Cæterũ caput hoc a Burchardo citatur ex concilio Bragga; & ab Iuone in quinta quidem parte, c. 213. ex Carthaginẽſi, in ſexta vero, c. 102. ex Hiſpalenſi 2. c. 5. quo ẽt loco extat & ſequens caput*, Quorundam *eſt quaſi huius ſumma.*

*Item quæritur, an eorum ordinatio ſit rata habenda, quibus epiſcopus oculorum languore detentus manus imponit & presbyter ſuper eos orationem dicit.*

*De his ita ſtatutum eſt in concilio Toletano.*

In concil. Hiſpalen. 2. c. 5.

¶ Et ordinator & ordinatus damnationis ſubeat pœnam, cum epiſcopus manum imponit, & alius orationem dicit. Cap. XIIII.

QVorundam clericorum, dum vnus ad presbyteriũ, duo ad leuitarum miniſteriũ ſacrarẽtur epiſcopus oculorum dolore detentus, fertur, manum ſuã ſuper eos impoſuiſſe [a] tantum, & presbyter quidam illis contra eccleſiaſticum ordinem benedictionẽ dediſſe. Sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accuſari non põt; [b] ij, qui ſuperſunt, gradum ſacerdotij, vel leuitici ordinis, quem peruerſè adepti ſunt, amittant. [c]

*Item ex concilio Carthagin. 4. c. 5.*

Ordo Romanus pag. 91. Rabanus de inſtit. cler. l. 1. c. 8.

6 ¶ Qualiter ſubdiaconus ordinetur. Cap. XV.

SVbdiaconus, cum ordinatur, quia ma-

ordinandorum impoſuit, & presbyter quidam orationem dixit: quærebatur quid deberet fieri de epiſcopo,

& P. Ab hoc loco uſque ad finem diſtinctionis pone caſum, quia litera plana eſt.

a Impoſuiſſe.] Hic habes ꝙ duo imperfecta ſacramenta nõ conſtituunt vnum perfectũ. 1 & hoc ideo quia ſacramenta ſunt vnitatis. de conſecr. diſt. 2. quia paſſus, & vnitas diuiſionẽ nõ recipit, 24. q. 1. loquitur. 2 Idẽ dico in ſacramẽto baptiſmi & euchariſtiæ, & in oĩb. illis vbi certa forma deſideratur, ꝙ duo imperfecta non faciunt vnũ perfectũ. Idẽ eſt in excuſatione tutorum, ꝙ duæ imperfecte excuſationes non faciũt unã perfectam, vt C. qui numero tutela. l. 1. Idẽ eſt in ſtipulatione, q͞a illa non diuidit ff. de verb. obl. l. 1. & l. cõtinuus. Sed ſacramentum ſolennitatis (vt ẽ Miſſa) bene diuiditur: & ibi duo imperfecta faciunt vnum perfectũ, ut 7. q. 1. nihil.

1 Arg. cõtra 16. q. 3. §. p̄ſcriptionum uer. ꝙ ſi ab eo. ubi. de hoc in gl. ar. aliqua. &c.

2 Adde glo. huic contraria. in ca. nihil. in uerb. presbytero. 7. qõ. 1. & concor. cas. ut ibi.

b ¶ Non põt.] Quia crimina morte extinguunt, & nullus poſt mortem poteſt accuſari, ut 24. q. 2. c. 1. ff. de bonis eorũ qui ante ſentẽtiam mortem ſibi conſci. l. vlt. & 23. q. 2. admonere, niſi in crĩe hereſis, ut 24. q. 2. ſane 2. vel ſi aliq̃s hæreticos inſtituit hæredes ut ext. de hære. ſi q̃s ep̃s. uel ſi in notorio crimine deceſſit, ut 88. d. neq;. prout conſueuit. notari 24. q. 2. i ſũma.

Defunctus de quibuſdã criminib. poteſt accuſari.

c ¶ Amittãt.] Et tñ nunquam eum receperunt: & ita aliq̃s dicitur amittere qđ nũquam habuit, ut 5. q. 6. quia. 23. q. 4. Guliſarius.

ADDITIO. Ad idẽ 19. diſt. concilia ubi de hoc. Archid.

SVbdiacon⁹.] Hæc eſt 6. pars diſt. in qua ꝓbat p̱ xvij. c. qualiter minores ordinant. Io. de Fã.

a ¶ Quia

nus [a] impoſitionem [b] nō accipit, patenam de manu epiſcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum: de manu vero archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua, † manile, & manutergium.

a ¶ Pro. Iſidorus lib. 2. offic. cap. 10. Poly. l. 2. tit. 32. Anſel. l. 7. c. 59. Iuo p. 6. c. 14. Pann. l. 3. c. 35.

† al. aquæ manili.

*Item ex eodem concilio, c. 6.*

¶ Qualiter acolythus ordinetur. Cap. XVI.

ACOlythus cum ordinatur, ab epiſcopo quidem doceatur, qualiter in officio ſuo agere debeat: ſed ab archidiacono accipiat ceroferarium [c] cū cereo, vt ſciat ſe ad accendenda [d] eccleſiæ luminaria mancipari: accipiat & vrceolum [e] vacuum ad ſuggerendum vinum in Euchariſtiam [f] ſanguinis Chriſti.

Poly. ibidem. Anſel. li. 7. c. 58. Iuo p. 6. c. 15. Pann. l. 3. c. 35.

*Item ex eodem c. 7.*

¶ Qualiter exorciſta ordinetur. Cap. XVII.

EXorciſta cum ordinatur, accipiat de manu epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi epiſcopo: ] Accipe & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, [g] ſiue baptizatum, ſiue cathecumenum.

Poly. l. 2. tit. 32. Anſel. lib. 7. c. 57. Iuo p. 6. c. 16. Pann. li. 3. c. 37.

*Item ex eodem concilio, c. 8.*

¶ Qualiter lector ordinetur. Cap. XVIII.

LEctor cum ordinatur, faciat, de illo epiſcopus verbū ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atq; ingenium: poſt hæc, ſpectante [h] plebe tradat ei codicem, de quo lecturus eſt, dicens ad eū: [ Accipe, & eſto relator † verbi Dei, habiturus, ſi fideliter & vtiliter impleueris officium partē cum eis: qui verbum Dei miniſtrauerint. † ]

Poly. ibidem. Anſel. li. 7. c. 55. Iuo par. 6. c. 17. Pann. li. 3. c. 38.

† al. lector.

† bene adminiſtrauerunt.] ordo Ro.

*Item ex eodem, c. 9.*

¶ Qualiter oſtiarius ordinetur. Cap. XIX.

OStiarius cum ordinatur, poſtquam ab archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuerſari ad ſuggeſtionem archidiaconi tradat ei epiſcopus claues [i] eccleſiæ de altario, dicens: [ Sic age, quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur. ]

Poly. ibidem. Anſ. li. 7. c. 54. Iuo p. 6. c. 18. Pann. li. 3. c. 39.

*Item ex eodem concilio. c. 10.*

¶ Qualiter pſalmiſta ordinetur. Cap. XX.

PSalmiſta, ideſt cantor, poteſt abſque licentia epiſcopi ſola [k] iuſſione presbyteri officium ſuſcipere cātandi, dicente ſibi presbytero: [ Vide, ut quod ore cantas, corde credas; & quod ore credis, operibus comprobes. ]

Poly. ibidem. Anſel. l. 7. c. 53. Iuo p. 6. c. 19. Pann. lib. 3. c. 40.

*Clerici comam nutrire prohibentur, quorum caput deſuper in modum ſphæræ raſum eſſe debet.*

*Vnde Anicetus Papa epiſcopis Galliæ.*

a ¶ Pro.

---

a ¶ Quia manus. ] Scilicet conſecratoriam, ſeu ordinatoriam accipit.

b ¶ Impoſitionem. ] Verum eſt, ꝙ non imponitur manus ſuper caput. 1 ſubdiaconi ſicut ſuper caput diaconi, vel ſacerdotis: ſed imponitur manus ſuper ipſum ſm quod impoſitio manus idē eſt, ꝙ ordinatio. & ſic non obſtat contrarium 79. diſt. quoniam, ubi dicitur, ꝙ ēt lectori manus imponitur.

c ACOlythus. ] Ceroferarium. ] ideſt, candelabrum.

d ¶ Ad accēdenda. ] Non in lampadib⁹, ſed cū legitur Euangelium, vt 21. diſt. cleros.

e ¶ Vrceolum. ] Ad vinum.

f ¶ Euchariſtiam. ] ideſt, calicem.

g EXorciſta cum. ] ¶ Super energumenum. Energumeni dicūtur lunatici & obſeſſi a dęmonibus: ab eo, ꝙ eſt in. & erge, ꝙ eſt abore & mene, quod eſt defectus: ꝙ eſt quaſi in opere deficiēs. Archid.

h LEctor. ] Spectāte. ] 67. d. reliqui contra, vbi dr̄, ꝙ ep̄s minores ordines poteſt conferre ſub teſtimonio trium. Sed hic loq̄tur de ignotis.

i OStiarius. ¶ Claues. ] Vt eijciat excōmunicatos. & infideles. 2 vt 21. diſt. c. 1. in fi.

k PSalmiſta. ] ¶ Sola. ] De abbatibus. 3 nō dubitatē & chorepiſcopis, q̄ minores ordines cōferant, vt ī. 68. d. quamuis. & 69. diſ. q̄m. ſimiliter eps, q renunciauit epiſcopatui. ext. de eo qui tenum. epi. requiſiuit. Sed qualiter ſacerdotes conferunt ordinem primum, cum ordinari nemo poſſit ſine titulo, ut 70. diſtin. c. 1. & ſolus ep̄s titulum cōfert, ut 16. q. 7. c. nullus. & ext. de offic. archidia. cum ſatis. Sed hoc verū eſt de maiorib. ordinibus. Vel dic ꝙ poſſunt aſſignare titulum, ſed non curā alarū. Signatur cōtrariū 25. diſt. perlectis. vbi dr̄, ꝙ collatio illorum ordinum ſpectat ad ep̄m: ſed illud verum eſt de ſolemni ordine.

l ¶ Debet. ] Parum. Nam magnitudo coronæ eſt ſignū conuerſionis, vt extra de ſucceſſ. ab inteſt. cum dilectus in parte deciſa. duodecim. 1. q. 1. duo.

1 Hic videas q̄d legitur, & no. 5. q. 6. quia. 1. reſponſo.

Energumeni.

2 Et recipiat fideles. Arc.

3 Scilicet benedictis: alias non eſt uerū ꝙ minores conferant, vt dicā in hoc cap. q̄m. hic allc. Archidiac.

Archid. Corona non debet eſſe magna.

PRohibere.] Iuxta Apoſtolum. In epiſtola ad Corinthios dicitur. 1 Vir ſi comam nutrit, ignominia eſt ei, mulier ſi comam nutrit, gloria eſt ei.
b ¶ Spheræ.] inf. 12. q. 1. duo.
Clerici.

1 Apoſtolus tñ dixit illud gñaliter non de clericis tantum. ſm Laur.

CLerici.] Etiam vxorati, ut extra de vi. & hon. cler. clericus, 32. diſt. ſi quis vero. ſed [illegible] poteſt intelligi ſi vult gaudere priuilegio clericali, alias ſecus, ut 84. diſt. quiſquis. Ioan. Ego dico, ꝙ clericus coniugatus non poteſt gaudere priuilegio clericali: nec debet ferre tõſuram cũ hoc faceret in vituperium ordinis clericalis, vt extra de cler. coniug. c. Ioannes. Bar.

Clericus cõiugatus non gaudet priuilegio clericali.

ADDITIO. Adhoc plene notatur 50. d. c. ult. 20. q. 3. eos. & 32. d. ſi qui. Arch.

Iuo p. 6. c. 46.

¶Clerici comam nutrire prohibentur. Cap. XXI.

PRohibete fratres per vniuerſas regionum veſtrarum eccleſias, vt clerici iuxta Apoſtolum [a] comam non nutriant, ſed deſuper caput in modum ſphærę [b] radant.

*Item ex concilio Agathenſi, c. 20.*

Iuo concor. p. 6. ca. 265. & 378.

¶De eodem. Cap. XXII.

CLerici [c], qui comam nutriunt, ab archidiacono etiã ſi noluerint inuiti detondeantur. Veſtimenta etiã, vel calceamenta eis, niſi quæ religionem [d] deceant, vti, aut habere non liceat.

*Item Gregorius 7. in concilio Romæ habito in Baſilica ſancti Petri, c. 17.*

De eodem. Cap. XXIII.

Extra de vit. & hon. cler. c. ſi quis.

SI quis ex clericis relaxauerit comam [e], ſit anathema [f].

*Item ex concilio Carthag. 4. c. 11.*

¶Quibus veſtibus monialis ſit induenda, cum conſecratur. Cap. XXIV.

Poly. l. 4. tit. 35. Burc. l. 8. c. 23. Iuo p. 7. c. 43. † al. ſui.

SAnctimonialis virgo, cum ad conſecrationem ſuo † epiſcopo offertur, in talibus veſtibus applicetur, qualibus ſemper [g] vſura eſt, profeſſioni, & ſanctimoniæ aptis.

*Vaſa quoque ſacrata, & veſtimenta altaris mulieres Deo dedicatæ contingere, & incenſum circa altaria deferre prohibentur.*

*Vnde Soter Papa omnibus epiſcopis Italiæ epiſt. 2.*

¶Veſtimenta altaris, & vaſa ſacrata mulieres tangere prohibentur. Cap. XXV.

† al. ſui.

Poly. l. 3. tit. 9. Anſ. l. 7. c. 140. Burc. l. 3. c. 215. Iuo p. 2. c. 72. & p. 3. c. 265.

SAcratas Deo fœminas, vel monachas [h] ſacra vaſa, vel ſacratas pallas [i] penes vos contingere, & incenſum circa altaria deferre perlatum eſt ad apoſtolicam ſedem: quę omnia reprehenſione plena eſſe, & vituperatione, nulli recte ſapientum dubium eſt. Quamobrem huius ſanctæ ſedis auctoritate hæc omnia vobis reſecare funditus quanto citius poteritis, cenſemus. Et ne peſtis [k] hæc latius diuulgetur, per omnes prouincias abſtergi citiſſime mandamus.

*Item ex Concilio Laodicenſi, c. 21.*

¶Sacrarium ſubdiaconis ingredi non licet. Cap. XXVI.

Anſel. 7. c. 90. Iuo p. 3. c. 105.

NOn oportet ſubdiaconos licẽtiam habere in ſacrarium [l], ſiue ſecretarium (quod Græci diaconum [m] appellant) ingredi, & contingere vaſa Dominica.

*Item ex eodem, c. 22.*

¶De eodem. Cap. XXVII.

Anſel. l. 7. c. 88.

MIniſtrum [n] non oportet vti orarijs, nec hoſtias derelinquere [o].

d ¶ Religionem.] Alioquin perdit priuilegium clericale. ext. de vita [illegible] ne. cler. cap. ult. ext. de ſen. excom. in audientia. De habitu clericorum plene habes 21. q. 4. in ſumma.

e SI quis.] ¶ Comam, vel barbam, ut extra de vita & hon. cler. c. 5.

f ¶ Sit anathema.] videtur ergo, ꝙ omnis apoſtata ſit excommunicatus, ut extra de apoſt. ca. 1. & infamis eſt 3. q. 4. ſi qs a vero † 6. q. 1. infames, quod non concedo, 2 & expone ſit, ideſt, fiat: nã & monachus in apoſtaſia poteſt recipere ordinem, ut ex de temp. ord. ex parte. & Innoc. dicit, quod admoneri dẽt priuſquam ſuſpendatur, ut extra de ſent. excom. ſacro.

Apoſtata qlibet an ſit excõicatus.

† al. ſi quis vero a ſuo.

2 Dicas, ꝙ hoc ñ pt verũ ĩtelligi in clerico ſæculari, nam in regulari ſecus, ut extra lib. 6. ne cle. uel mon. ut periculoſa. Archid.

g SAnctimonialis] ¶ Semper 3. etiã in lecto, & 3 in infirmitate, ut 20. q. 1. vidua.

3 Et eſt arg. ꝙ monachus electus in epiſcopũ non debet habitum mutare ſm Laur.

h SAcratas.] ¶ Monachas.] non ſacratas.

i ¶ Sacratas pallas.] ſcilicet corporalia.

k ¶ Et ne peſtis.] Sic ſup. 8. d. male.

Ad idem extra de uit. & hon. cler. in magno. in fi. & hoc argu. ſumit ex eo, quod hic dicitur, ſemp.

NOn oportet ſubdiaconos.

l ¶ Sacrarium.] Ideſt, altare: ne ſit contra inf. ca. nõ liceat.

m ¶ Diaconiũ.] Diaconiũ appellat altare, quia ibi diaconus miniſtrat Sacerdoti.

n MIniſtrum.] ideſt, ſubdiaconum.

o ¶ Derelinquere.] ſed ſumere dẽt eas cũ alijs miniſtris, ut de conſe. d. 2. tribus.

¶Mu-

a MVlier.] ¶Docere non præſumat.] Hoc.n.eſt ſacerdotale officium, vt 16.q.1.adijcimus. idem plenius habet 33.q.5. mulierem.
ADDITIO. Idem Hug. not. hic, ſcilicet, quòd habent a Papa liberam licentiam docendi, & prædicandi populo, ſecundum Laurent.

Templarij, & hoſpitalarij non ſunt laici.

b Laicus.] Arg. contra templarios & hoſpitalarios. Sed illi non dicuntur laici, cum ſint Deo deuoti, vt 12.q.1. duo vel ipſi hēnt hoc ex ſpeciali priuilegio.
c ¶Præſentib. Maxime: nā nec abſentibus, quomodo eñ prædicabit quis, niſi mittatur? extra de hær. ad abolendam. & cap. cum ex iniuncto.
d NOn oportet inſacratos.] ideſt. non ſacros.
e NOn liceat.] Portare. In proceſſione, & vocat hæc vaſa ſacra, ubi contineatur reliquiæ.
f NOn liceat.] ¶In ſecretario.] Hic ſecretariũ dicitur locus, in quo ſacra vaſa ponũtur. & ſic non eſt contra ſupra ead. diſt. non oportet. vbi dicitur, quod ſubdiaconi ſecretarium ingredi non debent.
g SPonſus.] ¶Vel a paranymphis.] ideſt, parentibus vel ancillis, & dicũtur paranymphæ, quaſi parantes nympham.
ADDITIO. Dicas ꝙ paranymphi, vel paranymphæ ſunt cuſtodes puellæ ei aſſiſtentes, & docentes qualiter ſe debeant hře. a para, quod eſt iuxta, & nympha ꝙ eſt puella, ſecũdum Hug. Vel dic, a lympha, ideſt, aqua, ſecundum Laur.
h ¶In virginitate.] alibi dicitur de biduo, uel triduo, vt 30.q.5. aliter. Sed intelligo, & illud, & iſtud eſſe cõſilium.

α ¶Hoſtias.] *Vera lectio, quæ habetur etiam in aliquot manuſcriptis eſt, oſtia, ſed ob gloſſam non eſt reſtituta.*

*Item ex eodem, c.23.*

De eodem. Cap. XXVIII.

NOn oportet lectores, aut pſalmiſtas orarijs vti, & ſic legere, aut pſallere. — Anſ.l.7.c.83.

*Item ex concilio Carthagin.4.c.98. & 99.*

¶Mulier in conuentu viros docere non permittitur. Cap. XXIX. — Inf. de conſec. d.4.c. mulier.

MVlier quamuis docta & ſancta, viros in conuentu docere non præſumat.[a] Laicus[b] autem præſentibus[c] clericis (niſi ipſis rogantibus) docere non audeat. — Burc.l.8.c.83. Iuo p.7.c.101. & p.8.c.324.

*Item ex concilio Agathenſi, c.66.* — Ibid.c.98.

¶Miniſtris non ſacratis vaſa Dominica contingere non licet. Cap. XXX.

NOn oportet inſacratos[d] miniſtros licentiam habere in ſacrarium (quod Græci diaconium appellãt) ingredi, & contingere vaſa Dominica. — Fere idem ĩ. ea. cap. non oportet ſubdiaconos.

*Item ex concilio Bracharenſi, 1.c.28.*

¶Cuilibet ex lectoribus vaſa ſacra altaris portare non licet. Cap. XXXI. — Apud Marti. Braca. inf. c. græc. ſynod. c. 41. & c.66.

NOn liceat cuilibet ex lectoribus ſacra altaris vaſa portare[e], nec alijs, nec ijs, qui ab epiſcopo ſubdiaconi fuerint ordinati.

*Item ex concilio Martini Papæ, c.41.*

¶De eodem, vt clerici comam non nutriant. C. XXXII. — Iuo p.6.c.377.

NOn liceat cuilibet miniſteria tangere, niſi ſubdiacono, aut acolytho in ſecretario[f] vaſa Dominica. — Ibid.c.66. Iuo p.6.c.378.

¶Nec oportet clericos comam nutrire, & miniſtrare: ſed attonſo capite, patentibus auribus, & ſecundum Aaron talarem veſtem induere, vt ſint in habitu ornato. — Exod.28.

*Item ex concilio Carthagin.4.c.13.*

¶Qualiter ſponſus, & ſponſa ſint benedicendi. Cap. XXXIII.

SPonſus, & ſponſa cum benedicendi ſunt a ſacerdote, a parentibus ſuis, vel a paranymphis[g] offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipſius benedictionis in virginitate[h] permaneant. — Inf.30.q.5.c. Spõſus. Burc.l.9.c.5. Iuo p.8.c.143.

## DISTINCTIO XXIIII.

*QValiter eps̃ ſit examinãdus, & qualiter ipſe ſimul cũ reliquis infra ipſum cõſtitutis ſit ordinãdus, breuiter mõſtratũ eſt. Nũc aũt uidendũ eſt de ſacerdotib. & reliquis, an ſine examinatiõe ſint ꝓmouẽdi. De his*

QValiter epiſcopus.] Hæc diſtinct. diuiditur in tres partes: in quorum prima dicitur, quod probatæ vitæ debent eſſe ad eccleſiam ſacerdotes: & adhoc tres canones inducuntur. Secunda: ibi, [Cum itaque.] Tertia, ibi,] Quæritur quid fieri.] Ioan. de Fant.

CASVS. Supradictum eſt, qualiter epiſcopus ſit examinandus, & qualiter ipſe ſit ordinandus. In hac vero 24. diſt. quæritur de ſacerdotibus, & reliquis clericis, an ſine examinatione ſint promouendi, & probat Gratianus auctoritate Pauli, ꝙ examinandi ſunt, dicentis: Manum cito nemini impoſueris, & nihil ſine præiudicio facias, ideſt, præcedente iudicio, ideſt, ſine præexaminatione. Item probatur per ſequentia. Et caſus primi capituli per ſe patet.

i ¶Nunc autem.] In hac diſt in. agit magiſter ex examinatione clericorum. Primo oſtendit oẽs examinandos eſſe

1 Et hoc uſque ad §. 1. eo.cũ itaq;. 2 Et hoc facit ab illo §. cum itaque vſque ad § quæritur.

eſſe. 1 Secundo oſtendit qualiter vt quando examinãdi ſunt,& a quibus. 2 Tertio qualiter puniantur, qui ſint examinatione promouentur.
a ¶Manus. ]78.diſt.quid eſt.
ADDITIO. Et extra de elec. cum nobis olim.& eſt hoc c.ſecun-

Epiſtola 1.c.5. Paulo aliter in orig.

*ita ſcribit Paulus ad Timotheum*:[ *Manus* [a] *nemini cito impoſueris, & nihil ſine præiudicio* [b] *facias in alteram* [c] *partem declinando.*

*Ex decretis Sylueſtri Papæ in Synodo Rom.c.9.*

¶De eodem. Cap. I.

Burch.li.5.c.34. Iuo p.2.c.43.

NVllus acolythorum vel ſubdiaconorũ α rem conſecratam a presbytero alijs porrigat(quia aliud eſt miniſter, aliud aſſiſtens ) niſi tantum ſupportet,quod ei ſacerdos impoſuerit ſuo ore benedictum.

α ¶Vel ſubdiaconorum. ] *Verba hæc non ſunt in ſynodo Romana ſub Sylueſtro, ſed habẽtur apud Burchardum, & Iuonem, & in ijs Vaticanis Gratiani exemplaribus in quibus eſt hoc caput. Nam in antiquioribus non eſt, ſed poſt verſiculum*, declinando, *ſequitur continenter*, Nullus ordinetur.

*Item ex concilio Carthagin.3 .c.22.*

¶Ante probationem nullus ordinetur clericus. C. II.

Anſel.li.6.c.89. † *non probatus vel* ] orig.

NVllus ordinetur clericus niſi † probatus fuerit, vel epiſcoporum examine,vel populi teſtimonio [d].

*Item Gelaſius Papa Cæleſtino epiſcopo.*

¶Ad miniſterium alicuius eccleſiæ,clerici eiuſdem promoueantur. Cap. III.

Anſel.li.7.ca.85.al. 99.93. † *Sterenſis.* ]Anſ.

PResbyteri,diaconi,& vniuerſi clerici Stomenſis † ciuitatis [c] petitorio nobis ſuggeſſere porrecto in eccleſia B.martyris Eleutherij epiſcopi (quæ in ſupradicta ciuitatis parochia β probatur eſſe conſtructa) presbyterum,qui conſtitutus fuerat,defeciſſe,atq; in eius locum Iulianum diaconũ ipſius eccleſiæ pro celebritate ipſius loci quantocyus debere ordinari. Et ideo frater chariſſime,ſi de eius vita,vel moribus nihil eſt, quod contra canonum veniat ſtatuta, ſupraſcriptũ presbyterri honore decorabis,ſciturus [f],eum viſitatoris te nomine,non Cardinalis creaſſe [g] pontificis. Pariter etiam & Fæliciſſimũ diaconum in eius eccleſiæ miniſterio,ſi conuerſatio eius patitur, ſubrogabis, vt locus proceſſionis celeberrimus ad myſteriorũ † conſecrationem nec ſacerdote indigeat, nec miniſtro [h].

† *al. miniſteriorum.*

β ¶Parochia.] *In omnibus antiquis codicib. tam impreſſis,quam manuſcriptis ſic legitur: cuius vocis loco,in recens impreſſis erat poſitum*,paroccia. *ſed viſum eſt antiquam lectionem eſſe retinendam: præſertim cum dictio hæc etiam Græcè aptiſſimam habeat ethymologiam.*

PResbyter.] CASVS vacante Stomenſ. eccleſia,defecit ſacerdos in eccleſia beati Eleutherij martyris, & cum illa eccleſia epõ indigeret,nec erat eps,qui eum ordinaret clerici Stomenſis ciuitatis ſupplicauerunt Papæ vt præciperet Cœleſtino epiſcopo, quatenus nomine viſitatoris tãtum & non tanquam proprius epiſcopus ordinaret in præfata eccleſia Iulianũ presbyterum diaconum in locum deficientis presbyteri electum. Præcipit ergo Papa epiſcopo Cęleſtino, vt Iulianum diaconum promoueat in presbyterum in prædicta eccleſia tãtum nomine viſitatoris: & Fęliciſſimũ in locum Iuliani ſubſtituat diaconũ, ut eccleſia illa nec ſacerdote indigeat, nec miniſtro.
¶Caſus ſequẽtis capituli & §.patet.
SI qs presbyter.] CASVS. Hoc c. diuiditur ĩ tres partes. In prima parte dicitur quod ſi quis pſbyter accepta publica pœnitentia in die Dominica ieiunauerit ea intentione qua Manichæi ieiunabãt, anathema ſit. In ſecũda parte, quæ incipit ibi, Similiter. dicitur, ꝙ in diebus Dominicis & inter Paſcha & Pentecoſten non debemus flectere genua; ſed vultu erecto orare ad Dñm. Ĩ tertia par. quæ incipit ibi, [Si qs ẽt.] dicitur; [Si quis nõ comedit carnes uel olera, in quibus carnes coquuntur, propter execrationem eſcarum, compelli debet deguſtare, & ſi noluerit tanquam hæreticus deponatur.

c SI quis.] Propter publicam.] Quam facere poteſt ſacerdos, ſed non ſolemnem, ut dixi ſupra 28. diſtinct. presbyter.

d ¶ Proſternant.] Vt de conſecr. diſtinct. 3. quoniam ſunt.

e ¶ Prægustet.] Ecce ꝙ ſuſpectus cogitur comedere ſiue guſtare. Sed nunquid idem eſt ſi aliquis eſt ſuſpectus eo ꝙ non cõicat in anno. 2 nunquid cogẽdus eſt cõicare? Non: quia illa non recipitur ſine peccato, ſi recipiens eſt peccator, ſed ad hoc poteſt cogi vt faciat ſe dignum, i. vt peniteat de conſec. diſt. 2. ſi qui intrat. ea. diſt. hi qui. ſecundum Hug. cuius fuit iſta gl.

2 Vt de cõſ. diſt. 2. ſæculares. cum duobus cap. ſeq. ſcd̃m Hug. &c. & ſi nõ.

Tem-

T Empus quoque.] Hæc diſtinct. diuiditur in ſex partes, in prima corripitur ſententia Pelagij per Greg. ut in cap. ſequen. Secunda ibi, [Cauſa vero.] Tertia ibi, [Poteſt, & aliter.] Quarta ibi. [Sed obijcitur. [Quinta ibi.] Aliter,] Sexta ibi, [Similiter.] Ioan. de Fan.

CASVS. In hac 31. diſtinct. dicit Gratia. quòd illa capit. quæ fuerunt poſita in diſtinct. 38. intelliguntur ex tempore, quia nondum erat indicta continentia ſacerdotibus, & hoc probat per ſequentia. Dicit etiam quæ eſt cauſa, ſcilicet quod propter munditiam fuit continentia dicta: quòd ſacerdotes vxores nõ abijciãt a ſua cura, quin eis neceſſaria miniſtrent.

a ¶Tempus.] In hac 31. diſtin. oſtendit, quòd a tẽpore Gregor. ſtatutum fuit, vt ſubdiaconi non ordinarent niſi promiſſa cõtinentia: 1 Secundo agit de cauſa continentiæ presbyterorum, & diaconorum. 2 Tertio dicit ꝙ licet ordinati in ſacris ordinibus vxoribus non debeant cõmiſceri, tamen neceſſaria Prouidebũt eis. 3 Vltimo aſſignat differentiã inter orientales, & occidentales.

1 Vt inf. ea. cap. 1.

2 Vt inf. ea. §. cauſa. vſq; ad §. ꝙ autẽ.

3 Hoc facit ad prędictũ §. qđ autem vſq; ad c. Nicęna. Arch.

A Nte trienniũ.] CASVS iſtius c. ex quadã conſtitutione Pelagij pẽdet. vnde ſcire debes, quod vna conſtitutio facta fuit ab Apoſtolis de continentia clericorum, vt 84. diſtinct. cum in præterito. Idem fuit poſtea a Syricio repetitum in 82. diſt. plurimos. Tertia fuit facta auctoritate Pelagij, quæ hr 27. q. 2. multorũ de qua fit hic mentio. Eſt ergo caſus huius cap. Pelagius fecit quandam conſtitutionẽ per quendam diaconum nomine Seruum Dei, ut omnes ſubdiaconi Siciliæ a ſuis vxoribus abſtinerent, quas in minoribus ordinibus duxerant aut ab officio ceſſarent: quam conſtitutionẽ, ꝗa dura fuit, & iniqua, vt ſubdiaconi compellerẽtur ad continentiã Gregor. primus, q ſucceſſit Pelagio retractauit, & ſtatuit, vt nullus de cętero fiat diaconus, niſi cõtinentiã promittat; ita tamen, vt mala præterita, ideſt continentia, quæ ſolet eſſe iuuenibus mala, ideſt, pœnalis, uel mala ſi non ſeruetur, per

dote acceptã, aut pro aliqua neceſſitate. *In aliquot Gratiani manuſcriptis eſt;* ſi quis præter publicam pœnitentiam, a ſacerdote acceptam, abſq; aliqua neceſſitate, &c. *qua optima videtur lectio. Nam in ca. 18. concilij Gangrenſi, vnde hoc videtur Martinus ſumpſiſſe nulla presbyteri fit mentio, ſed vniuersè pronunciatur, vt ſup. ead. cap. ſi quis tanquam.* Si quis ob pietatis, quemadmodũ putatur exercitationem, die Dominico ieiunet, anathema ſit, & verba illa, abſq; aliqua neceſſitate, *videtur huc importata ex cap. 19. eiuſdem concilij. Neq; vero presbyteris huiuſmodi pœnitentiæ more laicorum imponebantur. c. illud cum ſequẽtib. d. 50. & c. fin. ver. nec enim. 82. d. Sed quando in grauiſſima crimina publice incurrebant: depoſiti peregrinari iubebantur. c. ſi quis ſacerdos. 30. q. 1. c. ſacerdos, de pœn. d. 6.*

β ¶Similiter quia.] *Hoc ſumptum eſt ex canone ultimo concilij Nicæni.*

γ ¶Non proſternant.] *In codice Lucenſi Regio legitur:* non proſtrati, ſed erecto vultu ad dominum fungantur orationis officio.

δ ¶Si quis etiã.] *Hoc ſumptũ eſt ex concilio Ancyrano, c. 13. al. 14. & in eo mentio fit presbyteri, ac diaconi.*

## DISTINCTIO XXXI.

T *Empus quoque, quia nondũ* a *erat inſtitutum, ut ſacerdotes continentiam ſeruarẽt.*

α ¶Nondum.] *Quid ait hic Gratianus, fuiſſe tp̃s, quo nondũ erat inſtitutum, ut ſacerdotes continentiã ſeruarent, in ſubdiaconis (Nam, & hi ſacerdotum nomine interdũ cõprehenduntur, valetq; idem ſacerdotis nomen atq; in ſacris conſtitutus, ut infra ad initiũ diſt. 33. notaturq; in gl. 1. q. 1. qui per pecuniam) locum habere poteſt. Fuit enim tp̃s, cum ſubdiaconi in aliquibus prouincijs, ut in Sicilia, continentiæ legibus nõ adſtringebantur; quod Gregorij locus, qui ſolus ad hanc rem confirmandam proximè a Gratiano citabitur, manifeſte probat. Diaconis autem, & presbyteris in Latina eccleſia nunquam licuiſſe vxoribus, quas ante ſacros ordines duxerant, uti ex canonibus, qui poſt primũ in hac ea. d. citantur, & alijs multis præſertim epiſtola 2. Syricij ad Himerium Tarraconnenſem clare demonſtratur.*

*Vnde Gregorius ſcribit Petro ſubdiacono Siciliæ, lib. 1. epiſt. 42.*

¶Qui caſtitatem non promiſit, ab vxore ſua ſeparari non cogatur. Cap. I.

Pann. l. 3. c. 29. Poly. l. 4. tit. 31.

A Nte triennium ſubdiaconi oĩum eccleſiarum Siciliæ prohibiti fuerant, vt more Romanæ eccleſiæ nullatenus ſuis vxoribus miſcerentur. Quod mihi du-

rum [a],atque incompetens videtur,vt qui vſum eiuſdem continentiæ nõ inuenit [b],neque caſtitatem ante promiſit,compellatur a ſua vxore ſeparari, atq; per hoc (quod abſit)deterius cadat. Vnde videť mihi, vt a præſenti die epiſcopis omnibus dicatur,ut nullum ſubdiaconũ facere preſumant,niſi qui ſe victurum caſtè promiſerit [c] quatenus,& præterita mala α [d],quæ per propoſitum mentis appetita non ſunt, violenter non exigantur, & futura cautè caueantur. ¶Qui vero poſt eandem prohibitionẽ, quæ ante triennium facta eſt,continenter cum ſuis vxoribus vixerunt laudandi, atque remunerandi ſunt, & ut in bono ſuo † permaneant,exhortandi. ¶Eos autem,qui poſt prohibitionem factam ſe a ſuis vxoribus continere noluerint,ad ſacrum ordinem nolumus promoueri:quia nullus debet ad miniſterium altaris accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata.

ſup.d.28.c.nullum.

† ſic.]orig.

α ¶Mala.] *Vox iſta abeſt a Polycarpo, & aliquot vetuſtis Gratiani codicibus.*

2 *Cauſa vero huius inſtitutionis munditia ſacerdotalis fuit, vt libere cunctis diebus orationi poſſint uacare. Si enim(vt Paulus ait)ab uxoribus eſt ceſſandum, ut expeditius orationi vacemus:miniſtris vtique altaris, quibus quotidiana neceſſitas orandi incumbit, nunquam coniugali officio vacare permittitur.* 1.Cor.7.

*Vnde Beda in commentarijs ſuper Lucam ad cap. 1. ait.*

## ¶Sacerdotibus ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur. Cap. II.

SAcerdotibus [e], vt ſemper [f] altari queant aſſiſtere,ſemper ab vxoribus continendum;ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur. Pann.l.3.c.92.

*Item in concilio Carthaginenſi 2.c.2.*

## ¶Qui diuinis ſacramentis inſeruiunt, continentes eſſe oportet. Cap. III.

EPiſcopos [g], presbyteros, & diaconos ita placuit(vt decet ſacros antiſtites, ac Dei ſacerdotes, necnon, & leuitas,vel qui [h] ſacramentis diuinis inſeruiunt)continentes eſſe in omnibus.

inf. d.84. c. cum in præterito. Pann.l.3.c.95. Raba.pęn.c.29.

*Item Innocentius I.Victricio Rothom.epiſcopo,epiſ.2. cap.9.*

per violentiam non exigatur: & hoc in prima parte. In ſecunda parte,quæ incipit ibi, [Qui vero.] commendat illos,qui cõſtitutionem illam, quæ facta fuit ante triennium ſeruauerunt: & hortatur eos, ut debeant in ſuo propoſito permanere.Illi vero qui noluerint a ſuis vxoribus abſtinere, promoueri nõ debent: quia nullus dēt promoueri,niſi eius caſtitas fuerit approbata.Vel ſic:Olim promouebantur ſubdiaconi non promiſſa continẽtia, & licitè vtebantur vxoribus & beneficijs: Poſtea Pelagius p̄deceſſor Gregorij ſtatuit, ut uel contenti eſſent uxoribus tantũ. uel beneficijs tantũ: de qua ↄſtitutione Gregor. facit mentionẽ 27.q.2.multorũ. Poſtea idem Pelag.aliã edidit conſtõnem, in qua præciſe ꝓhibuit, ut ſubdiaconi nullo modo commiſceri debeant amodo uxoribus ſuis, & illam cõſtitutionem quidam ſubdiaconi ſeruabant, quidam non, ſed quia illa cõſtitutio fuit iniqua, ſcilicet,ꝙ aliquis, q non promiſit continentiam, cogeretur cõtinere:ideo retractatur hic a Greg. & ſtatuit, ꝙ ſi qui ſubdiaconi nõ ſunt, nõ cogantur continere, niſi velint.ſi qui autem in futurum sũt ordinandi, non admittant,niſi promittant continentiam. a ¶Durum.] Statutum Pelagij fuit cõtra Euangelium, in quo excipitur ſola fornicatio.1 33.q.2. quos Deus, & ideo reprobatũ fuit. Sed quare reprobatur illa conſtitutio Pelagij, in qua ſtatuit, ut aut beneficia, aut uxores dimittant: cum idem ſtatuerit Alexander extra de cler. coniug. cap. 1. Sed dic, cum aliquis in minoribus ordinibus exiſtens poſtea contrahit, poteſt priuari beneficio prius habito, & de illis loquitur Alex.Cum uero aliquis primo contrahit,& poſtea eccleſia ſcienter ei confert beneficium, poſtea non poteſt illud ei auferre,& de illis loquitur Pelagius, & ideo conſtitutio eius fuit iniqua.ſimile ex.de cle.cõiu. diuerſis. b ¶Non inuenit.] Ideſt,non ſuſcepit. c ¶Promiſerit.]Hoc intelligo ſi hēat licentiam uxoris. d ¶Mala.] Ideſt,continentia, quæ iuuenibus eſt mala. 33.q.2.in adoleſcentia. 2.

1 Vt 32.q.7. dixit.

2 Sub, & ad

CAVSA VERO: Hæc eſt ſecunda pars d.in qua dicitur.ꝙ cauſa huius conſtitutionis fuit mũditia ſacerdotalis, & hoc probat per 6.c.Io.de Fant.

CASVS. Dicit Gratianus, ꝙ propter munditiam ſacerdotalem inducta fuit continentia in eccleſia, quia cum ſacerdotes ſemper debeant orare,ſemper debent ab uxoribus abſtinere. Et hoc probatuř auctoritate Apoſtoli per ſeq.c.quorum prima duo patent.

c SAcerdotibus.] Idem eſt de alijs clericis. Laur.

f ¶Semper.] i.horis debitis.ſic inf.eod.ſi laicus. 22. d.ſacroſan.& inf.37.diſt.de quibuſdam.36.diſt.cap.ult. Archid.

g EPiſcopos.] Hoc c.habetur 84.d. cum in præterito. h ¶Vel qui.] Ideſt, ſubdiaconi. nam & ſubdiaconi ſacramentis inſeruiunt.84.diſt.cum in præterito.Et ex-

pęnam,& ad onus.28.diſ. de his, & accipitur hoc nomẽ mala pro pena: & eſt ſenſus a ſubdiaconis uxorem habentib. ſine uoto per uiolentiam non exigatur continentia, ſed ab ordinandis de cætero, quam ſi promittere noluerint,repellantur. Io. de Fan.

pone iſtud, vel, pro, &, ſecundum Hug. & ita per hoc, & per illud infra 32.diſtinc.placuit. ſuppletur illud 84. diſtinct. cum de quorundam. quia hæc tria cap. ſunt. Carthaginenſis concilij, & faciunt pro opin. Hug. ſecundum Laur.

Tene-

¶Sacerdotes,& Leuitæ cum vxoribus ſuis miſceri non debent. Cap. IIII.

Burch.li.2.c.118. Anſel.li.7.c.134. Iuo p.6.c.94.& 194. Pann.li.3.c.94. *Leuit.11.*

TEnere debet omnino eccleſia,vt ſacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus ſuis non miſceantur;quia miniſterij quotidiani neceſſitatibus occupātur.Scriptum eſt.n.: [Sancti eſtote,quoniam,& ego ſanctus ſum [a] Dominus Deus veſter.]Nam ſi priſcis temporibus anno [b] vicis ſuę de templo Dei ſacerdotes non diſcedebant (ſicut de Zacharia legimus) nec domum ſuam omnino tangebant, quibus vtiq; propter ſobolis ſucceſſionem, vxoris vſus fuerat relaxatus,quia ex alia tribu, & præter quā ex ſemine Aaron, ad ſacerdotium nullus accedere præcipiebatur †; quanto magis hi ſacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent; quibus vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt, nec præterit dies, [c] qua vel a ſacrificijs diuinis, vel a baptiſmatis [d] officio vacent.

*Luc.1.* *Num.18.* † *al.præceptus fuerat*

PALEA Cap. V.

Ibidem cōtinenter. Anſel.li.7.c.132. 1.Cor.

NAm ſicut α Paulus ad Corinthios ſcribit dicens: [Abſtinete vos ad tempus,vt vacetis orationi:] & hoc vtique laicis præcepit;multo magis ſacerdotes, quibus orandi,& ſacrificandi iuge ſacrificium † eſt, ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere.

† *al.officium.*

α ¶Nam ſicut.] *Hæc palea in duobus Vaticanis(in quibus ſolis reperitur) eſt coniuncta cum ſuperiori capite, quemadmodum etiam in epiſtola Innocentij,& legitur,* Nam ſi Paulus. *Sed non eſt mutatum, quoniam eſt initium capitis.*

*Item Exuperio Tholoſano epiſcopo,epiſt.3.c.1.*

¶Qui ab vxoribus ſuis abſtinent,ad ſacrificia admittantur. Cap. VI.

Infra diſt.82.c.propoſuiſti. Pann.li.3.c.95.

EOs β ad ſacrificia fas ſit admitti, qui vel cum vxore [e] non exercent carnale officium [f].

β ¶Eos.] *Apud Innocentium,& infra diſt.82. c.propoſuiſti,vbi hoc idem eſt repetitum, legitur,* neque eos ad ſacrificia fas ſit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale conſortium.

*Item Hieronymus contra Iouinianum, lib.1.*

¶Sacerdoti, cui eſt ſemper orandum, matrimonio ſemper eſt carendum. Cap. VII.

Pann.li.3.c.96.

SI laicus,& quicunque fidelis orare [g] non poteſt, niſi careat officio coniugali;ſacerdoti, cui ſemper pro populo offerenda ſunt ſacrificia, ſemper orandū eſt: ſi ſemper orandum eſt;ergo ſemper matrimonio carendum [h].

TEnere debet.] CASVS. Victorius Rothomagen. epiſcopus, habebat quoſdā presbyteros & leuitas in ſua diœceſi, qui nolebant a ſuis uxoribus abſtinere, Ideo quæſiuit a Papa, an presbyteri & Leuitæ deberent viuere continenter? Et reſpondet ꝙ ſic, & hoc probat auctoritate ꝓphetę dicentis;Sācti eſtote,&c.ideſt,mundi. & exemplo ſacerdotū vete.teſt.qui in ſua hebdomada a ſuis vxoribus abſtinebant, ſed finita ſua hebdomada ſuis vxoribus cōmiſcebātur propter ſobolem procreandam:quia nullus poterat fieri ſacerdos, niſi de tribu Aaron: hodie uero cum ſacerdotes quotidie debeāt orare,nec requirit, de qua tribu promoueantur,ſemper debēt ab uxoribus abſtinere.Sequētia duo c. plana ſūt, & per te videbis.

a ¶Quoniam, ego ſāctus ſum. Ex quo Dominus ſe cōmendauit, & Chriſti actio noſtra eſt īſtructa lectio.81.d.legit, ergo & nos poſſum⁹ nos commendare,& Aug. ſe cōmendat, æquiparando ſe prophetis,ut 23.q.4.ecce.& procōſul pōt ꝑmittere libellū commendationis ſuæ,vt ff.de off.procon. obſeruare. Similiter ille qui impetrat ueniam ætatis,ſe commendat. 1 C.de his qui ve.ęta. imp. l.2. b ¶Anno.] ideſt ſeptimana.ſic alibi ponitur dies ꝓ anno, ut 33.q.2. hoc ipsū. & tēpus pro anno, ut de conſecr.diſt.4. omni tempore. 2 c ¶Nec ꝑteriti dies.] excepto Sabbato ſāncto.& die Veneris ꝑcedente,ut de cōſec. diſt.3. Sabbato. qui duo dies nulli reputantur propter paucitatem.ſic ꝭ.de cōſ. diſt.2.reuera. d ¶Vel a baptiſmatis.] dū ē neceſſitas. arg.5.diſt,baptizari. e EOs.] Vel cum vxore. Ne dū cum alia. f ¶Officium.] Poſt uotum factum. g SI laicus.] ¶Orare.] Quid de hac materia iuris ſit,habes 33.q.4.c.1.& 2. h ¶Matrimonio carendum.] ar.ꝙ ſi aliqua ſibi coherēt,vel ſi aliquid ſequitur ex alio, uno probato, & reliquum eſt probatum, 3 ut 33.diſt.ſi quis viduam.26.diſt. deinde 3.q.6. hæc quippe arg.contra de pœn.diſt.1.ſicut primi,in fi.

Cōmendare pōt aliquis ſeipſum.

1 Ad idē ꝙ dicit Bald. Cuſtodi animam meam qm̄ ſanctus ſum, &c. & in pſal.Inclina Domine.

2 Ideo autē fit hoc, quia annus dicit̄ ab an, quod eſt circum. quia circumuoluitur. ſic & quodlibet tp̄s.Laur.

Probato vno cōiunctorū, probatur reliquum.

3 Sic de talibus uno cōceſſo & aliud conceſſum eſt.1.q.1.ſicut Chriſtus. ubi de hoc. Arch.

Quod

*Quod autem* [a] *Manichæorum cauſa de coniugio ſacerdotum illud ſupradictum ſit, ex Gangrenſi concilio apparet, in quo c.1. ſic ſtatutum legitur.*

a ¶De coniugio.] *Sequentem canonem Gratianus reſtringit ad coniugia ſacerdotum; cum tamen in eo damnentur illi, qui omnino nuptias vituperabant, nec volebãt aliquem Chriſtianum etiam laicum, liberis operã dare. Nec fuit editus proprie contra Manichæos, ſed contra quendam Euſtathium, qui hunc errorem cũ alijs multis in Armenia diſſeminauerat. Eſt aũt caput hoc idẽ eum capite, ſi quis nuptias. ſup. diſt. 30. ſed ex alia verſione.*

¶Anathema ſit, qui nuptias vituperat. Cap. VIII.

SI quis vituperat nuptias, & dormiẽtem cum viro ſuo fidelem, ac religioſam deteſtatur, aut culpabilem æſtimat, velut quæ regnum Dei introire non poſſit, anathema ſit.

ſup. diſtin. 30. cap. ſi quis nuptias.

*Item ex eodem, c.8. & 9.*

¶De eodem. Cap. IX.

QVicunque virginitatem cuſtodiens, aut continentiæ ſtudens, velut horreſcens nuptias, nec propter hoc, quòd bonum, & ſanctum eſt: nomen virginitatis aſſumit, anathema ſit.

ſup. d. 30. ca. ſi quis vel virginitatem, ex alia verſione. Burch. li. 8. c. 61. Iuo p. 7. cap. 79. ſup. diſt. 28. c. ſi quis.

3 *Poteſt & aliter intelligi illud, quod in canone* [b] *Apoſtolorum legitur, ut iſte ſit ſenſus capituli: [ſi quis docet ſacerdotem vxorem ſuam contemnere,] non quam vxorem in ſacerdotio accepit, ſed quam, dum adhuc eſſet laicus, uel in minoribus ordinibus conſtitutus, ſibi copulauit, cum qua continentiam profeſſus eſt, cum ad ſacros ordines aſcenderet, quam nullus debet contemnere, hoc eſt ab animo, & cura ſua abycere, quin ei neceſſaria prouideat. Probatur autem hæc interpretatio auctoritate Leonis Papæ, qui epiſt. 90. c. 3. ſcribens Ruſtico Narbonenſi epiſcopo ait.*

¶Miniſtris altaris cum epiſcopis, & presbyteris eadem eſt lex continentiæ. Cap. X.

LEx continentiæ eadem eſt altaris miniſtris, quę epiſcopis, atq; presbyteris, qui cum eſſent laici, ſiue lectores, licitè & vxores ducere, & filios procreare potuerunt: ſed cum ad prędictos peruenerunt gradus, cœpit eis non licere [c], quod licuit. Vnde, vt de carnali fiat ſpiritale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quaſi non habeant, ſic habere, quo & ſalua ſit charitas, & ceſſent † opera nuptiarum.

Burc. l. 2. c. 114. Anſel. li. 7. c. 135. & 6. c. 204. Polyc. li. 4. tit. 31. Iuo p. 6. c. 68. Pann. li. 3. c. 106. 1. Cor. 7.

† *al. ceſſet exercitatio nuptiarum.*

*Item Leo ix. contra epiſtolam Nicetæ Abbatis.*

a ¶Leo. *Habetur in reſponſione Humberti ad libellum Nicetæ presbyteri, & Monachi aduerſus Latinos editum: quam reſponſionem, cum nomine Leonis ix. cuius erat legatus, ſcripſerit, poteſt rectè nomine ipſius citari, ſicut multa ex Ennodij libro nomine Symmachi citata inueniuntur ſupra diſt. 12. c. concilia. & inf. 40. diſt. c. nõ nos. & 81. diſt. c. nemo rectè. 8. q. 4. c. nonne, & 9. q. 3. cap. aliorum. Ac ſupra diſt 22. nomine Nicolai ij citatur cap. Omnes, quod habetur in oratione Petri Damiani.*

QVOD AVTEM. CASVS. Dr̃ in hoc §. ꝙ illud qđ dictũ fuit in Gãgrẽſi cõc. ſ. 28. d. in c. ſi qs docuerit. & c. ſi qs diſcernit. ex cã fuit ſtatutum. ſ. propter Manichæos, q nuptias condemnabant exẽplo ſacerdotum. Et hoc probat duobus ſeq. ca. q̃ plana ſunt, & per ſe patent.

a ¶Quod aũt.] Reſpicit tria pen. c. 28. d. dicens ꝙ illud ſtatutum fuit pp hereſim Manichęorũ, q nuptias cõtemnũt.

QVicunq;.] POTEST ET ALITER. Hæc eſt tertia pars d. in qua dr̃, ꝙ illud qđ ſupradictũ eſt in c. ſi qs docuerit. diſt. 28. ex cauſa vel ex tꝑe intelligit. Nunc aũt aliter exponit, dicẽs ꝙ illud c. põt intelligi de ſacerdotibus noſtri tẽporis, vt ſi qs docuerit ſacerdotẽ ɔtẽnere uxorem, quam in minorib. ordinibus duxit, uel cũ erat laicus, ut eam a ſua cura abijciat, cum quã poſtea cum promoueretur continentiã eſt profeſſus, anathema ſit. & hoc probatur per duo cap. ſeq.

b ¶In canone.] ſup. 28. diſt. ſi quis docuerit. Io.

LEx.] CASVS. Ruſticus Narbon. Ep̃s q̃ſiuit a Leone, vtrum diaconi poſſint vel dẽant cognoſcere vxores ſuas? Qui reſpõdet quod nõ, ſed debent cõtinere ſicut epiſcopi & presbyteri. nam cum erant laici uel lectores, hoc eis licebat. ſed poſtquam promoti ſunt ad ſacros ordines, cœpit eis non licere quod ante licebat; eas tamen a ſua cura abijcere non debent, q n eis neceſſaria ſubminiſtrent.

c ¶Eis non licere.] Nota quod propter commutationẽ ſtatus incipit aliquid nõ licere quod prius licuit. ſ. 12. q. 2. nequis arbitretur.

1 Ad hoc ĩ. 27. q. 1. nuptiarum. 32. q. ult. c. ult. 1. q. 1. ſunt quidam. & habes et ad hoc 88. diſt. fornicari. ff. de ſolut. cũ quis. 1. reſp. argu. contra extra de diuort. gaudemus.

Om-

OMnino. ] CASVS. Abbas Nicæta dicebat licere epiſcopo, presbytero, & diacono amplecti vxorē ſuā, & cognoſcere, & hoc probabat auctoritate Apoſtoli dicentis ſe habere poteſtatem circumducendi mulierem ſicut frater Domini, & Cephas. Leo autē Papa eum reprehen-

ſtinct. epiſcopus, & hoc cum perſona eſt ſuſpecta.

c ¶ Paulo apoſtolo dicente. ] Ducebant enim vxores ſecum, vt ſeruirent eis in cibis parandis, & ab eis paſcerentur (cum eſſent pauperes) de mercede pdicationis.

d ¶ Sororem. ] id eſt, quaſi ſororem.

## ¶ Epiſcopus, vel presbyter vxorem propriam a cura ſua non abijciat. Cap. XI.

Pann. l. 3. c. 115.

OMnino confitemur non licere epiſcopo, presbytero, diacono, ſubdiacono, propriam vxorē cauſa religionis abijcere a cura ſua. ſ. vt ei victum, & veſtitum [a] largiatur [b], non vt cū illa ex more carnaliter iaceat. Sic & ſanctos Apoſtolos legimus egiſſe, beato Paulo Apoſtolo dicente, [c] [ Nunquid nō habemus α poteſtatē mulierem ſororē [d] circumducēdi [e], ſicut fratres Domini, & Cephas?] Vide inſipiens, quia nō dixit, [ nunquid nō habemus poteſtatem ſororem mulierem amplectendi?] ſed, [ circumducēdi, ] ſcilicet vt de mercede [f] prædicationis ſuſtentaretur ab eis: nec tamen foret deinceps inter eos carnale coniugium.

1. Cor. 9.

α ¶ Nunquid non habemus. ] *Variæ ſunt huius loci interpretationes, quod inter alios B. Hieronymus in 1. libro contra Iouinianum oſtendit.*

*Hinc & illud* [g] *Greg.* [ *Presbyter quidam.* ] *Quod require inf. diſt. ſeq. c. penu.* ¶ *Vt igitur ex his auctoritatib. apparet ſacerdotes vxoribus, quas in laicali habitu, uel in minoribus ordinibus conſtituti ſibi legitime copularunt, neceſſaria miniſtrare, debita uero reddere non ualent.*

4 ¶ *Sed obijcitur illud tripertita hiſtoria, lib. 2. c. 14.*

## ¶ Diſſuaſu Paphnutij Nicæna ſynodus non conſtituit, quod presbyteri cum ſuis uxoribus non dormirent. Cap. XII.

Pann. l. 3. c. 85.

NIcæna ſynodus corrigere volens hominum vitā in eccleſijs commorantiū, poſuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere [h] legem, vt epiſcopi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi α cum coniugib. quas ante conſecrationē duxerant, nō dormirent. Surgēs autem in medio Paphnutius confeſſor contradixit, honorabiles confeſſus nuptias, & caſtitatem [i] eſſe dicens, cum propria coniuge concubitum; † ſuaſitque cōcilio, ne talem poneret legē, grauem eſſe aſſerens cauſam, quæ in ipſis, aut eorum coniugibus occaſio fornicationis exiſteret. Et hæc quidem Paphnutius (licet nuptiarū eſſet īexpertus) expoſuit: ſynoduſ-

† Adde glo. concor. in c. ſi propoſui. 1 ver. eſtote. inf. 62. diſt.

e ¶ Circumducēdi. ] nobiſcum.

f ¶ Vt de mercede. ] Arg. φ ſi quis habet vxorem, & filios, de bonis eccleſiæ ipſos poteſt paſcere, ſi nō habet ppria, vt 86. diſt. non ſatis. inf. d. prox. ſi quis vero, & 50. diſt. ſtudeat in fi. & 37. d. legant. quia nemo carnem ſuam vnquā odio habuit. vt 13. q. 2. non æſtimemus, & hæc vera ſunt ſi indigent a alias ſecus, vt 28. di. de Syracuſanæ. vnde & ſi viro relictus eſt vſus alicuius rei, mulier eadem re poteſt vti, vt ff. de vſu. & habi. l. cæterum. §. mulier.

g ¶ Hinc, & illud. ] inf. in illo c. presbyter quidam. quod eſt infra diſt. proxima. Ioan.

VT IGITVR. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis φ ſacerdotes debent ſuis vxorib. cū quibus in minoribus ordinib. vel laicali habitu contraxerūt, neceſſaria miniſtrare, ſed debitum reddere non valent. Sed contra hoc duo ſequētia cap. inducuntur. ſ. φ ſacerdotes debēt reddere debitum vxoribus ſuis.

SED OBIICITVR. Hęc eſt 4. pars diſt. I qua ponit duos canones orientales, in quib. conceditur clericis habere vxores. Io. de Fan.

NIcęna ſynod⁹. ] CASVS. Nicæna ſynodus volebat legē imponere, & neceſſitatem epīs preſbyteris, diaconis, & ſubdiaconis vt ſeruarent caſtitatem cum vxoribus, cū quibus in minoribus ordinibus matrimonium contraxerunt. Sed quia hæc lex erat occaſio fornicandi, ſurrexit Paphnutius confeſſor inexpertus nuptiarum, & ſynodo contradixit ne talem poneret legem, cum caſtitas ſit cognoſcere vxorem propriam. ſynodus autem ſententiam eius laudauit, & approbauit.

ſed hoc verū eſt quo ad trāſactionē, aliter bene continetur. Arch.

Beneficiatus ſuis conſanguineis ſubuenire pōt.

a Ad hoc 18. q. 1. habebat. in prin.

prehendit, & ſcribens contra eum dicit non eſſe verum, vt poſſint cum ea dormire more ſolito, tamen debēt eis largiri victum, & veſtitum, & hoc probat exemplo Apoſtolorum, reprehendens eum ex eo, φ male intelligebat illud verbum circumducendi.

a ¶ Et veſtitum. ] ¶ Ex quo dicit uictum, & ueſtitum, videtur, φ nomine victus non comprehendatur veſtitus, vt ff. de tranſ. cum hi. §. qui tranſigit 1 quod non eſt verum, ff. de verb. ſig. verbo, victus.

b ¶ Largiatur. ] Sequeſtrato tamen habitaculo, vt 77. di-

Victus nomine comprehenditur veſtitus.

a Vbi not.

h ¶ Introducere de conſenſu vxoris, aliter eſſet iniqua.

i ¶ Caſtitatem. ] Si, [illegible] bene comedit, abſtinens eſt. 44. d. conuiui. [illegible] in fi.

a ¶ ſta-

Cõtradicere poteſt unus multis.

1 Et eſt hic argu. ꝙ unus canonicus ꝑt ſe opponere pro defenſione eccleſiæ ſuæ.

Ad idẽ extra de cõceſ. ꝑb. ex parte, ubi dicit Ioã. dẽ Pan. hoc eſſẽ verum etiam ſi capitulum illiꝰ eccleſiæ nollet defendi, & hoc fauore eccleſię arg. ff. de lib. cau. l. 1. 2. & 3.

a ¶ Sententiam.] Vnus ergo pōt contradicere toti vniuerſitati 1 ſi habet rationabilem cauſam, vt extra de his quæ fi. a ma. par. cap. c. 1. 1. nam ſententia vnius pōt alios trahere ad partem ſuam, vt extr. de eo qui mit. in poſ. ca. cum ſicut, ff. de arb. item ſi vnus. §. vlt. C. de vet. iu. enuc. l. prima, §. ſed is, &c.

Q Voniam.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod in canone Romano ſtatutum erat, quòd diaconi, & presbyteri oriẽtalis eccleſiæ deberẽt continentiam profiteri: quod male ſeruabant, qđ ſexta ſynodꝰ cognouit; iō ſtatuit iuxta antiquũ canonẽ Apoſtolorum, vt vnuſquiſque clericus ſuã poſſit habere vxorem: nec propter hoc repellatur a promotione ſi dignus fuerit. nec tempore ſuę ordinationis cogatur continentiam profiteri: eo tamen tempore, quo miniſtrat altario, dẽt abſtinere. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [ Si quis. ] dr̃ quod ſi qs presbyteros, vel diaconos a contactu legitimæ vxoris priuauerit, deponi debet, & quicunq. clericus cauſa religionis ſuã vxorẽ abiecerit, deponi dẽt: ſi in contumacia perſeueret.

b ¶ Quoniam ] .i. quamuis.

c ¶ Romani. ] Hic aſſignatur differentia inter orientales, & occidentales.

d ¶ Qui ordinati ſũt] ideſt, ordinantur.

e ¶ Apoſtolicę. quia Apoſtolus precepit, vt vir reddat debitũ uxori, 33. q. 1. c. 1.

f ¶ Opportuno. ] Iſtud eſt contra Gãdulphũ & alios, qui dicunt, qđ uir quolibet loco etiã in eccleſia, & quolibet tẽpore tenetur reddere debitum uxori, petenti. Sed hoc non eſt uerum: qa ſicut debitor non debet ſemꝑ venire cũ ſacro paratus, ut ff. de ſo. quod dicimus. ſic nec uir ſemper debet eſſe paratus. 33. q. 4. Chriſtiano. 2 uir inuita uxore non poſſit orare, ut 33. q. 4. Apoſtolus. ſed ibi expone, orare, ideſt, peregrinari. Io.

Vir debitum uxori nõ ſꝑ nec ubiq; reddere tenet.

2 Melius ca. cauſa & q. c. apoſtolus in gl. ult.

g ¶ Diligens ] ideſt, dignus.

h ¶ Continentes. ] Sed nũquid in oriẽtali eccleſia uir poteſt promoueri ſine licentia vxoris? Dicit H. ꝙ ſic. quia nec fit ei præiudicium aliquod. Sed certe præiudicium fit ei, quia poſt mortem viri non poteſt contrahere. 4 Item & in alio fit ei præiudicium: quia tꝑe vicis ſuæ non debet ei commiſceri: cum etiam ad tempus vir

3 Scilicet Lau. contra.

4 Hæc ratio nõ uĩ bona; nam in uxorib. orientaliũ non hẽt locum quod habetur in 28. diſt. quia ſunt culpæ, & ſeq. quia continentiã non promittunt tacitè uel expreſſè Arch.

HOC AVTEM. CASVS. Modo Gratianus ſoluit ſupra

que laudauit ſententiam [a] eius: & nihil ex hac parte ſanciuit: ſed hoc in vniuſcuiuſque voluntate, non in neceſſitate dimiſit.

*a* Et ſubdiaconi.] *In aliquot vetuſtis codicibus, & in originali Socratis non ſunt duæ iſtæ voces. Sozomenus tamen lib. 1. c. 22. habet tam Græce, quam in Latina vetere, & noua verſione, vt etiam Nicephorus.*

*Item ſynodus ſexta, c. 13. lib. 8. c. 19.*

¶ Non in perpetuum, ſed tempore oblationis a complexu ſuarum vxorum ſacerdotes abſtineant.

Cap. XIII.

QVoniam β in Romani [b] ordine canonis eſſe cognouimus traditũ, eos qui ordinati † ſunt diaconi, vel presbyteri, debere confiteri; quòd iam ſuis non copulentur vxoribus: nos antiquum ſequentes canonem Apoſtolicæ [c] diligentiæ, & conſtitutiones, ſacrorum virorũ legales nuptias amodo valere volumus, nullo modo cũ vxorib. ſuis eorum connubia diſſoluẽtes; aut priuantes eos familiaritate adinuicem in tẽpore opportuno. [f] Quicunq; ergo diligens † [g] inuentus fuerit in ſubdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut ſacerdotali, hic nullo modo prohibeatur ad talem aſcendere gradum pro vxoris ſuæ legitimæ cohabitatione. Nec etiam tempore ordinationis ſuæ profiteri cogatur: quod abſtinere debeat a legalis proprię vxoris familiaritate. *Item infra.* ¶ Oportet eos, qui altari miniſtrant: in tẽpore oblationis † ſanctorũ continentes [h] eſſe in omnibus; vt a Deo poſſint conſequi, quæ ſimpliciter poſtulãt. ¶ Si quis igitur præſumpſerit contra Apoſtolicos canones, aliquos presbyterorũ & diaconorum priuare contactu, & cõmunione legalis vxoris, deponatur. Similiter & presbyter, aut diaconus, qui religionis cauſa vxorem ſuam expellit, excommunicetur. Si vero in hoc permanſerit, deponatur.

Pann. l. 3. c. 86.

† *ordinandi* ] ſed ob gloſſam non eſt mutatum.

† *leg. dignus* ] ſed ob gloſſam non eſt mutatum.

† *al. tractationis.*

β ¶ Quoniam.] *Græcè ſic habetur,* ἐπειδὴ ἐν τῇ ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν ἱ. Quoniam in Romana eccleſia loco canonis traditum eſſe cognouimus, &c. *Hanc vero Eccleſiæ Romanæ traditionem non ſolum B. Hieronymus contra Iouinianũ, Humbertus ſupracitatus, & alij Latini ſcriptores defendunt, ſed etiam Balſamon in explanatione huius canonis ſatis aperte probat. Verum de omnibus huiuſmodi canonibus, qui ſextæ ſynodo adſcribuntur, quid ſit ſentiendũ, ad caput, Habeo librum d. 16. ſatis explicatum fuit.*

*Hoc autem ex loco intelligendum eſt, orientalis n. eccleſia (cui ſexta ſynodus regulam uiuendi præſcripſit) uotum caſtitatis in miniſtris altaris non ſuſcepit.*

Digitized by Google

ſuprádictā obiectionem: & dicit, ꝙ hæc duo cap. intelliguntur de clericis orientalis eccleſiæ, qui non ſuſceperant votum caſtitatis, cui ſexta ſynodus præfuit: licet occidentalis ſic: & hoc probatur per ſequens cap.

**A**Liter. ] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ alia eſt traditio

rant votum continentiæ. in cap. presbyterum. non legitimæ nuptiæ intelliguntur ſecundæ ſcilicet, ſi quis diſcernit, locale fuit: vel intelligitur de vxore, quæ ducta fuit in minoribus ordinibus. Similiter cap. illud ſi ſubdiaconus. de ſecunda vxore intelligitur.

*Vnde Stephanus Papa, ait in prima actione ſynodi ab ipſo in Baſilica Lateranenſi congregatæ.*

¶ Occidentalis, non orientalis eccleſia caſtitatis obtulit votum. Cap. XIIII.

Pann. l. 3. c. 84.

5 **A**Liter ſe orientalium traditio habet eccleſiarum, aliter huius ſanctæ Romanę eccleſię. Nam earum ſacerdotes diaconi, atque ſubdiaconi matrimonio ª copulantur, ª iſtius autem eccleſiæ, occidentalium nullus ſacerdotum a ſubdiacono uſque ad epiſcopum licentiā habet coniugium ſortiendi.

ª ¶ Matrimonio.] *Ideſt poſſunt ſimul eſſe in ſacris ordinib. & matrimonio iuncti. Nā neq; illis, poſtq̄ ad ſacros ordines aſcendiſſent, licebat contrahere matrimonium.*

Sup. 28. d. c. vlt.

*Similiter & capitulum Nicolai* [b] *ex loco conſideratur, quid gens Bulgarorum nouiter ad fidem conuerſa, propoſitum ſacræ religionis ex integro aſſumere nondū didicerat.* ¶ *Quod autem in c. 6. ſynodi* [c] *presbyter non legitimis nuptijs detentus punitur, non legales nuptiæ ſecūdæ intelligendæ ſunt, a quib. auctoritate canonica ſacerdos quilibet debet eſſe immunis. Illud autem Gangrenſis concilij. [ Si quis* [d] *diſcernit presbyterum coniugatum, &c.] ſimiliter intelligendum eſt, vel localiter traditum, vel coniugatum ab ea appellatum, quam ante tempus ordinationis ſuæ duxerat. Illud quoque Martini Papæ. ] ſi ſubdiaconus* [e] *ſecundam duxerit vxorem ] non diſſimiliter intelligendum eſt. Primam enim uxorem ante ſubdiaconatum habere permittitur: qua defuncta, vel caſtitatem profeſſa, promouetur iſte ad ſubdiaconatum, Promotus autem ſi ſecundas deſiderauerit nuptias, ſententiæ Martini Papæ ſubiacebit.*

Sup. 28. d. c. presbyterum.
Sup. 28. d. c. ſi quis.
Infra 34. d. c. ſi ſubdiaconus ex Martino Bracarenſi.

b ¶ Nicolai. ] 28. d. conſulendum.
c ¶ Synodi. ] 25. diſt. presbyterum.
d ¶ Si quis. ] ſup. 28. d. ſi quis.
e ¶ Si ſubdiaconꝰ. ] inf. 24. diſt. ſi ſubdiaconus.

**S**Eruāda. ] hæc diſt. diuiditur in ſex partes: In prima parte probat. quod in ſacris nullus pōt habere vxorem; in minoribus autem poteſt: & etiam habere beneficium. hoc probat per tres auctoritates. Secunda ibi, [ Nullus, ] Tertia ibi, [ Verū. Quarta ibi, [ Prohibētur ] Quinta ibi, [ Interdixit. ] Sexta ibi, [ Presbyteram. ] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 32. d. in qua dicitur, ꝙ in occidētali eccleſia clerici in ſacris ordinib. conſtituti debent continentiam ſeruare, ut probatur ꝑ ſequens cap. Sed in minorib. ordinib. non coguntur: & hoc per c. inf. ea. ſeriatim.

Clerici in quatuor ſacris ordinib. conſtituti cōtinere tenentur.

f ¶ Seruāda eſt. ] In hac 32. d. adhuc proſequitur de continētia clericorū. Dicit ergo, ꝙ cōſtituti in quatuor ſacris ordinib. tenent̄ continere: & q non fuerint continentes, priuātur officio & beneficio: & ſi habent publicas concubinas, nullus Miſſam eorū audiat 2 & vt facilius poſſint, ſeruare continentiā, præcipit̄ eis, ut extranearū fęminarum familiaritatem vitēt 3 Io. Sed nunquid quilibet ordo eſt ſacer? Et certe vr̄, ꝙ ſic: nam dr̄ in lib. 4. ſententiarum, 22. d. c. 1. in prin. ꝙ ordo eſt ſacrum ſignaculum in quo traditur ſpiritualis poteſtas ordinato, & officium, & in quolibet ordine confertur gratia ſi digne ſumatur, ut ibi dicit̄. Solut. reuera quilibet ordo 4 ſacer eſt: ſed quatuor præcipue dicuntur ſacri a ſanctimonia, ideſt, caſtitate, & continentia, quam indicunt ſup. 28. d. nullum. & cap. decernimus.

2 Vt inf. ea. nullus, &c. præter hoc. Arch.
3 Inf. ea. interdixit. & c. ſeq.
4 Hic quæro an ordo ſit vnum ſacramentū? Dic ſm Petr. ꝙ vnum dr̄ ꝑfectione unius finis: qa conſtituitur ex diuerſis ordinib. ſpecialibus, qui oēs ordinant̄ ad vnū actum conſecrationis, ſicut & domus una dr̄. Arch.

## DISTINCTIO XXXII.

1 **S***Eruanda eſt* [f] *ergo continentia ab omnib. in ſacris ordinibus conſtitutis.*

*Vnde Leo Papa ad Anaſtaſium epiſt. 82. c. 3. & 4. ait.*

Burc. l. 1. c. 5. & l. 2. c. 148.
Anſ. l. 7. c. 137. & l. 6. c. 18. in fi.
Iuo p. 5. c. 59. & par. 6. c. 98. & 221.
Pann. l. 3. c. 100.

¶ Neque etiam ſubdiaconis connubium conceditur. Cap. I.

**O**Mnium ſacerdotū tam excellens eſt electio, ut hęc,

1 Ideſt, carnaliter commiſcētur. ſæpè. n. inuenitur copulari pro carnaliter cōmiſceri & copulatio pro carnali commiſtione, ut ī. c. ꝓxi. 30. q. 1. §. noſſe, 27. q. 2. Agathoſa. &c. priusq̄ ſm Hug.

tio orientalis eccleſiæ, & alia occidētalis. Nam in orientali eccleſia oēs clerici indiſtincte poſſunt uti matrimonio contracto. In occidentali vero eccleſia aliter ſeruat̄.

a ¶ Copulantur. ] Ideſt, copulato vtuntur. Multi ex hac litera dixerunt, ꝙ orientales poſſunt contrahere in ſacris ordinibus. ſed eis obſtat infra d. proxi. ſi quis eorū. ſed ipſi dicunt, quòd ibi ſexta ſynodus nobis præfixit regulam.

SIMILITER. CASVS. In hoc §. oſtendit Grat. qualiter intelligantur tria cap. in 28. diſt. ſcilicet, conſulendum, & presbyterorum, & ſi quis diſcernit. & vnum c. in 34. diſt. ſi ſubdiaconus. Dicit. n. quod illud cap. conſulendum locale fuit, quia Bulgari nondum ſuſcepe-

**O**Mnium. ] CASVS. Quæſitum fuit a Leone, an ſubdiaconi poſſint habere vxores. Et reſpondet, quod clerici in minoribus ordinibus conſtituti ſi contrahant immunes ſunt a culpa: ſed hoc ſubdiaconis non licet.

Vnde qui habēt, ſint tanquam non habentes: & qui nō habent, permaneāt ſingulares. Et ſi hoc cuſtoditur ī ſubdiacono, multo fortius in diacono, presbytero & epiſcopo cuſtodiri oportet.
a ¶ Quæ in alijs.] Ideſt, laicis.
b ¶ Clericorum.] Sacrorum.
c ¶ Singulares.] Ideſt, diuiſi ab eis.
d ¶ In hoc ordine.] Ideſt, ſubdiaconali.
e ¶ A capite.] Ideſt, ab epiſcopatu. & ſic videtur, ꝙ epiſcopatus ſit ordo. 54. diſ. ſi ſeruus. & 93. diſ. diacones. & diſt. 21. cleros. ſic 28. d. nullū.
f ¶ Item.] Hic habēt quidam ca. quod eſt 27. quęſtio. 2. multorum, &c.

quæ in alijs [a] membris eccleſiæ vacant † à culpa: in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum [b] ordinem cōſtitutis, nuptiarum ſocietati, & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum, ad exhibendam tamen pfectæ continentiæ puritatem, nec ſubdiaconis quidem cōnubium carnale cōceditur: vt & qui habent, ſint tanquā non habentes; & qui non habent, permaneant ſingulares [c]. Qđ ſi in hoc ordine [d], ꝗ quartus eſt à capite [e] dignū eſt cuſtodiri, quāto magis in primo, vel in ſecūdo, tertioue ſeruādū eſt, ne aut leuitico miniſterio, aut presbyterali honore, aut epiſcopali excellētia quiſquā idoneus æſtimetꝰ, ꝗ ſe à voluptate vxoria β necdū frænaſſe detegitur?

*† al. non vacentur à culpa.*

β ¶ Vxoria.] *Sic emendatū eſt ex epiſtola Leonis, & cæteris collectoribus præterꝗ̄ Iuone in parte 6. c. 98. nam ibi eſt ut antea apud Gratianum,* luxuriæ. *Ex iſto aūt epiſtolæ loco oſtenditur eo quoque tpe in multis eccleſiis eā fuiſſe cōſuetudinē, ut ſubdiaconi à ꝑprijs uxoribus abſtinerent. Quod tamē ante B. Gregoriū non erat generatim oībus eccleſiis præceptum, quippe cū in Sicilia aliter obſeruaretur. c. nullū. ſup. diſt. 28. & c. ante trienniū. diſt. 31.*

*[Item [f] Gregorius Leoni epiſcopo Catin. lib. 3. epiſt. 34.]*

PALEA Cap. II.

MVltorum relatione comperimus, hanc apud vos olim conſuetudinem tenuiſſe, vt ſubdiaconi ſuis licite miſcerentur vxoribus: quod ne denuo quiſquam præſumeret, à Seruo dei ſedis noſtræ diacono ex auctoritate noſtri deceſſoris eſt iſto modo prohibitum, vt eodem tempore, ij qui iam vxoribus fuerant copulati, vnū è duobus eligerent, ideſt, aut à ſuis vxoribus abſtinerēt, aut certe miniſtrare nulla ratione præſumerent. Et quātum dicitur, Speciosus tunc ſubdiaconus pro hac re ab adminiſtrationis ſe ſuſpendit officio, & vſque in obitus ſui tempus, notarij quidem geſſit officium, & à miniſterio, quod ſubdiaconum oportuerat exhibere, ceſſauit. *& poſt aliqua.*

*Infra 27. q. 2. Anſ. l. 7. c. 138. Poly. l. 4. tit. 31.*

¶ De cætero vero fraternitas tua ſit omnino ſolicita, vt quos ad hoc iam officium contigerit promoueri, hoc quam maxime diligenter inſpiciat, ne ſi vxores habent, miſcendi ſe cum eis licentia potiantur; ſed ad ſimilitudinem Apoſtolicæ ſedis, eos cuncta obſeruare ſua nihilominus diſtrictione conſtituat.

SI qui vero. CASVS. Quæſiuit Aug. Anglorum epiſcopus à Greg. quid deberet fieri de clericis in minoribus ordinib. conſtitutis, qui continere non poſſunt. & reſpondet Greg. quod ipſi debēt vxores accipere. & ſtipēdia ſua recipere exterius. Et hoc ꝓbat exemplo patrum, qui diuidebant ſingulis prout ꝗbusque opus erat. Et debent uiuere ſub regula ſua eccleſiaſtica, & lingua. & corde à malo abſtinere.
g ¶ Exterius.] Signatur contrarium. 12. quæſt. 1. neceſſaria. & de cōſec. diſtin. 5. in omnibus. vbi dicitur, quod omnes clerici ſimul dormiant. Sed dic, vt not. 12. q. 1. qa tua.
h ¶ Inuigilēt.] Licet enim ſint vxorati, tñ abſtinebunt. 2. negocia

*Item Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo, ca. 2. ad ſecundam interrogationem.*

¶ Extra ſacros ordines cōſtituti ducant vxores, & ab eccleſia ſtipendia accipiant. Cap. III.

SI qui vero ſunt clerici extra ſacros ordines conſtituti, qui ſe continere non poſſunt, ſortiri vxores debent, & ſtipendia ſua exterius [g] accipere; quia & de eiſdem patribus, de quibus præfati ſumus, nouimus ſcriptum, quod diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat, De eorum ergo ſtipendio cogitandum, atque prouidendum eſt, & ſub eccleſiaſtica regula ſunt tenendi, vt bonis moribus viuant, & canendis pſalmis inuigilent [h], & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conſeruent.

*Infra 12. q. 1. quia tua. §. ſi qui. Iuo par. 6. c. 86. Pan. l. 3. c. 108. Aſt. 2.*

*Item Nicolaus Papa Odoni †. Viennenſi archiepiſc opo.*

*† al. Adoni.*

Digitized by Google

elatione, & armis, ut 88. diſt. fornicari. 20. q. 3. eos. ſic extra de elect. tranſmiſſam. & 81. diſt. dictum.

DE illo. ] CASVS. Quidam epiſcopus permiſit alicui ſubdiacono ducere vxorem, de quo Nicolaus Papa eum reprehendit, cum tantum clericis infra ſub-

ſubdiaconatum liceat contrahere matrimonium.

a ¶ Damus. ] Sed nunquid Papa dare poteſt ſubdiacono licentiam contrahendi? Vř ꝙ ſic. Nam diſpenſat eccleſia cum conſanguineis. 1 & diſpenſat in alijs uotis, ut extra de uot. & uoti. redemp. ex multa. & in iuramentis ut 15. q. 6. auctoritatem. ubi dř; diſſolue obligationes impietatis. Econtra vř, ut extra de ſtatu mona. cum ad monaſterium. in fi. Solu. ſi uotum ipſum obliget ordinatum, Papa non poteſt diſpenſare ſed ſi conſtitutio obliget, & non uotum. tunc poteſt Papa diſpenſare quia contra conſtitutiones eccleſiæ bene diſpenſat 25. q. 1. ſunt quidam Ioan. Ego credo ꝙ Papa poſſit * diſpenſare, cum hoc non ſit contra articulos fidei. 2 & ipſe habeat plenitudinem poteſtatis, ut 2. q. 6. decreto & cap. ſeq. B.

Subdiaconus an de licentia Papæ poſſit cõtrahere.

1 Scilicet ut contrahant. 35. q. 3. quidam & c. ꝙ ſcripſi.

* *Vide B. Th. 2. 2. q. 18. ar. 7. & 11. & Caiet. ibidem.*

2 Nec etiam põt diſpenſare contra Apoſtolum. 25. q. 1. ſunt quidam. Io. de Fan. ſed hic uideas ꝙ le. & no. extra de uoto. c. nõ eſt.

¶ Subdiacono vxorem ducere non licet. Cap. IIII.

Iuo. p. 6. c. 119.

DE illo clerico, Aluerico † nomine, quem per ordines eccleſiaſticos vſque ad ſubdiaconatum caſtè [vixiſſe dicitis, cur veſtra auctoritate vxorem duxerit, miramur; eo quòd nulli vnquam (exceptis illis, quibus eccleſiaſtica regula habere permittit) vxorem ducendi † licentiam damus.[a]

† *al. Alnico.*

† *al. habendi.*

*Item Nicolaus Papa omnibus epiſcopis.*

In ſynodo Romana cxiij. eporum in baſilica Conſtantiniana.

¶ Non audiatur Miſſa presbyteri concubinam habentis. Cap. V.

2 NVllus Miſſam audiat[b] presbyteri, quẽ ſcit[c] concubinã indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierẽ. Vnde etiam ipſa ſancta ſynodus hoc capitulum ſub excommunicatione ſtatuit, dicens. [Quicunq; ſacerdotum, & diaconorum, &c.] [*Sicut in ſubſequenti*[a] *capitulo Alexandri ſecundi continetur.*]

Pann. l. 3. c. 135.

a ¶ Sicut in ſubſequenti.] *Hæc clauſula eſt Gratiani omittentis referre ex capite Nicolai ea, quo proximè ex Alexãdro relaturus erat. Sunt enim eadem uerba. Nam Nicolaus ſecundus in epiſ quae xtat, omnibus epiſcopis catholicis ſcripſit ſe in concilio, quod Romæ habuit centum tredecim epiſcoporum, hunc canonem edidiſſe, quem poſtea Alexan. ſecundus (ut ipſe etiam teſtatur in epiſt. manuſcripta) in cõcilio à ſe habito iiſdem uerbis repetiuit. Quare in Pannormia appellatur decretum Nicolai iunioris, & Alexãdri.*

*Item Alexander ſecundus.*

In epiſ. ꝓxima notat. indicata.

¶ Non eſt audienda Miſſa presbyteri, qui concubinam habet. Cap. VI.

PRæter hoc autem præcipiendo mandamus, ut nullus Miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam habere indubitanter, vel ſubintroductam mulierem. Vnde etiam ſancta ſynodus hoc capitulum ſub excommunicatione ſtatuit, dicens; ¶ Quicunq; ſacerdos, diaconus, ſubdiaconus poſt conſtitutũ beatæ memoriæ prædeceſſoris noſtri ſanctiſſimi Papæ Leonis, ac Nicolai de caſtitate clericorum, concubinam palam duxerit, uel ductã non reliquerit ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, ut Miſſas nõ cantet, nec Euangelium, aut epiſtolam ad miſſam legat, neq; in presbyterio ad diuina officia cum his qui præfatæ conſtitutioni obedien-

Pann. ibidem, & li. 8. c. 142.

Leo ix. in conc. Romano.

NVllus. ] Hæc eſt ſecũda pars diſtinct. in qua dicitur quod in duob. c. ſeq. cõtinetur. Io. de Fã. CASVS Præcepit Nicolaus Papa in hoc ca. ut nullus audiat Miſſam ſacerdotis, quem ſcit indubitãter habere concubinam, aut ſubintroductam mulierem. Synodus ẽt hoc ſub excommunicatione ꝑcipit. quod ſequit̃ eſt §. Gratiani.

b ¶ Audiat. ] Cõtrarium legitur 28. diſ. cõſulendũ. 15. q. ul. c. vlt. Sed hic loquit̃ de illo, cuius crimẽ notorium eſt, uel ꝑ ſnĩam, uel p ꝓpriã cõfeſſionẽ, ut extra de cohab. cle. & mu. ueſtra. Immo ſi adhuc poſt ſententiam corrigi uoluerit, nõ dicam eum ſuſpenſum ipſo iure, ut 81. diſt. ſi qui ſunt presbyteri, extra de cohab. cleri. & mulier. cap. ſicut. B. tñ dicit hunc canonẽ fuiſſe quandoq; latæ ſententiæ: ſed hodie nõ eſſe: & hoc quod dixi ſpeciale eſt in hoc crimine fornicationis, ut notorius fornicator ſit ſuſpẽſus ipſo iure. & etiã ſimoniacus, ut §. uerũ ſed in alijs criminibus nõ eſt: expreſſũ & ideo licet notoria ſint, non eſt ꝑꝑ illo abſtinendũ ab officijs ipſorum. uel dic ꝙ licet notorius fornicator ipſo actu ſit ſuſpenſus; tamẽ ꝑꝑ cõtrarium actũ ipſo iure reſtituit̃ ei officium. 81. diſtin. ſi q ſunt. unde quam cito pœnitet, licitè celebrat. Io. Sed certè quidquid dicat Io. hoc tene pro certo, ſiue ſit notorium per ſententiam, ſiue per confeſſionem, uel per rei euidẽtiam de fornicatione ipſius, quòd uitari debet. ut ext. de cohab. cler. cap. ult. B.

Concubinarij an ſint in officio fugiendi.

c ¶ Quem ſcit. Scientia iuris, non facti. Io. 3.

3 Et ꝙ ſic debeat itelligi, probat̃ 20. q. c. 2. Ibi de hoc I gl. arg. ꝙ, & c. ubi ita not. Archid.

PRæter. ] CASVS. Capitulum hoc diuiditur in duas partes. In prima parte dř, ꝙ nullus debet audire Miſſam presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere, uel ſubintroductam mulierem. Hoc idem ſtatuit ſynodus ſub excõicatione ſeruandum, præcipiens,



Digitized by Google

vt talis ſacerdos Miſſam non cantet, niſi ceſſauerit, nec alia diuina celebret, cum his qui obediunt huic conſtitutioni, nec aliquid ab eccleſia percipiat. In ſcda parte quæ incipit ibi. [ Præcipientes etiam ſtatuimus. ] dr̃, ꝙ illi qui ſeruant caſtitatẽ, ſimul manducent & dormiant & decimas, & primitias, & oblationes ꝑcipiãt à laicis, quas qui non dederit, excommunicetur.

ſtiones ſcribit, & ſolutiones ponit. Diuiditur ergo hoc cap. uel hæc epiſtola ĩ duas partes. In prima parte ponuntur duæ quæſtiones: quarum prima eſt, utrũ ſacramenta ſint recipienda à criminoſis? Rñdet Vrbanus, ꝙ uera ſunt ſacramenta in ſui eſſentia a quocunq; fiant, dum-

tes fuerint, maneat, neque partem ab eccleſia [a] ſuſcipiat. ¶ Præcipientes etiam ſtatuimus, ut hi prædictorum ordinum, qui eiſdem prædeceſſoribus noſtris obedientes caſtitatem ſeruauerint, iuxta eccleſias, quibus ordinati ſunt, (ſicut oportet religioſos clericos) ſimul mãducẽt, & dormiant, & quidquid eis ab eccleſijs competit communiter habeant. Et rogantes α monemus, vt ad Apoſtolicã, communem ſcilicet vitã, ſummopere peruenire ſtudeant: quatenus perfectionem cum his cõſecuti, qui centiſimo fructu ditantur, in cęleſti patria mereãtur adſcribi. Deinde, vt decimæ, & primitiæ, ſeu oblationes uiuorum & mortuorum eccleſijs Dei fideliter reddantur à laicis; & ut in diſpoſitione [b] epiſcoporum ſint, quas qui retinuerint, à ſanctæ eccleſiæ communione ſeparentur. [c] Matth. 13.

α ¶ Et rogantes,] *Hæc vſque ad verſ.* deinde, *addita ſunt ex epiſtola muniſcripta Alexandri, quorum aliqua etiam ſunt in concilio Nicolai, in quo eſt præterea ſequens Verſiculus,* Deinde. *qui in epiſtola Alexandri non eſt.*

3 *Verum [d] principia harum auctoritatũ contraire uidentur Hieronymo, [e] & Auguſtino, [f] & cæteris, qui Chriſti ſacramẽta neq; in bono, neq; in malo hoĩe fugienda oſtendunt; ſicut ſubſequens cauſa; ſimoniacorũ plenius demonſtrat. Sed Vrbanus ſecundus in* [g] *epiſtola deſtinata præpoſito Sancti Iuentij* [h] *hanc contrarietatẽ determinat dicẽs.* 1.q. 1. neque in homine.

[*Ab* β *hoc* [i] *vero quod ſubiungitur in eadem epiſtola, id eſt, utrum ſit vtendũ ordinationibus, & reliquis ſacramentis à criminoſis exhibitis, vt ab adulteris, uel ſanctimonialium violatoribus, uel huiuſmodi: Ad hoc, inquam, ita reſpondemus. Si ſchiſmate, uel hæreſi ab*

a ¶ Ab eccleſia.] Hoc concedo in ſuſpẽſo à canone. Idẽ eſt in excõicato. extra de appel. paſtoralis nõ ita dico in ſuſpenſo ab hoĩe, ꝙ ibi ſtatim debeat amittere beneficiũ. 1 quia re legato ad tẽpus bona non adimuntur, niſi hoc in ſentẽtia exprimaĩ. C. de pęn. deportatorum, quia dũ alijs rationibus quis conſtringi põt, non ſunt ei ſubſidia ſubtrahenda. C. de execu. rei iud. ſtipendia. Io. immo dico, ꝙ nec hæc admitterentur, niſi in ſñia exprimeretur, quid de hoc iuris ſit, notatur in quęſtionib. B.

b ¶ In diſpoſitione ] arg. pro cõi uita clericorum. 2 ut 1.q.2. ſacerdos Sed, contra variæ ſunt conſuetudines ĩ. ea. placuit. extra de conſti. cum omnes, & de elect. cũ eccleſia Vulterrana.

e ¶ Separẽtur. ] Arg. ꝙ laici excommunicandi ſunt qui decimas uel oblationes ſoluere nolunt. 16.q.1. ſtatuimus. &c. reuertimini. 13. q.2. qui oblationes. 12.q.1. duo ſunt genera.

Clerico ex cõicato eſt ſubtrahẽdũ beneficium.

1 Fortè non bene dicit Io. quia qui nõ facit officium, non debet percipere beneficium. extra de cle. coniug. quod a te. & ca. diuerſis. Arch.

2 12.q.1. neceſſariũ. de conſec. diſt. 5. in omnibus ubi de hoc.

Excõicari poſſunt qui decimas nõ ſoluunt.

VERVM. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua ponit cap. Vrbani in quo dr̃ quæ differentia ſit inter ſacramenta celebrata a malis catholicis, vt in neceſſitate poſſint ſumi. & ſacramenta ab hæreticis, quę nullo modo poſſunt ſumi, præter baptiſma. Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſup. in c. nullus. & cap. præter hoc ꝙ nullus debet audire Miſſam ſacerdotis quem ſcit concubinã indubitanter habere. ſed hoc uidetur contradicere Hieron. & Augu. & multis alijs, qui dicunt ſacramenta non eſſe ſpernanda in bono uel malo prælato, ut 1.q.1. in multis cap. Sed hæc contrarietas ſoluitur in epiſtola Vrbani, quæ epiſtola infra ſequitur ſtatim.

d ¶ Verum.] Hic §. diuiditur in tres partes.

& Gallos irreuerenter implicat. Verum iſte (ſi ita eſt, vt audiuimus) merito iuuenis dicitur; qui iuuenilibus deſiderijs occupatus nulla † grauitate conſtringitur. *& inf.* Nam (vt Beatus dicit Hieronymus) venatorẽ[a] nunquam legimus ſanctum. *& infra.* Nihilo minus autem de hoc epiſcopo relatum eſt apoſtolatui noſtro; quod cum quadam filia ſua immoderatam teneat familiaritatem; & ob id mala fama[b] ei orta ſit: pro qua re a ſanctitate tua cæteriſq; coepiſcopis ſuis commonitus, atq; correptus eſt, ſed nullatenus emendatus: quæ res in hoc maximè diſplicet, & magis ac magis deteriorẽ de ſe reddit opinionem, in quo beatitudinis tuæ, & cæterorum coepiſcoporum ſuorum rationibus non obedit; & per inobedientiam in culpam protoplaſti relabitur. Oportet ergo fraternitatẽ tuam ſynodale cum epiſcopis[c], & ſuffraganeis tuis conuocare conciliũ, & hũc ſalutaribus eloquijs epiſcopum conuenire, atq; illi paſtorali auctoritate præcipere, quatenus ab omnium beſtiarum,[d] vel uolucrum venatione penitus alienus exiſtat; atq; ab immoderata filiæ ſuæ familiaritate ſemet omnino coerceat. quod ſi parere contempſerit, & tã pro venationis declinatione, quàm pro immoderata filiæ ſuæ conuerſatione vitanda vobis admonentibus obedire diſtulerit; a veſtro collegio excommunicatus abſcedat[e]. Quòd ſi in hoc contumax adhuc apparuerit, a miniſterio ceſſare debebit.

† *nulla ſenum grauitate.*] Iuo. ad c.5. Micheæ & in pſal.90.

men, vel verè nobiles. Arg. ext. de elec. venerabilem. & de præben. venerabilis.

a ¶ Venatorem.] Exiſtẽtem uenatorem: ne obijciatur de Euſtachio. 86. d. Eſau. ADDITIO. Sub qui prius fuit uenator. poſtea fuit ſanctus: poteſt tñ aliquis ſimul eſſe uenator & ſanctus. Archid.

b ¶ Fama.] Nõ quod aliquid ibi ſæui criminis exiſtimaretur propter fœdus naturæ. 1 ſ. quia corã omnibus eã nimis oſculabatur, & ponebat manus in gremium eius: & ideo fuit ei indicta purgatio. ſic extra. de pur. cano. ca. cum in iuuentute.

1 Ideſt propter ſanguinis ꝓpinquitatem extra de præſump. cũ in iuuentute. C. de epiſc. & cler. eũ qui. Arch.

c ¶ Epiſcopis.] Arg. quod ſolus metropolitanus nõ poteſt audire cauſam. 2 epiſcopi, etiam ciuilem, vt 11. quæſt. 1. ſi clericus. & 6. q. 4. ſi iter.

Archieps̃ ſolus cauſam epĩ audire non poteſt.

2 Scilicet mixtã vt hic erat. nam de uitio hic agitur. Archid.

d ¶ Beſtiarum.] Infra 86. diſt. qui venatoribus.

e ¶ Excommunicatus abſcedat.] Vt nõ interſit cum eis negotijs cõmunibus.

CON-

[*Ex concilio Aurelianenſi* α 4.]

### P A L E A. Cap. II.

EPiſcopum, presbyterum, aut diaconum canes ad venandũ, aut accipitres, aut huiuſmodi res habere non licet. Quod ſi quis taliũ perſonarũ in hac voluptate† ſæpius detentus fuerit: ſi epiſcopus eſt, tribus menſibus a communione β ſuſpendatur: diaconus vero ab omni officio & communione ſuſpendatur.

Extra de cler. vẽ. c. ſe. Burc. l. 2. c. 213. Iuo p. 5. c. 366. & p. 6. c. 288. & p. 13. c. 30. Pann. li. 3. c. 167.

† *al. voluntate ſæpius detentus.*

α ¶ Aurelianenſi.] *Hac palea etiam in decretalibus tit. de cler. uen. c. 1. citatur ex concilio Aurelianenſi, & in Pannormia ex c. 8. Sed in Aurelianenſibus, quæ extant non eſt inuenta: Burchardus, & Iuo p. 6. ca. 288. citant ex Meldenſi. Eadem uero ſententia eſt in Agathenſi, c. 55. (quod etiam citat Iuo p. 5. c. 366. & p. 13. c. 30.) & in Epaunenſi, c. 3.*

β ¶ A cõmunione.] *In decretalibus legitur* a cõione ſi presbyter, duobus; ſi diaconus, ab omni officio ſuſpendat. *Apud Burch. eſt*, ſe a cõione ſuſpendat, presbyter duobus. diaconus vno ab omni officio & † cõione ſuſpendatur: *neq; multo aliter apud Iuonẽ p. 6. & in conc. Epaunenſi. In Agathenſi aũt, & apud Iuonẽ p. 5.* Se a cõione ſuſpendat, presbyter duobus menſibus ſe abſtineat: diaconus vero ab omni officio, & communione ceſſabit. *Verũ apud eundẽ Iuonẽ p. 13. ex conc. itẽ Agathenſi hoc modo legitur*, ſe a communione abſtineat †: presbyter duobus menſibus ſe abſtineat: diaconus vno ab omni officio, vel communione ceſſet.

† *al. vel.*

† *al. ſuſpendat.*

### P A L E A. Cap. III.

OMnibus ſeruis Dei venationes, & ſiluaticas vagationes † cum canibus; & vt accipitres, aut falcones habeant, interdicimus.

Ext. de cler. uen. c. 2. Burch. li. 2. c. 214. Iuo p. 6. c. 289.

† *al. fatigationes.*

¶ *Hæc etiã Palea habetur eo. tit. de cler. ven. c. 2. vbi ex eod. concil. Aurelianẽſi citatur quemadmodũ & apud Burchard. & Iuonem. Sententia iiſdem penè uerbis eſt in ſynodo Francica ſub Zacharia Papa, quæ & conciliorum tomis eſt inſerta, & habetur lib. 5. capitular. c. 2. & manuſcripta etiam inter epiſtolas Zachariæ in codice ſæpè memorato monaſterij Dominicanorũ.*

*Cõcubina [a] aũt hic ea intelligitur, quæ ceſſantib. legelib. inſtrumẽtis unita eſt, & cõiugali affectu aſciſcitur, [b] hanc coniugẽ facit affectus, concubinã vero lex [c] noĩat.*

*De hac dicitur in concilio Toletano 1. c. 17.*

¶ Qui non habet vxorem, ſed loco illius concubinam, a communione non repellitur. Cap. IV.

IS, [d] qui nõ α hẽt vxorẽ, & pro vxore concubinã hẽt, a cõione nõ repellatur: tamen † vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ ſit coniunctione [e] contentus.

α ¶ Is qui non.] *Integer concilij canon, qui apud Iuonem quoq;, & ĩ Pannormia refertur, eſt hic.* Si q̃s habẽs uxorẽ fidelis, concubinam habeat; non cõmunicet. Cæterũ is, qui non hẽt vxorem, & pro vxore concubinam hẽt; a cõione non repellatur: tamen, † vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ (vt ei placuerit) ſit coniunctione contentus. Alias viuens abijciatur, donec deſinat, & ad pęnitentiam reuertatur. *Neq; uero omne concubinarum genus eo ẽt tpe permittebatur. De quibus quid in legibus gentilium Imperatorũ legatur, nihil opus eſt referre. Certe Iuſtinianus nouella 18. c. 5. (vt eſt apud Iulianum anteceſſorẽ) quaſdam concubinas cõparat quodãmodo uxoribus: quæ ſine dotalium tabularũ ſolemnitate ducta fuerant. Ad qđ concubinarum genus referendum eſt quod ſcripſit B. Aug. in lib. de bono coniugali, & refertur inf. 32. q. 2. c. ſolet. In quibus hæc tria erant neceſſaria: primũ, vt uterq; eſſet ſolutus: deinde fides mutua, qđ alteri non iungerentur, neq; a procreatione filiorũ abhorrerent: tertium, vt uſq; ad mortẽ in ea victa coniunctione manendũ ſibi proponerent. Et in his quidem ſcribit B. Aug. poſſe aliquo modo dici, nuptias eſſe & cõnubium: quãuis ſic habitam non audeat appellare uxorem: quia non interuenerant inſtrumẽta dotalia, & alia, quæ iure ciuili, & canonico requirebantur, ut eſſet legitima uxor: quod habetur in prædicta nouella 18. & inf. 30. q. 5. c. aliter. Itaque huiuſmodi mulieres, cum non eſſent uxores, uocabantur cõcubinæ: ſed ob illa tria, ac præcipuè, qđ in affectu maritali permanere ſtatuerant, permittebatur ipſis communicare: habebanturq; tanquam uxores minus ſolemniter ductæ. Et hoc eſt; quod hic, & in ſeq. cap. dicitur pro uxore, & loco uxoris habere concubinam. Idque Gratian. ipſe ad finẽ capitis antecedentis, §. cõcubina. indicauit. Nã concubinarũ ad tp̃s adhibitarum, etiam ſi filiorum procreandorum cauſa haberentur, plane illicitus erat concubinatus: quod aſſerit idem B. Aug. c. audite. infra ead. & in eodem libro de bono coniugali, c. concubina. infra 32. q. 2.*

*Item Iſidorus de diſtantia † noui & ueteris teſtamenti.*

¶ De eodem. Cap. V.

CHriſtiano [f] non dicam plurimas, † ſed nec duas ſimul habere licitum eſt niſi vnam tantum aut vxorem, aut certe loco vxoris, ſi (coniux deeſt) concubinam.

[*Ex dictis Auguſtini in lib. 50. homiliarum, homilia 49.*]

PALEA. Cap. VI.

AVdite chariſſimi mẽbra Chriſti, & matris catholicæ eccleſiæ filij. Qđ dico competentib. α & fidelib. audiant pęnitentes. Quod dico fideli

Iuo p. 8. c. 64.
Pann. l. 6. c. 49.
† *al. tantum.*

† *al. fidelem.*

† *al. tantum.*

† Cum hoc tex. cõcordat Alex. de Im. ĩ l. & ſi poſt tres. circa prin. ff. ſi q̃s cau. & gl. in authent. de trien. & ſe. §. & ꝙ ſæpe in ver. filiorũ. & ibi no. Ange. col. 3. ad hoc ꝙ dictio, plurimas, importet numerũ trium. Item adde Bart. in l. ſi gemma. ad fi. ff. arb. fur. cæ.

† *al. conſonantia.*

Iuo p. 8. c. 66.
Pann. l. 6. c. 50.

Burc. l. 9. c. 15.
Poly. l. 6. tit. 8.
Iuo p. 8. c. 153.
Pann. l. 6. c. 43.

CONCVBINA. CASVS. Dicitur hic ꝙ in præcedẽti diſt. accipitur concubina q̃ cognoſcitur vxoris affectu: ſed non fuit ducta cum ſolẽnitate, & talem lex concubinam vocat. Duo ſequentia capitula plana ſunt.

a ¶ Cõcubina.] Hic reſpicit id quod dixi ſup. proxi. d. c. 1.

b ¶ Aſciſcitur.]. i. amplectitur.

c ¶ Lex. 1] Canonica. vt inf. cap. proxi. vel ẽt lex ciuilis: q̃a concubinatus a lege nomen accepit, ut ff. de concu. in concubinatu.

d IS, qui.] 30. q. 5. aliter. cõtra. Sed ibi loquitur quando non conſtat de mutuo conſenſu.

e ¶ Coniunctione.] Secundum leges ita eſt, quod ſi impares ſunt perſonæ cõtrahentium, non præſumitur matrimoniũ, niſi dotalia inſtrumenta interueniãt. C. de nup. Imperialis. §. imo. & illud, ff. de do. donationes, ſecus ſi pares. ff. de ritu nupt. ĩ liberæ. ſm canones ſp̃ præſumitur adulteriũ niſi appareant legales ſolẽnitates ut 30. q. 5. aliter 2 ext. de cl̃ãde. deſpõ. cum inhibitio.

f CHriſtiano.] ¶ Cõcubinã.] Ideſt, mulierẽ non ſolemniter ductam: ſi tñ mutuus conſenſus interuenit. aliàs concubinam non licet habere, ut 32. q. 4. nemo. 3

CÆTERVM

1 Nam & ca non lex appellatur. 31. diſt. Nicæna Arch.

2 De hoc no. ea. q. noſtrates. in fin. & 3. q. 4. cõſanguineorum. in prin.

3 Et 35. q. 5. de cõſanguinitate. nam nulli fornicari licet 88. d. fornicari. Hug.

Digitized by Google

bus,& dico competentibus , & pœnitentibus. Audiant catechumeni; audiant oēs, omnes timeant; nemo cōtēnat: ſit mihi in cōſolationem veſter auditus, ne vobis ſit in teſtimonium dolor meus, Competentibus, dico, fornicari vobis non licet: ſufficiant vobis vxores β: audiat Deus: ſi vos ſurdi eſtis: audiant Angeli, ſi vos contemnitis. Concubinas vobis habere non licet, & ſi non habetis vxores; tamen non licet vobis habere concubinas, quas poſtea dimittatis, & ducatis vxores, tanto magis damnatio vobis erit, ſi volueritis habere vxores, & concubinas.

α ¶ Competentibus.] *Hoc loco verba ſunt ex originali ī ſuū ordinē reſtituta. Qui aūt vocarentur cōpetentes, declarat B. Auguſtinus in ſermone ad competentes, atque intelligi etiā poteſt ex eodē B. Auguſtino alibi, & ex alijs.*

β ¶ Vxores.] *In hac præcipue parte nō ſunt relata ꝓpria verba B. Auguſtini, ſed nōnulla omiſſa, ac mutata. Nā ipſe ita ſcribit:* Sufficiāt vobis vxores, aut nec vxores: cōcubinas vobis habere nō licet: Audiat Deus, ſi vos ſurdi eſtis: audiāt Angeli eius, ſi vos cōtēnitis: cōcubinas vobis habere nō licet: ſi audiāt cōpetētes, quod dico fidelibus, nō habetis vxores, nō licet vobis habere cōcubinas, quas poſtea ducatis vxores; q̃to magis dānatio vobis erit, ſi hr̄e volueritis, & cōcubinas, & vxores dimittatis?

3 *Cæterum, ſi non talis concubina fuerit, & ætas illius, de quo agitur, futuræ incontinentiæ ſuſpicionem auferre dinoſcitur, apoſtolica conceſſione ad ordinem diaconatus prouehi poteſt.* † al. Florentia.

*Vnde Pelagius Papa ſcribit Florentino † epiſcopo.*

¶ Qui poſt mortem vxoris habuerit de ancilla filios, diaconus fieri permittitur. Cap. VII.

Fraternitatis tuæ relatione ſuſcepta, eius latorem ſecundas quidē nuptias expertū nō fuiſſe didicimus; caſtitatem tamen eū † priori non ſeruaſſe coniugio deſignaſti, & quāuis multa ſint, q̃ in huiuſmodi caſibus obſeruari canonice iubeat ſublimitatis † auctoritas: tñ qͣ defectus noſtrorum temporū, quibus non ſolum merita ſed corpora ipſa hominum defecerūt, diſtrictionis illius non patitur [a] in omnibus manere cenſurā, & ætas iſtius de quo agitur, futuræ incōtinentiæ ſuſpicionem auferre dinoſcitur, vt ad diaconatum poſſit prouehi, temporum vt dictū eſt, conſcendentes defectui conceſſiſſe nos noueris. *& infra.* ¶ Micęnam † vero ancillā eius, de qua ſe poſt tranſitum vxoris filios habere confeſſus eſt, iubemus vt tua diſpoſitione cuiquam monaſterio continentiam profeſſura [b] tradatur γ.

Anſ.l.6.c.68.al.73. Poly.l.2.tit.1.
† al. cum.
† al. ſubtilitatis.
† al. Micinam.

γ ¶ Tradatur.] *Apud Anſelmū ſequitur:* vt meliori forte ad quod ꝓmouetur officium, ſub bonæ poſſit famæ merito miniſtrare: nec aliqua opinionis eius maculandæ relinquatur occaſio. *neque multo aliter in Polycarpo.*

*Hoc ex diſpenſatione miſericordiæ: cæterum ex rigore diſciplinæ intelligitur illud Aurelianenſis δ concilij.*

δ ¶ Aurelianenſis.] *Hæc ad uerbum habentur in conc. Gerundenſi.c.8.*

CAETERVM. Hæc eſt tertia pars diſ. in qua dicitur, ꝙ vero concubinario ex cauſa poteſt diſpenſari Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſupra, ꝙ ſi quis præter vxorem habuit vxoris affectu cōcubinam promoueri nō poteſt: ſed ſi fornicariā habuit, nec habet ſuſpectus de incōtinētia in futuro, poterit ꝓmoueri.

Fraternitatis.] CASVS. Clericus quidā mortua vxore in ſubdiaconum eſt promotus, qui ſecundas nuptias non contraxit, verumtamē cū Micęna ancilla ſua fornicationē commiſit: modo volebat in diaconum ordinari: vnde quęſiuit Florētinus epiſcopus an poſſit? Et reſpondet Pelagius Papa quod ſic, duabus rationibus. Vna eſt, qͣ defectus noſtri temporis nō patitur rigorem antiquorum canonū valere: & quia ætas iſtius ſubdiaconi ſuſpicionē incontinētiæ a ſe remouere videtur: Micæna vero ancilla, de qua cōfeſſus eſt filios habuiſſe, monaſterio tradatur. Plana ſunt quę ſequuntur, vſq; ad §. quod ergo.

a ¶ Non patitur.] Ecce caſus vbi plus iuris habet luxuria quā caſtitas quia caſtus repelleret ſi ɔ̄xiſſet cum ſecunda, ſed fornicator non. ad idem facit extra de biga. quia circa. Item per iſtud cap. quidam dicūt derogatum eſſe illi 25. diſtin. cap. vlt. quia cū iſtud ſit æquitas. 1 & illud rigor, merito ęquitas præponit̄ rigori, vt 45. diſtinct. licet 50. diſt. ponderet. extra đ fur. cap. vlt. C. de iud. placuit

Luxuria qñque plus iuris habet q̃ caſtitas.

Imo fuit diſpenſatum vt infra. §. ꝓxim. & not. ſup. d. prox. cap. 1.

b ¶ Profeſſura.] Alibi dr̄, ꝙ debet vēdi, vt 10. d. quidā alibi dr̄, ꝙ redigit̄ ī ſeruitutem, vt 32. d. cos. Sed dic, ꝙ diuerſitas pęnarū epiſcopo dat optio-

1 De hoc no. 21. q. 2. in ſum. Religionem qñq; cogitur quis intrare.

optionẽ, 1 vt ext. de off. deleg. de cauſis. Vel diſtinguas an ſint publicæ ductæ quaſi vxores, uel non. 15. q. vlt. cũ mulier. Sed qualiter præcipit iſti intrare religionẽ, cum hæc res non ſit ꝑcepti, vt 32. q. 1. integritas? Dic ꝙ rõne delicti cogit intrare monaſteriũ qñque aliqs ad agendam

ſeruant: vel quia corruptæ erant cum quibus contraxerunt, vel meretricari non ceſſant, licet in vxores ducantur, & hoc probatur per c. quæ ſequuntur.

b ¶ Meretricari.] Hæc ratio non valet: quia nunquam maritus corruptæ promouetur.

¶ Non admittatur ad clerum, qui præter vxorem, aliam cognouerit. Cap. VIII.

Burc. l. 2. c. 38. Iuo p. 6. c. 139.

SI quis de laicis poſt vxorem, aliam cuiuſcunque conditionis cognouerit mulierem, in clericum nullatenus [a] admittatur.

4 *Quod ergo de pellice, & meretrice apud Greg. & Innocentiũ ſcribitur; propter ſpem futuræ incontinentiæ conſtitutum creditur: quia difficile continẽtiam ſeruat, qui ſe illicito concubitu maculare non metuit. Vel † prohibetur ordinari, qui pellicem, vel meretricẽ cognouerit maritali affectu: vel quia corrupta florem virginitatis amiſerit, vel quia meretricari [b] non deſinit, licet in vxorem ducatur. Vtrumque .n. impedimentum cuilibet præſtat, quominus ad ſacros ordines pertingere valeat.*

† al. &.

*Vnde Hilarius Papa in ſynodo Romana, c. 2. ſcribit dicens.*

¶ Qui virginem non duxerit vxorem, ad ſacros ordines non accedat. Cap. IX.

Anſ. l. 7. c. 12. al. 15. Pann. l. 3. c. 50. † forte] *Syllacino.* † *[Cauendum]* orig. † *gradus*] orig.

CVrandum † ergo in primis eſt, ne ad ſacros ordines † (ſicut geſtis prioribus ante præſcriptum eſt) quiſquam, qui vxorem non virginem duxit, [c] aſpiret.

*Item Gregorius vrbis Romanæ præſul Squilatino † epiſc. lib. 2. epiſt. 25.*

¶ Bigamus, vel pœnitens, corpore vitiatus, literas ignorans, curiæ vel conditioni obnoxius, clericus non fiat. Cap. X.

Anſ. l. 7. c. 35. al. 42. Poly. l. 2. tit. 31. Iuo p. 8. c. 288. † *al. pænitentem. al. publice pænitentẽ. al. ſolenniter pœnitentem.*

PRæcipimus, ne vnquam illicitas ordinationes facias; nec bigamum, aut qui virginem non eſt ſortitus vxorem, aut ignorantem literas, [d] vel in qualibet parte corporis vitiatum, [e] vel pœnitentiæ † vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium ad ſacros ordines permittas accedere, ſed ſi quos [f] huiuſmodi repereris, non audeas promouere.

*Item in Neocæſarienſi concilio, c. 8.*

¶ Non fiat ſacerdos cuius vxorem euidenter conſtat adulterium admiſiſſe. Cap. XI.

Anſ. l. 7. c. 29.

SI cuius vxorem adulterium cõmiſiſſe, cũ eſſet laicus, euidẽter fuerit comprobatum, hic ad miniſterium eccleſiaſticũ admitti [g] nõ poteſt. Quòd ſi in clericatu iam

CVrandum.] CASVS. In hoc c. dĩ, ꝙ ad ſacros ordines promoueri non põt q vxorẽ virginẽ ſortitus non fuerit.

c ¶ Virginẽ duxit.] 30. q. 5. qualis.

PRæcipim⁹.] CASVS. Septẽ gña hominum in hoc c. enumerantur q a ꝓmotione repellunt. vt bigamus, &c.

d ¶ Ignorantem literas.] Scilicet prorſus, vt 36. d. illiteratos. 3

e ¶ Vitiatũ.] Enormiter.

f ¶ Sed ſi quos.] Iã ordinatos ſuppl. aliter idem repeteret.

SI cuius.] CASVS. Aliquis accepit virginem in uxorẽ: ipſa poſtea adulterium cõmiſit: quærebatur vtrum talis deberet promoueri, vel remanere in ordine iã ſuſcepto. Et rñdet, ꝙ ſi laicus eſt nõ põt poſtea ad eccleſiaſticum ordinẽ promoueri: ſi clericus eſt, dimittat eã, alioquin ſit a miniſterio alienus. Idem eſt ex toto caſu ſequentis capituli.

g ¶ Admitti.] Sed nõne hic vr̃ nimius rigor, ꝙ aliquis ſine culpa ſua puniat? 4 Propter hoc intelligunt quidam quod hic dicitur, qñ maritus patronus eſt turpitudinis, & leno: ſed certe tunc repelleretur ꝑ proprium delictum, vt 32. q. 1. c. 1. &c. Dic ergo ꝙ ideo prohibetur, q̃a eſt marit⁹ corruptæ:

3 Et 1. q. 1. §. ecce ſi clericus uer. hoc ſol. ex. l. 6. de temp. or. nullus. uer. pœna imponit talẽ ordinanti.

4 Sub. quod fieri nõ dẽt, ut in 16. q. 7. inuentũ, 56. d. ſatis. 74. d. geſta. Arch. Maritus ſine metu bigamiæ an uxori debitũ reddere poſſit pendente accuſatione adulterij.

dam pœnitentiam, vt 50. d. ſi ille. & 81. d. ſi quis clericus: vel expone, iubemus, ideſt, conſulimus.

a SI quis. ¶ Nullatenus.] Hic de ſtricto iure loquitur, vt 2 illud 25. d. primum.

Sub. & illud. 1. q. 7. ſi quis omnẽ.

QVOD ERGO. Hæc eſt quarta pars huius diſt. qua probat per ſex auctoritates ſanctorum patrũ, quòd nullus epiſcopus debet ordinare bigamum, vel viduæ maritum, illiteratum pœnitentem, obnoxium curię: nec illum qui cognouit vxorem ſuam poſtquam ſciuit illam adulteram. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictũ eſt ſup. in c. fraternitatis, ꝙ ille qui fornicatus eſt, põt promoueri, ſed quia videbat contrariũ ei, qd dictum eſt, s. in 33. d. in c. maritum, & cap. laici. ideo conſtitutũ eſt, q̃a tales cũ difficultate continentiã ſeruant:

tũ ſi non cognouit eam poſt adulterium perpetratum, promouetur, vt inf. ead. c. vlt. Sed pone ꝙ vir accuſet vxorem de adulterio: nunquid pendẽte accuſatione tenetur ei reddere debitum, ſi talis eſt, qui vult ꝓmoueri? Dicunt quidã ꝙ nõ: q̃a ſi reddit, fit ei præiudiciũ: ſicut nec cogitur reddere debitũ ei quam audiuit eſſe ancillam, ut extra de coniugio ſeruorum, propoſuit. 5 Sed tñ ibi alia ratio eſt: quia cum ſerua non eſt matrimonium, ſed hic eſt matrimonium. vnde melius videtur ꝙ ſibi præiudicet cognoſcendo eam, q̃ ꝙ illi iniuriam faciat, ſ. denegando ei debitum, & ſm hoc ſequitur ꝙ aliquis punitur ex eo, qđ tenetur facere ex neceſſitate, & eſt contra id 23. q. 4. Nabuchodonoſor 6 ubi dicitur, quod nemo puniendus eſt, ex eo, qđ neceſſe hẽt facere.

5 Vbi de hoc & ext. de adul. c. ult. ibi uideas.

6 Alias incipit uaſis iræ.

Item ex hoc ſequeretur, ꝙ aliquis pro vno facto merete tur pœnã & præmiũ: quod eſt contra id 8.q.1.ſciendum. Itẽ ex hoc ſequitur, ꝙ aliquis ꝓ vno facto & meretur & demeretur: quod eſt contra id ff. de neg. geſt. ſiue meretur enim dum cognoſcit vxorem, vt 33. q.5.cap.1. Et ꝙ vna res habet contrarios effectus: quod eſt contra id ff.de ſol.qui holem. §.ult.Ioan. Poſſet tñ dici, quòd ſi maritus reddat debitũ uxori corruptæ, non præiudicet ſibi q̃n poſſit promoueri: quia tunc potius dicitur cognoſci ab uxore, q̃ cognoſcere ipſam ut 32. q. 5. ita ne. ſicut nec facit ſibi ꝓiudiciũ quin poſſit eã accuſare de adulterio: licet ſit argu. contra 33. q. 1. ſi qs 1 ff.ſol.mat.cũ mulier. ff. de adulte. ſi uxor.§. ult. qd iuris ſit de hoc, in q̃ſtione notaui, ibi Videas. &c. Poſſet tñ probabiliter dici, ꝙ ſibi præiudicat quo ad legẽ ꝓmotionis, quæ factum ſolũ requirit, non quo ad legem Moſaicam, ut 35.q.1.§.ſi. non obſtat, ꝙ inuitus hoc fecit, uel paſſus fuit arg.26.diſt. acutius. hoc totum determinat decre. extra ut lite pen.c.2. Barth.

§.clericos autem non aliter ordinari.coll.9.

b ¶ Laicus.] Ideo dicit de laico, quia minus videtur de eos vel ideo quia ſi clericus hoc faceret, non ſolum non promoueretur, ſed omni priuilegio eccleſiaſticæ dignitatis priuaretur, ut 84.d.quiſquis.

1 De hoc ea. q.c. 1. & 33. q. 2. placuit.

eo conſtituto, adulterauit, dato repudio, dimittere eam debet. Si vero retinere eius conſortium velit, non poteſt, ſuſcepto miniſterio perfrui.

*Item ex concilio Martini Papæ.*

Apud Martinũ Bracarenſem, cap.28.

¶ De eodem. Cap. XII.

SI laici † vxor in adulterio fuerit depreheſa, hic talis ad miniſterium eccleſiaſticum nullo modo adducatur. Si autem poſt ordinationem alicuius clerici vxor adulterata fuerit, dimittat eam. Si autem cum ipſa voluerit permanere, a miniſterio alienus ſit.

† *alicuius laici* ] orig.

*Præmiſſis auctoritatibus, bigami, & qui virgines non ſunt ſortiti vxores, a ſacris ordinibus prohibentur. Sed quæritur, ſi quis ante baptiſma viduam duxerit vxorem, an propterea ſit prohibendus a ſacris ordinibus?*

*De his ita ſcribit Innocentius Papa Victricio Rothomagen. epiſcopo, epiſt.2.c.5.*

¶ Qui ante baptiſma, ſeu poſt baptiſma viduam duxit vxorem, non admittatur ad clerum. Cap. XIII.

SI quis [a] viduam (licet laicus [b]) duxerit vxorẽ, ſiue ante baptiſmum, ſiue poſt baptiſmum, nõ admittatur ad clerum: quia eodẽ vitio [c] videtur excluſus. In baptiſmo enim crimina dimittuntur, non acceptæ vxoris conſortium relaxatur. *& infra.* ¶ Quòd ſi non putatur vxor eſſe computanda, quæ ante baptiſmum ducta eſt, ergo nec filij, qui ante baptiſmum geniti ſunt, pro filijs habeantur.

Anſ.l.7.c.11. Iuo p.6.c.55.

C.6.eiuſdem epiſt.

*Prohibentur etiam bigami a quolibet ordine clericatus, iuxta illud Amb. epi. 82. ad Vercellenſem eccleſiam.*

¶ Qui ſecunda coniugia ſortitur; clericus non fiat. Cap. XIIII.

COgnoſcamus non ſolum hoc de epiſcopo, & preſbytero [d] Apoſtolum ſtatuiſſe; ſed etiam Patres in concilij † Nicæni tractatu addidiſſe, [e] neque clericum quemquam debere eſſe, qui ſecunda cõiugia ſortitus ſit.

Iuo p.8.c.290. Pann.l.6.c.63. † *concilio Nicæno tractatus* ] orig.

5 *Similiter etiam viduarum mariti, vel ancillarum, vel meretricum, clerici fieri non poſſunt.*

*Vnde in canonibus Apoſtolorum, c. 18. legitur.*

SI laici.] PRAEMISSIS. CASVS. Ex ſupradictis īfert Gratianus, ꝙ bigami, & qui uirgines non habuerunt uxores: promoueri non poſſunt. Nunc incidenter quærit, an ille, q ante baptiſma uiduã duxerit uxorem, poſſit ꝓmoueri: & probatur, quod non, per ſeq.c.

SI quis uiduam.] CASVS. Quidam dicebat, quod ſi quis ante baptiſma uiduã duxerit in uxorẽ, ꝙ propter hoc non debet repelli a promotione: quia illa uxor non reputatur: quare Victricius Rothomagen. epiſcopus quæſiuit, an hoc eſſet uerum? Et reſpondet Innoc. ſiue ante baptiſma, ſiue poſt uiduam duxit uxorem, repelli debet a promotione: quia eadem cauſa uidetur excluſus qui ante baptiſma duxit eam, qua is qui poſt baptiſma. Nam in baptiſmo uitia dimittuntur, & non conſortium uxoris: alioquin qui ante baptiſma nati ſunt, non debent filij reputari. Omnia quæ ſequuntur uſque ad c.ſi ſubdiaconus per te uidere potes.

a ¶ Si quis.] Hoc bene habes in Authen. de ſan. epiſco.

c ¶ Vitio.] Ideſt, defectu. 2 ſi.56.d. quia ſimpliciter. & 26.diſt.acutius.

d COgnoſcamus. ¶ Et presbytero.] Supple & diacono.81.d.c.1. e ¶ Addidiſſe.] Aug. tamen dicit, ꝙ ſecundum interpretationem Apoſtolus intellexit. 3 de quolibet ordine, ut 81.d.c.1.

SIMILITER. Hęc eſt 5. pars diſtinct. in qua dicit quod qui contrahit cum ancilla, uel cum ioculatrice, non poteſt fieri epiſcopus, uel presbyter. Ioann. de Fan.

2 Vel ideſt impedimento.

3 Et lex dicit, quod ex mente legis eſt per inde accipiendum ac ſi ex verbis legis eſſet ff. de uerbor. ſignific. nominis.§. uerbum.

a ¶ Si

a SI quis.] ¶ Ancillam.] Sed quare hic prohibetur, cũ tamen eo ipſo ꝙ aliquis ducit ancillam ſuam [1] in uxorem, ipſa libera efficiatur? ut C. de la. li. tol. authen. ad hoc. & C. de oper. lib. libertę. ſimiliter tenet matrimonium cum aliena ancilla, ut 29. q. 2. cap. 1. & 2. Rñdeo

Ancilla cum dño contrahens libera efficitur.

liter cognoſcendo. Lau.

d ¶ Meretrix.] Alibi dicitur meretrix cuius turpitudo publicè uenalis eſt. 32. q. 4. meretrices. 2

e ¶ Quæ multorum.] Quæ admiſerit plures quàm 23. milia hominum. vt 45. diſt. diſciplina. uel quæ admiſit 60. ut extra de clerico excommun. cap. latores.

2 Adde glo. de ſpon. inter opera gl. & Cyn. in leg. mercalẽ. C. de con. eb tur. cauſam. Bal. in l. neq; natales C. de ꝓb.

¶ Spectaculis publicis mancipatam vel eiectam, vel ancillam ducens vxorem, diaconus non fiat. Cap. XV.

SI quis viduam, aut eiectam acceperit, aut meretricẽ, aut ancillã, [a] vel aliquam de ijs, quæ publicis ſpectaculis mancipantur: nõ poteſt eſſe epiſcopus aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui miniſterio ſacro deſeruiunt.

6 *Quæ autem ſit vidua, quæ eiecta, vel meretrix, Hieronymus epiſt. 128. ad Fabiolam de veſte ſacerdotali oſtendit dicens.*

¶ Quæ ſit vidua, vel eiecta, vel meretrix. Cap. XVI.

Iuo p. 8. c. 297. Pann. l. 6. c. 68.

VIdua eſt, [b] cuius maritus [c] eſt mortuus: Eiecta eſt, quæ à marito viuente projicitur; Meretrix, [d] quæ multorum [e] libidini patet.

Apud Martinum Braca. c. 44. Ex concil. Toletano 1. c. 4. † Hæc verba. *non regulam præfigendo.* abſunt ab aliquot exemplarib.

7 *Sed poſtea temporum defectui condeſcendens Papa Martinus in minoribus ordinibus eos conſtitui permiſit, non † regulam præfigendo, dicens.*

¶ Inter lectores, vel oſtiarios deputetur ſubdiaconus ſecundam ducens vxorem. Cap. XVII.

SI ſubdiaconus [f] ſecundam vxorem duxerit, inter lectores [g] vel oſtiarios habeatur, ita vt Apoſtolum nõ legat.

*Neceſſitate tamen exigente bigamus vſque ad ſubdiaconatum poteſt promoueri.*

Ibidem. c. 43. Ex conc. Tole. 1. c. 3.

*Vnde Martinus Papa ait.*

¶ Viduam ducens vxorem ſubdiaconus, ſi neceſſitas exigat, fieri poteſt. Cap. XVIII.

LEctor, ſi viduam alterius, vxorem acceperit, in lectoratu permaneat; aut ſi fortè neceſſitas, ſit, ſubdiaconus fiat; [h] nihil autem ſupra. Similiter ſi bigamus fuerit.

8 *Quibus autem propria coniugia prohibentur, interdicitur etiam nuptialibus conuiuijs intereſſe.*

*Vnde in Agathenſi concilio, cap. 39. legitur.*

¶ Nuptiarum conuiuijs presbyteri intereſſe non debent Cap. XIX.

Burc. l. 2. c. 134. Iuo p. 6. c. 208. Poly. l. 4. tit. 31.

PResbyteri, diaconi, ſubdiaconi, vel deinceps, quibus

SED POSTEA. Hæc eſt vii. pars huius d. ĩ qua ponit quomodo olim cũ bigamis diſpenſatum fuit vt ſubdiaconi eſſent Io. de Fan.

SI ſubdiaconus.] CASVS. Quidam promotus ad ſubdiaconatum ſecundam duxit uxorẽ. quærebatur quam pœnã pati deberet? Et reſpõdet Martinus Papa, ꝙ dẽt redigi iter minores ordines: epiſtolã vero poſtea legere nõ debet. Sequens autẽ §. patet.

f ¶ Si ſubdiaconus.] Collige caſum ex eo quod habetur ſup. 31. diſt. §. ſimuliter. in fin e.

g ¶ Inter lectores.] Hoc ex diſpenſatione, ſed de iure communi perdit priuilegium clericale, vt 84. diſt. g ſi quis, ideo fit hoc ex diſpenſatione, ꝙ remanet in ſacris minoribus ordinibus.

LEctor.] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ ſi aliquis in minoribus ordinibus cõſtitutus uiduam duxit in uxorem, uel bigamus fuerit, ex diſpenſatione poterit ad ſubdiaconatũ promoueri, aliàs ſi.

Diſpenſatio utrum poſſit cũ bigamo fieri.

h ¶ Fiat.] Sic ergo Papa [*] diſpenſat cõtra Apoſtolũ, ut hic, & 32. d. presbyter. Innocentius tamen dicit, ꝙ non licet diſpenſare cum bigamo, ut extra de bigamis, nuper & hoc idẽ dicit Martinus.

* *Non eſt abſurdum ignoad ius p ſtinum. Vide Beatum Tho. 4. diſt. ... q. 3.*

deo propter prærogatiuã ſacerdotii. Vel ideo quia non uidetur ibi eſſe plenum matrimonium, ut 32. q. 2. ſicut non omnis, & ideo non videtur ibi eſſe plenum ſacramentum. 1 Vel hoc ideo contingit: quia vilis perſona præſumitur qui contrahit cum ancilla.

1 Ideſt, tãle mr̃monium non vr̃ plenè deſignare Chriſti & eccleſiæ ſacramentum, ſecũdũ Lau. & Hug.

b VIdua eſt.] Vt hoc melius intelligas, dic quod vidua dicitur quæ a uiro idua, ideſt, diuiſa uel ſeparata eſt. Nam iduo, uas, dicitur ſeparare uel diuidere & dicitur ſic ab idus quod eſt diuiſio vel ſeparatio, ſecundũ Poly. & dic uidua, ſcilicet ex cuius copula quis impeditur. Hug. Ioan. de Fan.

c ¶ Maritus.] Qui in eam geſſit maris ritus, eam carna-

50. diſtin. ſi quis uiduam. Lucius tamen diſpenſauit cũ Pannormitano archiepiſcopo, qui fuit bigamus. Item habes hic, ꝙ licet ſit diſpenſatum in uno ordine, non ideo intelligitur diſpenſatum in cæteris, ut 12. diſt. nos conſuetudinem. & 50. diſt. quicumque pœnitens ſic dĩſpenſatur in primo matrimonio, & non in ſecundo, vt 36. quæſt. 2. ſi autem.

PResbyteri.] CASVS. Dicitur hoc c. ꝙ illi quibus non eſt licitum contrahere matrimonia conuiuijs nuptiarum intereſſe non debent. ne propter motus obſcænos & turpia cantica, uiſus & traditus eorum contaminentur.

ducendi vxores licentia nõ eſt, a etiam alienarũ [a] nuptiarũ euitent cõuiuia; nec his cętibus miſceãtur, vbi amatoria cantantur, & turpia; aut obſcæni motus corporum choreis, & ſaltationibus efferuntur; ne auditus, aut obtutus ſacris myſterijs† deputati turpium ſpectaculorũ, atque verborum contagione polluantur.

† al. miniſterijs

a ¶ Licentia non eſt. ] *In codicibus impreſſis legebatur,* licentia modo non eſt. *Expuncta eſt dictio,* modo. *quæ neque in originali, neque in vetuſtis exemplaribus Gratiani, aut Burch. Iuone, cõcilio Venetico. c. xi. (vbi de hoc idem reperitur) habetur. Ac presbyteris quidem nunquam, ne apud Græcos quidem licuit ducere vxores.*

*Vidua uero intelligenda eſt, ſi poſt ſolenne fœdus nuptiarum, morte interueniente, à viro ſuo diuiſa fuerit. Cæterum, ſi antequam conueniant fatali neceſſitate ab alterutro diuiſi fuerint; licet ex ſponſalibus vxor ſit appellata, non tamen poſt mortem ſponſi, etiam ſi in propria ſi ducta, & cum eo velata, vidua appellatur, nec ex eius copula à ſacris ordinibus aliquis prohibetur.*

*Vnde Pelagius Papa ſcribit.*

¶ Qui cum alia velatam, non tamen illi nuptam, vxorẽ duxit, ſacerdos fieri non prohibetur. Cap. XX.

Simile 27. q. 2. c. ꝙ autem. §. item ſi ſponſa.
Iuo p. 6. c. 113.

VAlentino [b] clerici, cui mulier cum alio ante velata, non tamen ei nupta, ſed virgo permanens, poſt mortem eius, cum quo velata erat ſpõſa,† coniugali eſt copula ſociata, quia iterum † velamen accepit, nullum in promouendo generetur obſtaculum, quia nihil eſt (quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de canonicis obuiet inſtitutis.

† al. ſponſo.
† al. interim.

## DISTINCTIO XXXV.

A*Quibus* [c] *ordinibus bigami prohibeantur, & vtrum reputentur bigami, qui ante baptiſmum habuerunt vnam, & poſt baptiſmum alteram, & an liceat ſortire vxores in ſacris ordinibus conſtitutis, multorum auctoritatibus breuiter monſtratum eſt. ¶ Sequitur autem in deſcriptione illa Apoſtolica, vt ſit ſobrius, qui ordinandus eſt, non vinolentus: quod ex auctoritate ueteris teſtamenti introductum eſt. Miniſtri enim templi prohibentur uinum, & ſiceram bibere, ne ebrietate grauentur corda eorum, & ut ſenſus eorum uigeat ſemper, & tenuis ſit, uel quia uenter* [d] *mero æſtuans facile diſpumat in libidinem: Vnde Noe in ebrietate nudauit fœmora: Loth, quem Sodoma non uicit, uina uicerunt. ¶ Quod tamen † uinolen—*

Prima Tim. 3. & in gloſſa ad eum locũ hñr hæc omnia ex Hiero. epiſt. 83.
*1. Tim 3.*
*Leuit. 10.*
inf. ea. c. uenter.
*Gen. 9. & 19.*
Gl. interlinearis.
*1. Tim. 3.*
† al. autem.

a ¶ Etiam alienarum. ] Et ſi clerici fuerint in aliquo conuiuio, & adueniant ioculatores, ſurgant, & recedãt de menſa, vt de conſecr. diſtinct. 5. non oportet.

VIDVA. CASVS. Dictum eſt ſupra ꝙ qui uiduam habuit uxorem, repellitur a promotione. Nunc uero dicit, ꝙ uidua eſt cuꝰ uir poſt copulam carnalẽ eſt defunctus. Veruntamẽ ſi antequã cognoſcatur à uiro ſuo, mortuus fuerit uir eius, non debet pp hoc uidua appellari, licet traducta fuerit & uelata. Et ſi qs cũ tali contraxerit, non repellitur a promotione, qđ probatur ſeq. cap.

VAlentino. ] CASVS. Valentinus duxit quandam in uxorem, quæ antea fuit altari deſponſata, & cum illo uelata ſed nõ fuit ab eo cognita, qa fuit morte præuentus, & ſic uirgo permanſit. Dicitur hic, ꝙ propter hoc Valentino nullum impedimẽtum generatur quin ualeat promoueri poſt mortem uxoris, uel ea uiuente de conſenſu ipſius.

b ¶ Valentino. ] Hũc caſum habes extra de biga. debitum.

A Quibus. ] CASVS. Dictũ eſt ſupra a qbus ordinibus bigami prohibeantur, & utrum bigami reputẽtur, qꝰ ante baptiſmum vnam, & poſt baptiſmum alterã, uxores habuerunt, & an liceat ſortiri uxores in ſacris ordinibus cõſtitutis. In hac uero 35. diſt. proſequitur Gratianus tertiũ c. Apoſtolicæ regulę: ſcilicet oportet, ordinandum nõ eſſe uinolẽtũ, ſed ſobriũ: quia in uet. teſt. miniſtris tẽpli prohibebaẽ uinũ & ſiceram bibere, ne propter ebrietatem corda eorum grauarentur: & qa uenter mero ęſtuãs deſpumat in libidinem. & hoc probatur exemplo Noe, & exemplo Loth: & dicit quod uinolentus eſt qui frequenter uino repletur. Sequens cap. patet.

c ¶ A quibus. ] Hic agitur de tertio cap. apoſtolicæ regulæ, oportet ordinandum non eſſe uinolentum, ſed ſobrium, & introducit multa in commendationem abſtinentiæ, & in reprobationẽ ebrietatis, interſerit etiam de pœna illorũ, qui frequenter indulgent ebrietati, & dicit ꝙ minores corporaliter puniuntur, maiores poſt admonitionẽ xxx. dieb. cõione priuãtur, ut if. ea. c. nl. 1

d ¶ Q.ia uen ter. ] Pinguis uenter groſſum generat ſenſum. 44. diſt. §. ſi ergo.

a ¶ Et qui neceſſe reſpuerint, deponetur, ut j. c. eps. Hug.

a ¶ Epiſco-

Clerici ludere aut luſores ſpectare non debent.

a EPiſcopus.] Alea.] Clerici non debent ludere, uel ludibus intereſſe, ut ex̃ de ui.& honeſt.cler. nec participes erunt ludentibus, nec inſpectores ludi, ut in Auth.de ſac.epiſc.§. interdicimus, collatio.9. Sed nunquid poteſt repeti id, quod in alea perditur? Dicunt qui-

Ludo perditum an repeti poſſit.

d ¶ Priuetur.] Aut uerberetur, ut inf.ea.c.ult.

AB exordio.] CASVS. In hoc cap. triplex ſtatus humani generis denotatur. Nã a principio mũdi carnes nõ comedebam⁹, nec dabamus libellũ repudij, nec circũcidebamur, poſt diluuium uero data lege uinũ cum carnibus eſt aſſumptum? & repudij duritia eſt conceſſa, & cultellus circumciſionis eſt dat⁹. Poſt quã uerò Chriſtus venit ω, reuoluit ad α, ideſt, finis ad principiũ: quia hodie ñ circũcidimur, nec damus repudij libellum, nec carnes omni die comedimus, dicẽte Apoſtolo, Bonum eſt vinũ non bibere, & carnes non comedere.

*tus eſſe prohibetur, non ſemel, ſed frequenter vino repletus debet intelligi.*

*Hinc etiam in canonibus Apoſtolorum can. 42. & 43. legitur.*

¶Diaconus, presbyter, & epiſcopus ebrietati, & aleę deſeruientes, niſi deſierint, deponantur.†

Cap. I.

Burc.l.14.c.5. Polyc.l.6.tit.17. Iuo p.13.c.73. Pann.l.3.c.170. Rab.pęn.c.28.

EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus aleę,[a] atque ebrietati deſeruiens[b] aut deſinat, aut certè damnetur. † Subdiaconus, aut lector, aut cantor ſimilia faciens aut deſinat, aut communione priuetur.[d] Similiter etiam laicus.

¶ καθαιρέσθω ideſt de ponantur. † *communione priuentur.*

*Item Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum.*

¶Eſus carnium, & vini potus, poſt diluuium conceſſus legitur, poſt Chriſti aduentum inhibitus. Cap. II.

Matth.19. Act.15. Gal.5. Rom.14.

AB exordio conditionis humanæ nec carnibus[e] veſcebamur, nec dabamus repudium, nec præputia nobis eripiebantur in ſignum.[f] Hoc curſu ad diluuium vſque peruenimus: Poſt diluuium autem cũ datione legis, quam implere[g] nullus potuit, carnes ingeſtæ ſunt ad veſcendum, & repudia cõceſſa duritiæ,[h] & cultellus circumciſionis appoſitus, quaſi Dei manus plus in nobis creauerit, quam neceſſe eſt. Poſtquam autẽ Chriſtus venit in fine temporum, & ω[i] reuoluit ad α,[k] & extremitatem retraxit ad principium, nec repudium nobis dare permittitur, nec circũcidimur, nec comedimus[l] carnes, dicente Apoſtolo: [Bonum eſt vinum non bibere, & carnes non comedere.] Et vinum.n. cũ carnibus poſt diluuium dedicatum eſt[m].

*Item lib. 2. contra Iouinianum.*

Prou.14.

¶Alienum eſt a ſapiente potationibus & ebrietatibus vacare. Cap. III.

LVxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas, omnis, qui cum his miſcetur, non erit ſapiens.

Lamech fuit uenator.

e ¶ Nec carnibus.] tamen Lamec fuit uenator, ſed illud fuit propter pelles, non propter carnes. 31.q.1.quomodo.

f ¶ In ſignum.] Vt per eam fideles diſcernerent ab alijs, uel fuit ſignum interioris circũciſionis, uel fuit ſignum futuri baptiſmi: q̃a tũc per circumciſionem tollebãtur peccata, ſicut nunc per baptiſmum, ut inf. de conſec. d.4. quod autem apud nos.

Circumciſio quare fiebat.

g ¶ Implere.] Sup. d.4. erit contra. Sed dic, ꝙ facile nõ põt impleri. Vel dic, ꝙ tunc nullus potuit eã implere quo ad hoc, vt adipiſceretur uitã æternã: quia ꝑ circumciſionem nõ aperiebatur ianua cœli, licet ianua inferni etiam eſſet ꝓcluſa. ſecus hodie ꝑ baptiſmũ ext. de baptiſ. maiores. Vel ideo iſtud dicit, quia contrarietas fuit in lege. Cum enim præceptum fuit, ꝙ ſabbati die nõ fieret aliquod opus,4 item præceptum fuit, ꝙ viij. die circuncideretur puer,5 potuit contingere, quod ſabbatum eſſet dies viij. ab ortu pueri ſed tamen in hoc non peccabant. quia excuſabantur propter impoſſibilitatem: id eo autem fuerunt eis data dura præcepta, quia ex ſuperbia eorum dixerunt, nõ deeſt qui impleat, ſed deeſt qui iubeat. 6

Circunciſio. & baptiſm⁹ differunt.

4 Vt Exo.20. cap.

5 Gen.18.

6 Hoc ſententialiter põt ſumi de 1.li. Reg.c.8.

h ¶ Duritiæ.] tñ peccatũ erat, ut ext. de diuor. gaudem⁹.

i ¶ Et ω] Quæ eſt ultima litera Græcorum.

K ¶ Ad α.] Quæ eſt prima eorundẽ Græcorũ, ac latinorũ & eſt ar. ꝙ reſtituta re ad priſtinũ ſtatũ, priora iura reſtituũtur, ut 26.q.6. ſiquis de corpore.7 ff. de ſer. ruſt. pd. hi qui. alias, & Attilicinus. Itẽ arg. ꝙ nõ fit iniuria rei, ſi reſtituitur ad priſtinum ſtatum ff. de pac. ſi vnus. §. quod & in ſpecie dotis.

7 Vbi de hoc & facit, q̃d no. 1.q.7. donatum.

l ¶ Nec comedimus.] Ideſt, ſuademus, non comedere, conſilium eſt.

m ¶ Dedicatum eſt.] Ideſt, in uſum aſſumptum.

quidam,1 ꝙ non, ſed pauperibus eſt eroganda pecunia illa arg. 14.q.5. non ſane. cum enim turpitudo uertitur ex parte utriuſque, melior eſt conditio poſſidentis. ff. de cond. ob tur. cau. l. ſi ob turpem. 2 melius credo, ꝙ poſſit repeti, ut ff. de aleatorib. l. vlt. in fi. etiam uſque ad quinquaginta annos, ut dicit Græca conſtitutio. C. de relig. & ſump. fun. & de alea. Et ſi quis exiſtens in alea rem ſuam uendiderit, tenetur de euictione, ut ff. qua. rerum act. o non da. ſi filio. §. 1. licet autem hic prohibeatur ludus, tamen pro conuiuio habendo poteſt ludi. ff. eod. l. ult.

1 Secundum Laurent.

2 ff. de condi. ob tur. cau. l. ubi autem. hæc fuit opi. Pla. & Bar.

b ¶ Deſeruiens.] Ideſt, ualde ſeruiens, ut illa præpoſitio, de, augmentet. ff. depoſi. l. 1. in princ. quandoque priuat. ut ibi.

Sepe precor mortem, mortem quoque deprecor idẽ.

c ¶ Aut deſinat. Non ergo pro quolibet delicto ſtatim epiſcopi debent fulminare, ut uel excommunicent, uel deponãt.3 ad idem facit 67. diſt. epiſcopus, & 93. diſt in. c. ult. Si quoties peccant homines, ſua fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore inermis erit.

3 Ad hoc extra de cler. peregr. ca. 1. ubi de hoc. ſed cõtra 46. d. qm̃. & no. 27. q. 1. nec aliqua. in gl. not. quod.

Eccleſiæ principes. CASVS. Quidam prælati cum populum admonere deberent ad ieiunia ſeruanda, fartis corporibus & rubentibus buccis prædicabant: contra quos inuehitur Hieron. & auctoritate Micheæ prophetæ probat eos deijciendos a prælaturis ſuis in tenebras exteriores: quas uitare poſſunt, ſi imitentur apoſtolos nō ſolum ſermone, ſed etiā uitæ conuerſatione. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt uſque ad ca. ſexto die.

a ¶ Principes.] Ideſt prælatos, vt de cōſc. d. 1. corpora.

b ¶ Propheticus.] Scilicet Micheæ.

c ¶ Lautiſq.] ideſt, delicatis.

d ¶ Epulis conquiſitis.] ideſt, terrenis delicijs, quæ multo labore quæruntur. de conſecr. diſt. 5. ne tales.

e ¶ Exteriores.] id eſt ex toto extra lucem. arg. 40. d. quælibet.

f ¶ Buccas.] Plenus uenter facile de ieiunijs diſputat. 11. q. 2. gloria epiſcopi. Arg. ¶ Archidiacono, cū uiſitat parochias, nō eſt exilis præſtanda procuratio, ut 10. q. 3. illud. Hoc uerum eſt ante uiſitationem factam. extra de cenſi. exigit. Greg. X.

Sexto die.] CASVS. Secundum H. c. iſtud diuidit in tres partes. In 1. parte Ambr. deteſtatur uitium gulæ, & cōmendat abſtinentiā in cibo: & hoc probat per Adā, qui dū uoluit abſtinere a cibo uetito, perſeuerauit in bono, ſed poſtquam nō abſtinuit, ſpoliatus eſt oī bono gratuito, & uulneratus eſt in naturalib. In 2. parte quæ incipit ibi, [Et inf.] deteſtat ebrietatem: & hoc per Noe, qui propter ebrietatem nudatus eſt: ex qua ebrietate ſeruitus eſt ſecuta, & per Loth, qui propter ebrietatem commiſit inceſtum cum duab. filiabus ſuis. In tertia parte, quæ incipit ibi, [At non Abraham,] Commendat ſobrietatem in uino: & hoc per Abraham, qui angelis hoſpitalibus ſuis non uinum: ſed lac. appoſuit. Et per Ioannem Baptiſtam, qui nec uinum bibit, nec panem comedit. Beneuentanus aūt ſic ponit earū. In hoc cap. probat. Ambr. vij. rationib. & exēplis eſſe abſtinendum

*Idem in Micheam ad c. 2.*

¶ Ignominioſum eſt ſacerdoti afluere delicijs, epulis, atque laſciuijs. Cap. IIII.

Eccleſię principes,[a] qui delitijs affluūt, & inter epulas, atque laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credūt, propheticus[b] ſermo deſcribit, quòd eijciendi ſint de ſpatioſis domibus lautiſque[c] cōuiuijs: & multo labore epulis cōquiſitis,[d] & eijciendi propter malas cogitationes, & opera ſua. Et, ſi vis ſcire, quo eijciendi ſunt; Euangeliū lege: in tenebras ſcilicet exteriores,[e] vbi erit fletus, & ſtridor dentium. An nō confuſio; & ignominia eſt, Ieſum crucifixum, magiſtrum pauperem, atq; eſurientem fartis prędicare corporibus? ieiuniorumque doctrinam rubētes buccas,[f] tumentiaque ora proferre? Si in Apoſtolorum loco ſumus, non ſolum ſermonem eorum imitemur, ſed conuerſationem quoque, & abſtinentiam amplectamur.

*Michea 2.* *Math. 21.*

[*Idem ad Oceanum, epiſtola* 83.

¶ De eodem. PALEA. Cap. V.

Venter mero æſtuans cito deſpumat in libidines. Vbi obrietas libido dominatur, & furor.

Sup. initio diſt. Hieron. in epiſt. ad Titum ad c. 1.

[*Idem ad Nepotianum de vita clericorum.*]

¶ De eodem. PALEA. Cap. VI.

Vinolentium ſacerdotem & Apoſtolus dānat, & vetus lex prohibet. Sacerdotes qui miniſtrant † in templo Dei, prohibentur vinum; & ſiceram bibere, ne in crapula, & ebrietate aggrauentur corda eorum. Sicera hæbreo ſermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare poteſt *& infra.* ¶ Quidquid inebriat, & ſtatum mentis euertit, fuge ſimiliter, vt vinum. [Nolite, ait Apoſtolus, inebriari vino, in quo eſt luxuria.) *& ſupra.* ¶ Qui altario deſeruiunt, vinum & ſicerā non bibant. Spōſa[a] Chriſti vinum fugiat, vt venenum: vinum & ebrietas incendium eſt.

† *altario de ſeruiunt*] oti.

In epiſt. ad Oceanum. Leu. 10. nu. 6. Ad Nepotianum *Epheſ.* 5. Ad Euſtochium. Epiſt. 22.

*a* ¶ [Sponſa Chriſti.] *In epiſtola ad Euſtochium ſic habetur:* Hoc primum moneo, hoc obteſtor, vt ſponſa Chriſti vinum fugiat pro veneno. *& paulo poſt*: vinum & adoleſcentia duplex eſt incendium voluptatis.

*Item Proſper de vita contemplatiua, lib. 2. c. 22.*

¶ De eodem. Cap. VII.

Luxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia, non natura.

*Item Ambroſius in libro de Elia, & ieiunio, c. 4. & 5.*

¶ In Paradiſo abſtinantia, poſt Paradiſum edendi laſciuia incœpit. Cap. VIII.

Sex-

Cum à ſuperfluitate ciborum & vini: quia multa mala inde proueniunt. Prima ratio eſt prin. cap. Secunda ibi. [ Vt ſciamus. ] Tertia ibi. [ In prin. ] Quarta ibi. ] Manebat. ] Quinta ibi. [ Legimus. ] Sexta ibi. [ At non Abraham. ] Septima ibi. [ Denique annunciauit. ]

a ¶ Sexto. ]

a ¶ Sexto die. ] Ideſt, die veneris. nam Dominico die Dominus cœpit facere mundum, vt 75. diſtinctio. Die quod die. Alij dicunt, quod omnia ſimul creauit. unde Salomon. 1 Qui viuit in æternum, omnia ſimul creauit: ſed licet omnia ſimul facta fuerint, non ſimul dici omnia poterãt: & ideo ſcriptura vtitur tali diſtinctione, extra de ſum. trinita. cap. 1.

Die Dominico cœpit Dominus mundũ facere.

1 Eccleſiaſtici 18. c.

to [a] die beſtiæ [b] ſunt creatæ, & cum beſtijs orta edendi poteſtas eſt, & vſus eſcarum. Vbi cibus cępit, [c] ibi finis factus eſt mundi: ibi † cępit ſua incremẽta neſcire, vbi † cęperunt diuina opera circa eum feriari [d]. Quo indicio declaratum eſt, quòd per cibos mundus haberet imminui, per quos deſijt [e] augeri. & *infra.* ¶ Et vt ſciamus nõ eſſe nouum ieiunium [f], primam illic legem conſtituit de ieiunio. & *infra.* ¶ Eo uſque nemo præuaricari nouerat, vt adhuc orta nõ eſſet, quæ prima eſt pręuaricatio. Indictum ieiunium, abſtinentiæ lex à Domino Deo, pręuaricatio [g] legis à diabolo; culpa per cibum, latebra [h] poſt cibum; cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio. & *infra.* ¶ Serpens gulæ perſuadet, Dominus ieiunare decernit. Itaq; gula de paradiſo regnantem expulit. abſtinẽtia ad paradiſum reuocauit [i] errantẽ. & *infra.* ¶ In principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noe vineam plãtauit; dedit naturam, ſed ignorauit potentiam. Itaque vinum nec ſuo pepercit auctori. & *infra.* ¶ Sed illius ebrietas nobis ſuadet ſobrietatem. Semel enim inebriatus eſt Noe. Vbi enim malum ebrietatis agnouit, iumẽtum † ſuum ad remedium temperauit: non effudit ad vitium. ¶ Manebat, antequam vinum inueniretur, omnibus inconcuſſa libertas; nemo ſciebat à conſorte naturæ ſuæ obſequia ſeruitutis exigere. Nõ eſſet [l] hodie ſeruitutis, ſi ebrietas non fuiſſet. Obrepſerat quidem iam fraternæ prælationis inuidia [m], manebat tamen adhuc paternæ pietatis reuerẽtia. Læſa pietas [n] eſt, dum ridetur ebrietas [o]. Non illis itaque ſolis nocent vina, quos tentant [p], ſed & illis amplius, & quorum oculis temulenta ebriorum membra nudantur. ¶ Legimus etiã, quod patrem Loth inebriauerint filiæ in monte, ad quẽ timentes incendium Sodomitarum confugerant, & habitabant in ſpelunca. & *infra.* ¶ Fuit itaque ebrietas origo inceſti, peſſimæ regenerationis partus [q] deterior. ¶ At non Abrahã vina in ſuo conuiuio miniſtrabat: ſed immolabat vitulum: butyrum, & lac etiam angelis hoſpitibus exhibebat. Cœli dominum, mundi agnoſcebat auctorem. Vinum ergo exhibere non poterat. Sed rectè illic deerat materia peccati [r], vbi erat remiſſio [s] peccatorum. Denique annunciauit eum Ioannes non manducans panem, neque bibens vinum. Qui enim Chriſtum annunciat, ab omni vitiorum incentiuo præſtare ſe debet alienum.

† *vbi* ] orig.
† *ibi* ] orig.

Ibidem. c. 5.

† *Iumentum* ] uera lectio.

Gen. 19.

Gen. 18.

Math. 11.

*Item ex concilio Agathenſi, c. 41.*

b ¶ Beſtiæ. ] Ideſt, animalia in terra, nam quinto die fuerunt creata volatilia, & piſces. Gen. 1.

c ¶ Cœpit. ] mundus.

d ¶ Feriari. ] Ideſt ceſſare.

e ¶ Deſijt. ] tũc fuit homo ſpoliatus gratuitis, & vulneratus in naturalibus. de pœniten. d. 1. Adam.

f ¶ Ieiuniũ. ] Ideſt, abſtinentia.

g ¶ Præuaricatio. ] Scilicet fuit.

h ¶ Latebra. ] Quia abſcondit ſe Adam a facie Domini, de pœniten. diſtinct. 1. & uenit.

i ¶ Reuocauit. ] Argum. quod primi parentes ſaluati ſunt, ut de pœnit. diſtinctio 1. ſicut primi & de conſecr. diſtin. 1. hic duo.

k ¶ Iumẽtum. ] Id eſt, carnem ſuam quam paſcit homo quaſi iumẽtum. Vel dicitur corpus iumentum, quaſi iuxta mentum.

Corpus eſt iumentum.

l ¶ Non eſſet. ] Supra diſtin. 1. ius gentium. contra ſed ibi ſoluitur.

m ¶ Prælationis inuidia. ] Quia Cain interfecit fratrem ſuum.

n ¶ Pietas. ] Paterna.

o ¶ Ebrietas. ] Ideſt ebrius.

p ¶ Tentãt. ] Ideſt, inebriant.

Effectus vini eſt duplex.

q ¶ Partus. ] Ideſt, effectus. iſtud uult dicere quod vinum ex ſe duos producit effectus. primo ebrietatẽ; deĩde inceſtũ. & ebrietas fuit deterior effectus vini 1 Vel aliter: ex ebrietate proceſſit ſeruitus. Item ex ea proceſſit inceſtus, qui deterior eſt. Vel illud vult dicere, quod filia eſt deterior, quam mater: quia Moabitæ & Ammonitæ, quæ ab illis proceſſerunt, fuerunt deteriores, quam matres.

1 Et ſecundũ hoc expone regeneratrois, ideſt, vini quod generauit ebrietatem in inceſtũ. [illegible]

r ¶ Materia peccati. ] Scilicet vinum.

ſ ¶ Remiſſio. ] Ideſt, Deus remittens peccata.

Ebrietatis mala.

a ¶ Sexto. ] Illud inducitur ad deteſtandam ebrietatem ſiue gulam. Primo, quia per eam degenerauit humana conditio. Secundo, exemplo Noe. Tertio, quia ſeruitus eſt inducta propter eam. Quarto exemplo Loth. Deinde commendat ſobrietatem exemplo Abrahę, qui cibum miniſtrauit angelis ſine vino: & exemplo Ioan. Baptiſtæ.



Digitized by Google

ANte omnia. ] CASVS. Dictum fuit in concil. Agathen. vt prius a clericis vitetur ebrietas, quam alea, quæ cunctorum nutrix eſt vitiorum. ſi quis clericus fuerit inebriatus, ſi eſt in ſacro ordine, xxx. diebus a communione remoueatur: ſi eſt in minorib. ordinib. verberibus ſubijciatur.

a ¶ Aut corporali. ] Recipiat 40. ictus, ſed epiſcopus nõ verberabit clericũ per laicum, vt extra de ſenten. excom. vniuerſitatis. niſi ſit incorrigibilis, vt extra de ſent. excõ. vt famę. [1]

Epiſcopus per laicum non verberet clericum.

1 De hoc ẽt nota. 23. q. 5. c. 1. in fin.

## ¶ Triginta diebus à communione abſtineat clericus, quem ebrium fuiſſe conſtiterit. Cap. IX.

Burc. l. 14. c. 4. Iuo p. 13. c. 79.

ANte omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix eſt. Itaque cum quem ebrium fuiſſe conſtiterit, (vt ordo patitur) aut triginta dierum ſpatio à communione ſtatuimus ſubmouendũ, aut corporali [a] ſubdendum ſupplicio.

a ¶ Ad Timotheũ.] Arg. quod vni dr̃ ad omnes extenditur. vt 24. q. 1. quodcunque & 16. q. 1. prędicator. 61. d. miramur de pœnit. d. 1. §. his auctoritatibus. 1 C. de diuer. reſ. l. 1. ff. de pac. iuriſgẽtium. §. pactorũ. argum. cõtra 25. diſtinctio. qualis.

1 Verſic. nũc aũt. alias eſt c. ad idem de conſecr. diſt. 4. proprie.

QVãdo. CASVS. Docet. concilium Toletan. quod quando epiſcopi ordinant presbyteros in capellis, debent eos docere qualiter officia debeãt celebrare, ne per ignorantiam in diuinis ſacramentis offendãt. & cum ad litanias venerint, vl' ad ɔ̃cilíũ, debent epiſcopo ſuo reddere rationẽ qualiter baptizauerint, vel officia celebrauerint. Sequens cap. patet.

b ¶ Officialem.] In quo cõtinetur officium eccleſiaſticũ.

c ¶ A ſacerdote.] Id eſt, epiſcopo.

d ¶ Ad litanias.] id eſt. ĩ rogationibus. Et ſic patet, ꝙ omnes ſacerdotes veniẽt ad cathedralẽ eccleſiã in feſto rogationũ ſic infra de conſe. d. 3. c. 3. de cõſe. d. 1. & hoc.

Proceſſiones rogationum.

e ¶ Vel ad cõcilíũ.] Sic patet, quod conuentus quem habet epiſcopus cum clericis ſuis, dicit̃ conciliũ. vt 18. q. 2. abbates. 2. q. 2. placuit 18. d. propter, &c. placuit.

Laici iuris peritiam debent habere.

2 Vel dic, ꝙ hoc poteſt intelligi de illis laicis, q in dignitate ſunt conſtituti, de quibus habetur exẽplũ. ſc. diſtin. ſi officia. Arch.

f SI in laicis.] Videt̃ ergo quod laici habebunt peritiam iuris maxime ſi ſint iudices, cum teneantur ferre ſententiam in ſcriptis, vt dixi 20. d. §. 1. Sed poteſt intelligi de iure cõſuetudinario, vel de iure naturali, in quo periculoſa eſt ignorantia, vt 16. q. 1. ſi cupis. 2

NVlli ſacerdotum.] CASVS. Multi populi normam canonum & decretorum non ſeruabant, & epiſcopi cum canones ignorarent, eos non corrigebant. Præcepit ergo Cœleſtinus, vt nulli epiſcoporum liceat canones ignorare quatenus cum fuerit neceſſe, corrigant delinquentes.

g ¶ Canones.] Pœnitentiales. ſi intelligis de ſacerdotibus, vt 26. q. 7. tempora. ſi intelligis de epiſcopo, planũ eſt, vt 23. d. qui epiſcopus. 3

3 Ad idem 61. diſt. ſtatuimus. & extra de cõſan. & affi. c. 1. in fin. & inf. eo. oẽs.

QVæ ipſis. CASVS. Octo exponit in hoc capitulo Auguſtinus, quę ſunt ſacerdotibus neceſſaria, ad hoc, vt ignorantiam uitent: ſcilicet libri ſacramentorum, &c. de quibus octo ſi vnum defuerit, vix ſacerdotis nomen habebit.

h ¶ Ad diſcendum.] Supple hæc ſunt.

## ¶ Sacerdotibus maxime ignorantia vitanda eſt. Cap. I.

IGnorantia mater cunctorum errorum maxime in ſacerdotib. Dei vitãda eſt, qui docendi officium in populis ſuſceperũt. Sacerdotes enim legere ſanctas ſcripturas frequẽter admonet Paulus Apoſtolus dicẽs ad Timotheum [a] Attẽde lectioni, exhortationi, & doctrinæ; & [ ſemp permane in his. Sciãt igitur ſacerdotes ſcripturas ſanctas, & canones, vt omne opus eorum in prædicatione, & doctrina conſiſtat: atque ædificent cũctos tam fidei ſcientia, quam operum diſciplina.

Burc. l. 1. c. 110. Iuo p. 5. c. 202. Anſ. l. 7. c. 134. 1. *Tim.* 4. Ibidem inferius. Conc. Arc. l. 4. c. 3. Burc. l. 2. c. 157. Anſ. l. 7. c. 113.

*Item ex eodem Tolet. 4. c. 25.*

## ¶ Officialem libellum, ab epiſcopo accipiant presbyteri, cum ordinantur. Cap. II.

QVando presbyteri in parochijs ordinantur, libellũ officialem [b] a ſuo ſacerdote [c] accipiant, vt ad eccleſias ſibi deputatas inſtructi ſuccedant; ne per ignorantiam etiam in ipſis diuinis ſacramentis offendant. Cum vero ad Litanias [d], vel ad concilium [e] venerint, rationem epiſcopo ſuo reddant, qualiter ſuſceptum officium celebrent, vel baptizent.

Iuo p. 3. c. 129. Anſ. l. 7. c. 113. Iuo p. 3. c. 129. Pann. l. 3. c. 23.

*Item Leo epiſcopus ad clerum, & plebem Conſtantinopolitanæ vrbis epiſt. 22.*

## ¶ Inſcitia ſacerdotum nec excuſatione digna eſt, nec venia. Cap. III.

SI in laicis [f] vix tolerabilis videtur inſcitia; quanto magis in ijs, qui præſunt, nec excuſatione digna eſt, nec venia?

Anſ. l. 7. c. 119. Poly. l. 4. tit. 4.

† al. ſuo canones. † al. digna.

*Item Cæleſtinus vniuerſis epiſcopis per Appuliam, & Calabriam conſtitutis, epiſt. 3.*

## ¶ Canones non licet ſacerdotibus ignorare. Cap. IIII.

NVlli ſacerdotum liceat canones [g] † ignorare, nec quicquam facere quod patrũ poſſit regulis obuiare. Quæ enim a nobis res digne † ſeruabit; ſi decretaliũ norma conſtitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permiſſa, frangatur?

Burc. l. 2. c. 160. Iuo p. 6. c. 251. Anſ. l. 7. c. 170. Poly. l. 4. tit. 4.

*Item ex dictis Auguſtini.*

## ¶ Quæ ſint ſacerdotibus neceſſaria ad diſcendum. Cap. V.

QVæ ipſis ſacerdotib. neceſſaria ſunt ad diſcendũ; [h]

Burc. l. 2. c. 2. & l. 19. cap. 8. Anſ. l. 7. c. 109. Poly. l. 4. tit. 31. Iuo p. 6. c. 22. Pann. l. 3. c. 24.

a ¶ Sa-

a ¶ Sacramentorum.] Ideſt; Miſſale.
b ¶ Computus.] Quo ad dies & menſes.
c ¶ Si vnum.] Arg. ꝙ ubi plura requirunť ex neceſſitate, ſi vnũ ex his deeſt, nihil agitur, ut de conſec. diſt. 4. in ſynodo. 22. q. 2. animaduertendum, ſic qui offendit in vno factus eſt reus omnium, ut de pæn. diſt. 5. conſideret. & eſt ſimile. 1 C. de teſta. ſi vnus. & ff. de tranſa. cum hi. §. ſi prætor. Arg. contra 30. q. 5. aliter. ff. de vent. inſpicien. l. 1. in fi. 2
d ¶ Vix.] Quia ubi res deeſt, nec nomen habebitur, vt 68. d. chorepiſcopi. 7. q. 1. factus. C. de fer. à nullo. 35. q. 1. 7. quid eſt.

1 Scilicet à principio glo.
2 Hic adde quod leg. & not. 23. q. 5. c. 2. in glo. 2. 23. diſt. quorũdã. Arch.

ideſt liber ſacramẽtorum,[a] lectionarius, antiphonarius, baptiſterium, computus,[b] canon pœnitentialis, pſalterium, homiliæ per circulum anni Dominicis diebus, & ſingulis feſtiuitatibus aptę. Ex quibus omnibus ſi vnũ[c] defuerit; ſacerdotis nomen vix[d] in eo conſtabit: quia valde periculoſæ ſunt euangelicæ minæ; quibus dicitur. [Si cæcus cæco ducatum præſtet: ambo in foueam cadunt.]

Matth. 15.

¶*Cæteri etiam collectores Auguſtinum citant. Fere aũt omnia hæc habentur in pœnitentiali Bedæ, & in libro de officijs eccleſiaſticis, & alibi.*

*Item ex 7. ſynodo, c. 2.*

¶ Quæ oportet ſcire eum, qui epiſcopus eſt ordinandus. Cap. VI.

Pſal. 118.

Mutatus eſt periodi ductus.
Ivo p. 5. c. 372.

OMnes pſallentes repromittimus[e] Deo, [In iuſtificationibus tuis meditabor; non obliuiſcar ſermones tuos.] Quod omnes quidem Chriſtianos obſeuare ſaluberrimum eſt; ſed præcipue hos, qui hierarchiam conſecuti ſunt dignitatem, Vnde definimus omnem, qui ad epiſcopatus prouehendus eſt gradum, modis omnibus pſalterium[f] noſſe; vt ex hoc & omnis clerus, qui ſub ipſo fuerit, ita moneatur, & imbuatur. Inquiratur autẽ diligenter à metropolitano, ſi in promptu habeat legere ſcrutabiliter, & non tranſitorie tam ſacros canones, & ſanctum Euangelium, quàm diuini Apoſtoli librum, & omnem diuinam ſcripturam; atque ſecundum mandata Dei cõuerſari, & docere populum ſibi commiſſum. Subſtantia[g] enim ſummi ſacerdotij noſtri ſunt eloquia diuinitus tradita, ideſt vera diuinarum ſcipturarum diſciplina, quemadmodũ magnus perhibet Dionyſius. Quod ſi diſceptauerit,[h] & ita libenter facere, & docere minime ſpoponderit; nullatenus conſecretur. Ait enim prophetice Deus: [Tu ſcientiam repuliſti; & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi.]

Cap. 1. ecc. Hierarchiæ.

Oſee. 4.

*Item ex concilio Carthaginenſi, 3. c. 3.*

¶ De eodem. Cap. VII.

PLacuit †, vt ordinandis epiſcopis, vel clericis prius ab ordinatoribus ſuis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur;[i] ne ſe aliquid contra ſtatuta concilij feciſſe pœniteat. †

† Pro declaratione huius cap. uide Alex. de Imo. in l. ſi quis. C. de pact. & §. igitur ordinandus. in authen. non opor. epiſc.

†*al. pœniteant.*] *al. aſſerant.*

*Item Zepherinus Papa epiſt. 1. ad epiſcopos Siciliæ.*

¶ Sacræ ſcripturæ inhærentes non obſcurantur iniquitate mundana. Cap. VIII.

SIcut ſtellas cęli non extinguit nox; ſic mentes fidelium, firmamento[k] inhærentes ſanctæ ſcripturæ, nõ obſcurat mundana[l] iniquitas.

*Item Hieronymus ad Euſtochium in proœmio comment. in Eſaiam.*

Oẽs pſalentes.] CASVS. in hoc capitulo ſtatuit ſynodus, ut omnis qui ad epiſcopatum promouendus eſt pſalteriũ ſciat, ut ex eo omnis clerus, q ſub eo fuerit, inſtruatur: & tẽpore ſuæ ordinationis debet metropolitanus ordinãdum epiſcopum interrogare, ſi ſciat legere canones ſacros: & omnẽ diuinam ſcripturam: & ſi inuenitur ignorans, repellatur. Et hoc probatur auctoritate ꝓphetæ dicentis: Tu ſciẽtiã repuliſti, &c. Si uero legere & alia ſupradicta ſcierit, niſi promittat ſe ſecũdum illa uicturũ, non ordinetur. Quæ ſequuntur, plana ſũt uſque ad capitulum, quamuis.
e ¶ Repromittimus.] Ideſt, uidemur nos obligare, cum dicimus illa uerba. In iuſtificationib. tuis meditabor.
f ¶ Pſalterium.] 85. diſt. archidiaconum 3 22. diſtinctione, qui epiſcopus.
g ¶ Subſtantia.] Ideſt, de ſubſtantia ſacerdotij uideť eſſe, ꝙ ordinandus habeat ſcientiam.
h Si diſceptauerit.] Ideſt, ſi contradixerit.
i PLacuit,] ¶ Inculcentur.] ſimiliter cum nouum celebratur conciliũ, ut 18. diſtinctio. decernimus. 11. quęſt. 3. curæ.
k SIcut ſtellas.] Firmamẽto.] Ideſt, meditationi & lectioni. Hug.
l ¶ Mundana.] Vnde dicitur. Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis uitia non amabis, de conſecr. diſt. 5. nunquã. Hug. & Lauren.

3 al. incipit. Florentinũ.

a SI iuxta.¶Sapientiam.] Sic argumentatur Chriſtus eſt ſcientia. ergo qui ignorat ſcientiam. ignorat Chriſtum.1 & intellige de tali ignorantia,quæ contem nit diſcere.ſu.proxi.cap.ſi.Ioan.

1 Adde quæ tenenē ſcire Chriſtiani ad beatitudinem conſequendum. not.Bald. in gl.ſup rubr. C. de ſum. trini. Inno. & Io. And. in c.2.§.pro defectu. de renuncia.

b QVi ea.[¶Sapiuntur.]Ideſt,approbantur.

c ¶ Ignorat.] Intellige de eo qui contemnit ſcire. uel de eo qui de facili ſcire poſſet, ſi habuiſſe tractatū cum peritis,vt C.de inge. ma.l.3.ſup.d.proxi.

QVamuis.] Hæc eſt ſecunda pars huius diſt. in qua dicit,quod illi errant, qui falſa pro uero approbant, uel econtrario.Io. de Fan.

CASVS.Quidam cōtra Aug. ita argumētabātur: non poteſt quis errare niſi ignorantia rerum.ſed oīs ignorātia eſt neſciētia; ergo quicunque neſcit errat. Dicit Auguſt.ꝙ ignorātia eſt vitanda in maioribus:& ī minoribus. nō tamen ſequitur, ꝙ quicunque neſcit, errat.Sed ille dicitur errare, qui putat ſe ſcire quod neſcit. vt qui falſum pro uero aſſerit. Veruntamen multum refert in quib. rebus quis erret.Nam ſi in re honeſta, & quæ ad ſalutem animæ proficiat quis erret, ſciēs præponitur neſcienti, & non errans erranti.In rebus autem diuerſis ſi iſta ſint vtilia,illa inutilia & noxia: in noxijs neſciens præponitur ſcienti: quia talia melius eſt neſcire quam ſcire.

d ¶ Errare.] Errare enim eſt aliud pro alio putare,ut 22.q. 2.in quibus.2

2 Adde qualiter errare, ignorare, neſcire titubare differunt, no. gl.ſup.rubr. ff. de iur. & fac. igno. & in l. de ſtat. ff. de teſta.

e ¶ Eademque.] in his quæ ſpectant ad ſalutem animę nihil intereſt decipi vel decipere.ut 26.q. 1. ſi cupis.

3 Arg.cōtra. 25. q. 2. qui ſine. & q. 5. ēpi. in prin.

f ¶ Quam ſcire. Hic uidetur quòd bonū ſit ignorare mala,vt 38.diſt.hoſpitiolum. Sed contra. omnis ſcientia a Deo eſt,3 ut 37.diſtin.§.hinc.& bonum eſt ſcire mala, ut ea uitemus,ut ſup.d.proxi.qui.de menſa.&c.ſi quid ueri. Dic ꝙ omnis ſcientia bona eſt, ſed dicitur aliqua ſcientia mala,quia mala eſt,illi cui dat occaſionem peccandi: ſicut Adæ fuit malum pomum paradiſi, ut 2. q. 3. quid ergo, & Iudæ buccella.ut 1.q.1.§.opponitur. uer. nec mirum de conſecra.diſt.2.& ſancta.

Scientiā aliqua dicitur mala.

SED LICET.Supra dictum eſt,ꝙ presbyteri debent ignorantiam euitare: ſed licet quandoque per ignorantiam peccent grammatica, non tamen propter hoc ſunt à grammaticis,ideſt,ſcholaſticis deſpiciendi, quoniam vitia ſunt magis præcauenda quam verba.

Sedulo.

¶Igorantia ſcripturarum eſt ignorantia Chriſti. Cap. IX.

SI iuxta Apoſtolum Paulum, Chriſtus Dei virtus eſt,Deique ſapientia,& qui neſcit ſcripturas, neſcit Dei virtutem,eiuſque ſapientiam, a ignoratio ſcripturarum,ignoratio Chriſti eſt. 1.Cor.1.

*Item Gregorius in paſtorali,par.1.c.1.*

¶A Domino ſciuntur, vel ignorantur, qui ea quę Dei ſunt ſapiunt,vel ignorant. Cap. X.

QVi ea,quę Dei ſunt a, ſapiunt à Dn̄o ſapiuntur: b & qui ea,quę Dei ſunt neſciunt,à Deo neſciuntur, Paulo atteſtante,qui ait,[Si quis ignorat, c ignorabitur, 1.Cor.14.

*Idem.*Quicūq; ſtultus eſt in culpa,erit ſapiēs in pœna Lib. Morialium 15. c.23.mutato uerborum ordine.

a ¶ Dei ſunt.] *In loco indicato legitur:*Qui ea, quę ſunt Domini neſciunt,à Domino neſciuntur,Paulo atteſtante,&c.

*Item Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentiū,c. 17.*

¶ Non qui aliquid neſcit,ſed qui putat ſe ſcire,quod neſcit,errare probatur. Cap. XI.

2 QVamuis errare,† d quanta poſſumus cura, cauendum ſit, non ſolum in maioribus, verum etiam in minoribus rebus,nec niſi rerū ignorantia poſſit errari;non tamen eſt conſequens,vt continuo erret quiſquis aliquid neſcit, ſed quiſquis ſe exiſtimat ſcire quod neſcit.Pro vero quippe approbat falſum: quod eſt erroris proprium.Veruntamen in qua re quiſque erret, intereſt plurimū. Nam in una eademque e re, & neſcienti ſciēs, & erranti non errans recta ratione præponitur. In diuerſis autem rebus;id eſt,cum iſte ſcit alia, ille alia; & iſte vtiliora,ille minus utilia, vel etiam noxia: quis non in eis,quæ ille ſcit,ei præferat neſcientem? ſunt enim quædam,quæ neſcire quàm ſcire f ſit melius.

Senten.l.3.diſ.39.c. illud.
† *al.errer.q.p.c.cauendus*,orig.

3 *Sed licet per ignorantiam grammaticæ artis aliquid vitioſum proferant epiſcopi, vel presbyteri, non tamen ideo à ſcholaſticis ſunt deſpiciendi; quia morum vitia magis quam verborum ſunt præcauenda.*

*Vnde Auguſtinus in libro de catechizandis rudibus, cap.9.*

¶Non contemnant ſcholaſtici eccleſiaſticam ſimplicitatem. Cap. XII.

SEdulo monēdi ſunt ſcholaſtici,a vt humilitate īduti- Iuo p.6.c.383.

SEdulo.]CASVS. Quidam prælāti per ignorātiā grammaticę lectionis Deum cum ſolœciſmo & barbariſmo inuocabāt; & pp̄ hoc à peritis ſcholaſticis deſpiciebantur:quare quæſitum fuit ab Auguſtino, an hoc debe rent facere?Et rn̄det ꝙ non. & hoc probatur tribus rōnibus: Prima eſt, quia diſerta lingua ſcholaſticorum caſto cordi non debet præponi.Secunda eſt,quia ſcientia præponitur uerbis, ſicut animus corporis: & ſicut

prudens

Chriſtiana, diſcant non contemnere, quos cognouerint morum vitia, quam verborũ amplius deuitare, & cordi caſto linguam exercitatam nec conferre audeant; quam etiam præferre conſueuerant. *& infra.* His etiam maxime vtile eſt noſſe ita eſſe præponendas verbis ſententias,[a] vt præponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeant veriores, quam diſertiores audire ſermones; ſicut malle debent prudentiores, quã formoſiores[b] habere amicos. Nouerint etiam non eſſe vocem ad aures Dei, niſi animi affectum. Ita enim non irridebunt, ſi aliquos antiſtites, & miniſtros eccleſię forte animaduerterint, vel cum barbariſmis, & ſolœciſmis Deũ inuocare; vel eadem verba, quę pronunciant non intelligere,[c] perturbareque diſtinguere: non quia iſta minime corrigenda ſunt; vt populus ad id, quod plane intelligit, dicat,[d] Amé:[e] ſed quia † piè toleranda ſunt ab eis, qui didicerunt, vt ſono[f] in foro, ſic voto in eccleſia benedici. Itaq;[g] forenſis illa[h] nonnunquam forte bona dictio,[i] nunquam tamen benedictio dici poteſt.

† al. tamen. ] orig.

a ¶ Scholaſtici.] *Vox iſta abeſt ab originali. Sed in eo hæc præcedunt.* Sunt item quidam de ſcholis vſitatiſſimis grammaticorum, oratorumque venientes; quos neque inter idiotas numerare audeas, neque inter illos doctiſſimus quorum mens magnarum rerum eſt exercitata quęſtionibus. His ergo, qui loquendi arte cęteris hominib. excellere videntur, cum veniunt, vt Chriſtiani fiãt, hoc amplius, quam illis illiteratis impartire debemus, quòd ſedulo admonendi ſunt, vt humilitate, &c.

*Item Gregorius ad Leandrum epiſcopum Hiſpalenſem, in præfat. Moral. ad finem.*

¶ De eodem. Cap. XIII.

INdignum vehementer exiſtimo, vt verba cœleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati.

*¶ Hoc, & duo ſequentia capita abſunt a multis antiquis exemplaribus, neque gloſſam habent.*

[*Item Auguſtinus de vera religione, c. 49. & 50.*

PALEA. C. XIIII.

LOcutio diuinarum ſcripturarum ſecundum cuiuſquæ linguæ proprietatem accipienda eſt. Habet enim omnis lingua ſua quædam propria genera locutionum; quę cum in aliã linguam transferuntur, videntur abſurda.

[*Item Hieronymus ad Pammachium, epiſt. 52. cuius initium eſt, Criſtiani interdum pudoris eſt.*]

PALEA. Cap. XV.

ECcleſiaſtica interpretatio, etiam ſi habet eloquij venuſtatem, diſſimulare eam debet, & fugere; † vt non otioſis philoſophorum ſcholis, paucisque diſcipulis; ſed vniuerſo loquatur hominum generi.

† al. non fugere.

*Item Clemens Papa, epiſt. 3.*

¶ Propter opprobrium ſenectutis, a paruulis, & a minimis non erubeſcat diſcere epiſcopus.

Cap. XVI.

NVllus epiſcopus † propter oppro-

† abeſt ab originali.

prudens amicus formoſo pręponit. Tertia eſt qa Deus magis inſpicit affectum q̃ uocem, ignorãtia tñ talis eſt reprehendenda ſed ab his toleranda q̃ didicerũt. quia ſicut ſonus in foro, ita votũ in eccleſia benedicitur.

a ¶ Sententias. Nota, ꝙ magis cõſideranda eſt ſnĩa quam uerba, vt 1. q. 1. marchion, 22. q. 5. humanæ. de conſecr. di. 4. retulerunt & ſi non ſanctificatur, & potius mens eſt cõſiderãda q̃ verba, vt 23. q. 1. paratus. Arg. cõtra extra de ſponſa. ex literis. Solu. non eſt a uerbis recedendum, niſi ex uerbis prauus generet intellectus: & tũc verba ſunt interp̃tãda.

Sñia potius quam uerba attendi dẽt.

b ¶ Quam formoſiores.] Vñ Seneca. Infirmus nõ q̃rit medicum eloquentem, ſed curare ſcientem.

Seneca.

c ¶ Intelligere.] Ar. ꝙ nõ eſt deponẽdus aliqs pp imperitiã 2. ut 10. q. 1. placuit.

Imperitia nũ faciat quem deponi.

d ¶ Dicat. Arg. contra extra de fi. p̃sbyte. ppoſuit. 7. q. 1. illud. ſed nec hic populus rñd. Amen, officiãdo eccleſiam uel Miſsã. Et ita vr̃, ꝙ nec ſine miniſtro põt presbyter Miſſam dicere, licet H. dixerit, ꝙ bñ poſſit cum populo tãtum eccleſiam officiare.

2 Ad idem 73. d. epiſcoporum in fi. 25. q. 2. ĩ Galliarũ in fin. 3 Presbyter an ſine miniſtro poſſit celebrare.

e ¶ Amen ] Videtur ergo ſufficere, ſi populus reſpondeat ſacerdoti in Miſſa. 4 & ſic eſt cõtra 7. q. 1. illud. Sed dic, ꝙ ñ reſpõdet populus officiando Miſſam.

4 Dicit Hugo, ꝙ quidẽ verũ eſt, ſed hoc nõ colligitur hic. non. n. dicit ꝙ populus ſic reſpondeat officiãdo. &c. vt ſequitur. de hoc ſup. in glo. præced. Archid.

f ¶ Vt ſono. Hoc eſt dicere, ſicut ĩ cõcione laici compoſitos ſermones & politos conſiderant: ſic uiri eccleſiarum uotũ & intentionẽ cõſiderare debẽt ſacerdotis.

g ¶ Itaque. i. q̃uis.

h ¶ Illa. Concio.

i ¶ Bona dictio. Nominetur: non tamẽ põt dici benedictio. 25. d. presbyterum.

NVllus. CASVS. Quidã epiſcopi de-

dedignabantur diſcere à iuuenibus, vel ignobilibus propter opprobrium ſenectutis, uel nobilitatem generis: quos Clemens reprehendit, dicẽs, ꝙ potius ſunt mẽbra diaboli quã Chriſti: & potius ſunt infideles ꝗ fideles.
a ¶ Opprobriũ.] Et dicit Auguſtinus. Ego ſenex à puero nõ ſolum anniculo paratus ſũ edoceri, ut 24. q. 3. ſi habes. & ſtult⁹ eſt, q bona quæ videt diſcere, cõtemnit, ut 22. diſ. de Cõſtãtinopolitanę, & ſi unum pedẽ haberem in ſepulchro, alium extra, adhuc vellẽ diſcere, ut ff. de fideicom. lib. apud Iulianũ. Vnde Seneca, Nulla ætas ſera eſt ad diſcendum.

Incitatio optima ad diſcendum.

Seneca.

g Extrinſeca.] Debet. n. cautus circa ſua negotia eſſe, vt 23. diſ. qui epiſcopus. & eſt ſimile. 86. diſt. fratrem. Ioannes.
OPortet.] Hæc diſt. diuiditur in ſex partes, in quarum prima probat primo & principaliter,

briũ [a] ſenectutis, vel nobilitatem generis à paruulis, vel minimis † eruditis, ſi quid fortè eſt utilitatis, aut ſalutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuit, & diſcere, atque agere bona recuſat; magis diaboli, quam Chriſti membrum eſſe oſtenditur, & potius infidelis, quam fidelis monſtratur.

† al. minus.

## DISTINCTIO XXXIX.

*ECce [b] plenariè monſtratũ eſt, quod ſacerdotes oportet literarum tam ſacrarum, quã ſæcularium eſſe peritos. Nũc quæritur, an ſæcularium negotiorũ oporteat eos habere peritiam. [c] Hãc p̃latis eſſe neceſſariã multis rationibus probatur. Debet namque prælati ſubditis non ſolũ ſpiritualia, ſed etiã carnalia ſubſidia miniſtrare, exemplo Chriſti, qui turbas ſequentes non ſolum uerbo docebat, ſed etiam virtute ſanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Vt autem prælati hæc omnia planè poſſint perficere, ſecularium negotiorum oportet eos habere ſolertiam: [d] vt eorum cautela & eccleſiæ ſeruentur indemnes, & cuique neceſſaria pro ſuo modo [e] miniſtrentur. Vnde quidam in epiſcopum electus, a Beato Gregorio pro ſua ſimplicitate repellitur, ne eius occaſione res eccleſiæ dilapidarentur. Sic enim ſcribit Gregorius clero, & nobilibus Neapol. lib. 8. epiſt. 40.*

¶ Sæcularium negotiorum imperiti non ſunt in epiſcopos ordinandi. Cap. I.

PEtrus diaconus, quem a vobis electum aſſeritis omnino (vt dicitur) ſimplex eſt, [f] & noſtis, quia talis hoc tempore in regiminis debet arce cõſtitui, qui nõ ſolũ de ſalute animarum, verum etiam de extrinſeca [h] ſubiectorum vtilitate, & cautela ſciat eſſe ſolicitus.

Anſ. l. 6. c. 13. Poly. l. 2. tit. 1.

## DISTINCTIO XL.

*OPortet [h] quoq̃, epiſcopum eſſe ornatũ, &*

1. Timoth. 3.

ECce.] hęc diſ. breuis ẽ: & ideo nõ diuidit.
b ¶ Ecce.] In tribus ſupradictis diſt. demonſtratum eſt, epiſcopum debere eſſe prudentẽ in literis, tam diuinis, ꝗ ſæcularib. Nunc uero in hac 39. diſt. oſtendit, ꝙ oportet ep̃m eſſe prudentem in negotiis ſæcularibus, ut ſua cautela reddant eccleſiæ indẽnes, & cuique neceſſaria ꝓ ſuo modulo miniſtrent: & hoc exẽplo Dñi, q turbas ſequẽtes nõ ſolum uerbis ſpiritualibus, ſed ẽt corporalibus alimẽtis reficiebat: quam peritiã, quia Petrus diaconus nõ habuit eſt à dignitate repulſus, ad quam fuerat electus, ut probat ſequens c. quod per ſe patet.
c ¶ Habere peritiã.] g Et ita hoc eſt adhuc 1. de illo capitulo, de quo tractatur 36. di. ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe Prudentem: ſecundum Hug. & Lau.
d ¶ Solertiam.] Ideſt, induſtriam. & ſolicitudinem. Solers enim antiquitus dicebatur qui erat omni bona arte inſtructus. Et dicit ſolers, quòd ſit ſolicitus in arte & vtilis, ſecundum Papiam.
e ¶ Pro ſuo modo.] Quia plus quandoque conferendum eſt uni quã alteri, ut 1. q. 2. clerici. 12. q. 2. Vulterranæ. extra de præb. de multa in fi.
f PEtrus. Simplex eſt.] Quædã eſt ſimplicitas, quæ eſt contraria dolori. & illa eſt bona, ut 16. q. 1. ſi cupis. ſed hic uocat ſimplicitatem negligentiæ, ſiue ſtultitiam, vt 36. diſt. in prin. illa enim impedit promouendum, ut hic. & arg. 74. diſt. epiſcoporum. ſed promotum non deijcit: ſed datur ei coadiutor, ut 7. q. 1. quia frater. & 12. q. 2. uobis. tamen iſte Petrus non tantum propter ſimplicitatem fuit remotus, ſed etiam quia ſolidos dedit ad uſuram, ut 47. diſt. de Petro.

Ep̃s debet eſſe prudẽs in negotijs ſæcularibus.

Simplicitas eſt duplex. 22. q. 7. ſãcta quippe ruſticitas, i. ſimplicitas. Aliquando eſt ſimplicitas cõtraria difficultati. C. de fi. l. ul. in fin. Inſt. de fideicõ. hęredi. §. quia

ter, quòd ornatus debet eſſe ſacerdos, & omnes alij clerici, ut honorem faciant ſuis cathedris & dignitatibus. & hoc probat per quatuor auctho. Secunda ibi, [Homo Chriſtianus.] Tertia ibi, [Si Papa:] Quarta ibi] Ante omnia.] Quinta ibi, [Illud] Sexta ibi, [Multi,] Ioan. de Fant.
CASVS. Hic intitulatur 40. diſtin. in qua proſequitur quintum c. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet, oportet epiſcopũ eſſe ornatum. ſed per ornamenta uirtutes intelliguntur, & hoc probatur auctoritate Pſal. & exemplo ſacerdotum ueteris teſtamenti, qui uarijs ueſtibus vtebãtur, q deſignant veſtes interiores, ſcilicet uirtutes, & bonos mores, quibus ſuæ cathedrę conferant decorem, quem ab eo non accipiunt: nec intelligant ſibi licentiam peccandi cõceſſam ex dignitate ſibi data, ſed neceſſitatem bene uiuendi; quod probat ſeq. ca.
h ¶ Oportet.] Hic proſequitur cap. 5. Apoſtolicę regulę opor-

oportet epiſcopum eſſe ornatum. Eſt autem duplex ornatus, exterior, & interior. Exterior ornatus cõſiſtit in grauitate, & in inceſſu, & in habitu, & in temperantia cibi & potus. de iſto ornatu agitur in proxima ſeq. diſt. Interior ornatus eſt uirtus, & de hoc agitur hic: & oſtẽdit

tiæ, quã per bona opera acquiſiuit: uerumtamẽ nullus debet dubitare ſanctum eſſe, quem apex tantę dignitatis attolit: in quo ſi bona propria deſint, ſufficiunt merita Petri, ut bonæ opinionis habeatur. Quæ ſequuntur uſq. ad cap. ſi Papa. plana ſunt.

*hoſpitalem. Ornamenta epiſcopalia virtutes debẽt intelligi, quæ a Domino eis repromittũtur, cum dicitur.] Sacerdotes eius induam ſalutari.] Vnde in veteri teſtamẽto varijs veſtib. ex præcepto Domini ſacerdotes ornati leguntur, quia multimodis virtutibus debet ſplendere vita pontificis, vt gradui conferat decorẽ, quem ab eo nõ accepit, Non enim loca, ſed vita, & mores ſanctum faciũt ſacerdotem. Vnde ex ſuſcepto officio non licẽtiam peccãdi, ſed neceſſitatem bene viuendi ſe nouerint aſſecutos.*

Pſal. 131. Exo. 28.

*Vnde Symmachus Papa ait.*

¶ Officium ſacerdotij non confert, ſed adimit peccandi licentiam. Cap. I.

Poly. l. 3. tit. 7.

NOn nos beatum Petrum, ſicut dicitis, à Domino cũ ſedis priuilegijs, vel ſucceſſores eius, peccãdi iudicamus licentiam ſuſcepiſſe. Ille perennem meritorum [a] dotem cum hæreditate [b] innocentiæ miſit ad poſteros. Quod illi cõceſſum eſt pro actuum luce [c]. ad illos pertinet, quos [d] par conuerſationis ſplendor illuminat. Quis enim [e] ſanctum dubitet eſſe, quem apex tãtæ dignitatis attollit? In quo deſunt bona acquiſita per meritũ, ſufficiũt, quæ à loci deceſſore præſtãtur. Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit; aut, qui eriguntur illuſtrat [f].

*¶ Caput hoc, quod citatur ex Symmacho, eſt in libro quẽ ꝓ Symmacho Ennodius diaconus ſcripſit: iureq. Symmachi nomine citatur, quod eum librum Symmachus, & vniuerſa quinta ſynodus pro cauſa Symmachi habita ſic approbarunt, vt parem ei cum ſynodis, & Apoſtolicis decretis auctoritatem tribuerint.*

*Item Hieronymus ad Heliodorum, epiſt. 1.*

¶ Filij ſanctorum ſunt, qui exercent opera eorum. Cap. II.

Infra 2. q. 7. c. non omnes. Poly. l. 3. tit. 8. Burc. l. 1. c. 207. Iuo p. 5. c. 321.

NOn eſt facile ſtare [g] loco Pauli, tenere gradum Petri iam cum Chriſto regnantium: quia hinc [a] dicitur; non ſanctorum filij ſunt, qui tenent loca ſanctorum; ſed qui exercent opera eorum [h].

a ¶ Quia hinc.] *Hæc vſque ad finem non ſunt inuenta apud B. Hyeronimum, ex quo tamen, aut ex eius dictis, citant etiam cæteri collectores.*

*Item Gregorius.*

¶ Morum nobilitas, non loci, vel generis ſacerdotes notificet. Cap. III.

Burc. l. 1. c. 208. Iuo p. 5. c. 322. Poly. l. 3. tit. 7.

NOs qui præſumus, non ex locorum [i], vel generis di

a ¶ Perennem meritorũ.] Id eſt, apoſtolicam dignitatẽ per bona merita acquiſitam. 1

1 Arg. 24. q. 1. pudenda.

b ¶ Cum hæreditate.] Id eſt, ad hoc trãſmiſit, ut eſſent hĩ des bonitatis ſuę.

c ¶ Pro actuum luce.] Id eſt, per bonos actus.

d ¶ Quos.] Id eſt, quia eos.

e ¶ Quis enĩ.] Quaſi dicat, & ſi qñq. forte Apoſtolici nõ eſſent boni; tñ ſemper p̃ſumuntur eſſe boni. q̃s enim, &c. Sed nonne cõtrariũ eſt 19. diſt. Anaſtaſius 21. diſt. nũc autem? Sed nõ dr̃ hic, ꝙ ſancti ſunt: ſed ꝙ ſancti præſumũtur, donec cõtrariũ cõſtet: q̃a hæreditatẽ innocẽtię recipiũt, ut hic dr̃. Sed quid ſi conſtet de ipſo, ꝙ adulteriũ cõmiſit, uel homicidium? Dicit Hug. ꝙ licet nõ poſſit accuſari, inde tamen peccat: & quod hic dicitur. bene facere, intelligitur de his, quæ poſſũt æque retorqueri ad bonum, uel ad malũ: q̃a ſemper in dubio ꝓ ipſi⁹ facto p̃ſumitur. Sed hoc certe idẽ eſt in quolibet ſacerdote, vt 11. q. 3. abſit. & 41. diſt. ca. 1. & 16. q. 1. ſi clericatus? Reſpõ. hoc uerũ eſt. ſed tamen magis pręſumit̃ ꝓ Papa, ut 93. diſt. c. 1. uſi ſacrilegij inſtar eſſet diſputare de facto. 2 ſuo, ut 17. q. 4. §. q̃ autẽ. Vel dic ꝙ facta Papæ accuſant, ut homicidia Sampſonis, & furta Hebręorum, & adulterium Iacob, ut extra de diuor. gaudemus. Ioan.

Papa ſiue Apoſtolicus ſemper præſumitur bonus.

Papa de homicidio uel adulterio accuſari nequit.

2 Iſta fuit ſnĩa Laur. dicentis quod qui de alijs p̃ſumit. uel dubitat, peccat uenialiter, qui de Papa mortaliter. argu. huius. §. hic alleg. qui autem.

dit, ꝙ locus non dat uirtutem, nec dignitas: ſed uitę meritum. Ioan.

NOn nos.] CASVS. Quidam dicebant, ꝙ Petrus & ſucceſſores eius licentiam peccandi à Domino receperunt cum priuilegio dignitatis. Symmachus autẽ Papa dicit, non eſſe uerũ: quia Petrus tranſmiſit ad poſteros apoſtolicã dignitatem cum hæreditate innocen-

f ¶ Illuſtrat.] Id eſt, dat eis occaſionem bene uiuendi, ut 81. diſt. ualet.

g NOn eſt.] Stare.] Digne, ſicut exigit eminentia dignitatis. Hug.

h ¶ Opera eorum.] 35. diſt. c. eccleſiæ.

i NOs.] ¶ Non ex locorum.] tantum ne ſit contra, 81. diſt. ualet.

a ¶ Morum.] C. de epiſc.& cler.ſi quemquam.
b ¶ Nobilitate.] Sic inf.1.q.1.uiliſſimus.
c NOn loca,uel ordines.] Tantum.quia per ordines conſertur gratia,vt 1.q.1.quidquid.& eſt ſimile 23.q.4.ſicut.2.

ſed licet iudicari non poſſit, nihilominus punietur eſt ipſo diabolo in æternum.
e ¶ Taciturnus.] Taciturnitas.mortalis eſt in prælato, vt 43.diſt.c.1.
f ¶ Mancipio.] Id eſt, diabolo, qui mancipatus eſt gehennę.

Prælati tacere non dēnt. Papa iudicatur a nemine.

gnitate,ſed morum a nobilitate b innoteſcere debemus: nec urbium claritate,ſed fidei puritate.

*Item Gregorius ad Anaſtaſium presbyterum. li.6. epiſt.29.vel c.193.*

¶ Non loca, vel ordines, ſed merita nos Deo iungunt. Cap. IIII.

NOn loca, vel ordines c creatori noſtro nos ꝓximos faciunt, ſed ei nos merita bona iungunt, aut mala diſiungunt. Poly.ibidem.

*Item Io. Chryſoſtomus, [ Ideſt auctor operis imperfecti in Matthæum,homil.40.ad c.21.]*

¶ Magnitudo peccati, uel dignitatis quemque fortiter deijcit. Cap. V.

2 HOmo Chriſtianus fortiter cadit d in peccato ꝓpter duas cauſas,aut propter magnitudinem peccati,aut propter altitudinem dignitatis. †

*Item ex dictis † Bonifacij α martyris.* † *al.geſtis.*

¶ Damnatur Apoſtolicus,qui ſuæ,& fraternæ ſalutis eſt negligens. Cap. VI.

3 SI Papa ſuæ & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur inutilis, & remiſſus in operibus ſuis, & inſuper a bono taciturnus, e quod magis officit ſibi,& omnibus: nihilominus innumerabiles populos cateruatim ſecũ ducit,primo mãcipio f gehennę,cũ ipſo plagis multis ĩ ęternũ vapulaturus. † Huius culpas iſtic redarguere pſumit mortaliũ nullus; quia cunctos ipſe iudicaturus a nemine g eſt iudicandus; niſi deprehendatur a fide deuius: h pro cuius perpetuo ſtatu vniuerſitas fidelium tãto inſtantius orat,quanto ſuam ſalutem poſt Deum ex illius incolumitate animaduertit propenſius pendere.

Iuo p.5.ca.23.

† Concord. tex.il. nemo C.de ſu. tri. & l. oēs. §. qui manus. ff.de re mili.

† *al.vapulaturus.*

α ¶ Dictis Bonifacij.] *Nauclerus gen.26. teſtatur hoc fuiſſe dictũ Bonifacij martyris. Verũ Deus dedit presbyter Cardinalis, titu. Apoſtolorum in Eudoxia, tempore Victoris Papæ III. libros quatuor de rebus eccleſiaſticis cõpoſuit,qui ĩ bibliotheca Vaticana ſeruãtur. Et libro primo,ca.231.ex geſtis( ſic hñt ẽt multi Gratiani codices,& Iuo ) Bonif. martyris,& Archiepiſcopi Mogũtini ſedis Apoſtolicæ legati, hæc ſanctiſſimi illius uiri de Romano Pontifice, ac ſede Apoſtolica uerba refert,in*

HOmo.] Hęc eſt ſecũda pars huius diſt. ĩ qua ꝓbat ꝙ unus in eodẽ genere peccati magis punit quã alius: & hoc probat ꝑ iſtud c.Ioan.de Fan.
d ¶ Cadit.] Id eſt,cadere vr̃ ab eccleſia. Ex hoc capitulo plurimi dñt, qđ circũſtãtię loci, & tpis, & dignitatis,& ſciẽtię aggrauant peccatũ: 1 vt magis peccet cleric⁹, q̃ laic⁹ ĩ eodẽ genere delicti. & magis literat⁹, q̃ nõ literatus, & magis peccat in loco ſacro vel tẽpore. q̃ extra.arg.19.diſt.nulli. & 50.di. q̃a tua, & 11.q.3. pcipuæ: & 25.q.1. nulli de pęn.diſt.5.conſideret. & 32. q.5.q viderit, & auget peccatũ dignitate peccãtis, 2 vt ff.d{re mi lit.oẽ. §.auget. Alij dñt, ꝙ circũſtãtię cũ ſint bonæ, & à Deo nõ debẽt eſſe alicui occaſio mali. vnde dicũt,ꝙ circunſtantiæ non aggrauant peccatum, ſed ſolus contemptus.ſi ergo laicus ex maiori cõtemptu peccat, magis peccat quam clericus. Sed quia non conſtat eccleſię qualiter quis peccat,an ex cõtẽptu vel alio mõ, 24.q.3.Deus. ideo nõ poteſt iudicare de peccato ſm cõtemptum:& ideo iudicat per circũſtãtias, quaſi ꝑ quaſdã pſumptiones:& magis punit clericus q̃ laicus: quia magis præſumitur contra ipſum. & licet hic duæ cauſæ tãtum enumerentur,quę videntur aggrauare peccatum.tamẽ plures ſunt.de pœ. diſt.5.conſideret.

Circũſtãtię. peccata aggrauantes.

1 Adde ad hoc tex. glo. & Doct.in l. & facta.§. 1. ff. de pęn.& de hoc ſatis not. Gof. in ſu. de pæn. & re. §.cõficetur qs,&c.

2 Ad hoc 5. q.6. presbyteri.C.de ep. & cle.presb.

SI Papa.] Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua probat,quod Papa magis punitur quam alij,ſi male regit eccleſiam Dei.& hoc probat ꝑ hoc cap. Io. de Fan. CASVS. Bonifacius martyr conſultus fuit, an Papa ab aliquo poſſit iudicari,ſi inueniatur negligens & remiſſus in operibus ſuis,cum noceat ſibi & omnib.ſubditis ſuis: & ſimiliter multos ſecum trahit. Et rñdet quod non eum, debeat omnes alios iudicare: niſi hæreticus deprehendatur, pro cuius ſalute, cum ipſe ſit caput eccleſiæ poſt Deum, uniuerſitas fidelium inſtantius orat,

hennæ.de pęn.diſt.1.mancipium.
g ¶ A nemine.] Papa a nemine poteſt iudicari, vt 9.q.3.nemo. quod intellige niſi ipſe ſe ſubijciat alij 2.q.7. nos ſi incompetenter. Sed contra 24. q.2. ſanè profertur. verſiculo, item Romanorum. vbi dicitur, quod Dioſcorus Papa Romanus fuit excommunicatus, quãuis in fide non peccauerat. Sed ibi appellat Papam patriarcham Conſtantinopolitanum. Item adhuc obſtat 12.q.2. non liceat. ibi, vnus papa iudicat de ſuo ſucceſſore.Sed ibi non iudicat de ipſo,ſed dicit quod nõ liceat ei alienare res eccleſiæ.
h ¶ A fide deuius.] Quod intelligit Hugo, cum Papa non vult corrigi, ſi enim paratus eſſet corrigi, non

poſſet

*quibus eſt hoc caput:& quidẽ ex antecedentib & ſequentib: valde illuſtratur* Sãcta Romana Eccleſia priuilegio ſpecialis auctoritatis diuinitus,& humanit⁹ caput oĩum eccleſiarũ poſt Chriſtũ Ieſum effecta ſcd'm Antiſtitis, vel rectoris ſui qualitatẽ, & valetudinẽ,afficit totius Chriſtianitatis membra,vt illius incolumitati ſua rñdeant incolumitate,& congaudeant: & nihilo minus eius languorib.ſuo languore cõſentiant:& ſicut eius

*2. Cor. 1.* gloria iuxta Apoſtolũ conglorificantur:ſic eius deie-

*Eſa. 1.* ctione deijciuntur, vt illud ꝓpheticũ in eo p̃cipue cõpleri deprehendaẽ: Oẽ caput languidũ, & oẽ cor mœrẽs:a plãta pedis vſq; ad verticẽ nõ eſt in eo ſanitas ] Et reuera tãta reuerẽtia apicẽ p̃ſatæ Apoſtolicæ ſedis oẽs ſuſpiciunt,vt nonnullã ſanctorũ canonũ diſciplinã,& anteq̃ Chriſtianæ religionis inſtitutionẽ magis ab ore p̃ceſſoris eius,q̃ a ſacris paginis,& paternis traditionib. expetant: illius velle,illius nolle tm̃ explorant,vt ad eius arbitriũ ſuã conuerſationem & ipſi remittant,aut intẽdant. Qđ ſi,vt ſummopere ſibi,& oĩbus expedit, zelo domus Dei ſine intermiſſione tabeſcens,fidelis diſpenſator & prudens exiſtens, Deo & hoib. opere & ſermone irreprehenſibilẽ ſeſe conſeruare ſtuduerit,vt verè fatear, vniuerſum pene mũdũ ſecum attonitũ,& ſolicitũ poſt Deũ currere facit; ex vtroq; ſexu populos diuerſæ profeſſionis, condõnis, & ætatis cateruatim Dño ſuo ſuꝑ oĩa bona ipſius cõſtituendus ducit.Si vero ſuæ,& fraternæ ſalutis negligens deprehendiẽ,inutilis,& remiſſus in operib.ſuis, & ĩſuꝑ a bono taciturnus(ꝙ magis officit ſibi & oĩb.) nihilo minus innumerabiles populos cateruatim ſecũ ducit,primo mãcipio gehennæ cũ ipſo plagis multis in ęternũ vapulaturus: cuius culpas iſtic redarguere p̃ſumit mortaliũ nullus:qa cũctos ipſe iudicaturus a nemine eſt iudicãdus, niſi forte deprehendaẽ a fide deuius:ꝓ cuius perpetuo ſtatu vniuerſitas fideliũ tãto inſtantius orat quãto ſuã ſalutẽ poſt Deũ ex illius incolumitate aĩaduertũt ꝓpenſius pendere. Saluo.n. diuinæ oĩpotentiæ myſterio, vt dignũ eſt,loco ab ipſa ſcđo illud B. Iob.non incongrue aptari S.R.E. põt:

*Iob. c. 12.* [Si deſtruxerit,nemo eſt q̃ ædificet:& ſi incluſerit hominẽ,nullus eſt qui aperiat ei:ſi cõtinuerit aquas oĩa ſiccabunẽ,& ſi emiſerit eas: ſubuertent terrã;nec immerito: cũ ipſa ſpecialius in Petro cęli terræq; retentet habenas. Hæc cũ oĩum fideliũ in Chriſto ſpiritalis

*Prouer. 1.6. 21.* ſit mater nemo dẽt renuere illius ferini diſciplina,vel emendari cenſura, iuxta illa ꝓuerbia Salomo-

*Eccleſ. 3.* nis: [ Ne dimittas legem matris tuæ, liga eã in corde tuo iugiter:qui.n.abijcit diſciplinã,i fęlix eſt, & ſtultus hõ deſpicit matrẽ ſuã.] & rurſus Eſt maledictus a Deo,q̃ exaſperat mr̃em:& maledictio matris eradi-

*† fortaſſe] arroganter.* cat fundamẽta; illa vtiq; q̃ arrogãt,†diuerſa a ſede il-

*Matth. 16.* lius,cui dictũ eſt: Tu es Petrus,& ſuꝑ hãc petrã ædificabo eccleſiã meã.]& ſuꝑ arenã cõcupiſcentiæ carnalis,ſeu humanę pręſumptionis ꝓbantur poſita:curſus riui minime proſperatur,ſi a ſuo fonte diuidatur.

*Item Auguſtinus ad Valerium epiſt 148.*

¶ Non ordines,ſed vitæ merita nos Deo commendãt.

*Anſ.l.6.c.196.*
*Iuo p.6.c.389.*

Cap. VII.

4 ANte oĩa peto,vt cogitet religioſa prudentia tua

poſſet accuſari, ut 24.q.1.aperte,& ca. ait.& c. hęc ẽ fides. & 2.q.3.dixit Apoſ. Sed quare nõ poteſt accuſari de alio crimine? ponamus qđ notorium ſit crimẽ eius, vel ꝑ cõfeſſionẽ, uel per facti euidentiam quare non accuſatur,vel de crimine ſimoniæ, uel adulterij: etiam cũ admonetur,incorrigibilis eſt, & ſcãdalizaẽ eccleſia per factum eius? Certè credo, ꝙ ſi notoriũ eſt crimen eius,quãdocunque,& inde ſcandalizatur eccleſia,& incorrigibilis ſit: ꝙ inde poſſit accuſari. Nam contumacia dicitur hæreſis. 1 ut 81. d. ſi qui presbyteri.& contumax dr̃ infidelis,vt 38. diſt. nullus. Hic tamen ſpecialiter ſit mẽtio de hęreſi, ideo quia & ſi occulta eſſet hęreſis de illa poſſet accuſari: ſed de alio occulto crimine nõ poſſet. Itẽ nunquid poteſt denũciari crimen Papæ ſecundũ regulã iſtam. Si peccauerit in te frater tuus. 2 cũ nomine fratris q̃libet Chriſtianus dicaẽ, ut 11. q.˙. ad menſam. Sed dico ꝙ non põt denũciari crimẽ de ipſo niſi inde poſſet accuſari. nã inutilis eſſet denũciatio. 3 Itẽ nũq̃d Papa poſſet ſtatuere, ꝙ ñ poſſet accuſari de hęreſi? Rñd. ꝙ nõ. qa ex hoc periclitareẽ tota eccleſia: qđ non licẽt inf. 25. q. 1. ſunt qdẽ. qa hoc ſit in eo caſu quo deſinit eſſe caput eccleſię, & ita nõ tenet cõſtitutio. Sed pro quo peccato poteſt Imperator deponi? pro quolibet; ſi eſt incorrigibilis, vnde deponitur; ſi eſt minus utilis, ut 15.q.6.alius.

Papa an de crimine accuſari poſſit.

1 Dic. ꝙ hæreticus diciẽ plurib. modis, vt not. 24. q. 3. inter. & extra de hære. firmiſſimè.

2 Vt 2.q.1.ſi peccauerit.

3 Sub. nã denũciatio ſit ad correctionem, ad quã compelli nõ põt: cum ſuperiorẽ non habeat. Arc.

Imperator ꝓ quo peccato deponi poteſt.

ANte oĩa. ] Hæc eſt quarta pars huius d. in qua diciẽ ꝙ difficile eſt bñ regere ſacros ordines & eccl'icas dignitates, ſed facile eſt male re-

nihil eſſe in hac vita,& maximè hoc tempore facilius,& lętius,& hominibus acceptabilius,epiſcopi,aut presbyteri; aut diaconi officio,ſi perfunctoriè [a] atq; adulatoriè res agatur, ſed nihil apud Deum miſerius, & triſtius, & damnabilius. ¶ Itē nihil eſſe in hac vita, & maximè hoc tempore difficilius,laborioſius,periculoſius [b] epiſcopi, aut presbyteri,aut diaconi officio: ſed apud Deum nihil beatius, ſi eo modo militetur,quo noſter Imperator iubet.Quis autem iſte ſit modus,nec a pueritia,nec ab adoleſcentia mea didici;& eo tempore, quo diſcere cęperā, vis mihi [c] facta eſt merito peccatorum meorum. Nam quid aliud exiſtimem neſcio,vt ſecundus locus [d] gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram. Auſ.li.6.c.118.

Epātum deſiderare valde periculoſum eſt.

*Item Iſidorus.*

¶ Corrumpitur, & ad terram ſacerdotium trahitur, niſi legaliter,& iuſtè ſeruetur. Cap. VIII.

SIcut viri & mulieris digna cōiunctio vnum facit matrimonium, & ſicut duorum copulatio unum perficit corpus; ita clericatus [e] & ſacerdotium unum faciūt presbyterum; & electio [f] & conſecratio unum faciunt epiſcopum:quę omnia vnum efficiunt corpus: quod citius corrumpitur,& ad terram trahitur, niſi legaliter ſeruetur,niſi iuſtè viuendo laudetur.

*Item Ambroſius lib.de Paradiſo, c.4.*

¶ Gratia,non locus ſaluat animam. Cap. IX.

Papatus eſt primus locus.

5 ILlud † autem animaduerte, quia extra Paradiſum [g] vir factus eſt, & mulier intra Paradiſum, vt aduertas,quòd non loci, [h] non generis nobilitate, ſed virtute vnuſquiſque gratiam ſibi comparat. ¶ Deniq; extra Paradiſum factus hoc eſt in inferiore loco,vir melior inuenitur;& illa,quę in meliore loco,hoc eſt in Paradiſo, facta eſt,inferior reperitur. † Quo loci illud aduerte; orig.

*Item Gregorius lib.6.reg.epiſt.5.ſeu c.169.*

De eodem. Cap. X.

QVęlibet † occulta [i] loca ſine gratia Dei animā ſal- † al. Quamlibet.

---

le regere,& periculoſum: & hoc probat per hoc c.& c. ſeq. Io.de Fan.

CASVS. Aug. factus fuit epiſcopus Hipponenſis eccleſiæ.Vnde Valerius referebat gratias creatori. Aug.dicit, quòd ſi quis vtatur officio epi,presbyteri,diaconi trāſitoriè & ſemiplenè, nihil eſt leuius & facilius: ſed nihil eſt ei dānabilius apud Deū: ſed ſi q̄s militet eo mō,quo Chriſtus iubet,nihil eſt difficilius, ſed nihil beatius apud Deū. Et oñdit, q̄d ad tātā dignitatē eligi non debuit,cum minora officia nō didicerit gubernare.Et hoc ꝓbat nauigantis exēplo, cui cura nauis ꝯmitti nō dēt,qui remū tenere ñ nouit.

a ¶ Si perfunctorie] ideſt,negligenter.

b ¶ Periculoſius.] Quia q̄ epātum deſiderat in terra, inueniet confuſionē in cęlo 8.q.1.q̄ epātū. & inf.ea. c.multi.

c ¶ Mihi.]Et ſic aliq̄s pōt cogi, ut fiat ep̄s,q̄d verum eſt,ſi ab initio cogitur, ut fiat de nolente uolēs,ut 23.q.4. diſplicet.ſed ſi perſeuceraret in voluntate, nō eſſet cogendus, ut 74.diſt.vbi iſta.

d ¶ Vt ſecundus locus.]Quia prim⁹ locus eſt Papatus,ſecūdus locus eſt epiſcopatus. Vel ideo hoc dixit,quia factus eſt epiſcopus aliter, ut 7.q.1. non autem.

SIcut viri.] CASVS. In hoc c.notat ſimilitudo inter matrimoniū carnale, & ſpirituale: q̄a ſicut legitima cōiunctio.ſ.alorū, unum facit matrimoniū; & ſicut duorū commixtio vnū facit corpus, ita clericatus, & ſacerdotium unum faciunt preſbyterum,& electio,& conſecratio faciunt unum epiſcopum. Et hæc omnia ſupradicta vnum corpus efficiunt, ideſt, eccleſiam. quod cito rumpitur, niſi legaliter obſeruetur.

e ¶ Clericatus.] i. minor ordo hic videtur, ꝙ ſi laicus promoueretur in ſacerdotem, nullum reciperet characterem: ſed ſi haberet aliquem minorem ordinem, & per ſaltum reciperet ſuperiorem, bene reciperet characterem,ut 52.diſt.ſolicitudo. Alij dicunt,ꝙ laicus verū ordinem reciperet, dum tamen baptizatus fuerit. arg. 1.q.1.ventum.Io.quod verum. 1 credo B.

r Idem no. 36.diſt.c.1. in glo.

f ¶ Electio.] Cōſueuit iſtud induci,ꝙ ex ſola electione non conſequit̄ aliquis ius,vt de hoc dixi 63.diſt.quāto.

ILlud.] Hæc eſt quinta pars huius diſtin.in qua probatur, quod non eſt ita magnus, quin cadere non poſſet,ſi gratiam non haberet. & hoc probatur per hoc c.& duo c.ſeq. Io.de Fan.

CASVS. Quidam nimis gloriabantur de loci nobilitate, ſed Ambr. probat non eſſe gloriandum,quia in loco nobili poteſt eſſe malus, & in vili loco bonus inueniri, & hoc probat exemplo Adæ & Euæ. nam Adam creatus fuit in agro Damaſceno, & tamen melior eſt inuentus Eua,quæ in Paradiſo eſt creata.

g ¶ Extra Paradiſum.] in agro Damaſceno.

h ¶ Nō loci.]Arg.ꝙ rōne loci vel dignitatis,vel nobilitatis pro aliquo non præſumitur, ut 12.q.2.gloria.arg. cōtra 24.d. qñ. Et certe ꝓ nobilib. ſemꝑ dēt ꝓſumi in ijs,quę ſpectant ad nobilitatem.ar.ff.de fid.inſt.l.fi.Io.

QVælibet.] CASVS.Quidam dicebant,ꝙ aliquis non poterat ſaluari,niſi in locis ſolitarijs: ſed Greg.dicit hoc non eſſe verum. & hoc probat exemplo trium. Nam Loth in ipſa ciuitate fuit iuſtus, & in monte peccauit. Adam in Paradiſo deliciarum peccauit,quo nihil eſt iucundius. Et angelus de cœlo per peccatum deſcendit. Cap. quod ſequitur patet.

i ¶ Occulta.] Arg.contra heremitas.

a ¶ Extra-

a ¶Erratibus.] Ideſt peccatis, uel delictis.
b ¶Peruerſa ciuitate.] Arg. ꝙ non nocet bono malorũ conuerſatio, vel cohabitatio.
1 Et 35. diſt. ſexto die.
c ¶In monte.] 15. q. 1. inebriauerunt. 1
d ¶Cecidit.] Nam ex uarietate locorum nullum diſcrimen inducitur. C. de temp. in integ. reſtit. l. vlt. argu. contra 32. q. 5. qui uiderit.
d ¶Cecidit. 2.] Et hæc eſt cauſa, quare nõ perſequitur, quia nos illuc debemus aſcendere, vnde ipſe deſcendit 16. q. 2. c. 1.
Demõ quare nos perſequitur.
2 De caſu eius habetur de pœn. d. 2. in pri. Lau.

e ADam. [¶Eiectus eſt.] Gen. 4. de pœn. diſt. 1. Adam, & priuatus, ut de pœn. diſt. 1. c. ſerpens, & ca. ſicut primi.

MVlti.] Hæc eſt ſexta pars huius diſt. in qua dicit, ꝙ nomen ſacerdotis debet conſiſtere in re, & non tantum in nomine, vt per hoc c. probatur. Io. de Fan.
CASVS. Reprehenduntur hic quidam, qui erãt presbyteri, vel ſacerdotes nomine tantum, & nõ re, uel vita, qui propter cathedrã ſe ſanctificatos putabant, ſed male, quia locus nõ ſanctificat hominẽ, ſed homo locum, vnde dicit Io. Chryſo. quod ſi bene docẽt, & bene viuunt, populum inſtruunt, & bene habebunt, & ſi bene docent, & male viuunt, ſeipſos cõdemnant.
f ¶Sed homo locũ.] Sed res accedere debet hominib. & nõ homo rebus. ff. de ædil. edic. iuſtiſſimæ.
IDEM QVICVNQVE. CASVS. Quidam deſtribebant dignitatem, ut præeſſent tantum, & non ut prodeſſent, ſed dicit Io. Chryſo. quòd tales inuenient confeſſionẽ in cælo, nec inter ſeruos Chriſti computabantur. Nõ enim debet aliquis feſtinare qualiter appareat maior alijs: nam qui iuſtior eſt, maior eſt, & non q. maior eſt dignitate, eſt iuſtior.
g ¶Deſiderauerit.] Ad hoc, vt præſit, nõ ut proſit, ne obſtet. 8. q. 1. qui epiſcopatum.
h ¶Tractauerit.] Not. ꝙ eo ſolo quod aliquis loquitur de epiſcopatu, punitur: ſic eo ipſo, quod quis loquit̃ ambitioſè de minimis, peccat 16. q. 1. ſi cupis, & qui loquitur de mulieribus, ut 32. d. hoſpitiolum.
Peccat qui de minimis ambitioſe loquitur.
i ¶In honore.] Quia non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. 23. q. 4. ſicut hi. & 16. quæſt. 1. ſunt nonnulli. Et eſt hic arg. quòd illa pars quæ iuſtiori rationi innititur, maior dicitur, licet ſit minor, ſic 31. diſt. Nicæna. 19. diſtin. in canonicis, 4. q. 3. §. 2. extra de teſtib. in noſtra. 3 & 20. diſt. §. 1.
3 Ext. de elec. ecclefia veſtra 2. ibi videas, & dixi plene 31. di. Nicæna. Ato.

uare non poſſunt; quod aliquando in ipſis quoq; conſpicimus erratibus [a] electorum. Nam Loth in ipſa peruerſa ciuitate [b] fuit iuſtus, in morte [c] peccauit. Sed iſta cur dicimus, cum maiora nouerimus? Quid enim Paradiſo iucundius: quid cœlo ſecurius? & tamen homo ex Paradiſo, & Angelus de cœlo peccando cecidit.

Gen. 19.

*Idem.*

¶De eodem. Cap. XI.

Burc. l. 1. c. 206. Ivo p. 5. c. 320.

ADam primus homo pro peccato de Paradiſo eiectus eſt: hoc eſt, quia Dei nobilitatem a ſe deiecit, nobilitate loci priuatus eſt.

¶*Primo libro B. Gregorij in Ezechielem homil. 9. leguntur hæc verba, quæ nonnihil ad hanc rem facere videntur.* Quia autem loca mentem non muniunt, ipſe humani generis primus teſtatur parens, qui & in Paradiſo cecidit.

*Item Ioannes Chryſoſtomus, [ideſt auctor operis imperfecti, in Matthæum, hom. 43. ad c. 23.]*

¶Non eſt verus ſacerdos omnis, qui nominatur ſacerdos. Cap. XII.

6 MVlti ſacerdotes, & pauci ſacerdotes multi nomine, pauci opere. Videte ergo, quomodo ſedetis ſuper cathedrã, quia nõ cathedra facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram, nõ locus ſanctificat hominem, ſed homo locũ [f], nõ omnis ſacerdos ſanctus, ſed omnis ſanctus ſacerdos. Qui bene ſederit ſuper cathedram, honorem accipit ab illa, qui male ſederit, iniuriã facit cathedræ, ideoq; malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim ſedens, ſi quidem bene vixeris, & bene docueris, omnium iudex es: ſi autem bene docueris, & male vixeris, tui ſolius condemnator eris. † Nam bene viuendo, & bene docendo, populum inſtruis, quomodo debeat viuere: bene autem docendo, & male viuendo, Deum inſtruis, quomodo te debeat cõdemnare. *idem.* ¶Quicunq; deſiderauerit [g] † primatum in terra, inueniet confuſionem in cælo, nec inter α ſeruos Chriſti computabitur, qui de primatu tractauerit [h]; nec vnuſquiſque eorum feſtinet, quomodo alijs maior appareat; ſed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non qui maior fuerit in honore [i], ille eſt iuſtior: ſed qui fuerit iuſtior, ille maior. Conuerſatio ergo melior eſt deſideranda, non dignior gradus.

1. Pet. 5.
† al. ut.
Ibid. ho. 35. ad c. 20.
† al. deſiderat.

α ¶Nec inter.] *In hoc loco indicato legitur,* vt iam inter ſeruos Chriſti non ſit de primatu certamen, nec vnuſquiſque, &c. *Sed obſtitit gloſſa, ne mutaretur.*



Digitized by Google

ECce.] Supra in præcedenti diſt. dictum eſt, ꝙ oportet epiſcopum eſſe ornatum moribus & vitutibus. In hac vero 41.diſtin.dicitur. ꝙ oportet epiſcopum eſſe ornatum in exterioribus, & in habitu ſcilicet, & inceſſu, in habitu, ne fulgidis, uel ſordidis veſtibus ſe exornet: quod probat auctoritate Hieronymi dicentis. Nec affectatę ſordes, nec exquiſitæ deliciæ laudes pariunt, quod tã de ueſtibus quã de cibis eſt intelligendum. Et ad hoc inducit ſequens cap. De inceſſu autem dicet inf.ca.§.ult.

Ornatus exterior clericorum.

g ¶Sed libido.] q. d. potius conſiderabimus cauſam facti, quam ipſum factum, ſic 23.q.8.occidit, & 29.d.ſciendum arg.contra.inf.32.q.4.origo.

h ¶Flagitia.] ideſt, non ſtatim dicamus aliquid eſſe uitioſum. nam dubia in meliorem partem ſunt interpretanda.

## DISTINCTIO XLI.

*ECce quibus oporteat ſacerdotem eſſe ornatum moribus, ſed prætereа oportet illum eſſe ornatum in exterioribus, habitu videlicet, & inceſſu α, habitu, ut nec fulgidis, nec ſordidis ſe veſtibus ornet. Vt enim ait Hieronymus, nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ deliciæ laudem pariunt, quod tam de ueſtibus, quam de cibis intelligendum eſt.*

α Hieronymus.] *Ad Euſtochium de cuſtodia virg. ſic ſcribit:* nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ munditiæ conueniunt Chriſtiano. *Ad Nepotianum quoq; in eandem ferè ſententiam*, veſtes pullas æquè deuita, vt candidas, ornatus, vt ſordes pari modo fugiendæ ſunt, quia alterũ delicias, alterum gloriam redolet.

*Vnde Aug. ait, lib.3. de doctrina Chriſtiana, c.12.*

4. Reg. vlt. ſecundum lxx.

ADDITIO. Vel dic clamet prædicando: vel ſe timere ęternã damnationẽ, ſecundum Hug.
c ¶ Quanto magis. ] Arg. a maiori, vt 32. q. 5. ſi Paulus. 8. q. 1. ſi ergo tantus.
d ¶ His. ] ideſt, ſubditis.
e ¶ Parere. ] ideſt, obedire.
PARITER. Hęc eſt quarta pars huius d. Dictũ eſt ſup. in cap. in mãdatis, q̃ ſecreta fidei nõ ſunt hæreticis reuelanda. Nunc verò dicit Gratian⁹ q̃ idem eſt de catholicis indignis, & nõ intelligentib. ſi autem ſecus fiat, non fit ad eorum vtilitatem, ſed potius ad oſtentationem, vel adulationem, vel ſcientię iactationẽ, vel propter loquacitatem incautam. Et hoc probat per expoſitionẽ. Beati immaculati. Ex quibus omnibus patet, q̃ ſi prælatus in prædicãdo diſcretionem nõ ſeruat, tanquam torto naſo, ideſt, diſcretione carens, ſacerdotis officio videtur indignus.
f ¶ Irreuocabile. ] Horatius. [ Nam ſemel emiſſum manet irreuocabile verbũ ] extra de uerb. ſigni. forus, & Ouidius.
Neſcit vox miſſa reuerti. ]iuxta illud: Vox emiſſa ſemel, irreditura volat. 1
g ¶ Torto. ]Infra. d. 49. c. 1. Hinc etenim naſum cõparat diſcretioni: quia per eum perpenditur odor. & fœtor.

1 Ad idem 5. q. 5. qui ambulat. ff. de ca. & poſt li. reuer. in bello. §. factæ. in authẽ. de aqua. do. §. hic igitur. in fi. Arch.

CVm autem. ]Hæc diſt. diuiditur in tres partes: in quarum prima probat de temperantia gulæ, & hoc probat per quatuor auctoritates ſanctorum patrum. Secunda ibi, [ Multis. ] Tertia ibi, [ Non oportet. ]Io. de Fan.
CASVS. Sup. in 35. diſt. dictum eſt, q̃ ſacerdos non debet eſſe uinolentus, ſed ſobrius: quia comeſſatio & uoracitas ebrietatis ſunt cohærẽtia, ideo prohibita ebrietate, prohibetur in hac 44. diſt. uoracitas, & gulæ intemperantia. Et probatur tribus rationibus. Prima eſt, quia comeſſatio & ebrietas ab Apoſtolo enumerantur inter opera tenebrarum dicens: non in comeſſationibus, &c. Secunda eſt: quia uentris ingluuies facile prouocat ad luxuriã: & omne opus bonum diſſoluit. Tertia probat exemplo Nabuzardam, qui deſtruxit muros Hieruſalem: quia ei multitudo coquorum deſeruit. Sunt autem ordinandum eſſe non uinolentum, ſed ſobrium. ſed nõ tractauit ibi niſi de ſobrietate potus: ideo reſumit eam hic, & tractat de temperantia & ſobrietate cibi. Annectit, q̃ laici & clerici qui faciunt magna conuiuia cauſa, laſciuiæ delinquunt. 2 Item addit, q̃ clerici non debent comedere, uel bibere in tabernis, niſi neceſſitas cogat 3 Deinde dicit, q̃ cibum clericorum ſemper præcedet, & ſequitur oratio. Itẽ quod in ſacerdotali conuiuio ſemper debet legi lectio ſacræ ſcripturæ.
h ¶ Vtrumque. ] Argument. quòd uno prohibito, uel permiſſio, idem erit in connexio ſibi, ut ſup. diſt. 4. deni que. & 1. q. 1 ſicut Chriſtus. Et eſt hic argum. quòd ſi Papa, uel epiſcopus ſcienter aliquem ordinat, uidetur reſtituere ipſum famæ. 4 cum fama & ſacerdotium ſibi ſunt annexa. Ioan. Quod falſum eſt, vt extra de ſchiſmaticis. ca. 2. vbi dicitur quod probare debet ſecum fuiſſe diſpenſatum. Bar.
i ¶ Viuere. ]Sufficere debet ergo clerico, q̃d uiuat, ideſt,

Conuiuia reprobata.
2 Infra. ea. c. 1. cõuiuia & ca. multi.
3 Vt inf. ead. non oportet cum duob. c. ſequẽti. Et concor. gl. in c. nõnulli. in gl. 1. 5. 42. d. Ordo purgat infamiam.
4 Arg. C. de his qui not. in fam. lc. 3. Idem ſentit Hug. Victus & ueſtitus ſufficiũt clerico.

eſt, ſola neceſſaria habeat: & arctatur illa neceſſitas tũ ad victum & veſtitũ in 12. q. 1. epiſcopus. Qualiter tamen hoc intelligendum eſt, dixi 21. quæſt. 1. cap. 1.

1 Quod lectio. & no. 24. q. 2. reſecandæ. & 32. q. 2. ſic nõ ſunt. in gl. ult.

COmeſſationes.] CASVS. Quæſiuit Aurelius ab Auguſtino, vtrum laici, qui in diebus feſtiuis deſeruiunt comeſſationib. & ebrietatibus, propter hoc debent ſuſpendi, uel excommunicari. Et reſpondet quod non: quia multitudo eſt in cauſa, in quam ſeueritas diſciplinæ non eſt exercenda: ſed monendi ſunt non Iperioſe, ſed benigne, vt Deus ĩ noſtro ſermone timeatur, & non nos: & vt cetera multitudo frangatur, incipiẽdum eſt à ſpiritualibus, vel ſpiritualibus proximis.

a ¶ Putantur.] à ſtultis videlicet.

In Michæam c. 3. in extremo.

*rat, vt ait Hieronymus.* [*Tibi o ſacerdos de altario viuere, non luxuriari permittitur.*] *Sunt autem comeſſationes non ſolum ſacerdotibus, ſed etiam laicis noxiæ: qui feſtiuos, & ſolennes dies non aliter ſe digne celebrare putant; niſi comeſſationibus deſeruiant.*

*Vnde Aug. ſcribit ad Aurelium epiſcopum epiſt. 64.*

¶ Non eſt vacandum commeſſationibus, & ebrietatibus. Cap I.

Iuo p. 13. c. 68.

COmeſſationes, & ebrietates ita conceſſæ, & licitæ putantur, [a] vt in honoré etiã beatiſſimorũ martyrum non ſolum per ſolennes dies, (quod ipſum quis nõ lugẽdum [b] videat, qui hęc nõ carneis [c] oculis inſpicit?) ſed etiam quotidie celebrentur. *& poſt pauca*: Non ergo aſpere, quantum exiſtimo, non duriter, non modo imperioſo iſta tolluntur; magis docendo, quã iubendo; magis monendo; quam minando. Sic enim agendum eſt cũ multitudine [d] [ peccantium. † Seueritas autem exercẽda eſt in peccata paucorum. Etſi quid minamur, cum dolore fiat, de ſcripturis comminando vindictã futuram; ne nos ipſi in noſtra poteſtate, ſed Deus ĩ noſtro ſermone timeatur. Ita prius mouebuntur ſpiritales, aut ſpiritalibus ꝓximi; quorum auctoritate, & leniſſimis quidem, ſed inſtantiſſimis admonitionibus cętera multitudo frãgatur.

† abeſt ab orig. Iuo. & aliquot manuſcriptis Gratiani.

*Item ex concilio Laodicenſi, c. 24.*

¶ Nulli clericorum, aut continentium licet tabernas intrare. Cap. II.

Conc. Aquiſgran. c. 60. Burc. l. 2. c. 131. Iuo p. 6. c. 205.

NOn oportet clericos ſeruientes [α] à presbyteris vſque [e] ad diaconos, & deinceps ordinis eccleſiaſtici omnes vſq; ad miniſtros aut lectores, aut exorciſtas, aut oſtiarios, aut pſalmiſtas, aut etiam eos, qui in propoſito [f] continentiæ ſunt, tabernas [β] intrare.

[α] ¶ Clericos ſeruientes.] *Gracè eſt,* ἱερατικοὺς *quod Dionyſius vertit,* ſacro miniſterio deditos: *quam verſionem concilium Aquiſgranẽſe, Burchardus, & Iuo attulerũt.*
[β] ¶ Tabernas.] *ſequebatur in impreſſis,* niſi cauſa neceſſitatis. *quæ ſunt expuncta, quia neque in pleriſque manuſcriptis, neque in Burchardo, & Iuone, neque in ipſo concilio Laodicenſi, aut Aquiſgranenſi (vbi c. 60. hoc idẽ repetitur) leguntur: videntur tamen accepta ex can. Apoſt. 54.*

*Item ex ſexta ſynodo, c. 9.*

¶ Deponatur clericus, qui tabernam, aut ergaſterium habere voluerit. Cap. III.

NVlli clerico licet tabernã, [α] aut ergaſteriũ [g] habere.

b ¶ Lugẽdum.] Id eſt nõne vnuſquiſque hoc lugendum videat.
c ¶ Carneis.] Scilicet ſpiritualibus.
d ¶ Cum multitudine.] Multi ſunt xl. vt ext. de cle. excom. latores. Aliqñ 2. millia ſunt pauci: vt 45. d. diſciplina. Et habes hic ꝙ ꝓ multitudinẽ detrahit ſeueritati, vt 50. d. vt cõſtitueret & 1. q. 7. quoties, 33. q. 4. ipſa pietas. &c. non põt. Qñq; & cũ paucitate mitius agẽdum eſt, cũ timetur ſcandalum 21. q. 4. cũ quiſq;. 5 Vbi ergo aliqd male fit: & quaſi ex au ctoritate defendit, tunc nõ debet dormire ſeueritas. quãdo vero non defenditur, tũc diſſimulari poteſt propter ſcandalum, vt de pę nit. diſt. 6. cap. 1. in fi. & 82. diſtinct. plurimos & 50. diſ. domino ſancto. ſed propter ſcandalum nunquam debet deſeri veritas ipſa, vt extra de reg. iu. qui ſcandalizauerit. 6 ſed ſeueritas pęnarũ põt deſeri, vt hic. Io. Item vbi nõ habet locum diſpenſationis remedium, vt in matrimonio: ꝓpter multitudinem nõ eſt recedendũ à ſeueritate canonica. vt extra de tranſact. ex parte. Bar. 7

Seueritati an ꝓpter multitudinẽ uel paucitatem detrahatur.

5 Concor. textus in l. decurionum & ibi gl. & Doct. C. de pœn.

6 Vbi de hoc, & extra de temp. ord. ſane. ibi videas.

NOn oportet.] CASVS. Clerici omnes generaliter, & qui uotum cõtinentiæ fecerũt, prohibẽtur ingredi tabernas, niſi cauſa neceſſitatis, ut ĩfra. cap. ſequenti. Sequẽtia duo capitula plana ſunt.
e ¶ Vſque.] Improprie ponitur hic, uſque, cum nulli ſint in medio.

7 Scilicet, & tacet quandoque prælatus non propter ſcãdalum, ſed propter maius malum quod poſſet eccleſiæ prouenire, ut cum Rex ali quid facit in rebus eccleſię, ſecundum. Lau.

f ¶ Qui in propoſito.] Vt Deo deuoti conuerſi. 12. q. 1. duo, &c.

g NVlli clerico licet.] ¶ Ergaſteriũ.] Ideſt ſtationẽ.

 a ¶ Quan-

a ¶ Quanto magis. ] Cui non licet minus, non licebit & maius, vt hic, & 24.q.1. miramur. & 74. diſt. geſta. 14.q.5. pęnale. 1 ſicut in caſu conuerſo, ſcilicet cui licet maius, & minus. 16.q.2. viſis.
b ¶ Aut ceſſet. Sic 35. diſt. c. 5.

inanes fabulæ recitantur. ſed verba ſacræ lectionis, & cum infirmitas ſola reficitur: & qui hæc in ſuis conuiuijs facit, magiſter eſt abſtinentiæ, quæ autem ſequuntur vſq; ad diſtinctionem, plana ſunt, & per ſe patent.
g Mordetur. ] Vnde verſus. Quiſ-

1 Ad idem 20. q. 3. pyctacium. ff. de inter. & rele. l. relegatorũ. §. ult. Arch.

Si enim huiuſmodi, tabernam ingredi prohibetur; quanto magis [a] alijs miniſtrare in ea? ſi quis vero tale quid fecerit, aut ceſſet, [b] aut deponatur.

a ¶ Tabernam, aut ergaſteriũ. ] *Græcè eſt*, καπηλικὸν ἐργαστήριον, *ideſt*, cauponariam tabernam.

*Item ex concilio Carthagin. 3. c. 27.*

¶ Niſi neceſſitate compulſi clerici tabernas non ingrediantur. Cap. IV.

Clerici, edendi vel bibendi cauſa tabernas nõ ingrediãtur, niſi peregrinationis [c] neceſſitate compulſi.

Aquiſgr. conc. c. 90. Burc. l. 2. c. 130. Iuo p. 6. c. 204.

*Item Gregorius Natali epiſcopo, lib. 2. reg. indict. 10. epiſt. 14.*

¶ Corripiendus eſt epiſcopus, qui conuiuijs occupatur. Cap. V.

2 Multis ab vrbe tua venientibus, frater chariſſime, didici, paſtorali cura derelicta, ſolis te cõuiuijs occupatũ, quæ audita nõ crederem, niſi hæc actionũ † [d] tuarum experimentis ad probarem. Nã quia nequaquam lectioni ſtudeas, nequaquã exhortationi inuigiles, [e] ſed ipſum quoque vſum eccleſiaſtici ordinis ignores, hoc eſt in teſtimonium, [f] quod eis, ſub quibus es poſitus, ſeruare reuerentiam neſcis.

† Adde ꝙ actio hic accipitur pro actu. ſimile. l. magiſtratuum. C. de ado. & in l. 3. ff. de offi. proconſ. & infra 100. d. rationis.

*Idem ad eundem, lib. 2. epiſt. 37.*

¶ De eodem. Cap. VI.

Conuiuia, quæ ex intentione impendendę charitatis fiũt, rectè veſtra fraternitas † in ſuis epiſtolis laudat. Sed tamen ſciendum eſt; quia tũc ex charitate veraciter prodeũt, cum in eis nulla abſentium vita mordet, [g] nullus ex irriſione reprehenditur; nec in eis inanes ſæculariũ negotiorum fabulæ; ſed verba ſacræ lectionis audiũtur, cum non plus, quàm neceſſe eſt, ſeruitur corpori; ſed ſola eius infirmitas reficitur, vt ad vſum exercendę virtutis habeatur. Hęc itaque ſi vos in veſtris conuiuijs agitis abſtinentium, † [h] fateor, magiſtri eſtis.

† al. ſanctitas.

† al. abſtinentia.

[ *Item ex concilio Nannetenſi.* ]

PALEA Cap. VII.

Nullus presbyterorum, quãdo ad anniuerſariũ diem trigeſimum aut ſeptimũ, vel tertiũ alicuius defuncti, aut quacumq; vocatione ad collectam presbyteri cõuenerit, ſe inebriare vllatenus præſumat, nec precatus amore † ſanctorũ, vel ipſius animę bibere, aut alios ad bibẽdum cogere, vel ſe aliena precatione ingurgitare; nec

De conſec. diſt. 5. c. nullus. Burc. l. 2. c. 161. Iuo p. 6. c. 252.

† al. in amore.

c Clerici. ] Niſi peregrinationis. No. ꝙ permittitur viatori, quã alij nõ permittitũ, Arg. ſimile inf. 11. q. 3. quoniam multos.

Multis. Hæc eſt 2. pars hui⁹ d. in qua reprehendit quidam Natalis epiſcopus, qui ſemper erat in comeſſationibus: ita ꝙ officiũ ſuum neſciebat, & ita alijs detrahebat. & hoc probatur per hoc c. & per c. ſeq. Io. de Fant.

CASVS. In hoc cap. reprehendit Grego. Natalem epiſcopũ, qui tãtum cõuiuijs deſeruiebat, in quibus vita abſentium reprehendebatur, & inanes fabulæ cantabantur: quod ex eo apparebat, quia neque lectioni, neque exhortationi inſiſtebat: neque ſuis maioribus reuerẽtiam exhibebat.

d ¶ Actionũ. ] Arg. præſumi contra aliquem quãdoq; propter crimẽ præteritũ 28. di. peruenit, 2 34. q. 1. cũ p belli cam. Quandoq; ex præſenti circa præſens, ut hic quãdoque circa futurum. 50. d. ſi quis diaconus. Quandoque ex præterito circa præteritum. 22. q. 1. nõ eſt. quãdoq; ex præterito circa futurũ 23. q. 5. ſi apud. & 82. diſt. plurimos.

2 Vbi de hoc & extra de præſu. ſeribã & C. de adul. ſi qui. 31. quæ. 1. ſi quis uiuente. extra de elect. officij Archid.

e ¶ Inuigiles. ] Quæ duo, ſcilicet lectioni ſtudere, & exhortationi inuigilare, ſũt opera pontificis. 36. diſt. c. ult.

f ¶ In teſtimoniũ. ] Hic unum factum probat aliud, vt 1. q. 1. conſtat, &c.

Conuiuia. CASVS. Idẽ Natalis epũs excuſabat ſe, qui reprehenſus fuit ꝓ cõuiuia, quæ faciebat, dicẽs ꝙ bona intentione & cauſa impendendæ charitatis hoc faciebat. Sed Gregorius dicit, ꝙ tunc fiũt ex charitate, cum vita abſentium non reprehenditur, nec

Quiſquis amat dictis abſentium rodere vitam.
Hanc menſam vetitam nouerit eſſe ſibi.

h ¶ Abſtinentium. ] Nota quod abſtineus dicitur qui bene

plauſus,& riſus inconditos, & fabulas inanes ibi referre;aut cantare preſumat,aut turpia ioca,vel vrſo vel tornatricibus ante ſe fieri † patiatur: nec laruas dęmonũ *a* ante ſe ferri conſentiat:quia hoc diabolicum eſt, & a ſacris canonibus prohibitum.

† *al. facere permittat.*

*a* ¶ Dęmonum. ] *Burchardus addit*, quas vulgo Talamaſcas dicunt.

[ *Item ex eodem.* ]

¶ De eodem. PALEA. Cap. VIII.

Burch. l.2.c.162. Iuo p.6.c.253. † *decanus, aut aliquis.* ] Burchar.

QVando autem conuenerint presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis † prior illorum, verſum ante menſam incipiat,& cibum benedicat: & tunc ſecũdum ordinem ſedeant,alter alteri honorem præbentes, & per vices cibum & potum benedicant,& aliquis de illorum clericis aliquid de ſancta ſcriptura legat. Et poſt refectionem ſimiliter ſanctum hymnum dicant ad exemplũ Domini; ſicut in cœna feciſſe legitur: & ſic ſe contineant omnes presbyteri,maximè in talibus locis,vt non vituperetur miniſterium illorum.

*Matth. 26.*

[ *Item ex eodem.* ]

¶ De eodem. PALEA. Cap. IX. C. XII.

Burch.lib.2.c.164. Iuo p.6.c.255. † *al.miniſterium.*

QVando presbyteri per Kalendas ſimul conueniunt poſt peractum diuinum myſteriũ, † ad neceſſariã collationem, non quaſi ad plenam refectionẽ, ſed quaſi ad prandium,ibi ad tabulas reſideant:ne per talia inhoneſta conuiuia ſe inuicem grauent: quia indecens eſt, & oneroſum; ſæpè etiam tardè ad eccleſiam redeuntes maius damnum de reprehenſione cõſequuntur,quod † de grauedine mutua contrahunt,quàm lucrum ibi † faciant. Nam de huiuſmodi conuentu Paulus Corinthios reprehendit: qui inconuenienter cœnam Dominicam manducare conueniebant.Sic & qui ad cęnam Dominicam, ideſt ad collationem verbi ſub occaſione conueniunt,& ex veritate † ventris cauſa coniunguntur; reprehenſibiles coram Deo & hominibus habentur.Et ideo peractis omnibus,qui voluerint, panem cum charitate in domo fratris ſui ſimul cum fratribus frangant,& ſinguli ſingulos bibere faciant;& maximè vltra tertiam vicem poculum non contingant,& ſic ad eccleſias redeant.

† *&*
† *al cibi.*
*1.Cor.11.*
† *al.ingluuitate.*

*Item ex concilio Laodicenſi,c.55.*

¶ Chriſtiani ex ſymbolis conuiuia non celebrent. Cap. X.

Cõc. Aquiſgr.c.83. Rab.in pę..27. † iſta ſunt addita loco cuiuſdã gloſſæ.

1 NOn oportet [a] miniſtros altaris, vel quoslibet clericos, aut etiam laicos Chriſtianos ex ſymbolis, [b] [ quæ † vulgus comeſſalia appellat ] conuiuia celebrare. [c]

*Item ex concilio Toletano 3.c.7.*

¶ Sacrarum ſcripturarum lectio ſacerdotalibus ſemper conuiuijs miſceatur. Cap. XI.

Burc.li.2.c.169. Iuo p.6.c.260. Rab.in pęn.c.28.

PRo reuerentia [d] Dei, & ſacerdotum id vniuerſa ſancta conſtituit ſynodus,vt ( quia ſolent crebro menſis otioſæ fabulę interponi) in omni ſacerdotali conuiuio lectio diuinarum ſcripturarum miſceatur.Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum; & fabulæ non neceſſaria prohibentur.

Apud Martin. Brac.

*Item ex concilio Martini Papæ,c.61.& 66.*

benè comedit, & cõtinẽs dicitur qui tamen cognoſcit vxorem ſuam,vt 31.diſ. Nicæna.

NOn oportet. ] Hæc eſt tertia pars diſt.in qua dicitur, quod nullus debet facere cõuiuium de confertis.i. de ſymbolis: quod in vulgari dicitur, eſchot. & ad hoc probandũ iſta tria c. inducuntur. Ioan.de Fant.

a ¶ Non oportet. ] Hic habent quidam ca. nullus.quod eſt, j.de conſecr. diſt.5. nullus.

b ¶ Ex ſymbolis. ] Symbolum eſt quãdo plures conferũt ad conuiuia facienda. idem eſt confertum.

c ¶ Celebrare. ] Nã vt ait Iuuenalis. Miſerum eſt aliena viuere quadra.

d PRo reuerẽtia. ] infra de conſecra.diſtin.5. in omnibus.

Non

NOn liceat.] ¶Hymno.] inf.de conſecr. diſt.2.panis,& calix.& c.didicimus.

SEquitur.] Hæc diſtinct.diuiditur in quatuor partes. In quarum prima probatur per ſeptem auctoritates, quòd prælati non debent eſſe accenſi ad iram vel ꝑturbationem. Secunda ibi, [Salomon.] Tertia ibi, [Ex his.] Quarta ibi, [Percuſſor.] Io. de Fan.

quòd hoc facere non debent. & hoc probat auctoritate Pauli dicentis: Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Et auctoritate concilij, in quo ſtatuitur, vt nullus clericus percutiatur: qui contrafecerit, triduo ſuſpendatur.

¶ Cau-

¶ De confertis nec conuiuia facere, nec ante horam diei tertiam clericis comedere licet. Cap. XII.

NOn liceat ſacerdotes, vel clericos, ſed nec religioſos laicos conuiuia facere de confertis. ¶Nec oportet clericos, vel laicos religioſos ante ſacram horam diei tertiam inire conuiuia, nec aliquando clericos, niſi hymno [a] dicto, comedere panem; & poſt cibos gratias auctori Deo referre.

Burch.l.2.c.165. Iuo p.6.c.256.c.66.

*Si ergo laicis comeſſationes damnabiles ſunt, multo magis ſacerdotibus imputantur ad gehennam. Venter enim pinguis (vt Hieronymus ait) craſſum ſenſum generat: cum ſacerdotalis ſenſus contra vigil eſſe debeat, & tenuis: atq; ideo edacitatis vitio obnoxij in ſacerdotes ungi non debent. Hi enim (vt ait Gregorius in moralibus) qui adhuc vitiorum bello ſubiacent, nequaquam per prædicationis uſum præeſſe magiſterio cæterorũ debent.*

Epiſt. ad Nepotianum.

Lib.24.c.12.

## DISTINCTIO XLV.

S*Equitur, [non percuſſorem.] Non enim oportet epiſcopum ita eſſe iraſcibilem, & perturbati ſenſus, ut percutiat, qui debet eſſe patiens: ſed ſequatur eum, qui dorſum poſuit ad flagella.*

1.Tim.3. & ibi glo. ordin. & Anſel. ex Hier.ad Oceanum.

*Vnde Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo Conſtantinopol.lib.2.epiſt.52.al.c.91.*

¶ Verborum correptione, non verberibus timeri debet epiſcopus. Cap. I.

QVid autem de epiſcopis, qui verberibus timeri volunt, canones [b] dicãt, † benè fraternitas veſtra nouit. Paſtores etenim facti ſumus non percuſſores: & egregius prædicator dicit: [Argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina.] Noua vero, atq; inaudita eſt iſta prædicatio, quæ verberibus exigit fidem. [c]

Io.Diac.li.3.c.9. Polyc.li.4.tit.9.

2.Tim.4.

† Ar.qđ ſuf ficit allegatio generalis nõ expreſſo li. de quo ꝑ gl. in verbo, continebat, in c. continebatur, de deſpõ. impub.

*Item in concilio Romano ſub Syluestro c.17.*

¶ De eodem. Cap. II.

NEminem † [d] quiſquam peccantem clericum cæde attingat, non presbyter, non diaconus non epiſcopus clericum, vel ſeruitorem eccleſiæ ad cædem perducat. Sed ſi ita cauſa exigit clerici triduo [e] priuetur honore, vt pœnitens redeat ad matrem eccleſiam.

† *Nemo*] orig.

CASVS. In hac 45.d. proſequitur 9.ca. Apoſtolicæ regulæ, oportet epm nõ eſſe percuſſorẽ: q nõ dẽt eſſe iraſcibilis, & perturbati ſenſus, ſed patiens exẽplo Chriſti, qui dorſum poſuit ad flagella. Et primo probat ꝙ prælati non dẽnt aliquẽ ꝑcutere vſq; ad §. Salomõ poſtea allegat in contrariũ vſq; ad §. [Ex his.] Not. ergo ꝙ eſt percuſſio ſpiritualis: & eſt ꝑcuſſio corporalis. Spiritualis eſt cũ qs indiſcreto ſermone corrigit aliquos, iſta ꝓhibet vt inf.c.vlt. Corporalis eſt illa, q̃ manu fit. & iſta vbi fit ex ira, vel odio, vl'ad hoc vt magis timeat, peccatũ eſt, vt ĩ.ca.c.1. ſed ſi fit cã correctionis, [a] licita ẽ ei q hẽt ptãtem in eũ, vt ĩ. ca. cum beatus. & 35.d. añ oia hoc tñ ſcias, ꝙ ep̃s ſuis manibus neminẽ verberabit, vt 86. d. non liceat. ſed ꝑ aliũ põt, ut 5. q.5. illi, non tñ ꝑ laicũ, ſed ꝑ clericum, ſi clericus fuerit verberãdus, vt extra de ſent.excõ.vniuerſitatis. niſi penitus ſit ĩcorrigibilis. tũc ẽt ꝑ laicũ põt, ut extra de ſent. excom. c.ut famę. Itẽ diſtinguẽdũ eſt circa qualitatem ipſarum perſonarum, quæ corrigẽdæ ſunt, & etiã circa quantitatem criminum. nam qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti, licitè verberantur etiam pro minoribus criminibus, vt inf.ca.§.Salomon.& 35.d.ante. ſed maiores non ſunt verberandi niſi pro maiorib. uel enormibus criminibus, ut inf.ca. cum beatus.& 35.diſtin.ante. Sunt tamen alij caſus, in quibus licitè percutitur clericus, ut no.16.q.4. ſi quis ſuadente.

Percuſſio eſt duplex.

[a] De hoc mẽbro dic ut leg. & no. ext. de ſent. excom. cum voluntate. ver. ꝙ etiam de his.

Corrigens debet multa attendere.

Clericus an poſſit verberari.

QVidam autem.] CASVS. Quidam prælati erant, qui vt magis timerentur, ſuos clericos verberabant. Et præterea homines ad fidem verberibus, & non prædicatione cogebant: ſed dicit Gregor. in hoc capit.

b ¶ Canones.] 86.diſt.non liceat.

c ¶ Fidem.] Ad fidem enim nemo cogendus eſt, ut 23.q.5.ad fidem, & inf.c.de Iudæis. ſed fidem receptam cogitur quis retinere, & ſic non obſtãt 23.q.4.quis nos.& q.6.iam vero.

Fidem ſuſcipere nemo cogitur.

d NEminem.] ¶Peccantem.] Dum tñ non nimis. [a] enormiter excedat, vel intellige ꝙ clericus in ſacris ordinibus conſtitutus non eſt grauiter & immoderatè verberandus.& ſic non obſtat extr.de ſent. excom. vniuerſitatis Ioan.

[a] Et ſic non ob. extra de ſent.excom. vt famæ. Io. de Fan.

e ¶ Triduo.] Similis ſuſpenſio eſt 5. q. 3. in loco &c.

Qui

*Item Gregorius Paſchaſio epiſcopo Neapolita. lib.11. epiſt.15.*

¶Non aſperis, ſed blandis verbis ad fidem ſunt aliqui prouocandi. Cap. III.

QVi ſincera intentione extraneos a Chriſtiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis [a] non aſperitatibus debent ſtudere, ne quorum mentē reddita ad† planum ratio poterat reuocare, pellat procul aduerſitas. Nam quicunq; aliter agunt, & eos ſub hoc velamine a conſueta ritus ſui volunt cultura ſuſpendere, ſuas illi magis, quam Dei cauſas probantur attendere. ¶Iudæi ſiquidem Neapoli conſiſtentes queſti nobis ſunt, aſſerentes, quòd quidam eos a quibuſdam feriarum ſuarū ſolemnitatibus irrationabiliter nitātur arcere, ne illis ſit licitum feſtiuitatum ſuarū ſolemnia colere, ſicut eis nunc vſque, & parentibus eorum longis retro temporibus licuit obſeruare. Quòd ſi ita ſe veritas habet, ſuper uacuæ rei videntur operam dare. † Nam quid vtilitatis eſt, quando, & ſi contra longum vſum fuerint vetiti, ad fidem illis, & cōuerſionem nihil proficit? Aut cur Iudęis qualiter cæremonias [b] ſuas colere debeant, regulas ponimus, ſi per hoc eos lucrari non poſſumus? Agendum ergo eſt, vt ratione potius, & manſuetudine prouocati ſequi nos velint, non fugere, vt eos, ex eorū codicib. oſtendentes, quæ dicimus, ad ſinum matris Eccleſię Deo poſſimus adiuuāte cōuertere. Itaq; fraternitas tua eos monitis quidem, prout potuerit, Deo adiuuante, ad conuertēdum accendat, & de ſuis illos ſolemnitatibus inquietari denuo non permittat. Sed omnes feſtiuitates, feriaſque ſuas, ſicut hactenus tam ipſi, quàm parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obſeruandi, celebrandique licentiam [c].

† al. a plano.

Iuo p.13.c.105.

† al. adhibere.

*Item Gregorius iiij. in epiſtola epiſcopis per Galliam, & Germaniam conſtitutis.*

¶Non ſeueritate, ſed beneuolentia ſubditos prælati corripiant. Cap. IV.

LIcet plerumq; accidant in ſacerdotibus, quæ ſunt reprehendenda, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia [d], quam ſeueritas, plus cohortatio, quam cōminatio † plus charitas, quam poteſtas, cum nemo noſtrum ſine reprehenſione, aut ſine peccato [e] viuat. Nam ſi Dominus ſtatim poſt trinā negationem beatū Petrum apoſtolum præceptorem noſtrum iudicaſſet, non tātum ex eo fructum, ſicut fecit, recepiſſet. Expectandi [f] ergo,

Inf.ea.c.licet. Iuo p.5.c.368.

† al. commotio.

Matt.26.

QVi ſincera.] CASVS. Neapolitani verberabāt iudęos vt ad fidem conuerterentur: nec permittebant eos ſuas feſtiuitates celebrare. De hoc conqueſti fuerunt Iudæi Papæ. Præcipit ergo Papa Neapolitano archiepiſcopo, ne hoc fieri permittat: quoniam non aſperitatibus, ſed rationibus, & auctoritatibus veter. teſtamen. ſunt commouendi, & admonitionibus ad fidem ſunt conuertendi. alias eorum conuerſio erit inutilis. ſi autē conuerti noluerint, in ferijs, & feſtiuitatibus ſuis, quas ipſi, & parentes eorum hactenus coluerunt, inquietari, nō permittat, ſed liberam habeant licentiā celebrandi.
a ¶Blandimentis.] Vel ēt munerib. ut 23.q.4.c.vlt. licet arg. ſit contra. 1.q.2. quam pio. 22.q.2. primum.
b ¶Cæremonias.] Cæremoniæ dicuntur ſacrificia Iudæorum, quia cereis exercebantur ſupra d.6.§.his ita.
c ¶Licentiam.] Sed nonne Iudæi mortaliter peccant iſta faciendo? quomodo ergo dat eis licentia peccādi mortaliter? Item ſi peccant mortaliter, quare nō puniuntur, cum ipſi in alijs delictis puniantur, vt 17.q.4. cōſtituit, ext. de vſu. poſt miſerabilē? Sed dic ꝙ non dat eis hic licentiam peccandi: ſed liberationem a pęna, & eſt ſimile 4. d. deniq; & 21. q.2. placuit. 23.q.1. paratus. Ad aliud rñdeo. ꝙ ſi Iudæi ab hoc ꝓhiberētur, ergo iam cogerentur ad fidem & hæc vera ſunt dūtamen ipſi in contēptū noſtrę fidei non exerceāt talia, vt C. de Iudæ. Iudæos, & extra de Iudęis, & ſi Iudęos.
LIcet plerumque accidant.] CASVS. Epiſcopi, in Gallia, Germania, Europa ſtatim cum perpendebant clericos ſuos delinquere, eos iudicabāt, & eijciebant de eccleſia ſua: de quo Papa eos reprehendit, & docet, quod ſi aliqū clerici delinquant, nō ſtatim fulminēt illos: ſed ſupportēt cum nec ipſi ſint ſine reprehēſione, & peccato, & hoc probat exemplo Chriſti: qui ſi Petrū poſt trinam negationem ſtatim iudicaſſet, nō tantum fructum ex eo recepiſſet. Et auctoritate Euangelij dicentis. Quod tibi non vis fieri, &c.
d ¶Beneuolentia.] nam ſententia, quæ miſericordiā uetat, fugienda eſt 50. diſ. ponderet.
e ¶Sine peccato.] Vt 8..d. Apoſtolus, & 25. diſt. §. nunc autem.
f ¶Expectandi. Argu. ꝙ ſemper iudex potius ſequeretur miſericordiam quam iudicium, vel æquitatē quam rigorem, ut 86. diſtinct. non ſatis. 50. diſtinct. ponderet.

Eccleſia quare permittit Iudęos mortaliter peccare.

1 Nam celebrare, & exercere illa cæremonialia ē peccatū mortale, unde Hier. Cultus legis ab aduentu Chr̄i non differt ab idolatria. Arch.

Sententia ſit cōiuncta miſericordiæ.

Iudex ſit amator ęquitatis & miſericordiæ.

ret 26.q.7.allegant,& 35.q.9. veniam. Ad idem. 9.diſt. ſana.

a ¶ Iudicandi.] ideſt,damnandi.

alterius iniuriam,vt extra de eccleſ.ædifi. c.3. & ext. de app.reprehenſibilis.

h ¶ Concordiam.] Scilicet,ut vnus præeſſet alijs, ne ſic-

b ¶ Scandalorum.] nam ſcandalum eſt, clericū ſtatim puniri poſt delictum. ſic 11.q.3.rurſus.

c ¶ Non vult.] Sic 2.q.6.qui ſe ſcit.

DE Iudæis.] CASVS. Quidā cogebant Iudæos ad fidem,& ideo ſtatutū fuit in concilio Toletano, ne de cętero ad fidē, per vim adducantur: quia cui vult, Deus miſeretur: & quem vult indurat. Admonēdi ergo ſunt,& nō cogendi. Veruntamen ſi iam coacti ſunt ad fidē, ſicut factū fuit temporibus principis. Siſebuti: quia iam ſacramenta diuina receperunt, cogendi ſunt ea ſeruare: ne nomen Domini blaſphemetur in eis:& fides quam ſuſceperunt, cōtemptibilis habeatur. Sequens c.ſatis planum eſt.

d ¶ Saluandi ſunt.] quia nullus inuitus fit bonus,vt 23.q.6. vides.

Coactio eſt duplex.

e ¶ Coacti ſunt.] Coactio conditionalis de qua hic loquitᷣ nō impedit ſacramētū baptiſmi nec etiā ſacramentū ordinis, vt 74.diſt.vbi, impedit tn̄ ſacramentum matrimonij, 1 vt extra de ſpon. cū locū, ſed ſi fuerit abſoluta coactio, nullus character imprimitᷣ, ut extra de bapt.maiores.ſed in dormiētibus & amentibus diſtinguitur, ꝙ ſi prius habeāt propoſitum baptizandi,recipiūt characterem: aliter non, vt ibidem dicitur in fine.eo. ꝙ dormiens poſſeſſionem nō acquirit, ut ff.de acq. poſſ.l.1.§.1.

1 Arg.cōtra 22.q.4.inter vbi de hoc. ibi videas.

f ¶ Vilis.] No.pp vilitatem uitandā aliquid fieri.100. d.priſca,& c.ſeq.

g LIcet.] Et quod prouiſum eſt] ſimile eſt quod dicit decre.qđ alicui proprietate cōcedit, nō debet redundare in

atque corrigendi magis ſunt rectores eccleſiæ,quàm ſtatim iudicandi [a]; cum maiora negotia,& difficiliores cauſarum exitus,ſanctorum patrum canones ſpiritu Dei cōditi, & totius mundi reuerentia conſecrati iubeant ſub noſtræ ſententiæ expectatione ſuſpendi,noſtroq; moderamine finiri. Vnde neceſſe eſt hæc, & alia eccleſiaſtica quæque negotia poſt multarum experimenta cauſarum ſolicitus perſpici †,& diligentius præcaueri: quatenus per ſpiritum charitatis,& pacis,omnis materies ſcandalorum [b],& præſumptio inuidorum *α* atq; oppreſſio ſimplicium fratrum de eccleſijs Domini auferantur. Et ſicut non vult quiſquam fratrum ſe aliorum iudicio prægrauari,ita non audeat alij inferre, quod ſibi non vult [c] fieri: Iudæi non ſunt cogendi ad fidem:quam tamen ſi inuiti ſuſceperint,cogendi ſunt retinere.

† *perſpici*] *orig.*

*α* ¶ Inuidorum.] *In epiſtola Gregorij iiij. (quæ eſt in ſæpe memorato codice bibliothecæ Dominicanæ) & aliquot vetuſtis exemplaribus Gratiani legitur*, Iudæorum.

*Vnde in concilio Toletano 4.c.56. ſtatutum eſt.*

¶ Sicut non ſunt Iudæi ad fidem cogendi: ita nec conuerſi ab ea recedere permittuntur. Cap. V.

DE Iudæis aūt pręcipit ſancta ſynodus nemini deinceps ad credendū vim inferri. [Cui enim vult Deus miſeretur,& quem vult indurat.] Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt [d], ſed uolētes,ut integra ſit forma iuſtitię. Sicut enim homo proprij arbitrij volūtate ſerpenti obediens perijt,ſic vocante ſe gratia Dei propriæ mentis cōuerſione homo quiſque credendo ſaluatur. Ergo non vi, ſed liberi arbitrij facultate vt conuertantur, ſuadendi ſunt,non potius impellendi. Qui autem iampridem ad Chriſtianitatem coacti ſunt [e] venire (ſicut factum eſt tēporibus religioſiſſimi principis. Siſebuti) quia iam conſtat eos ſacramentis diuinis ſociatos baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe,& chriſmate vnctos eſſe, & corporis, & ſanguinis Domini extitiſſe participes; oportet, vt fidem, quam etiam vi,vel neceſſitate ſuſceperunt,tenere cogantur,ne nomen Domini blaſphemetur, & fides, quam ſuſceperunt,vilis [f], & contemptibilis habeatur.

Burch.l.4.c.82. Iuo p.1. c.276.& p.13.c.94. Pann.l.1.c.72. *Rom.10.*

*Item Leo Papa, epiſt.82. ad Anaſtaſium epiſcopum Theſſalonicenſem,c.1.*

¶ Beneuolentia plus quàm ſeueritas erga corrigendos agat. Cap. VI.

LIcet nonnunquam accidant, quæ in ſacerdotalibus ſunt reprehendenda perſonis,plus tn̄ erga corrigēdos agat beneuolentia,quam ſeueritas, plus cohortatio quàm comminatio †: plus charitas,quam poteſtas. Sed hi, qui quæ ſua ſunt,quærunt, non quæ Ieſu Chriſti, facile ab hac lege diſcernuntur, & dum dominari magis, quàm conſulere ſubditis quærunt, placet honor, inflat ſuperbia,& quod prouiſum eſt [g] ad concordiam [h], tendit ad noxam.

ſup.ead. c.licet plerumque. Poly.l.4.tit.29. † *al.commotio.*

fieret ſchiſma, ut 93. diſt. legimus. & 89. diſtin. ad hoc.

EPiſcopum. ] CASVS. Statutum fuit in canone Apoſtolorum, ut nullus epiſcopus, presbyter vel diaconus percutiat fideles delinquentes, uel infideles uolens ab eis timeri, quod ſi fecerit, deponatur: quia Dominus hoc

nisi pro grauioribus, & mortalibus culpis. Et hoc ꝓbat auctoritate Apoſtoli, qui p̄cipit arguere & obſecrare in patientia & una rõne: q̄a ſi quis incaute honorabiliora mẽbra pcutit, ſibi debitã ſubtrahit reuerentiã: iuxta illud Sapiẽtis, Leuiter caſtigatus reuerentiam exhibet caſtigãti: & q̄ ſecus fecerit iuxta uerberũ modum pęnam excõmunicationis & exilij ſuſtinebit.

*Item ex canone Apoſtolorum, cap. 28. iuxta priſcam verſionem.*

¶Deijciantur ab officio presbyter, & diaconus & epiſcopus verberibus timeri quærens.

Cap. VII.

Anſel. li. 6. c. 159.
Polyc. li. 4. tit. 9.

EPiſcopum, aut presbyterum, aut diaconũ percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per huiuſmodi volentem timeri, deijci ab officio ſuo pręcipimus; quia nuſquam nos, docuit [a] hoc Dominus. Econtrario vero ipſe cum percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur.

1. Petri 2.

*Item ex concilio Bracarenſi 3. c. 6.*

¶Non verberibus, ſed verbis ſubditos epiſcopi corripiant. Cap. VIII.

2. Tim. 4.

CVm beatus Apoſtolus arguere, obſecrare, vel increpare in omni patientia pręcipiat, extra hanc doctrinam nouimus quoſdam ex fratribus tãtis cędibus in honoratos ſubditos † efferueſcere, quantas poterant latrocinantium promereri perſonę. Et ideo, qui gradus iã eccleſiaſticos meruerunt, ideſt presbyteri, abbates, & leuitę, qui exceptis grauioribus [b] & mortalibus culpis, nullis debent verberibus ſubiacere, non eſt dignum, vt paſſim vnuſquiſque prelatus honorabiliora membra ſua, prout voluerit, & ei placuerit, verberibus ſubijciat, & dolori: ne, dum incaute ſubdita percutit membra, ipſe quoque debitam ſibi ſubditorũ reuerentiam ſubtrahat [c] iuxta illud, quod quidam ſapiens dixit: Leuiter † [d] caſtigatus reuerentiam exhibet caſtiganti: aſperitatis aũt nimiæ increpatio nec correctionẽ recipit, nec ſalutem.] Et ideo; ſi quis alter, quàm dictum eſt, prædictos honorabiles ſubditos, licentia perceptæ poteſtatis elatus, malitia animi tantum, crediderit verberandos; iuxta modũ verberum, quæ intulerit, excommunicationis pariter & exilij [e] ſententiam ſuſtinebit.

† ſic in codice regio.

† *Leniter*] orig.

Prouerb. 23.
lib. 2. dial. c. 4.
Ioan. 2.

3 *Salomon vero contra admonet dicens: [Percute filiũ tuum virga: & liberabis animam eius a morte.] Hinc etiam B. Gregorius ſcribit in dialogo B. Benedictum, quendam monachum virga percutiendo ſanaſſe; quem crebra admonitione curare nõ poterat. Hinc etiã Dominus flagello facto de funiculis, male verſantes in templo*

b ¶ Grauiorib. ] Hic patet ꝙ maiores clerici non ſunt uerberandi, niſi pro maiorib. culpis: ſed minores etiã uerberãtur ꝓ minoribus, vt 35. d. ante & 21. d. c. denique. 5. q. 5. illi q̄ ſunt. & alię pſonæ, q̄ habent coerctionem verberum, ſed temperatam, ut pater, dominus, mater, pater familias, magiſter, marit⁹, 1 ut 23. q. 4. duo iſta. & q. 5. c. 1. & 7. q. j. ſicut. vnde ſi pater uerberat filium clericum in minorib. ordinibus conſtitutum, nõ eſt excõicatus: idem eſt de alijs propinquis, uel de ijs qui familiam habẽt, ut ext. de ſent. excom. cum uoluntate. in fi. Io. Tancredus tamen reſpondit, ꝙ ſi pater animo corrigendi uerberat filium in ſacris ordinibus conſtitutum, quod non eſt excõicatus: quia manus illa nõ eſt iniurioſa: cũ non faciat animo iniuriandi, ut extra de ſent. excommu. c. 1. hoc etiam notaui in quæſtionibus. B. 2

Clerici non ſunt ęqualiter uerberãdi.

1 Adde glo. in l. iurantibus. ff. de iuriſd. om. iu. & in Auth. de nupt. §. ſi uero. coll. 3.

c ¶ Subtrahat. ] Arg. ꝙ ex quo prælatus non ſeruat reuerentiam ſubdito, nec ſubditus tenetur ei ſeruare, vt 45. diſt. ceſto. 22. q. 5. de forma. 22. q. 5. iniquũ.

2 Qõ uenerabilis eſt. & incipit q̄ritur vtrũ pater, &c.

d ¶ Leuiter. ] ff. ad leg. Aquiliam. præceptoris.

e ¶ Exilij. ] No clericum poſſe relegari in exilium, vt 2. q. 1. in primis. & notatur. 3. q. 4. hi qui.

Clericus poteſt relegari.

hoc non docuit: immo cum percuteretur, non repercutiebat; ſed patiebatur.

a ¶ Docuit. ] Sed nonne Dominus flagellis percuſſit, vt 1. q. 3. ſaluator? Sol. Sic ſed non fecit hoc ut timeretur, ſed cauſa correctionis, vt ſup. eodem. in ſumma.

CVm beatus. CASVS. Quidam c̄ti odio inflammati fratres ſuos honorandos ſcilicet abbates, presbyteros, & diaconos ſic verberabant cũ delinquebant, ſicut conſueuerunt verberari latrones quod reprehendit concilium Bracarenſe, & oſtendit hoc non eſſe faciendum,

SALOMON. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinct. in qua probatur quod ſubditi ſunt caſtigandi: & tunc eos prælati diligunt cum eos caſtigant. & hæc probantur per iſtum §. & per quinque auctoritates Sanctorum. Ioan. de Fan.

CASVS. Hactenus probauit, ꝙ epiſcopus percutere non debet. Modo probat Gratianus contrarium in hoc §. ſeptem auctoritatibus & exemplis: quod etiam per ſequentia capitula probat.

a ¶ Fla-

a ¶ Flagellauit.] Vt 1.q.3.Saluator.
b Fornicatorem.] infra 2.q.1.de manifeſta.
c ¶ Et magnum.] Infra 23.q.8.legitur.
d ¶ In canonibus.] In hoc libro non inuenio illos canones, ſed verba correctionis inueniuntur 28. d. de his. & 12.q.1.c.1.

i ¶ Dele.] Sed quare hoc petijt Moyſes? cum nemo deleri poſſit niſi pp peccatum propriũ: qa Spiritus ſãctus nulli ingerit immeritã pœnã, vt 11.q.3. illud? Dicunt qdam ꝙ impetu mentis hoc dixit. Alij dicunt, ꝙ ex magna confidentia hoc dixit; q. d. impoſſibile eſt, ꝙ me deleas.

1 Sub. ſicut ẽt idem petijt 23.q.4. iuxta finem. Archid.

e ¶ Ergaſtulis.] inf. 27.q.j. impudicas & c. peruenit.

*flagellauit* [a] *: & de orationis domo eiecit. Hinc etiam Apoſtolus fornicatorem* [b] *illum ſatanæ corporaliter vexandum tradidit, & magum* [c] *illum corporali cæcitate damnauit. Hinc etiam in canonibus* [d]*, pueri, qui ante rationalis annos irrationabiliter uerſantur, verberibus caſtigari iubentur. Virgines quoque, ſi religionis veſte depoſita alijs ſe copulauerint, ergaſtulis* [e] *retrudi præcipiuntur.*

1.Cor.5.
Act.13.
Siricius Papa epiſt. 1.cap.6.

*Hinc etiam Gregorius in moralibus, 20. lib. p.4.c.6.*

¶Diſciplina non eſt ſeruanda, ſine miſericordia, nec miſericordia ſine diſciplina. Cap. IX.

lib.20.c.6. ad c.29. Iob.
Paſt.par.2.c.6.lib.j. reg.epiſt.24.

DIſciplina [f], vel miſericordia multũ deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur. Sed circa ſubditos ſuos ineſſe rectoribus debet, & iuſte cõſolans miſericordia, & pie ſęuiens diſciplina. Hinc eſt, ꝙ ſemiuiui illius vulneribus, qui a Samaritano in ſtabulum ductus eſt, & vinum adhibetur, & oleũ: ut per vinũ mordeantur vulnera, per oleũ foueantur: quatenus vnuſquiſque, qui ſanãdis vulnerib. prçeſt, in vino morsũ diſtrictionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis: per vinum mundẽtur putrida, per oleum ſananda foueantur. Miſcẽda [g] eſt ergo lenitas cũ ſeueritate, faciendumq; quoddam ex utraq; temperamentum, ut neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neq; nimia benignitate ſoluãtur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca ſignificat, in qua cũ tabulis virga ſimul & mãna eſt, quia cũ ſcripturę ſacrę ſcientia, in boni rectoris pectore ſit, ſi eſt virga diſtrictionis, ſit & mãna dulcedinis. Hinc etiam Dauid ait: [Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Virga etenim percutimur, & baculo ſuſtẽtamur. Si ergo eſt diſtrictio virgæ, quæ feriat, ſit & conſolatio baculi, quę ſuſtentet. Sit itaque amor, ſed non emolliens; ſit rigor, ſed nõ exaſperans: ſit zelus, ſed nõ immoderate ſæuiẽs: ſit pietas, ſed nõ plus, quàm expediat, parcẽs. Intueri libet in Moyſi pectore miſericordiã cũ ſeueritate ſociatã. Videamus amantem piè, & diſtrictè ſæuientẽ. ¶Certè cũ Iſraeliticus populus ante Dei oculos penè inueniabile cõtraxiſſet offenſam, ita ut eius rector audiret, [deſcende; peccauit populus tuus] ac ſi ei diuina vox diceret: qui in tali peccato lapſus eſt, iam meus nõ [h] eſt; atq; ſubiungeret, Dimitte me, ut iraſcat furor meus contra eos, & deleã eos, faciamq; te in gentẽ magnã.] Ille ſemel & iterũ pro populo, cui præerat, obicẽ ſe ad impetũ Dei iraſcẽtis opponẽs ait: [Aut dimitte eis hãc noxã: aut ſi non facis, dele [i] me de libro tuo, quẽ ſcripſiſti.]

Luc.10.
Hebr.9.
Pſal.22.
Exod.32.

DIſciplina.] CASVS. In hoc ca. pbat Gratianus (alias Greg. ꝙ pͣlatus circa correctionem ſubditorũ debet in ſe habere miſericordiã & diſciplinam. Et hoc probat qnq; rationibus vel exẽplis. ſ. Samaritani, q vulnerib⁹ ſemiuiui appoſuit vinum & oleũ, & arcæ, in qua virga erat, & mãna: & Dauid, q virga & baculo ſanatus eſt: & Moyſi, q circa populũ exercuit miſericordiã & ſeueritatẽ: & exemplo Iob, qui cũ ſederet quaſi Rex exercitu circũſtante, erat tñ mærentium cõſolator. Et quid hęc ſupra dicta ſignificent, diligenter in hoc c. exponitur.
f ¶ Diſciplina.] .i. rigor ſiue pœna.
g ¶ Miſcenda.] No. ꝙ iudices ſemper ſequentur mediocritatem, ut arg. extra de cenſi. ex parte. ff. de pig. act. ſi ſeruus. ff. de iur. & fa. ign. nec ſupina. extra de off. cuſt. c. j. & ff. de ver. obl. continuus. §. cũ ita. 1 Arg. contra. ff. de neg. geſt. Neſſennius. in fi. Io. Sol. iudex potius ſequatur æquitatem, quàm rigorem. ut C. de iud. placuit. ubi certum eſt ius ab æquitate diſſentire, ut in reſtitutione minorũ: niſi ex cã magis ſequeretr rigorẽ: vbi ſ. multis graſsãtibus opus eſt exemplo, vt ff. de pœn. aut facta in fi. ubi autem ius ſcriptum non eſt, iudex ſẽper ſequetur ęquitatem, ut extra de tranſac. c. ult. Bart.

Iudex mediocritatem ſequatur.

1 Ad idẽ ff. de ſer. leg. l. gñaliter. nã ſi legaui tibi ſeruum. nec expreſſi de quo: de mediocri intelligendũ eſt. Laur.

h ¶ Meus non eſt.] Argu. quod de uno conceditur, de alio negatur. ſic 1.q.1. per Eſaiam. 33. q. 5. qui ſitit. & 23.q.4. fortè. ſic 25. diſt. qualis ſimiliter cum iudicatur rem meam eſſe per conſequens iudicatur tuam non eſſe, ut ff. de procur. Pomponius. §. 2.

deleas. Aug. tamen dixit, ꝙ hæc dictio. aut. ponitur hic conditionaliter, ideſt ſi non dimittis eis hanc noxam, dele me cum eis. poſtea deſtruc conſequens: ſed nõ deles me: ergo dimittes eis hanc noxam. & Gregorius hic conditionaliter exponit. Alij intelligunt hoc de morte

te temporali, prout videtur ſonare litera ſequens.
a ¶ Obtinuit ] inf. 50 diſt, ſi quis præpoſtera. cõtra. ibi dicitur, ꝙ veniam petijt, ſed non obtinuit. Reſpondeo. Obtinuit ad tempus, vel ne punirentur æternaliter, ſed non vt nunquam punirentur. Puniti enim ſunt pro illo peccato in Romana, & Babylonica captiuitate, vt 76. diſt. ieiunium, vel obtinuit veniam quo ad vitam æternam, non quo ad temporalem: ſicut & Dauid remiſſum fuit peccatum quo ad vitam æternam: ſed tamen punitus fuit temporaliter, vt de pęnit. diſt. 1. ſicut primi.

Moyſis oratio pro populo ĩ quo fuit exaudita.

Penſemus ergo, quibus viſceribus eundem populũ amauit, ꝓ cuius vita de libro vitæ deleri ſe petijt. Sed tamẽ iſte, qui tanto eius populi amore conſtringitur, contra eius culpas penſemus, quãto zelo rectitudinis accẽdat. Mox. n. vt petitione prima, ne delerentur, culpæ veniam obtinuit,[a] ad eundem populum veniens ait, [Ponat vir gladium ſuum ſuper fœmur ſuum, ite & redite de porta vſque ad portam per mediũ caſtrorum, & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum, cecideruntque in die illo quaſi viginti tria α millia hominũ.] Ecce qui vitam omnium etiam cũ ſua morte petijt, paucorũ[b] vitã gladio extinxit. Intus arſit ignibus amoris, foris accenſus eſt zelo ſeueritatis. Tãta fuit pietas, vt ſe pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret, tãta ſeueritas, vt eos, quos diuinitus feriri timuerat, ipſe iudicij gladio feriret. Sic amauit eos, q̃bus præfuit, vt ꝓ eis nec ſibi parceret, & tamẽ delinquẽtes ſic perſecutus eſt, quos amauit, vt eos etiam Domino parcente proſterneret. Vtrobiq; legatus fortis, vtrobiq; mediator admirabilis, cauſam populi apud Deũ precibus, cauſam Dei apud populũ gladijs allegauit.[c] Intus amãs diuinę iræ ſupplicando obſtitit, foris ſæuiens culpam feriendo cõſumpſit. Succurrit citius oĩbus oſtẽſa morte paucorum. Et idcirco omnipotens Deus fidelem famulum ſuum citius exaudiuit agentem pro populo, quia vidit, quid ſuper populum acturus eſſet ipſe pro Deo. In regimine ergo populi vtrũq. Moyſes miſcuit, vt nec diſciplina deeſſet miſericordiæ, nec miſericordia diſciplinæ. Vnde hic quoque iuxta vtramque virtutẽ dicitur, [Cumq; ſederem quaſi rex circũſtante exercitu, eram tamen mærentium cõſolator. Sedere quippe circumſtante exercitu, vigor eſt, ac diſciplina regiminis, mærentium vero corda conſolari, miniſterium pietatis.

Ibidem.

Iob. 29.

α ¶ Viginti tria.] *Sic etiam legitur in codicibus B. Gregorij, ſed in hebrais paraphraſi Caldaica, verſione ſeptuaginta, & vulgata eſt*, tria millia.

*Item Iſidorus libro 3. ſententiarum de ſummo bono, cap. 54.*

¶ Iuſte iudicans miſericordiam cum iuſtitia ſeruat. Cap. X.

Burc. l. 16. c. 25. §. omnis.

OMnis, qui iuſte iudicat, ſtaterã ĩ manu geſtat, & in vtroq;[d] penſo iuſtitiam, & miſericordiã portat,[e] ſed per iuſtitiam reddit peccanti ſententiam, per miſericordiam, peccanti temperat pœnam, vt iuſto libramine quædam per æquitatem corrigat, quędam vero per miſerationem indulgeat. Qui Dei iudicia oculis ſuis proponit, ſemper timẽs, & tremẽs in omni negotio formidat; ne de iuſtitiæ tramite deuians cadat, & vnde non iuſtificatur, inde potius condemnetur.

*Item Auguſtinus in Enchiridio. c. 72.*

b ¶ Paucorũ. ] No. 23. milia dici pauca 1 quia pauci fuerũt reſpectu aliorum. ſi mi. ff. de ver. ſig. maiorem.
ADDITIO. Et 23. quæſt. 4. §. quod autem.
c ¶ Allegauit. ] Arg. quod idẽ poteſt eſſe aduocatus vtriuſque partis: & nunc inducere iura pro vna parte, nũc ꝓ altera: qđ eſt falſum 2 & ſic tutor duorum litigãtium pro vno agit, & pro altero reſpondet, vt ff. de auct. tut. accipientis. Ex hoc loco ſumit cauſa quare epiſcopus accedens ad altare deponit mitrã & baculũ. ſed cũ cõuertit ſe ad populum, reſumit cõminationis ſuæ inſignia, vt de cõſecra. diſtin. 1. nullus epiſcopus.

1 Adde regulariter quot dicãtur pauci, no. gl. ĩ l. ſenatus ff. de do. cau. mor. & in c. cupiẽtes. §. cæterũ in gl. in ver. contradicentiũ paucitas. de elect.
2 Adde de hoc late per Io. Andr. in mercu. ĩ re. cõtractus in lib. 6.

Epiſcopus qñq; ſumit. & qñq; deponit mitrã & baculum non ſine cã

OMnis. ] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd omnis. q. rectẽ iudicat, debet in manu geſtare ſtatera, vt iudicet, & abſoluat iuſte, & in vtroque penſo, ideſt, in cõdẽnatione, uel abſolutione dẽt habere ſimul iuſtitiã & miſericordiã, ut per iuſtitiã peccati ſententiã reddat, & per miſericordiam peccati tẽperet pęnam in omni negotio timẽs ne de iuſtitię tramite deuians cadat.
d ¶ In utroque. ] Ideſt, in abſoluendo & condemnando.
e ¶ Portat. ] Sed qualiter iſtud ſtare poteſt, q; iudex habeat miſericordiam, & rigorem? Primum eã ratione, quia iudex nõ poteſt mitigare pęnã, & a canone latam, vel lege inflictam, ut 2. quæſt. 1. §. notandum 2. ſed illud ibi expeditum eſt. Itẽ qualiter miſeretur iudex illius, quem

Iudex qualiter poteſt habere rigorẽ, & miſericordiam.

1 Nã iudex iuſtè, & licitè interficit. 23.q.5.miles nam non eſt crudelitas crimina ꝑ Deo punire, ſed pietas.23. q. 8. legi. Arc.

quem occidit? 1 Item quæ miſericordia manet circa illum, qui deponitur? Item quæ miſericordia fit ibi, vbi filius punitur pro delicto patris? vt 6.q. 1. §.verum. 2 Solu. ideo dicitur iudex ſeruare rigorem, & miſericordiam: non ꝙ ſimul exerceat ea circa aliquem: ſed quia ſi opus fuerit, & cã ſubeſt, dẽt eſſe miſericors in diſpẽſando. ſi cauſa non ſubeſt, debet eẽ rigidus in iudicãdo. Vel dic ꝙ iudex ſemper habebit miſericordiã etiam occidẽdo hominem: etſi nõ per mitigationẽ pœnæ, ſaltem per compaſſionem, vt inf. ea. vera. Item ex hoc facit miſericordiam, cum facit, vt ille conteratur inter flagella, & ne fiat deterior. Vñ eo ipſo, ꝙ iudex punit aliquem, miſericordiã facit, vt infra ead. ca. proxi. & iſte ĩtellectus patere poteſt ex illis cap. 23. q.4. duo iſta, & c. ea vindicta, qui enim facit finem peccato, miſericors eſt, vt de pœn. d. vlt. c. vlt. ĩ fi.

non. 3 Contraria vero iura in caſibus ſpecialib. loquũtur, in quibus quis cogitur. 3 Sup. c. ead. de Iudæis.

SVNT ENIM. Dictũ eſt ſupra in cap. proxi. quòd qui corripit & punit, dat eleemoſynam: ideo ponit quot ſunt genera eleemoſynarum, & ad hoc alleg. duo cap.

¶ Qui remittit, & qui corripit, vterque miſeretur. Cap. XI.

4. ſent. d. 15.

ET qui emendat verbere, in quem poteſtas datur, vel coercet aliqua diſciplina, & tamen peccatum eius quo ab illo læſus, aut offenſus eſt, dimittit [a] ex corde, vel orat, vt ei dimittatur, nõ ſolũ in eo, qđ dimittit, atq; orat, verum etiã in eo, quod corripit [b], & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemoſynam dat, quia miſericordiam præſtat. Multa enim bona præſtantur inuitis [c], quando eorum conſulitur vtilitati; non voluntati, quia ſibi ipſi inueniuntur eſſe inimici.

*Sunt enim multa genera eleemoſynarum, de quibus Albinus † ait.* † al. Alcuinus.

¶ De multiplici genere eleemoſynarum. Cap. XII.

Pann. l. 2. c. 192.

TRia ſunt genera eleemoſynarũ: vna corporalis, egẽti dare, quidquid [d] poteris: altera ſpiritualis, dimittere [e] a quo læſus fueris; tertia, delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis.

*Item Auguſtinus lib. 5 0. hom. 6.*

¶ Eleemoſynæ pecuniæ præfertur eleemoſyna cordis. Cap. XIII.

Pan. l. 2. c. 193.

DVæ ſunt eleemoſynæ, vna cordis, altera pecuniæ. Eleemoſyna cordis eſt dimittere ei, a quo læſus es. Nam dare aliquid indigenti aliquando quæris, & non habes: indulgere peccanti, quantum volueris redundat [f] tibi. *& infra.* ¶ Eleemoſyna cordis multo maior eſt quam eleemoſyna corporis. *& infra.* ¶ Charitatis eleemoſyna ſine ſubſtantia terrena ſufficit ſibi; Illa vero, quæ corporaliter, datur, ſi non benigno corde [g] tribuitur omnino non ſufficit.

3 *Ex his omnibus apparet, quòd nec lenitas manſuetudinis ſine rectitudine ſeueritatis, nec Zelus rectitudinis ſine*

ET qui emẽdat.] CASVS. In hoc ca. oſtendit Auguſtinus, ꝙ eleemoſyna dupliciter fit a plato ſ. dimittendo ei a quo læſus eſt: & orãdo pro ipſo, vt ei dimittatur, vel verberando, vel corrigendo delinquentes etiam inuitos: quia multa bona præſtãtur inuitis, quando ipſi ſunt ſibi inimici Capitulum quod ſequitur planũ eſt.

Rancorẽ dimittere tenemur.

a ¶ Dimittit.] Quilibet poteſt, & tenet dimittere rancorẽ, ſed nõ tenetur dimittere ſatisfactionem, vt 90. d. ſi quis contriſtatus, & 23. q.4. ſi illic.

b ¶ Corripit.] Hic videtur, ꝙ aliquis põt verberare, vel excõicare aliquem pro propria iniuria, ſic 23.q.4. ſi illic. & 2.q.7. ſi quis. Sed contra inf. diſt. proxi. ſeditionarios. 2 vbi dr̃, ꝙ clerici non debent eſſe vltores propriæ iniuriæ. ſimiliter eſt contra 23.q.4. inter. vbi dicitur, ꝙ nullus debet alium excommunicare pro propria iniuria. ſimiliter eſt contra 23.q.5. de occidendis, vbi dr̃, ꝙ iudex pro ſua iniuria non debet reum occidere. Sed ſolue, vt dixi 2.q.7. ſi quis epiſcopus Ioan. Sol. pro propria iniuria poteſt prælatus aliquem punire, dummodo non faciat hoc animo vlciſcendi, vt inf. d. proxi. ſeditionarios, vel vt magis timeatur, vt ſup. ea. d. c. 1. ſed ſi animo corrigendi hoc facit, & nõ ex indignatione, bene licet, vt in hoc c. dicitur. Bar.

2 Ad idẽ adde ext. de homi. ſignificaſti. 2. in fi. de hoc no. ext. de ele. male. cap. 1. ibi uideas. Arch.

Beneficium inuito confertur.

c ¶ Inuitis.] Argu. ꝙ inuito conferĩ beneficium, vt 23. q.4. diſplicet, & q.5. non vos. 74. diſt. placuit, & c. cõſuluit. ff. de neg. geſt. ſoluendo, ff. de lib. cau. l. 1. & 2. & ff. de appell. non tãtum. arg. contra 20.q.3. præſens, & 23. quæſt. 5. ad fidem. ff. de reg. iuris inuito. Solu. ad bonum ſemel receptũ bene cogitur aliquis illud retinere: alias cap. ſeq. Io. de Fan. & Hug.

d TRria ſunt.] ¶ Quidquid.] Hæc eſt magna eleemoſyna qui dat vltra id quod poteſt. 4 ut 42. d. per ſimoniam.

Eleemoſyna magna.

e ¶ Dimittere.] Quãtum ad rancorem ad minus, vt 90. d. c. ſi quis contriſtatus.

4 Dñs non uult opes fũdi, ſed diſpẽſari, 76. d. nõ ſatis. Arch.

DVæ ſunt.] CASVS. Dicit Auguſtinus in hoc ca. qđ duæ ſunt eleemoſynæ, vna cordis, ſcilicet dimittere, & parcere inimicis, alia corporis. ſ. pecuniæ, ſed eleemoſyna cordis maior eſt, quam eleemoſyna corporis, qñque enim uolo facere, ſed non poſſum, cũ nõ habeã cuidem. uel pauperes non inueniam. eleemoſynam uero cordis ſemper facere poſſum, quæ ſine terrena ſubſtantia ſufficit.

Eleemoſynæ dator poteſt uenialiter peccare.

f ¶ Redundat.] ideſt abundat.

g ¶ Benigno corde.] Quia qui dat pauperi eleemoſynã non ex charitate, ſed ideo ut remoueat a ſe importunã petitionem, rem perdit, & meritum, & uenialiter peccat. 5 ut 25. d. §. criminis.

5 Sic etiam peccat q dando eleemoſynam ad uanam gloriã. ar. §. 1. q. 1. ui de quãtum.

EX HIS OMNIBVS. Hæc eſt tertia pars huius d. in qua probatur, quòd in correctionibus debet ſemper iudex declinare in partem minorem, & tamen punire:

&hoc probat per quatuor auctoritates. Ioan. de Fan. CASVS. Cōcludit Gratianus ex ſupradictis, ꝙ ſeueritas cum manſuetudine, & econuerſo ſp̄ eſt habēda. Et ſoluit ſupradictam contrarietatem dicens, quòd in capitulis ſupradictis vſque ad §. Salomon. illi percuſſores ab

erant miſericordes, ꝙ omnino rigorem iuſtitiæ negligebant. Alij erāt intantum rigidi, ꝙ nullam miſericordiam, vel manſuetudinem habebāt, quos Greg. in hoc cap. reprehendit, dicens ꝙ circa delinquentes, & iuſtitiā & miſericordiā ſeruare debēt, ita ꝙ rigor nō ſit rigidus, neq. manſuetudo ſit diſſoluta.

*manſuetudine in prælatis debet inueniri. Percuſſores ergo, qui præmiſſis auctoritatibus ab epiſcopali officio remouentur, non quilibet corporaliter flagellantes: ſed prætermiſſa manſuetudine ad verbera ſemper parati intelligendi ſunt: qui per flagella non vitia corrigere ſed timeri appetunt, quibus Petrus ſcribit:* [ *Ne ſitis dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex anima.* ] *Hinc etiam Gregorius ſcribit in moralibus, lib. 19. par. 4. c. 23.*

1. Pet. 5.

In c. 29. Iob. c. 16.

¶ Manſuetudo, & diſtrictio ab inuicem non ſeparentur. Cap. XIIII.

SVnt namque nonnulli ita diſtricti, vt omnem etiam manſuetudinem benignitatis amittant: & ſunt nonnulli ita manſueti, vt perdāt diſtricti iura regiminis. Vnde cunctis rectoribus vtraque ſummopere ſunt tenēda, vt nec in diſciplinę vigore benignitatē manſuetudinis, nec rurſum in manſuetudine diſtrictionem deſerant diſciplinæ, quatenus nec a compaſſione pietatis obdureſcant, cum contumaces corrigunt: nec diſciplinę vigorē molliant, cum infirmorum animos cōſolantur. Regat ergo diſciplinæ vigor manſuetudinem, & manſuetudo ornet vigorem; & ſic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta.

*Item homilia 34. in Euangel.*

¶ Vera iuſtitia miſeris compatitur, delinquentibus indignatur. Cap. XV.

VEra iuſtitia compaſſionem habet; falſa vero [a] † dedignationem: quamuis & iuſti ſoleāt rectè peccatoribus dedignari. Sed aliud eſt, quod agitur typho ſuperbiæ; aliud, quod zelo diſciplinæ. Dedignantur † etenim, ſed non dedignantes. *& poſt pauca.* ¶ At contrahi, qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolent, cæteros quoſque deſpiciunt, nulla infirmantibus miſericordia condeſcendunt, & quo ſe peccatores eſſe non credunt, eo, deterius peccatores ſunt.

† *iuſtitia* ] orig.

† *al. indignantur.*

Rabani ſunt, non Hiero. ij. commentarij.

*Item Hieronymus ad c. 4. Threnorum.*

Thren. 4.
Eſa. 32.

¶ Peccantes manſuetudine prouocentur, non auſteritate abijciantur. Cap. XVI.

REcedite, [b] inquiunt, polluti: recedite, abite; nolite nos tangere; nolite in aliquo nobis cōicare. Talis loquela non illuminat cæcum, non ſanat ægrotū, nō curat infirmum; ſed magis occidit, atq; in deſperationem periclitantem mittit. Boni etenim rectores ex ſua infirmitate [c] aliorū infirmitates pēſantes magis per humili-

VEra iuſtitiā cōpaſſionē. ] CASVS. In hoc ca. aſſignatur differētia inter veros iuſtos, & falſos hypocritas, quīa veri iuſti cōpaſſionem habēt, & indignātur aduerſus delinquētes, eos corrigendo. Falſi vero iuſti deſpiciūt peccatores, & dedignātur eos, & nulla miſericordia, vel compaſſione delinquētibus cōdeſcendūt, & inquātum ſe extollūt, intantū deteriores fiunt.

a ¶ Falſa vero. ] Vnde falſa iuſtitia nō ē iuſtitia, & iudex ſi iuſtitia in eo nō eſt, nō eſt iudex, ſicut nec iniuſta miſericordia, vt 23. qō. 4. eſt iniuſta. ſicut falſ⁹ denari⁹, 1 nō ē denarius: & falſus tutor nō eſt tutor, vt ff. de ver. ſign. Paulus. Et nota, ꝙ facit hic differētiā inter indignari, & dedignari, vt ī dignatio ſpectet ad malos. 2 & dedignatio ad bonos: & illud odiū ē bonū, quo qs odit peccata, nō hoies, vt 86. diſt. odio. & iuſtus iraſcet peccatis populorum, vt 7. q. 1. §. cum vero.

Iudex falſus non eſt iudex.

1 Sic dr̄ falſa virtus. 28. qō. 1. §. ex his. Indignari differunt. 2 Vnde dicas, ꝙ dedignari proprie eſt cum ſupbia iraſci, & corripere, & increpare, ſm Hug.

REcedite. ] CASVS. In pricipio huius c. ponit Hier. verba hypocritarū ſcripta ī Hieremia, qb. vtūt hypocritę eijciēdo peccatores a ſua coione, dicendo: Recedite, &c. Sed dicit Hier. ꝙ talis loq̄la nō ſanat, imo peccātes ī deſperōnē inducit. Bonus āt paſtor cōpaticē deliquēti, & p humilitatē conatē eū ab errore reuocare, ſicut Paul⁹ faciebat, q dixit: F. ct⁹ ſū īfirmus īfirmis.

ab epiſcopali officio repelluntur, qui verberant, non vt vitia corrigant, ſed ut magis timeantur: & qui prætermiſſa manſuetudine ſemper ſunt ad verbera parati, de quibus dicit Petrus, Ne ſitis dominantes, &c.

SVnt namque. ] CASVS. Quidam prælati intantum

b ¶ Recedite. ] Hæc ſunt verba illorum, qui habent falſam iuſtitiam: ſed hæc verba non de corporali, ſed de ſpirituali receſſu intelligenda ſunt, ut 23. q. 4. recedite.

c ¶ Infirmitate. ] Ideo enim Dominus permiſit Petrū cadere

Petrus cecidit non ſine cauſa.

cadere, ut ex ſua infirmitate ſciret qualiter dēret aliorum infirmitatibus compati, ut 50. d. conſiderandum.

a ¶ Leuamentum.] Debet enim prælatus ſingulos iuuare pro poſſe. ut 8. q. 1. Clemens.

SEd illud. CASVS. Quidam ſacerdotes uolebant uideri beneuoli inter ſuos ſubditos, & qa timebant ne homines male loquātur de ipſis, negligunt corrigere delinquētes, quos Hieronymus redarguit: & ꝙ debēt eſſe uigiles, & corrigere peccatores, probat quatuor auctoritatibus. ſcilicet. Peccantem corā omnibus. &c. Oſtēdit etiā quātum malum ex negligentia prelatorū ſequatur, ſcilicet uno peccante uniuerſa plebs polluit. Quod ꝓbat duob. exemplis. ſcilicet Achor, & ouis morbidæ.

ſequitur de percuſſione ſpirituali, quia ſupra dixit de corporali. Arch.

CASVS. Hactenus expoſuit de pcuſſore corporali: Nunc intendit tractare de ſpirituali, de illo ſcilicet qui inutili ſermone infirmorum animos uulnerat. Hoc probat per

tatis, & manſuetudinis leuamentum [a] ſtudent peccātes ab erroris laqueo eruere, quā per auſteritatem in foueā perditionis nutantes propellere. Vnde Doctor gētium; Factus ſum, inquit, infirmus infirmis.] 1. Cor. 9.

*Item ex Origene, homilia 7. in Ioſue.*

¶ In populum ira Dei deſæuit, cum prædicator delinquentes palpat, non corripit. Cap. XVII.

SEd illud non otioſe trāſmittendum eſt, quod vno [b] peccante ira Dei ſuper omnem populum venit: Hoc quando accidit? quādo ſacerdotes qui populo præſunt, erga delinquentes benigni videri volūt, & verētes peccantium linguas, ne forte male de eis loquātur, ſacerdotalis ſe veritatis immemores nolūt complere quod ſcriptum eſt. [ Peccantem coram omnibus argue, vt cęteri [c] timorem habeant. & iterū: [ Auferte malum ex vobis ipſis.] nec zelo Dei ſuccenſi imitantur Apoſtolum dicentem: [ Tradidi huiuſmodi hominem Satanæ in interitū carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat. ] Neque illud Euāgelij implere ſtudent, vt ſi viderint peccātem; primo ſecrete cōueniāt: poſt etiam duobus, [d] vel trib. adhibitis; † quod ſi contempſerit, & poſt hæc eccleſiæ correctione nō fuerit emendatus, de eccleſia expulſum velut gentilem habeant, ac publicanum: & dum vni parcunt, vniuerſæ eccleſiæ moliuntur interitum. Quæ iſta bonitas? quæ iſta miſericordia? vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere? Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicut ex vna oue morbida [e] vniuerſus grex inficitur; ſic vno fornicante, vel aliud quodcunque ſcelus committente plebs vniuerſa polluitur.

1. Tim. 5. 1. Cor. 5. Ibid. Matth. 18. † al. arbitrio.

*Hinc etiam alibi [f] dicitur. [ Rectorem ſubditis pietas matrem diſciplina verò patrem exhibeat.] 4 ¶ Percuſſor quoque dicitur, qui ſermone inutili infirmorum conſcientiam vulnerat.* Greg. paſt. 2. p. c. 6.

*Vnde Anacletus Papa epiſt. 2. ad epiſcopos Italiæ.*

¶ Qui ſermone incauto conſcientiam percutit infirmorum, percuſſor vocatur. Cap. XVIII.

SAne percuſſor ille dicit Doctor, q ſermone inutili conſcientiam percutit infirmorum. Ideo tenere vos, & omnes fideles oportet eum, qui ſecundum doctrinā eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit cōſolari in doctrina ſancta, † & cōtradicentes redarguere; & recte viuentes, atque rectam fidem tuentes conſolidare.

Ad Titum 1. † al. ſana.

DISTINCTIO XLVI.

*Equi-*

b ¶ Vno.] Scilicet Achor, qui furatus fuerat regulam auream de Hiericontino anathemate, ut 1. q. 4. §. item peccato ciuium.

c ¶ Vt cęteri.] Nota. ꝙ cū qs delinquit publice, publice eſt arguēdus, & nō occulte, 1 ut ſic cęteris metus incutiat, & etiā ſcandalū auferat, ut 2. q. 5. ſi mala. & q. 7. qua pp. & 23. q. 4. ita plane. 28. q. 2. puenit. & 11. q. 3. c. vlt. & multis pſonis graſſātib. c ē pſo opꝰ eſt, vt ff. de pę. aut facta. §. ult.

1 Pone, ꝙ aliquis peccauit publice & ſatisfacere uult in occulto, nūquid ſufficit? Non. Nā dicit canon ubi malum contingit, ibi moriatur. 2. q. 1. ſi peccauerit. Ad hoc de pen. d. 1. §. hic ergo. Archid.

d ¶ Duobꝰ.] Ex hoc ca. uidetur ꝙ illa auctoritas ſi peccauerit, intelligat ēt de manifeſto delicto. Quid iuris ſit, dixi 2. q. 1. ſi peccauerit.

e ¶ Morbida.] infra 1. q. 1. fert. 24. q. 3. reſecandæ.

f ¶ Hinc etiā alibi.] arg. ꝙ poſſumus uti iure aliquo, cuiꝰ nō habemꝰ auctorē. ut ſup. ea. neminem. & extra de ſeg. & maleſ. c. 1. de conſec. d. 4. ſanctū. arg. cōtra. ff. de fal. l. ult. ubi dicitur, quod falſarius eſt q allegat leges, quarum non habetur auctor. Ioann. Hoc ideo contingit in legibus; quia nulla ſine auctore certo inuenitur. B.

Iure cuius non eſt auctor utrum poſſumꝰ uti.

PERCVSSOR. Hæc eſt quarta pars diſt. in qua proſequitur de percuſſione ſpirituali...

SI perſequens cap. cuius caſus facilis eſt, & per te uidebis.

Equitur.] Hęc diſtinct. diuiditur in tres partes, in quarum prima reprehendit ſuperbos Doctores. Secun-

Secunda ibi. [Ecce quare.] Tertia ibi, ] Non licet. ]Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 46. diſt. in qua proſequitur decimum cap. Apoſtolicæ regulæ, ſ. oportet epm eſſe non litigioſum. Nihil enim deterius eſt arrogantia prælatorũ incompoſitorum: unde ruſticis comparantur, qui garrulitatem auctoritatem putant: & parati ad lites, tumide in ſubditos intonant: quod ex ſuperbia prouenit, Et ad hoc inducit ſequens cap.

a ¶ Sequitur.] In hac 46. diſt. exequitur. cap. Apoſtolicæ regulę, ſ. oportet epm eſſe non litigioſum. talis autem duplici de cã prohibetur ordinari. Vna, quia cum talis ſit arrogans, neſcit humiliter docere: vnde ſubditi uilipendunt eius doctrinam. 1 Item alia ratione: quia conſueuerunt tales diſtemperati eſſe in moribus ſolent eñi eſſe adulatores, proditores, & detractores, maledici, inuidi, ſcurriles, ad ulciſcendas iniurias ſuas prompti: quę ſecundum ordinem hic exequitur. 2

HOc habet, CASVS. In hoc cap. dicitur ꝙ duo genera ſunt prælatorum. Nam alij ſunt arrogantes: alij ſunt humiles. Arrogantes ſunt, qui humiliter neſciunt proferre quod docent: qui quaſi in quadam ſublimitate reſidentes, quos docent tanquã in imo poſitos deſpiciunt: & vix dominando eis loqui dignantur. Ex hoc probat auctoritate prophetæ dicentis: Vos autem, &c. Humiles uero ſunt qui tãto uehementius vitium elationis fugiũt, quãto ardentius uerborum iaculis ipſum magiſtrum elationis id eſt, diabolum perſequuntur.

2 Tertia quũ ipſe ſit litigioſus, & p conſequẽtiam prouocet alios ad diſcordiam, non poſſet ad concordiam reuocare: ꝙ tñ tenetur ex officio facere. 95. diſtin. c. 1. per totũ, ſm Hoſt.

1. ad Tim. 3. & ibi gloſſa ordi. & Anſ. ex Herony. in epiſt. ad Oceanum.

*tur, [a] [non litigioſum.] Nihil eſt enim impudentius arrogantia ruſticorum, qui garrulitatem auctoritatem putãt & parati ad lites, in ſubiectos tumidi intonant: quod ex arrogantia, & ſuperbia prouenire manifeſtum eſt.*

*Vnde Gregorius ſcribit in moralibus, lib. 23. par. 5. c. 12 ad cap. 33. Iob.*

## ¶ Arrogantes neſciunt inferre humiliter quæ docent. Cap. I.

HOc habet proprium doctrina arrogantiũ, vt humiliter neſciant inferre quod docent, & recta, quæ ſapiunt, recte miniſtrare non poſſint. In verbis [b] enim eorũ proditur; quod cum docent, quaſi in quodam ſibi videntur ſublimitatis culmine reſidere: eoſq. quos docent, vt longe infra ſe poſitos, veluti in imo reſpiciunt†; quibus non conſulendo loqui, ſed vix dominando dignantur. recte autem his per prophetam Dominus dicit, [Vos autẽ cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia.] Cum auſteritate enim, & potẽtia imperant, qui ſubditos ſuos non tranquille ratiocinando corrigere, ſed aſpere inflectere dominando feſtinant. At contra vera doctrina tanto vehementius hoc elationis vitium fugit per cogitationẽ:† quanto ardentius verborum ſuorum iaculis ipſum magiſtrum [c] elationis inſequitur. Cauet enim, ne eum magis elatis moribus prædicet, quem in corde audientium ſacris ſermonibus inſectatur. [d]

†al. deſpiciunt.

Ezech. 34.

Ibid. c. 13.

†al. cogitationem.

*2 Ecce quare litigioſi prohibentur in epiſcopos ordinari. Eſt & alia cauſa huius prohibitionis Litigioſi namque vel adulationibus animos principum ſibi conciliant: vel fratribus ſuis detrahẽdo, infamiæ notam ingerunt; vel inter fratres diſcordiam ſeminando, ſeditionem nunquam facere ceſſant: quæ omnia in prælatis damnabilia eſſe probantur.*

*Vnde Gregorius ſcribit in moralibus, lib. 18. par. 4. c. 3. ad cap. 27. Iob.*

## ¶ De ijs, qui peccatoribus adulantur. Cap. II.

SVnt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt; augent [e] quę increpare debuerunt,† Hinc enim per prophetam dicitur, [Væ qui cõſuunt puluillos ſub omni cubito manus; & faciunt ceruicalia ſub capite

Ezech. 13.

† adde tex. in l. captatorias. ff. de hære. inſti. gl. l. 1. & ibi Cy. ſi quis aliteſta. prohi. Litigioſus duplici rõne ordinari nõ debet.

1 Vt inf. ea. cap. 1.

Stultitia per uerba ac ſigna perpenditur.

b ¶ In uerbis.] Ex uerbis eñi perpendimus alicuiꝰ ſtultitiã vt 93. d. legimꝰ. & extra de ſucceſ. ab inte. cũ dilectus. & ex verbis perpenditur quãta fides adhibeatur teſtib. ut ff. de qõn. de minore. qñq; etiam per ſigna perpendit: quia impudicus oculus &c. ut 32. q. 5. nec ſolo. & de pœn. diſ. 1. in actione.

c ¶ Magiſtrum.] Id eſt diabolum.

d ¶ Inſectatur.] Id eſt, perſequitur.

ECCE, Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. in qua reprehẽdit auaros adulteros maledicos, murmuratores ſeditionarios. & iniuriarũ vltores & hoc probat per octo auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſupra ꝙ litigioſi nõ debent in epiſcopos ordinari. quia neſciunt humiliter docere Ponit Gratianꝰ alias cauſas: quia tales cõſueuerunt eſſe adulatores & detractores. & ĩter fratres diſcordias ſeminantes: q̃ oĩa ſũt dãnabilia in p̃latis. Et ad hoc inducunt ſequentia capitula.

SVnt nonnulli, ]CASVS. Quidam prælati cũ deberent redarguere peccatores, laudabant illos in peccatis: quos Greg. in hoc cap. reprehendit. Primo auctoritate prophetæ dicẽtis: Væ qui conſuunt, &c. quam auctoritatem Greg. diligenter exponit. Secundo quadam ſimilitudine, quæ incipit ibi, [Hinc rurſus.] Tertio exemplo Iob, quod incipit ibi, Sed ſanctus vir. ]Cuius uerba, hic exponit Gregorius. Quæ autem ſequuntur uſq. ad cap. ſicut plana ſunt, & per te formabis.

e ¶ Augent.] Non enim oportet laudando augere malitiam ſerui, ut ff. de ſer. cor. l. 1. §. perſuadere in fi.

vniuerſæ ętatis.] Ad hoc quippe puluillus ponitur; vt mollius quieſcatur. Quiſquis ergo male agentibus adulatur, puluillum ſub capite, vel cubito iacentis ponit, vt q corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus, molliter quieſcat. ¶ Hinc rurſum ſcriptum eſt: [ Ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum.] Parietis quippe nomine, peccati duritia deſignatur. ædificare ergo parietem, eſt contra ſe quæ piam obſtacula peccati conſtruere. Sed parietem liniũt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruerſè agentes ædificant; ipſi adulantes quaſi nitidum reddant. ¶ Sed ſanctus [a] vir ſicut mala de bonis non æſtimat, [b] ita iudicare bona de malis recuſat, dicens; [ Abſit à me, vt iuſtos vos iudicem: donec deficiam, non recedem ab innocentia mea.]

*Ibidem.*

*Iob. 27.*

*Hinc etiam in concilio Carthaginienſi, 4. c. 56. legitur.*

¶ Adulator, vel proditor clericus ab officia degradetur. Cap. III.

CLericus, qui adulationibus, [c] & proditionibus [d] vacare deprehenditur, ab officio degradetur.

Burc. l. 2. c. 1. 76. Iuo p. 6. c. 267. Pann. l. 3. c. 173.

*Item ex eodem concilio, c. 55.*

¶ Excommunicentur ab epiſcopo qui fratribus non probanda obijciunt. Cap. IV.

ACcuſatores [e] fratrum epiſcopus excommunicet, qui non probanda fratribus obijciunt. [α] Et ſi emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum. [f]

*α* ¶ Qui non probanda fratribus obijciunt.] *Verba iſta neque in originali, neque in multis Gratiani antiquis codicibus habentur.*

*Item ex eodem concilio, c. 57.*

¶ Remoueatur ab officio clericus maledicus, ſcurra, fratrum profectibus inuidens non promoueantur. Cap. V.

¶ *Rubrica hæc pertinet ſimul ad caput, & duo ſequẽtia.*

CLericus maledicus (maximè in ſacerdotibus) cogatur [g] ad poſtulandam veniã: ſi noluerit, degradetur nec vnquam ad officiũ abſq; ſatisfactione reuocetur. [h]

Burc. l. 10. c. 66. Iuo p. 11. c. 11. & p. 13. c. 69.

*Item ex eodem concilio, c. 60.*

¶ De eodem. Cap. VI.

CLericum ſcurrilem, & verbis turpibus ioculatorem ab officio retrahendum cenſemus.

Anſ. l. 7. c. 163. Burc. l. 2. c. 172. Iuo p. 6. c. 263. & p. 11. c. 79. Pann. l. 3. c. 172.

*Item ex eodem, c. 54.*

¶ De eodem. Cap. VII.

CLericus inuidens fratrum profectibus, donec in vitio eſt, non promoueatur.

Burch. l. 2. c. 16. Iuo p. 6. c. 35.

*Item ex eodem, c. 67.*

¶ Non ſunt ordinandi, qui ſeditionibus vacant. Cap. VIII.

SEdit ſeditionarios ſtatuimus nũq ordinãdos [i] clericos ſicut nec vſurarios, [k] nec iniuriarum, [l] ſuarum vltores.

Agat. conc. c. 69. Burc. l. 2. c. 17. Iuo par. 6. c. 36.

*Item ex concilio Laodicenſi, c. 5.*

N ¶ Vſuras exigere clericis minimè licet. Cap. IX.

On licèt fęnerari miniſtris altaris, vel i ſacerdotali

a ¶ Sed ſanctus.] Scilicet Iob: cuius verba Gre. hic exponit.

b ¶ Non æſtimat.] quia dubia in meliorem partẽ interpretantur, ut extra de regulis iuris, eſtote.

c CLericus.] ¶ Qui adulationib.] triplex eſt adulatio, ut dixi 25. d. §. alias.

d ¶ Proditionibus.] Proditor dr̃ q pp timorem nõ defendit ueritatem & qui tacet eã, ut 11. q. 3. nolite. 1 Item qui crimẽ alterius ſibi ſoli notum manifeſtat. 2 ut 2. q. 1. ſi peccauerit. Item qui malitioſè circumuenit aliũ, & callidè ſeducit, ut in periculum ſalutis trahat. 16. q. 1. ſi cupis. Itẽ qui rẽ ſibi cõmiſſam exponit hoſtibus 22. q. 5. de forma. Itẽ qui iuſſa ueritatis contẽnit. 11. q. 3. abijt. Item qui ſecretum ſibi comiſſum reuelat. 13. diſt. nerui.

Proditor multipliciter dicitur. 1 Et ubi de hoc.

2 Item prodit qui non pbanda defert, 2. q. 7. §. de his. in prin. Item qui ſecreta ſibi cõmiſſa reuelat. de pæ. diſt. 6. ſacerdos. Archid.

e ACcuſatores.] Ideſt, detractores.

f ¶ Non ad clerum.] Optimũ eſt hic arg. pro H. qui dicit, q q ſemel fuit excõmunicatus, amodo non admittatur ad actus legitimos. 3 ut dicã 4. q. 1. in princi.

g CLericus.] ¶ Cogatur.] Per excommunicationẽ ut 6. q. 1. illi qui & 22. q. 1. prædicandum.

h ¶ Reuocetur.] Argu. q epiſcopus poſſit depoſitũ reſtituere. de hoc dixi infra q. 6. ideo. uel dic degradet. ideſt, ſuſpendatur, & reuocetur per Papam.

3 Hoc cap. nil vr̃ facere ad hoc, quia nõ refert ſe ad excõmunicationem; quæ eſt pæna medicinalis: ſed ad uitiũ quod eſt crimen. Archi.

i SEditionarios.] ¶ Ordinãdos.] Et ordinatos deijciẽdos.

k ¶ Vſurarios.] Quia tales propter auaritiam pro minimo litigant.

l ¶ Nec iniuriarũ.] De hoc dixi ſu. diſt. proxi. & q emẽdat.

NOn licet.] Hęc eſt tertia pars huius diſt. in qua rñdet & prohibet uſuras præcipue clericis prohi-

Seſcuplum x Vide Bud. in lib. de aſſe & partib. eius, ī prin.

prohibet dico per duas auctoritate. Ioan. de Fan.
a ¶ Seſcupla.] Hic ponitur ſeſcuplū pro ſeſquialtero, qd continent totum, & eius medietatem. Seſcuplum, 1 ſm quod per ſ. ſcribitur, dicitur a ſeſqui, quod eſt totū, & plica: vnde ſeſcupla uſura dicitur cum datur ſumma ali-

uſuræ. Io. Vnde ſi aliquis tutor a me recipit uſuras nomine pupilli: finito officio poſſum petere uſuras a tutore: quia pro alio peccare non debuit, ut dicitur hic: ſecus in aliis contractibus: quia finito officio non conuenitur tutor, uel curator, ut C. de admi. tut. ſi nō ſubſcripſiſti. & C. qñ tuto. vel curato. eſſe deſi. 3. l. 1. licet ſecus ſit in procuratore, 4 ut ff. de procu. procurator qui pro euictione, quia tutor fit ex neceſſitate, procurator voluntate. ff. de procura. l. 1. Bar.
c ¶ Cōmodis.] Quia periculoſſa eſt talis compēſatio. 14. diſt. quod ait.

† al. ſeſquipla.

ordine conſtitutis, vel vſuras, vel lucra, quæ ſeſcupla † 2 dicuntur, accipere.

3 Alias, 1ā mi. ex facto tuto. l. 1.
4 Adde Paulum de Caſtro, & Alexandrum de Imola in l. ſi quis iniquum. §. ſi procurator. ff. qd quiſque iur. glo. tamen. in l. ſi ſciente. ff. de pari. ui detur tenere contrarium, quam ſequitur ibi Bart. & Ange. per l. ordinem. §. in fraudē. ff. ad muni. Idem etiam tenet Bar. in l. 1. §. īcidit. in fin. ff. ad Turpil. & Franciſc. Tigri. in d. 6. in fraudem. facit text. in l. 1. C. ut nemo ad ſumma pa. lib. 11. & ibi Ange.

*Item Leo Papa epiſcopis per Campaniam, epiſ. 1. c. 4.*

¶ Nec ſuo nomine, nec alieno clericus fœnerator exiſtat. Cap. X.

Anſ. l. 7. c. 150.
Burc. l. 2. c. 121.
Iuo p. 6. c. 150.

SIcut non ſuo, [b] ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere fœnus attentet. Indecens eſt enim, crimen ſuum commodis [c] alienis, impendere: Fœnus autem hoc ſolum aſpicere † & exercere debemus, vt quod hic miſericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter, & in perpetuum māſura tribuit, recipere valeamus.

† al. accipere.

## DISTINCTIO XLVII.

1 Q Vod autem [d] in fine huius capituli, vſurarij ordinari prohibentur; inde eſt, quod vſuram exercentes cupiditati de ſeruire probantur: cupidi autem ab Apoſtolo ordinari prohibentur: quia tales facile a iuſto deuiarent.

1. Tim. 3.

*Vnde in canonibus Apoſtolorum, c. 44. legitur.*

¶ Diaconus, presbyter, & epiſcopus exigens vſuras niſi deſierit, deponatur. Cap. I.

Burc. l. 2. c. 119.
Iuo p. 6. c. 195. & p. 13. c. 15.
Pann. l. 3. c. 157.

EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus vſuras a debitoribus exigens, [f] aut deſinat, aut certe deponatur.

*Item ex concilio Nicano, c. 17.*

¶ Vſuras exigens ſiue clericus, ſiue ſubiectus regulæ, deijciatur. Cap. II.

infr. 14. q. 4. c. 8. ex alia uerſione.
Poly. l. 4. tit. 31.
Rab. l. pen. c. 32.
Burc. l. 2. c. 129.
Anſ. l. 7. c. 153.
Iuo p. 6. c. 196. & p. 13. c. 8.
Pſal. 14.
† redundat iſta particula.

QVoniā multi ſub regula cōſtituti auaritiā, & turpia lucra ſectantur, oblitiq; diuinæ ſcripturæ dicētis: [Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.] mutuū dantes, centeſimas [g] exigunt, iuſtè cenſuit ſancta, & magna ſynodus, vt ſi quis inuētus fuerit poſt hanc definitionem vſuras accipiens, ] aut † ex adinuentione ali-

Q Vod autem ] Hæc diſt. diuiditur in quatuor partes. In quarum prima principaliter prohibet uſuras: & hoc facit per quinque auctoritates. Secunda ibi, [Virum.] Tertia ibi, [Neceſſe ē.] Quarta ibi. [Q. tunc.] Ioan. de Fan. CASVS. Dictum eſt ſup. in illo c. ſeditionarios. quod vſurarij prohibētur ordinari. In hac uero d. 47. dicit, ꝙ ideo hoc cōtingit, quia tales cupiditati deſeruiūt. cupidi aūt ab Apoſtolo ordinari prohibentur. quia cito. & facile a iuſtitia deuiāt. & proſequitur 11. ca. Apoſtolicæ regulę. ſcilicet, oportet eṗm nō eſſe cupidū Sequens c. patet.
d ¶ Quod aūt. ] Hic proſequitur 11. cap. Apoſtolicæ regulæ, non cupidū, & continuatur illi c. ſeditionarios. & ideo prohibetur cupidus. qa facile a uero deuiat.

2 Vt ſenariꝰ ad quaternarium eſt ſeſcuplex: ergo ſi quis daret mutuo 4. ſolidos, & poſtea pro uſura ſuſciperet 6. illa uſura eſt ſeſcupla, quaſi ſeſquiplica à ſequi quod eſt totum, & plica, quaſi aliquid rotū. i. medietas, & ſcribitur per ſ. nō per x. ſecundum Hug. Tutor pupilli nomine non dēt uſuras exigere.

aliqua, & recipitur ſumma illa cum ſua plica, ideſt, medietate. 2 Sexcuplum ſcriptum per x. dicitur quælibet res ſexies multiplicata.

SIcut non. ] CASVS. Quidam quæſiuerunt a domino Papa utrum liceret alicui clerico tutorio, uel curatorio nomine uſuras exercere. Et rñdet, ꝙ ſicut non ſuo, ita nec alieno nomine debet quis facere vſuras. Incongruum enim eſt pro aliorum commodis perpetrare delicta, Sed illam ſolam vſuram facere debemus, ut quod in hoc ſæculo miſericorditer operamur, a Domino in futuro ſæculo multiplicatum recipere valeamus.

b ¶ Non ſuo. ] Arg. qđ quis non poteſt facere ſuo nomine, nec alieno, ut 23. q. 8. his a qb. & ff. de admi. re. ad ci. per l. 2. in prin. Arg. cōtra. 88. diſ. eps. & 2. q. 6. ſi eps. 5. q. 3. cap. ult. ff. quæ res pi. obli. poſ. Ariſt. Et eſt hic argu. ꝙ ſi aliquis quaſi procurator, uel tutor qñque recipit uſuras, quod non poſſit petere, ut ſibi reddantur

e ¶ Prohibentur. ] Scilicet in epiſtola ad Timotheum.
f ¶ EPiſcopus. ] ¶ Exigens [ Sed non ſuſcipiens. tunc enim deponeretur, vt inf. ea. ſi quis. contra ubi de accipiente dī, uel exigens cum effectu, 5 Vel illud pro tempore datum eſt. & nō habet locū hodie, ſed habuit locū tpe Apoſtolorū propter nouitatem Eccleſiæ. Et habes hic, ꝙ nō quodlibet mortale peccatum deijcit iam promotum, ut 35 diſt. c. 1. & 5. q. 4. in loco.

QVoniam multi. CASVS. Quidam clerici obliti diuinæ ſcripturæ dicentis, Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, uſuras centeſimas faciebāt, quæ in fine anni ſorti æquiparantur. Ideoque ſynodus ſtatuit, vt ſi quis inuentus fuerit uſuras, uel hemiolia de cætero exercere, uel aliquam machinationem circa hoc facere, deponatur.

g ¶ Centeſimas ] Centeſima dicitur vſura, quæ ſorti æquiparantur in anno. 6

5 Iſta ſententia & præcedens fuit Goff. & Hu. ſm iſtā expoſitionem dic exigens .i. exactum recipiens. Peccatū mortale nō ſemp deijcit iā promotum.
6 Immo. in cētum menſibus.

qua, vel quolibet modo negotiū trāſgēs,[a] aut hemiolia. ideſt, ſeſclupa α † exigens; vel aliquid tale pſus excogitans [b] turpis lucri gratia, deijciatur a clero, & alienus exiſtat a regula.

† al. ſeſquipla.

α Seſcupla † ] *Hoc ſeſqui alterarū vſurarū genus, quamuis grauiſſimū, in frugib. humidis, vel arētib. Conſt. lege pmiſſerat, q̄ nūc extat in codice Theodoſiano, lib. 2. ti. vlt. de vſuris l. 1. Eodē ptinet, qđ ſcribit B. Hierony in cōmētarijs in Ezechielē, lib 6. c. 18. his verbis.* Solēt in agris fruméti & milij, vini, & olei cæterarūmq; ſpecierū vſurę exigi, ſiue, vt appellat ſermo diuinus, ſuperabūdātię: verbi gratia, vt hiemis tēpore demus decē modios, & i meſſe recipiamus quindecim, hoc eſt, amplius partē mediā, *Quamobrem hoc canone, quo Patres illi oēs pecuniarias vſuras clerici interdicūt, voluerūt ēt ſeſcuplā frugū expreſſe vſuē interdicere. Poſtea verò in alijs cōcilijs, & a Romanis Pontificibus, genus omne vſurarū tanquā iuri naturali, ac diuino cōtrariū tā clericis, q̄ laicis fuit interdictū: q̄madmodū apparet in Decretalib. tit. de vſur.*

† al. ſeſquipla.

*Hinc etiam Gregorius in 19. lib. Moralium, c. 25. in 26. c. Iob ſcribit dicens.*

¶ Temporalibus lucris deſeruientes, Deo nequaquam militare probantur. Cap. III.

OMnes huius ſæculi dilectores in terrenis rebus fortes ſunt, in cæleſtibus debiles. Nam pro temporali gloria vſque ad mortem deſudare appetunt: & pro ſpe perpetua, ne parum quidem in labore ſubſiſtunt: pro terrenis lucris quaſlibet iniurias tolerant, & pro cœleſti mercede, vel tenuiſſimi verbi ferre cōtumelias recuſant: terreno iudici toto etiam die aſſiſtere fortes ſunt: in oratione verò coram Domino, vel vnius horæ memēto laſſantur: ſæpe nuditatem, deiectionem, famem pro acquirendis, diuitijs atque honoribus tolerant: & earum rerū ſe abſtinentia cruciant, ad quas adipiſcendas feſtinant; ſuperna autem laborioſe quærere tanto magis diſſimulant, quanto ea retribui tardius putant. ¶ Hi itaque quaſi aliarum arborum more deorſum vaſti ſunt, ſurſum anguſti: quia fortes in inferiora ſubſiſtunt, ſed ad ſuperiora deficiunt. At cōtra ex qualitate palmarum [c] deſignatur proficiēs vita iuſtorum, qui nequaquam ſunt in terrenis ſtudijs fortes, & in cœleſtibus debiles; ſed longius, atq; diſtantius ſtudioſos ſe Deo exhibent, quā ſæculo fuiſſe meminerunt. ¶ Nam cum quibuſdam per prædicatorem noſtrum dicitur: ] Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis mēbra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nūc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſantificationē: ] eorum proculdubio infirmitati condeſcenditur, ac ſi eis apertius diceretur; ſi nequaquam amplius [d] poteſtis, ſaltem tales [e] eſtote in fructu bonorum operum, quales fuiſtis dudum in actione vitiorum, ne debiliores

Rom. 6.

a ¶ Tranſigens. ] Ideſt, quodcunque nouum pactum, vel contractum inueniens in fraudem uſurarum, ut ſi ſumat rē in pignore, & nō cōputat fructus I ſortē. c. 1. & 2. extra de uſuris.

ADDITIO. Vel dic tranſigens, ideſt, turpia lucra p negotiū tranſactionis petēs, ideſt, uel transformans, ut qa uendit granum cētum ſolidos. ſcundum Goff.

b ¶ Excogitās. ] Arg. ꝙ ſola cogitatio punitur 1, ut 6. q. 1. §. ſi qs cum. qđ uerū eſt quo ad Deū. etſi nō procedit ad actū. ut 27. q. 1. nec aliqua.

1 Adde an & qn̄ ſola cogitatio punitur no. in c. 1. in glo. in verb. nos tn̄ ſtudioſam de eo qui mi. in poſſ.

OMnes. CASVS. Cap. iſtud diuiditur in tres partes. In prima parte inuehitur Greg. cōtra cupidos, q in terrenis ſunt fortes, & in cæleſtibus debiles. qm̄ circa terrena ſunt ardentius inſudantes, ſed pro uita æterna vix p momentū laborant. In ſcđa parte. q̄ incipit ibi. Hi itaq; dicitur, ꝙ cupidi & mundanorū amatores aſſimulantur arborib. quibuſdam, q̄ deorſum uaſtę ſūt, & ſurſum tenues. Nā hi tales circa terrena ſunt fortes, & ī ſuperiorib. deficiunt. Boni uero palmę comparant q̄ deorſum eſt tenuis, & ſupius ampla. Nā hi tales in cæleſtib. magni ſunt, in terrenis debiles. In tertia parte quæ īcipt. ibi, ] Nam cum quibuſdā. Hortaſ nos Grego. ꝙ ſaltē ita ſimus fortes circa boniī, ſicut fuimus circa uitia corpori ſeruiēdo

c ¶ Palmarū. ] Secundum illud: Iuſtus ut palma florebit.

d ¶ Amplius. ] Tantum faciatis boni, quātū feciſtis mali, non intelligas ꝙ tādiu debeat pœnitere, quādiu fuit malus, quia tāta poſſet eſſe contritio, ꝙ momentanea pœnitentia ſufficeret. de conſec. diſtin. 4. baptiſmi.

Peccator an tamdiu debeat pœnitere, quamdiu fuit malus.

e ¶ Tales. Videtur hic ꝙ aliquis poſſit tantum creſcere in malitia, quātum in bonitate. quod non eſt uerum, quia charitas poteſt in infinitum extendi. iuxta illud. Bonum mihi lex oris tui ſuper millia, &c. ſed malitia non, quia aliquis non poteſt

poteſt eſſe ſumme malus, ut de pœn. diſtin. 2. c. ſi ſermo. §. econtrario.*
a ¶ Aeris. Id eſt, cæleſtis conuerſationis. 1
DE Petro. ] CASVS. Petro quem Neapolitani elegerunt in archiepiſcopum, de quo confirmando ſuppli-

*In eod. eadem iudicium ſit de vtroque.*
: Quæ ideo dr̃ aer, quia in ea ſæpe boni penna contẽplationis eriguntur ad ſublimia ſicut auis in aere. 23. q. 4. cum in lege. Archid.

vos habeat ſancta libertas aeris, [a] α quos in carne validos habuit vſus terrenæ voluptatis.

α Aeris.] *apud B. Gregorium legitur,* ſancta libertas hæredes: *vel* ſancta libertas charitatis. quam in carne, *In vno autem exemplari Gratiani Vaticanos*, cæleſtis conuerſationis; *quod in gloſſa ad explanandam dictionem*, aeris, *affertur.*

*Item Gregorius clero, & ciuibus Neapolitanis, lib. 8. epiſt. 40.*

Anſel. l. 6. c. 9. Poly. l. 2. tit. l.

¶ Ad ſacros ordines vſurarij promoueri non debent. Cap. IV.

DE Petro [b] inſuper ad nos perueniſſe [c] cognoſcite, quòd ſolidos dedit ad vſurã, quod vos oportet cũ omni ſubtilitate [d] perquirere, & ſi ita conſtiterit, alium eligite, & ab huius vos perſona ſine mora ſuſpendite. Nam nos amatoribus vſurarum nulla ratione manus imponimus. Si vero ſubtili habita inquiſitione hoc falſum eſſe patuerit) quia pſona eius nobis ignota [e] eſt, & vtrũ ita ſit de ſimplicitate eius, quod ad nos platum eſt ignoramus) cum decreto [f] à vobis facto ad nos eum venire neceſſe eſt; vt vitam moreſque illius ſolicitius inquirentes, ſenſum quoque pariter agnoſcamus, vt ſi huic iudicio aptus extiterit, veſtra in eo (adiuuante Domino) deſideria compleamus.

*Item ex concil. Eliberitano, c. 20.*

Iuo p. 13. ca. 12. Pann. l. 3. c. 156.

¶ Degradetur clericus, qui vſuras accipere detegitur. Cap. V.

SI quis clericorum detectus fuerit vſuras accipere; placuit degradari, [g] & abſtinere. [h]

*Item Leo Anatolio epiſcopo Conſtantinopolitano epiſt. 51.*

Anſ. l. 6. cap. 149.

¶ Nec implicari errore, nec cupiditate violari ſacerdotem oportet. Cap. VI.

Eccle. 18. † *al pecunia.*

2 VIrum catholicum, & præcipuè Domini ſacerdotẽ, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente ſancta ſcriptura, [ Poſt concupiſcentias tuas non eas.] Mens [i] enim potentiæ [k] auida nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere cõceſſis, nec α pietati adhibere conſenſum.

α Nec pietati.] *Hoc poſtremum orationis membrum abeſt ab originali: ſed habetur etiam apud Anſelmum.*

*Item Gregorius, lib. 7. epiſt. 110.*

ſupplicauerunt Papæ, duo obijciebantur, ſcilicet quod ſolidos dederat ad vſuras, & quod nimis erat ſimplex. De uſura ſcribit Gregorius Neapolitanis, ut de hoc veritas inquiratur, quo inuento recedant ab eius electione, & alium eligant. Si aũt hoc falſum fuerit quia perſona eius ſibi nota non erat, & vtrum ſit ita ſimplex, vt dicitur: præcipit. vt de cætero Romã ueniat, ubi ſi aptus inuentus fuerit iuuante Dño conſecrabitur. Sed c. patet.

b ¶ De Petro. De eodẽ Petro habes 39. di. Petrus. & 61. diſ. ſtudij. De hac materia notaui ſup. 28. diſtin. priuſquam.
c ¶ Perueniſſe. ] Iſte repulſus erat ꝓpter duo, ſ. pp vitiũ vſurarum, & pp ſimplicitatẽ, & tñ neutrũ fuit ei forte oppoſitũ. & ita eſt argu. ꝙ iudex ex officio ſuo poteſt aliqd obijcere. extra de electio. cum nobis.
d ¶ Subtilitate ]no. ꝙ alicui cõmittitur inquiſitio de ꝓprio facto: ſed hæc inquiſitio erit ſummaria. non plena, alias non committeretur.
e ¶ Ignota. ] Per hoc patet, ꝙ q̃ ẽ notus, non examinatur, ut 94. diſ. valde 35. q. 9. veniam. vnde & notus ſine probatione recipitur vt extra de regu. Ad Apoſtolicã ſed dum conſecratur, bene examinetur, vt 23. diſtinc. qui epiſcopus.
f ¶ Cum decreto. ] omnium ſubſcriptionibus roborato, vt 61. diſ. epiſcopus. & 63. diſt. quanto. 2
g SI quis clericorum. ¶ Degradari. inf. 14. q. 4. q̃ñ.
h ¶ Et abſtinere. a ſacramẽtis quouſque pœniteat.
VIrũ catholicũ ] hæc eſt ſecũda pars huius diſtin. in qua ꝓbat p tres auctoritates: ꝙ alias ẽt nõ debemus eſſe cupidi. Io. de Fan.
CASVS. Leo Papa hortatur clericos, & præcipuè ſacerdotes ne allegent vitio cupiditatis, dicẽte ſcriptura. Poſt concupiſcẽtias tuas nõ eas. Nam mens potẽtiæ auida, nec abſtinere nouit a vetitis, nec vti cõceſſis, nec pietatem habet. Sequẽs c. patet.

Iudex ex officio poteſt aliquid obijcere.

Notus non examinatur.

2 Extra de elect. innotuit. vbi de hoc.

Cupidus deuiat à ueritate.

i ¶ Mens. ] Allegata uitio cupiditatis cito deuiat a uero ut 56. diſt. bene in prin. & 83. diſt. nihil.
K ¶ Potentiæ. ] Id eſt humanæ dignitatis.

SIcut. CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte inuehitur Ambro. contra aurũ, & eum cōparat inſano: quia ſicut inſanus non uidet rei ueritatem, ſed ſuæ paſſionis phantaſias, ſic auarus non uidet quod debet, ſemper uſuræ, & cupiditati deſeruiens, & gratius aurũ q̃ ſolē contemplatur. In ſecūda parte, quæ icipit ibi. [Sed ait.] Reſpōdet Ambro. obiectioni auari dicētis. Nō pecco ſi propriũ ſeruo diligētius; cũ nō inuadam aliena. Sed dicit Ambroſi⁹ eum non habere ꝓpria, ſed communia ſunt indigētib. quæcũq. poſſidet ultra ꝓpriũ uſum. In tertia parte q̃ incipit ibi.] Nunqd iniqu⁹ eſt Deus? reſpondetur alij obiectioni, q̃ auarus faciebat. Dicebat. n. ſi non ſunt mea, quę poſſideo, & pecco retinēdo, ergo Deus eſt iniquus, qui tãtum mihi dedit, & multis alijs egētibus nihil uel parũ. Sed reſpōdet Ambroſius, Iō uoluit Deus diuitias dare, ut ꝑ uſum diuitiarũ diuitē, & ꝑ uirtutē patientiæ coronaret egētē; qa qdquid ultra neceſſitatem detinet aliquis totum pauperibus rapit; qa nō minꝰ peccat q aufert: q̃ q indigētibus ſubtrahit neceſſaria.

d ¶ Etiam uiolenter.] Dicitur hic ꝙ ꝑ uioſentiam dr auferre q ultra neceſſaria ſibi retinet. ² & 12. q. 1. nolo. q. 2. aurum, quod uerum eſt ſi hoc fiat tpe neceſſitatis. nam alias poſt quis ſibi ultra neceſſaria retinere, ut 12. q. 1. expedit. & c. habebat. & q. 2. aureum.

² Ad hoc 42. diſt. §. 1.

c ¶ Mi-

¶ Qui cupiditatem à ſe non abſcindit, bonorum auctori inhærere non valet. Cap. VII.

BOnorum auctori inhærere aliter non valemus, niſi cupiditatem à nobis, (quæ omnium malorum radix eſt) abſcindamus. 1. Tim. 6.

*Item Ambroſius de eo, quod ſcriptum eſt in euangelio,* Serm 81.
*[Hominis cuiuſdã diuitis fructus vberes ager attulit.]* Luc. 12.

¶ Auari eſt hominum bona inuadere, quorum neceſſitatibus ſubuenire valet. Cap. VIII.

SIcut ij, qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, nō iam res ipſas ſed paſſionis ſuæ phantaſias vident; ita etiã mens auari ſemel vinculis cupiditatis adſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper reditus computat; gratius aurum intuetur, quàm ſolem, † ipſa eius oratio, & ſupplicatio ad Dominũ, aurũ q̃rit, *& poſt pauca.* ¶ Interdum etiã vſuræ arte nequiſſima ex ipſo auro aurum naſcitur. Sed quid agis; Nec ſatietas [a] vnquam, nec finis aderit cupiditati. *& infra.* ¶ Sed ais, quid iniuſtum eſt, ſi cũ aliena [b] non inuadã, propria diligentius ſeruo? O impudens dictum. Propria dicis? quæ? ex quibus recōditis in hunc mũdum detuliſti? Quãdo in hac ingreſſus es lucē, quando de vētre matris exiſti? quibus, quæſo, facultatibus, quibuſq. ſubſidijs ſtipat⁹ igreſſus es? *& poſt pauca.* ¶ Proprium nemo dicat, quod eſt commune [α] [c] quod plus quam ſufficere ſumptum; etiam violenter [d] obtentum eſt. *& infra.* ¶ Nunquid iniquus eſt Deus, ut nobis non æqualiter diſtribuat vitæ ſubſidia? vt tu qdē eſſe affluens, & abundans; alijs vero deeſſet, & egerent? An idcirco magis, qa & tibi voluit benignitatis ſuę experimēta conferre, & alium per virtutem patiētiæ coronare? Tu vero ſuſceptis Dei muneribus, & ſi in ſinũ tuũ redactis, nihil te putas agere iniquum; ſi tam multorum vitæ ſubſidia ſolus obtineas? Quis enim tã iniuſtus, tã auidus, tam auarus, quam qui multorum alimenta ſuũ † nō vſum, ſed abundãtiam, & delicias facit? Neque enim minus [e] eſt criminis habenti tollere; quam cũ poſſis, & abundes, indigentibus denegare. Eſuriētium [f] panis eſt, quem tu detines: nudorum indumentum eſt, quod tu recludis, miſerorum redemptio eſt, & abſolutio, pecunia, quam tu in terram defodis. Tot † te ergo ſcias inuadere bona, quot poſſis præſtare, quod velis.

ſolem videt.] orig.

† al. non ſuum.

† al. Tantorum.
† al. quantis.

α ¶ Commune.] *Apud beatum Ambroſium legitur,* Proprium nemo dicat, qđ ē cōmuni plus quã ſufficere, ſumptũ, & violēter obtētũ eſt. *ſed ob gloſſam nō eſt mutatũ.*

Ex baſilij homilia ad eundem Euangelij locum.

Auarus eſt inſatiabilis.

a ¶ Satietas.] qa totus mũdus nec obolus uidet auaro, ut 14. q. 4. quid dicã unde illud, Sēper auarus eget; & illud:
Aeris ſeru⁹ eris: ſi te ſpecies trahat ęris. unde in Tobia.
Deſit auaritiæ ſęx. cui ſua deeſſe ſtupeſcit.
Copia nuda, ſitis ebria, plena fames.
Diues habere cupit quãto plus omnia ſumit.

b ¶ Aliena.] Quaſi dicat, circa rē ꝓpriã nō poteſt quis peccare, ſed certe expedit rei publicę, ne quis re ſua male uitatur, ut inſtitu. de ijs qui ſunt ſui uel alieni iuris §. ſed hoc tempore.

¹ Hoc eſt falſum. nam oē quod & cap. 14. q. 4. quid dicam. in fi. 42. diſt. §. 1. verſ. quomodo. Arch.

c ¶ Commune.] Id eſt, communicandum tempore neceſſitatis, ut 12. q. 1 duo. & q. 2. aurũ. 86. diſt in. non ſatis. & lex dicit, quod cibaria tempore neceſſitatis ſunt omnibus communicanda, ut ff. ad leg. Rhod. de iact. l. 2. §. cum in eadem. in fi.

e ¶ Minus.] Alibi inuenitur, ꝙ magis delinquit qui aufert, quam qui non dat, ut 12. q. 2. & ſi illi.

f ¶ Eſurientium. Nunquid ergo pauperes ipſum poſſunt petere? non directo iudicio: ſed denunciare poſſunt eccleſiæ illius, qui non dat; & ſic eccleſia poteſt eum cogere ut det. argumen. extra de ſimo. ad Apoſtolicam.

Eccleſia qđ quæ cogit ad eleemoſinã dandam.

NECESSE.

Hier.Oceano.
1.Tim.3. & ibi glo. ord.

3 *Neceſſe eſt* [a] *ẽt vt ille, qui ordinandus eſt,* [*ſuæ domui ſit bene præpoſitus,* i. *ſi in laicali habitu uxorẽ habuit vel filios, a vitijs ad virtutũ ſtudia, & verbo, & exẽplo prouocet, vt quod poſtea præcepturus eſt populis, prius exigat a domeſticis.* [b] *Vnde Apoſtolus Epheſijs ſcribit, ut uxores ſuas: ſicut ſua corpora diligãt, & filios ſuos non ad iracundiã prouocent, ſed enutriant illos in oĩ diſciplina, & correctione Domini. Vnde cum Paulus ad Timoth. ſcribens dixiſſet,* [*ſuæ domui bene præpoſitũ ſtatim ſubiungit,* [*habentem filios ſibi ſubditos in omni caſtitate,*] [*nõ in accuſatione luxuriæ.*] *non. n. talium cohabitator frontem hẽt alios redarguendi. Vnde de B. Iob legitur, ꝙ pro filijs ſuis quotidiana offerebat Deo ſacrificia, offerens holocauſta per ſingulos, quos tanta charitatis perfectione in vnum cõſtrinxit, vt quiſq; eorũ in ſuo die conuiuium fratribus pararet, & ad epulandum ſecũ tres ſorores ſuas pariter inuitaret. Quod quia Heli facere diſſimulauit, ac falſa pietate ſuperatus delinquentes filios ferire noluit, (ſicut in lib. Regum legitur) apud diſtrictũ iudicem ſemetipſum cũ filijs crudeli damnatione percuſſit: unde ei diuina voce dicitur:* [*Honoraſti filios tuos magis, quam me.*] *Hinc ẽt Dauid erga filios benignitatem, non diſciplinæ ſeueritatẽ exercens eorum iuuẽtutem experimento didicit pernicioſam, quorum pueritiam vaga licentia permiſit eſſe voluptuoſam. Vnus* [c] *quippe eorum ſororem* [d] *ſuã ſtupro corrumpens, a fratre eius. Abſalone videlicet, inter epulas, quas fratrib. ſuis fraudolenter parauerat, obtruncatus eſt. Abſalon, vero poſtquam veniam a patre obtinuit, de regno illum expulit, & ad concubinas eius ingreſſus eſt, demum per inuia deſerti patrem perſequens, quercui inhæſit, atq; ita ſuſpenſus interijt. Hinc ẽt Paulus ad Timotheum ſcribit dicens:* [*Qui ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet fidem negauit, & eſt infideli deterior.*] *Iure ergo qui domui ſuæ neſcit præeſſe in epiſcopum ordinari prohibetur: quia qui in re minima, de qua ſibi* [e] *familiarior debet* [f] *cura ineſſe fidelis non eſt, quomodo in eccleſia Dei, (vbi tot ſunt, & alieni) ſolicitam diligentiam adhibebit; vnde Hieronymus:* [*Non enim* [g] † *iuſtus polluitur ex vitijs filiorum, ſed libertas* [h] *ab Apoſtolo eccleſiæ principi* [i] *reſeruatur, vt talis fiat, qui nõ timeat, propter vitia liberorum extraneos reprehendere.*]

4 *Quod tunc* [k] *fiet ſi non erit, quod ſibi imputetur*

Epheſ.5.
1.Tit.3.
Tim.1.
Iob 1.
1.Reg.2.
2.Reg.13.
2.Reg.16.
2.Reg.18.
1.Tim.5.
In comm. ad ca. 1. epiſt.ad Titum.
† *Itaque.*] orig.

NECESSE. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua dicitur & probatur, quod prælatus debet bene eſſe præpoſitus domui ſuæ. Io.de Fan.

CASVS. Hic proſequitur 12.c.apo.regulæ, ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe domui ſuæ bene præpoſitum, ſcilicet ut vxorem & filios, ſi quos in laicali habitu habuerit, verbo & exẽplo prouocet ad virtutes, vt prius a domeſticis exigat quod erit poſtea populis præcepturus. Et quod debeat eſſe bene præpoſitus domui ſuæ, probat Gratianus duabus auctoritatibus Pauli, & uno exẽplo, ſ. Iob. qui pro filijs ſuis quotidiana ſacrificia offerebat. Si vero nõ ſit bene prępoſitus, & filios ſuos negligit corrigere, ordinari prohibetur. Et hoc probat duobus exemplis, ſcilicet Hely, & Dauid, & duabus auctoritatibus, ſcilicet Pauli, & Hieremiæ.

a ¶ Neceſſe eſt.] Hic proſequitur 12. c. Apoſtolicæ regulæ oportet ordinandum eſſe domui ſuę bene præpoſitũ. Tũc dicitur quis bene præpoſitus, domui ſuæ, q̃ñ familiam ſuã bene gubernat verbo & exẽplo; q̃a qui negligẽter ſuos gubernauit, præſumit contra eum, ꝙ, circa extraneos ſit magis negligẽs. 1 nec haberet frontẽ redarguẽdi alios qui ſuos noluit corripere: tamẽ ſi per eũ non ſtaret quin familia eius emendaretur, nõ imputaretur ei, inf.ea. cap.pen.& vlt.

b ¶ Domeſticis.] Vxor vero dr̃ domeſtica, vt 33.q.6.c.vl. C.de re mili. quicũque lib.12.ff.ad Syl. l.1.§.verum.

c ¶ Vnus.] Ammon.

d ¶ Sororem.] Thamar.

e ¶ Sibi.] Sic 8.q.1. quid autem.

f ¶ Debet.] i.conſueuit. Hoc ideo dico: quia nemo dẽt præferre res ſuas rebus ſibi cõmodatis, ut 8.q.1. quod autem, & ff.commod. ſi ut certo. §. commodatum.

ADDITIO. Ad idem 12.q.4.quicunq;.ff. de admi. tut. tutor. & C. arb.tut.l.quid quid.

g ¶ Non enim.] Sic 2.q.7. qui nec regiminis.

h ¶ Sed libertas] Corrigendi 2 alios, cũ corripit ſuos.

i ¶ Principi.] i.prælato, &c. Io.

QVOD TVNC. Hęc eſt 4.pars huius diſ. in qua probatur, ꝙ non imputatur patri peccatũ filiorum nec pręlato peccatũ ſubditorum, ſi per eum non ſtetit, & hoc probat duabus auctoritatibus. Ioã. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſ.in §.neceſſe. ꝙ ordinandus ſuæ domui debet eſſe bene præpoſitus, quod tunc fiet, ſi non ſit quod poſſit ei imputari. Nam ſi corripiat quantum in ſe fuerit filios, licet non corrigãtur, quia non ſunt in eis viæ domini, nec greſſus eorum a Dño diriguntur, non eſt ei imputandum, quia pulſare poteſt non aperire, nec eorum animum mutare. Et hoc probat Gratianus ſequenti cap.

k ¶ Quod tunc.] .ſ. ꝙ domui ſuæ ſit bene præpoſitus.

Domui ſuæ bene præpoſitus quis dicatur.

1 Et crimen negligentiæ adeo magnũ eſt, ꝙ inducit depoſitionem 8.d. dicta. Ray.

2 Melius diceret, corripiendi, & j. ibi corrigit, melius diceret corripit, ut eo ibi corripere quidem, &c.

Quam-

*Cum enim greſſus hominis à Domino dirigantur, nec ſint in homine eius via, corripere quidem poteſt, corrigere autem non valet: pulſare poteſt non aperire: manus comprimere, non animum mutare.* Pſal.36: Hier.10.

*Vnde Auguſt. clero, & populo Hipponenſi, epiſt. 137.*

¶ Bonorum hominum diſciplina mores immutare non valet. Cap. IX.

QVantumlibet vigilet diſciplina domus meæ, homo ſum, & inter homines viuo: nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior, ſit quam arca Noe: vbi tamen inter octo [a] homines vnus [b] reprobus inuentus eſt, aut melior ſit, quam domus Abrahæ, vbi dictũ eſt: [Eijce ancillã, & filiũ eius,] aut melior ſit, quam domus Iſaac: cui de duobus geminis dictum eſt: [Iacob dilexi, [c] Eſau autẽ odio [d] habui.] *& infra.* ¶ Simpliciter autẽ fateor charitati veſtræ coram Domino noſtro, qui teſtis eſt ſuper animam meã, ex quo Deo ſeruire cœpi quomodo difficile [e] ſum expertus meliores, quàm qui in monaſterijs profecerunt; ita nõ ſum expertus peiores, quam qui in monaſterijs ceciderunt, † ita vt hinc arbitrer in Apocalypſi ſcriptũ: [Iuſt[2] iuſtior fiat; & ſordidus ſordeſcat adhuc.]

Gen.9. Gen.21. Mala.1. † al. defecer. Apoc.22.

*Item Cyprianus, lib. 1. epiſt. 3. Cornelio Papa.*

¶ conuitia perditorum à via rectitudinis nos mouere non debent. Cap. X.

QVod ad nos attinet, conſcientiæ noſtræ cõuenit, frater, dare operam, ne quis culpa noſtra de eccleſia pereat, ſi quis autẽ vltro, & crimine ſuo perierit, & penitentiam agere, atq; ad eccleſiam redire noluerit, nos in die iudicij inculpatos [f] futuros credimus, qui cõſulimus ſanitati; † illos ſolos in pœnis remanſuros, qui noluerint conſilij noſtri ſalubritate ſanari; nec mouere nos debẽt conuitia perditorum, quo minus [g] à via recta, & à certa regula non recedamus; [h] quando & Apoſtolus inſtruat dicens] Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Gal.1.

† Infero, q̃ inducit de eo quod eſt in actu, inducetur de eo quod eſt in potentia. concor. lex & poſt rem. ff. de tranſa. & l. qui in vtero. ff. ſol. matr.

2 Secundum hoc expõe, minus, i. nũ magis. quo prout, aliàs ſiue nõ: ſm Hugo.

## DISTINCTIO XLVIII.

P*Rohibentur* [i] *etiam neo-*

QVantumilibet.] CASVS. Auguſt. corrigebat Vincentium Donatiſtam. ſed obijciebat ei Vincentius tu non debes me corrigere, cum monachos tuos corrigere non poſſis. Et reſpondet Auguſt. dicens: non inueni meliores, quàm qui in monaſterijs profecerũt: nec deteriores quã qui in monaſterijs defecerunt, quos licet corrigere non ualeam meis verbis, mihi tamen imputari non debet. Et hoc ꝓbat tribus exemplis, ſcilicet arcę Noe, & domus Abrahę, & domus Iſaac, vbi inter bonos inuenti ſunt ualde mali.

a ¶ Inter octo.] Ipſe pater. & tres filij, & quatuor ipſorũ vxores.

b ¶ Vnus.] ſ. Cham.

c ¶ Dilexi.] id eſt, diligendum præuidi.

d ¶ Odio.] Quia ſcilicet præuidi. quod eſſet futurus malus. 1

1 Fuit. n. hiſpidus tam mente q̃ corpore. 56. diſ. naſci. in fin. Hug.

e ¶ Difficile.] id eſt, vix, quandoque ponitur pro non, vt 1. q. 1. principatus. ſic 2. q. 8. §. biduum.

F Monachorum laus.

vt inf. ea. conſiderãdum. Vñ non fuit pœnitus immunis. vt extra de homicid. c. ſicut. 5. illi quoque: tñ hoc exemplum non competit, quia iſtud fuit ante baptiſmum.

f ¶ Auguſtinus.] Qui fuit Manichæus. 3 ſed ante baptiſmum: & ideo non competit exemplum, &c.

3 Arg. contra. 22. q. 6. vides. ubi de hoc.

Ponde- de monaſterijs gerere, & in eo, in quo eſt ſtatu, ſine cuiuſquam aduerſitate manere permittimus.

a ¶ Presbytero.] *In vetuſto codice epiſtolarum B. Gregorij, & aliquot antiquis exemplaribus Gratiani legitur,* ex presbytero; *itemque inferius in hoc eodem capite.* Saturninum vero ex presbyterum. *ſiue vt in impreſſis B. Gregorij.* ex presbytero. *Depoſitos enim presbyteros, ex presbyteros, & eos, qui monaſteria deſeruerant, ex monachos appellabant, ſicut illi qui conſulatum, aut quæſturã geſſerant, exconſules, aut exquæſtores vocari ſoliti fuerant.*

*Item Mariniano epiſcopo Rauennati, lib. 6. epiſt. 39. ſen, c. 203.*

¶Loco lapſi alius ordinandus eſt. C. XI.

Anſel. li. 8. c. 25.

POſtquam quemquam criminaliter abſcedentem, † in locũ, de quo lapſus eſt, nulla permittit ratio reuocari; & ultra tres menſes [a] eccleſiam vacare Pontifice ſtatuta ſacrorum canonum non permittũt: ne cadẽte paſtore dominicum gregem antiquus (quod abſit) hoſtis inſidiando dilaniet; fraternitas veſtra deprecationi eorum conſentire, & in loco lapſi debet epiſcopum ordinare.

† al: cadentem.

diſt. 75. quoniam.

*Item Martinus Papa I. in epiſtola ad Amandum.*

¶Qui poſt ordinationem ſuam in lapſum ceciderit, ſacra myſteria non debet tractare. C. XII.

SI poſt ordinationem ſuam quiſpiã in lapſum ceciderit, & præuaricationis peccato fuerit † deprehẽſus] obnoxius, omnimodo prohibendum eſt, cum manibus lutulentis, atque pollutis myſteria noſtræ ſalutis tractare.

† al. deprehendatur] orig.

2 *Econtra* [b] *exemplis, & auctoritatibus probatur, poſt actam pœnitentiam proprios gradus licite poſſe adminiſtrare, & ad maiores conſcendere. Maria enim ſoror Aaron poſtquam lepra percuſſa eſt, quia in Moyſem murmurauerat, acta pœnitentia a peccato mundata, & ſanata eſt, & priſtinam gratiam prophetandi recepit. Aaron* [c] *autem poſt conflatum vitulum, etiam in ſummum ſacerdotem conſecratus eſt. Dauid* [d] *poſt adulterium, & homicidium ſpiritum prophetiæ recepit, & in proprio* † *gradu permanſit. Achab quoque poſt mortem Nabuthæ viri ſanctiſſimi per pœnitẽtiam humiliatus in regia ſede remanſit. Et vt prætereamus multa exempla veteris teſtamenti, Petrus negauit Chriſtum, & tamen poſtea Princeps Apoſtolorum factus eſt: Paulus Stephanum lapidauit,* [e] *& tamen a Deo in Apoſtolum electus eſt. Multi quoque ab hæreſi ad vnitatem catholicæ fidei reuertentes in ſuis ordinibus ſunt recepti; alij vero ad epiſcopalem etiam gradum ſunt promoti, vtpote Auguſtinus,* [f] *& alij complures.*

33. q. 2. c. hoc ipsũ.
Num. 12.
Exo. 32.
2. Reg. 11. & 12.
† al. priſtino.
3. Reg. 21.
Matth. 26.
Ioan. 21.
Act. 7. & 9.
Burc. l. 1. 233.
Iuo in prologo.
Pann. in prologo, c. 31.

¶De eodem, PALEA. C. XIII.

IOãnes Chryſoſtomus a duabus ſynodis orthodoxorũ

1 Iſta opin. cõiter tenetur per glo. & Docto. in c. eum deputati de iudi. &c. imperatorum de iuram. calum. Spec. in tit. de procu. §. 1. uer. item ꝙ ẽ infamis & Alexãder de imo. in l. reum criminis. in fi. C. de procur. Infamis poteſt eſſe procurator.

POſtquam.] CASVS. Epiſcopus qdã depoſitus fuit: canonici uolebãt aliũ eligere. Archiepẽs uel primas diſturbabat eũ reſtituere nolens: qđ dicit Greg. de iure fieri nõ poſſe: & cum eccleſia vltra tres menſes vacare non debeat. præcipit Greg. Archiepõ, ut deprecationi canonicorum conſentiat, & loco depoſiti alium ordinet.

a ¶ Tres menſes.] Tres dantur ad electionem a die mortis: & alij tres menſes ad conſecrationẽ petendã. inf. 100. d. qm. & 63. d. obeuntibus, & ext. de elec. ne pro d f. ctu. niſi per neceſſitatẽ progetur. 2 ut 28. d. de Syracuſanæ.

Electio an fieri debeat intra tres menſes.

ECONTRA. Hæc eſt ſecũda pars huius diſtinctionis, in qua magiſter probat cõtrariũ eius, quod ſupra probatũ eſt: ſcilicet, ꝙ poſt lapſum poſſunt reparari, ꝓbat inquã p exẽpla, & per nouẽ auctoritates. Io. de Fant.

2 De hoc 61. d. Oſius. &c. bene nouit. ibi de hoc.

CASVS. Supra ꝓbatum eſt, ꝙ lapſi poſt pœnitentiã nõ ſunt reſtituendi. Mõ Gratianus probat cõtra, ſcilicet ꝙ poſſunt reſtitui, & ad altiora cõſcendere: & ꝓbat octo exemplis; ſcilicet Mariæ, & Aaron, Dauid, Achab, Petri & Pauli, Auguſtini, & aliorum, quorum nomina in ſequenti palea ponuntur: qui omnes poſt peccatũ ſunt reſtituti.

b ¶ Econtra.] Maria, &c. de hoc dicitur 2. q. 7. §. itẽ obijcitur.

c ¶ Aaron.] Hæc hiſtoria habetur 45. d. diſciplina.

d ¶ Dauid. Hæc hiſtoria dicitur 2. q. 7. §. item cũ Balaam.

e ¶ Lapidauit. Ideſt, lapidantib. cõſenſit, cuſtodiendo veſtes,

Digitized by Google

epiſcoporum fuit dijudicatus, † ſed iterum fuit reſtitutus Marcellus epiſcopus Ancyrę Galatię depoſitus fuit, ſed poſtmodum proprium recepit epiſcopatū. Aſclepius diiudicatus a ſynodo, eccleſiam ſuam poſtea recepit. Lucius epiſcopus Adrianopolites dānatus a Papa Iulio recepit eccleſiam ſui epiſcopatus. Cyrillus epiſcopus Hieroſolymitanus depoſitus fuit, poſtea recōciliatus eſt eccleſiæ ſuę. Simili modo Polychronium eiuſdem eccleſiæ. Hieroſolymitanæ pontificem Sixtus Papa damnauit, & iterum ipſe eum reconciliauit. Innocentius Papa Photinum epiſcopum damnauit, ſed poſtea eum in proprium locum reſtituit eccleſię ſuæ. Miſenum a epiſcopū a Fœlice Papa damnatum Gelaſius Papa ſucceſſor illius reconciliauit, † & eccleſiæ ſuæ reſtituit. Leontius dū eſſet presbyter, depoſitus fuit, ſed poſtea in Antiochia Patriarcha extitit. Gregorius vero quartus Papa Theodoſium, quē Eugenius eius anteceſſor presbyterij honore priuauerat, ſanctæ eccleſiæ Signinæ conſecrauit epiſcopum. Ibas namque epiſcopus dijudicatus fuit, ſed ſācta ſynodus canonica ſuam illi reſtituit eccleſiam. Rothadū vero epiſcopum ſanctæ Sueſſionenſi eccleſiæ a ſynodo, cui Carolus interfuit, condemnatum, & Sophronium† Placentinum epiſcopum merito reprobatum, Nicolaus Papa ambos reconciliauit.

†al. iudicatus.
Sixt. Papa ij.
35.q.9.c.Gre.
†al. & communicauit.
† al. Suffrenum.) vel *Suffredum*, vt j. 6.q.3. denique Suffredus.

¶*Caput hoc vetuſtioribus codicibus abeſt: in vulgatis inſcribebatur*, Item ex Epiſtola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum: *quæ inſcriptio ſublata eſt, quoniam quæ in hoc capite tractantur, ex varijs hiſtorijs ſunt collecta, & aliqua longe poſt Cyrillum, & Hieroſolymitanum, & Alexandrinum contigerunt. Neque apud Burchardum, & Iuonem vlla talis inſcriptio eſt, ſed tantū in Pannormia.*
a ¶Miſenum.] *Antea legebatur*, Nicænum, *Emendatum eſt ex Burchardo, Iuone, & c. Gregorius. inf. 35.q.9. Atque in Pōtificali Romano manuſcripto in vita Nicolai primi hæc legūtur.* Sicut Beatus Papa Fœlix Vitalem, & Miſenum epiſcopos, qui in Petro Alexandrino hæretica fæce coinquinato coacti conſenſerant, ſacerdotali gradu, eccleſiaſtica immo communione priuauit.

*Præterea Calixtus Papa I. de huiuſmodi ſcribit, ita epiſ. 2. ad epiſcopos Galliarum.*

## ¶ Clerici poſt lapſum in ſuis ordinibus reparari poſſunt. C. XIIII.

Tob. 4.
Burc. l. 19. c. 42.
Iuo par. 6. c. 48.

PONderet a vnuſquiſq; ſermones ſuos, & qđ ſibi loqui non vult, alteri nō loquatur. Vnde bene ſacra ait ſcriptura. (Quod tibi b nō vis fieri, alteri ne facias. Nos enim tempore c indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus conſilia, & opera noſtra, neque ordinem corrūpamus. ¶Sed ſi aliquis lapſus quocūq; modo fuerit portemus† eū, & fraterno corripiamus affectu: ſicut ait Beatus Apoſtolus: (d Si prœoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, q ſpiritales eſtis, iſtruite huiuſmodi i ſpiritu lenitatis, cōſiderās teipſum, ne & tu tēteris. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legē Chriſti.) ¶Porro ſanctus Dauid e de criminib. mortiferis egit pęnitentiā & tamen in honore permanſit. ¶ Beatus quoq; Petrus amariſſimas lachrymas fudit, q̄do Dn̄m negaſſe pænituit: ſed tamē Apoſtolus per-

† non perdamus tū, ſed fra. orig.
Gal. 6.

POnderet. CASVS. In hoc oſtēdit Calixtus Papa, φ clerici poſt lapſum peracta pœnitētia poſſunt in priſtinum ſtatum reſtitui. Et hoc ꝓbat auctoritatib. & exemplis xj. Prima eſt in principio capituli. Secunda ꝓbatio incipit ibi. (Sed ſi aliqui lapſus.) Et adhoc inducit auctoritatem Apoſtoli: Si præoccupatus, &c. Tertia ibi, (Porro ſanctus Dauid. (Quarta ibi, (Beat⁹ quoq;) quinta ibi, (Peccator.) Sexta ibi, (Errant itaq.) Septima ibi, (Nūquid q dormit.) Octaua ibi (Redde mihi.) Nona ibi, (Vade, & amplius noli peccare.) Decima ibi. (Nō ergo. (Vndecima ibi. (Sn̄iam.)

a ¶ Ponderet.) Grauis erit q libet ī uerbis, Vt 4.q.3.§. item in criminalib. ver. ī teſtib. & qui cito fatur ad pn̄iam ꝑperat, vt dicit Seneca. & poteſt quis in ꝓprio facto petere inducias ad reſpōdendū, ut ff. de ītetrog. act. q interrogat̄. an hæres ſit: nā teſtis repentinus, &c. 5.q. 5.§. ſed aliud.
b ¶ Quod tibi.) In Tobia.
c ¶ Tempore.] Nā ratio temporis mutat conſtitutionē. vt 34. di. fraternitatis.
d ¶ Apoſtolus.] Ad Galatas.
e ¶ Dauid.] Hoc exēplum nō competit, nā nihilomin⁹ fuit dictum ei: Nō ædificabis mihi domum: quia vir ſanguinum es. inf. de conſe. diſ. 1. c. 1. & 1. q. 7. ſi quis omnem.

Dauid prohibitus eſt ædificare.

a ¶ Mini-

a ¶ Miniſtrare. ] diſpenſatiue ſi crimen eſt manifeſtum: vel ipſo iure, ſi crimen eſt occultum. extra de tem por.ord.c.Vlt.
b ¶ qui dormit. ]In peccato.
c ¶ Non adijciet. ]i.non conabitur bene operando.

Dño iuſta ſacrificiã, & placebit Domino ſacrificiũ. Iuda & Hieruſalem ſicut dies ſæculi, & anni antiqui.
h ¶ Tempus. n. &c. ] Verba Petri in epiſtola canonica. ADDITIO. Primæ Petri 4.c.
i ¶ A domo. ]ideſt, ſacerdotibus. Omnia enim * mala a ſacer-

*Docere ſe velle promittens, Deo obligatur.*

d ¶ Vt reſurgat. ]Per pœnitentiam.
e ¶ Docuit. ). i. docturum ſe promiſit: & ſic eo ipſo ꝙ quis promittit ſe uelle docere, Deo obligatur. ſic.21.diſt.in nouo, ubi ſimiliter arguit: Anacletus ex illa auctoritate: Dabo tibi claues.i.do.in corpore mortali: & ſic futurum ponitur ꝓ præſenti. Vt de conſecr.d.2. in Chriſto. ff. de ver. ſig. uerbũ erit B. ſimile 23.q.5. §. hic notãdum ibi. da.&c.

*Excedẽdum ẽ potius circa miam, q̃ circa crudelitatem.*

f ¶ Miam. ] Si enim in aliquo redarguendi ſumus, melius eſt miæ reddere rõnẽ, q̃ crudelitatis. 35. q. 9. veniã. & ĩ.26.q.7. alligãt & 11.q.3. nemo. ĩ.86.d.nõ ſatis. inf.1.q.7.exigũt.ſu. diſt. 9. ſana quippe.

ET purgabit filios. ] CASVS. Probat Hier. poſt peractam pniam ſacerdotes poſſe Deo placere, & ſacrificare ſibi ſicut ante peccatũ faciebant. Et hoc probat auctoritate Malachiæ dicẽtis, ſacerdotes vete. teſta. purgãdos eſſe & colãdos, ut puri remaneãt, ſicut aurũ & argentũ, vt Deo digne offerãt. Ita & alij ãt Grecũ emẽdati fuerint poterũt offerre, & placebit Deo ſacrificiũ eorũ, ſicut dies ſæculi, & anni antiqui Dño placuerũt, .i. ſicut ante peccatũ Domino placuerũt, ita & poſt peccatũ emendati placẽt, & placere debent.
g ¶ Et purgabit. Verba Malachiæ sũt. Ecce uenict Dñs exercituũ, & quis poteſt cogitare diem aduẽtus eius, & qs ſtabit ad uidendum eum? Ipſe enĩ quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum, & ſedebit conflans, & emundans quaſi aurũ, & argentũ, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurũ, & argẽtũ, & erũt offerẽtes

manſit. Et Dominus per prophetam peccãtibus pollicetur, dicens: ( Peccator in quacunque die conuerſus ingemuerit omnium iniquitatum illius non recordabor amplius: ) Errant enim qui putãt Domini ſacerdotes poſt lapſum, ſi condignam egerint pœnitentiam, Domino miniſtrare [a] nõ poſſe; & ſuis honoribus frui, ſi bonã deinceps vitam duxerit, & ſuum ſacerdotium condigne cuſtodierint. Et ipſi, qui hoc putant, non ſolum errant, ſed etiam contra † traditas eccleſiæ claues diſputare, & agere videtur: de quibus dictũ eſt: ( Quæcunque ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in cœlo. ) Alioquin hæc ſententia aut Domini non eſt, aut vera eſt. ¶ Nos uero indubitanter tam Domini ſacerdotes, quam reliquos fideles poſt dignã ſatisfactionem poſſe redire ad honores credimus; teſtante Domino per Prophetam: ( Nunquid [a] qui dormit, [b] non adijciet [c] vt reſurgat [d] ? ) Et propheta Dauid pęnitentiã agens dixit: ( Redde mihi lętitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. ) Ipſe namque poſt pœnitentiã, & alios docuit, [e] & ſacrificium Deo obtulit, dans exemplum Doctoribus ſanctæ eccleſiæ, ſi lapſi fuerint, & condignam pænitẽtiam Deo geſſerint, vtrumque facere poſſe. Docuit enim q̃ do dixit: ( Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. ) Et ſacrificium Deo pro ſe obtulit, dum dicebat: ( Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus: ) Videns enim Propheta ſcelera ſua mũdata per pęnitentiam non dubitauit prędicando, & Domino libãdo curare aliena, *& infra.* ¶ Mundatur ergo homo a peccato: & reſurgit gratia Dei lapſus, & in priſtino manet officio iuxta prędictas auctoritates, Videat, ne amplius peccet, vt ſentẽtia Euãgelij maneat in eo: ( Vade, & amplius noli peccare ) Vnde ait Apoſtolus: Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius. ) *& infra.* ¶ Sententiam, fratres, quæ miſericordiã [f] vetat, non ſolum tenere, ſed & audire refugite, quia potior eſt miſericordiã omnibus holocauſtomatibus, & ſacrificijs.

*Ezech.18.*
*Poly.l.4.tit.33.*
*Pann.l.3.c.148.*
*† al. traditas eccleſiæ claues diſpicere videntur, ꝓ infra ex Aug. ciut conſtitueret.*
*Matth. 18.*
*Greg.l.7.epiſt 53.*
*Pſalm.40.*
*Pſal.52.*
*Rom.6.*
*Ioan.8.*
** Vide gloſſã in capite iſto allegato.*

¶ Nunquid. ] *In epiſtola Calixti, & apud collectores indicatos legitur:* nunquid, qui cadit, non adijciet, vt reſurgat? & qui auerſus eſt, non reuertetur? *& alibi:* nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. *Quæ duæ ſententiæ habentur Hier.8 & Ezech. 33. Sed ob gloſſam nihil eſt mutatum.*

*Item Hieronymus ad c.3. Malachiæ.*

¶ In priſtinum gradum per pænitentiam reuocari poſſunt ſacerdotes. C. XV.

ET purgabit [g] filios Leui: tempus [h] eſt enim vt iudiciũ incipiat a domo [i] Dei. ( & alibi [k] ſcribitur: ) A ſan-

*Malach.*
*1.Pet.4.*

ſacerdotibus proceſſerunt. 24.q.3. transferunt.
K ¶ Et alibi. ] In Ezechiele.c.9.

a ¶ Om-

a ¶ Omnem.] Arg. quod de vno dicitur, de omnibus intelligitur, vt 61. diſt. miramur & 24. quæſt. 1. quodcũque.
b ¶ Antiqui.] Id eſt, patres ſancti.
c ¶ In principio.] Id eſt, ante peccatum. arg. inf. prox. c.
d ¶ Sic poſt peccatum.] Immo plus, infra ead. cap. fidelior.

Q Via ſanctitas tua.] CASVS. Secundinus inueniebat cõtrarias auctoritates de reparatione lapſorũ, quare ſupplicauit Greg. vt ſolueret ei has contrarietates: & ſcriberet ſibi de clericis lapſis, vtrũ poſſint poſt pœnitentiã reparari. Greg. vero ei ſatisfaciẽs oſtendit lapſos pacta pœnitẽtia, poſſe in ſtatũ priſtinũ reduci, ſequens concilia & antiquos patres, & hoc probat exẽplis & rationib. ſex. Prima rõ eſt ibi.) Quid enim. Secundũ exẽplũ vel ratio eſt ibi, (Aut domum.) Tertia ibi. (Gaudeo.) Quarta ibi. (Et ouem.) Quinta ibi, (Sicut in Apocalypſi.) Sexta ibi. (Quid enim grauius.

Ezechiel. 9.

ctis meis incipite] In filijs autem Leui omnem [a] ſacerdotalem intellige dignitatem. Si autem ſacerdotes purgãdi ſunt, & colandi, vt purum aurum remaneat & argentũ; quid de cæteris eſt dicendum? Qui cum emundati fuerint, & colati; tũc offerent Domino iuſta ſacrificia, & placebit ſacrificium eorum, quod offerunt pro Iuda, & Hieruſalem, hoc eſt pro ijs, qui Dominum confitentur, & pacem eius mente conſpiciunt (ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui [b]:) vt quomodo in principio [c] placuerũt Deo, ſic poſt peccatum [d], & pœnitentiam placere incipiant, cum omni fuerint peccatorum ſorde purgati.

*Item Gregorius Secundino, lib. 7. epiſt. 53.*

¶ Lapſi reparari poſſunt; C. XVI.

Rab. in pœ. c. 1.
Burc. l. 19. c. 43.
Iuo par. 6. c. 85.
Pann. l. 3. c. 147.

Q Via sãctitas tua hoc a nobis requiſiuit, vt ſibi de ſacerdotali officio poſt lapſum reſurgendi auctoritates ſcriberemus; dum ſe dicit de hoc canones diuerſos legiſſe, & diuerſas ſententias inueniſſe, alias reſurgendi, alias nequaquam poſſe: Ideo nos α generales ſynodos à Nicæna incipiẽtes, hanc cum reliquis quatuor [e] veneramur; quia ipſam ſequentes cæteræ in cunctis canonicis ſententijs vnanimiter concordant. Nos vero præcedẽtes patres ſequi debemus, qui auctore Deo à ſacra doctrina illorum non diſcordamus. A capite [f] itaque incipientes vſque ad quartum [g] altaris miniſtrum, hanc formam ſeruandam cognoſcimus, vt ſicut minorem maior præcedit in honore: ita & † in crimine [h], & quem maior ſequitur culpa, maiore plectatur vindicta; & ſic poſtea † pœnitentia credatur eſſe fructuoſa. ¶ Quid enim prodeſt triticũ [i] ſeminare, & fructum [k] illius non colligere? aut domum conſtruere, & non illic habitare? Poſt dignam igitur ſatisfactionem credimus poſſe rediri ad honorẽ. *& infra.* ¶ Ad fontem miſericordiæ recurrentes Euangelij proferamus ſententiam (Gaudeo [l], inquit, ſuper vno peccatore pœnitentia agente, magis quam ſupra nonagintanouẽ iuſtis, qui non indigent pœnitentia.) Et ouem perditam, nonagintanouẽ [m] nõ errantib. relictis in deſerto [n] †, humero pij paſtoris ad ouile reportatam Dominus ipſe teſtatur. Si ouis perdita errans poſt inuentionem ad ouile humero reportatur; cur poſt pœnitentiam ad eccleſiæ miniſterium lapſus nõ reuocetur? Sicut β in Apocalypſi dicitur de miniſtro eccleſiæ. (Memento vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima [o] opera fac. Quid enim eſt grauius, aut carnale delictum admittere, ſine quo pauci [p] inueniuntur: aut Dei filium iureiurando negare? In quo tamen hunc ipſum beatum Petrum Apoſtolorum principem, ad cuius ſacrum corpus indigni ſedemus; lapſum eſſe cognoſcimus. Sed poſt negationem pœnitentia ſecuta eſt, & poſt pœnitentiam miſericordia data eſt; quia poſtea ab apoſtolatu eum non expulit, qui ante quidem ipſum ſe negare prędixit.

† al. & crimine.
† al. vindicta, qua poſt pœnitentiam.
c Luc. 15.
† in deſerto.] abeſt ab ori.
Apoc. 1.

e ¶ Quatuor.] Scilicet Cõſtãtinopolitana, Epheſina, Chalcedonenſi, & Ancyrana, de qua habes inf. ca. domino 1.
f ¶ A capite.] id eſt, epiſcopo.
g ¶ Vſq. ad quartũ.] .i. ſubdiaconatum.
h ¶ Ita & in crimine.] Inf. 24. q. 1. non afferamus.
i ¶ Triticum.] id eſt, pœnitentiam.
K ¶ Et fructum.] id eſt, reſtitutionem.
l ¶ Gaudeo.] Ideo dicit, gaudeo, quia poſt pœnitentiam fortior reſurgit homo, vt infra ea. fidelior 2.
m ¶ Nonagintanouẽ.] Per hunc numerũ deſignãtur nouẽ ordines Angelorũ, de quib. habes. j. de pœ. diſ. 2. principiũ.
n ¶ In deſerto.] id eſt, in cęlo: qꝫ diabolus p caſũ deſeruit,
o ¶ Et prima.] Arg. qꝫ reſtituti poſſunt accuſare & teſtificari. ar. j. ca. ferrum, &c. dño ſancto.
p ¶ Pauci.] difficile .n. eſt continere, vt 28. d. de his & 33. q. 5. qui ſitit: nec tñ ideo minus delictũ eſt, vt 2. q. 1. multi. in fi. & 32. q. 7. flagitia, & licet iſtud ſit naturale, non tamẽ excuſat. vt ff. ad leg. Aquil. ſi ſeruus. §. ſi fornicarius.

1 De iſtis habet 15. d. c. 1.
2 Secundum hunc intellectum iſtud, magis, quod eſt in textu tenetur comparatiuè, & legitur de veris iuſtis & loquit quadam ſimilitudine vulgari Archid.

a ¶ Ideo nos.] *In duabus editionibus epiſtolarum B. Gregorij legitur.* ideo generaliſſima, quę à Niceno cõcilio incipiunt cum reliquis quatuor inuenimus concordantia. Nam & nos præcedentes, &c. *In vno manuſcripto codice eſt,* generaliſſime *reliqua eodem modo. Apud Burchardum, Iuonem. Pannormiam.* Nam nos generaliter; *cætero qui parum à Gratiano diſcordant.*

β ¶ Sicut.] *Hinc vſque ad verſ.* Quid enim. *in aliquot codicibus epiſtolarum excuſis, & duabus manuſcriptis, Burchardo, Iuone, & Rabano non habentur.*

*Item ſuper Ezechielem, hom. 9. ad c. 2.*

¶ Poſt acerrimam pœnitentiam lapſi reparantur. C. XVII.

Ezech. 2.

QVid eſt hoc, quod prophetæ [a] iacenti dicitur: [ Sta ſupra pedes tuos, & loquar tecum. ] Qui enim iacenti loquebatur, cur nõ ſe, niſi ſtanti promittit eſſe locuturũ? Sed ſciendũ, quia alia ſunt, quæ iacentes; alia, quæ ſtantes audire debeamus. Iacenti. n. dicitur, vt ſurgat ſtãti autem præcipitur, vt ad prædicationem proficiſci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confuſione iacẽtibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Sed cum iam in bono opere ſurgimus, cum iam recti ſtare cęperimus, dignum eſt, vt ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. Stãs [b] ergo propheta viſionem ſpiritalem vidit, & cecidit; cadens vero iam monitionis verbum ſuſcepit, vt ſurgeret: ſurgens autem præceptum audiuit, vt prædicaret: Nam qui adhuc ex ſuperbiæ vertice ſtamus cum iam de æternitatis timore [c] aliquid ſentire cæperimus, dignum eſt, vt ad pęnitentiam cadamus. Et cum infirmitatem noſtram ſubtiliter cognoſcentes, humiliter iacemus, per diuini verbi conſolationem ſurgere ad fortiora opera iubemur.

*Item lib. 18. Moralium c. 16. ad c. 28. Iob.*

De eodem. C. XVIII.

FErrum [d] de terra tollitur, cum fortis propugnator eccleſiæ à terrena, quã prius tenuit, actione ſeparatur. Non ergo in eo debet deſpici, quod fuit; quia iam incipit [e] eſſe, quod non fuit [f] †.

*Item Hieronymus ad c. 3. Michea.*

QVid eſt. ] CASVS. Probat Greg. in hoc ca. ꝙ prælati poſt lapſum peracta pœnitentia, ex officio ſuo prædicare poſſunt & hoc probat exemplo Ezechielis prophetæ, qui cum ſtaret & videret ſimilitudinẽ quatuor animalium, & quatuor rotarum, cecidit in faciem ſuã, & Dñs dixit ei: Fili hominis, iſta ſupra pedes tuos & loquar tecum. Iacenti ergo in pctõ prophetę dr̃ vt reſurgat per pęnitentiam, & poſt pęnitentiam ad prædicandũ mittitur, pręlati ſimiliter in peccato iacentes prædicabũt, ſicut fecit ꝓpheta. Nam cũ ſtant in peccato ſuperbiæ prælati, dignum eſt, vt ad bona opera cõſurgant per pñiam. Et no. ꝙ in prædicta auctoritate ſtare dupliciter ſumitur. Nã primo accipitur in mala ſignificatione, poſtea in bona.

a ¶ Prophetæ. ] Ezechieli, Ezechie. 2.

b ¶ Stans. ] Hic ſtans accipitur in mala ſignificatione, & pri⁹ in bona, & ita eſt hic arg. ꝙ aduocatus varijs modis põt iura exponere, ſicut hæc auctoritas, Verbum caro factum eſt. vel illud: veritas de terra orta eſt, quandoque exponitur, id eſt. Chriſtus de virgine natus eſt, vt 35. q. 10. c. 1. quandoque exponitur, ideſt, cõfeſſio de pœnitente. de pę. d. 1. quicunq; argu. contra 23. q. 7. quod autẽ. Sed hæc diuerſo reſpectu.

Iura vario modo poſſunt exponi.

ADDITIO. Ad idem ext. de ap. ſolicitudinẽ. in fi. vbi de hoc.

Timor eſt duplex.

c ¶ Timore. ] Seruili. ſ. cum quo charitas dedignatur habitare. inducit tamẽ iſte timor filialem ſicut ſeta filium, Vt inf. de pę. d. 2. ſi quis tãtã.

FErrum. ] CASVS Legiť In Iob, Habet argentũ venarũ ſuarum principia, & locus eſt auro, in quo cõflatur, ferrum de terra tollitur, & lapis calore ſolutus in æs cõuertitur. Per hanc auctoritatem vult Greg. probare ꝙ poſtquam prælatus ſeparatus eſt per pęnitentiã a peccatis, debet lucidus reputari: nec debet cõſpici in eo id quod fuit, ſed quod modo eſt ad inſtar ferri, quod donec eſt ſub terra, obſcurum eſt: ſed poſtquam ſeparatur à terra, fit lucidum, & vtile ad ſecandum. Sic prælatus ad prædicandum, & ad verba diuina declarandum.

d ¶ Ferrum. ] In Iob. continetur ita: habet argentũ uenarum ſuarum principia, & auro locus eſt in quo con-

flatur: ferrum de terra tollitur. lapis calore ſolutus in æs conuertitur.

e ¶ Incipit. ] Arg. ꝙ poſt pęnitentiã reuertitur quis ad priores [1] actus ſi 32. q. 1. cum renunciatur, & q. 5. præceptum. in fi. & 6. q. 1. illi q. & ſup. eo. c. qa ſanctitas tua. in fi.

1 Ad hoc 7. eo. quia tua. ver. ſicut in. vbi de hoc: & 23. q. 7. vides, iuxta fi. vbi etiã de hoc.

in fi. ff. de ædil. edi. qđ ita ar. contra 61. d. in ſacerdotib. Reſp. ꝙ nunquã per pęnitentiam reuertitur res ad priorem ſtatum, vt 23. q. 2. admonere. & 81. diſtinct. Romanus, & c. ſi quis clericus ſed per diſpenſationem, vt 2. q. 3. §. notandum. in fi. Ioan. niſi in occultis criminibus, vt extra de temp. ordinan. c. vlt. B.

† Concor. text. in fi. in l. 1. §. in ſumma. ff. de aqua plu. arc. & in le. prouinciale. ff. de verb. ſign.

f ¶ Quod non fuit. ] ideſt, qualis nõ fuit, & ſic non eſt hic aliqua fictio iuris. Vel dic quòd ius fingit eum eſſe nouum hominem ſicut baptizatũ. 26. diſt. c. 1. de pœn. diſt. 2. §. Romanos, &c. quomõ. verſi. expoliantes. alteratus tamen eſt. 2. quæſ. 7. §. quia ergo. ſic fingit nõ eſſe homici-

Ius multa fingit.

homicidam qui poſt homicidia 23.q.5.ſi homicidiũ.ſimiliter fingit aliquẽ nõ tranſiſſe qui tranſiuit,ut 7.q.1.mutationes,& non eſſe epm qui eſt eps,vt 2.q.7.non omnes.& c.qui nec.& eſſe virginẽ,quæ non eſt virgo, vt 32.q.5.propoſito.& nõ eſſe matrimoniũ quod eſt,vt 30.q.5.

alienigenis compellebantur idolatrare, quas poſtea admonitionem Eſdræ dimiſerunt. De iſto Ieſu Zacharias propheta vidit viſionem quandam, quam recitat ſic: Oſtendit mihi Dominus, ſacerdotem magnũ Ieſum coram Angelo Dei,& Sata,i.vxor idololatra, ſtabat a dextris eius, & Ieſus erat indutus ſordidis veſtibus.Dixitq; Angelus ad eos q coram ſe ſtabãt: Auferte ei ſordida ueſtimenta, & date ei cãdida veſtiméta,& poſuerũt ſuper caput eius cidarim, indueruntq; eũ candidis ueſtib.

¶Poſt condignam pœnitentiam priſtina recipiuntur officia. C. XIX.

CVm exaudiero [a] eos,dabo eis virtutem ſpiritus mei, & implebo eos iudicio meo, & fortitudine.] Animaduerte in preſenti loco poſſe docere aliquẽ poſt peccatum;ſi tamẽ uitia priſtina,pœnitentia digna diluerit. Vnde Dauid poſt adulterium, & homicidium loquitur in pſalmo.] Aſperges me hyſſopo, & mundabor; lauabis me,& ſuper niuem dealbabor.]Nec ſua tantum puritate contentus eſt; ſed infert: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui,& ſpiritu principali confirma me.]cumq.hoc fecerit,]docebo,ait,iniquos vias tuas,& impij ad te conuertentur.

Pſal.50.

*Item Hieronymus lib.2.contra Iouinianum.*

¶De eodem. C. XX.

Inf.de pœn.d.2.c.ſi enim.§.Ieſus.

IEſus filius Ioſedech ſacerdos magnus, quamquam in typo [b] præceſſerit Saluatoris, qui noſtra peccata portauit, & alienigenã ſibi ex gentibus copulauit eccleſiã; tamen ſecundum litterã poſt ſacerdotium ſordidatus [c] inducitur,& ſtat diabolus [d] à dextris eius: & candida [e] illi deinceps ueſtimenta redduntur.

*Item ex concilio Agathenſi.cap.2.*

Et capitular. lib.7. cap.311.

¶Per Pęnitentiam clerici correcti gradum ſuum, & dignitatem recipiant. C. XXI.

Iuo p.6.c.366.

COntumaces clerici, prout dignitatis ordo [f] permiſerit,ab epiſcopis corrigantur; & ſi qui prioris [g] gradus elati ſuperbia,communionem [h] fortaſſe contempſerint,aut eccleſiam frequentare,vel officium ſuum implere neglexerint,[i] peregrina [k] eis cõmunio tribuatur;ita, vt cum eos pęnitentia correxerit, reſcripti in matricula [l] gradum ſuum,dignitatemq; [m] recipiant.

Apud Martinũ Bracarenſem.

*Item ex concilio Martini Papæ,c.17.*

b ¶ In typo.] Quia duxit alienigenam: ſicut Chriſtus eccleſiam.

c ¶ Sordidatus:] Quia dimiſit uxorem.

d ¶ Diabolus.] ideſt, vxor, quæ idola coluit.

e ¶ Candida.] Quando ad conſilium Eſdræ reliquit illam, 28.q.1.§.1.& 2.

COntumaces.] CASVS. Quidam clerici cõmunionem fratrum, & intrare eccleſiam contemnebant, officia ſua penitus negligẽtes: quæſitum fuit in concil. Aga. quam pœnam pati dẽent:& rñdet, q puniri dẽnt prout ordo permiſerit, id eſt, maiores ſuſpendantur officio & beneficio:& eis pegrina cõio tñi tribuat. minores uero acrius puniantur: qui tñ ſi poſtea reſipuerit & pęnitẽtiam egerint, in matrice eccleſia reſcribentur, & in ſtatum priſtinum reuertentur.

Clerici maiores aliter puniuntur, q minores.

2 Lau. dicit cõionem. i. cõem obſeruantiam & conuerſationem. Arch.

30.q.5.aliter.Sed nunquid per tales fictiones præiudicabitur iuris ueritati: ita ut nõ admittatur probatio in cõtrarium? vĩ q ſic,ut extra de regularibus.vidua. Videtur contra ut extra de renunc.ſuper eo.& ff.quod met.cau. non eſt uériſimile.& una præſumptio per aliã præſumptionem tollitur.ff.de in integ.reſtit.l.diuus. Ego dico breuiter,q contra oẽm præſumptionem admittiẽ pbatio,niſi ubi ius de iure alicuius non tñ pſumit, ſed ẽt certũ q̃d ſtatuit. 1 nec multũ appretio illam diſtinctionẽ quorundã q eſt q̃dã pſumptio iuris,q̃dam hominis q̃dam naturæ;de quibus habes extra de deſponſ.is qui. ga lex dicit, q per fictionẽ iuris ueritas non confunditur,nec deletur,ut C.de iuris dotium.in rebus.in prin.

Probatio utrũ contra pſumptionẽ ad mittatur.

1 Aliàs ſecus. ff. de re. du. qui duos 1.3.& 4. ſm Laur. q hãc ſniam tenet cum Io.

CVm exaudiero.] CASVS Probat. Aug.in hoc ca.q prælatus ſi diluat peccata ſua per pñam, docere poteſt ſicut prius.Et hoc probat auctoritate Eſaiæ,quæ eſt in principio c.& exemplo Dauid.

a ¶ Cum exaudiero.]Eſaias propheta 37.cap.

IEſus.]CASVS. Iudæi uenientes de Ægypto per deſertũ,cũ viderent uxores ſuas ualde ſqualidas ex labore itineris,abiecerunt eas,& ſuperinduxerũt alienigenas, q̃d fecit Ieſus filius Ioſedech ſacerdos magnus, a q̃bus

f ¶ Prout dignitatis ordo.]Alio.n.modo ſunt puniendo clerici minorum ordinum,& alio maiorum,ut 35.d.ante omnia & 11.q.1.ſi clericorum.& 12.q.2.fraternitas.

g ¶ Prioris.]ideſt,altioris.

h ¶ Communionem.]ideſt, nolunt eſſe inter alios. 3.

i ¶ Neglexerint.]Aufertur eis officium & beneficium. Ioan.per ſuſpenſionem.ſecundum Hug.

K ¶ Peregrina.]Quæ aliàs dicit laica.extra de elec.c.2.

l ¶ In matricula.]Sic 2.q.1.nomen.

m ¶ Dignitatemq;.]Si enim a vigilijs deeſt, auferendũ eſt ei ſtipendium,ut 91.diſt.clericus victum.ſed ſi prælatus per tres hebdomabas deeſt,per triennium ſuſpenditur:vel etiam ſi diebus ſolennibus deeſt.ut 7.q.1.ſi quis in clero,ſi per duos menſes,priuatur eccleſia, ut 7.q.1.præſentium.niſi uelis dicere hodie correctum, vt extra de cler. non reſiden.ex tuæ. 3 Sed an poſſit repetere fructus poſtea cum reuertitur;non videtur.C.de re milit.l.prima,libro 12. alioquin ſpe reſtitutionis facilius delinqueret,ut ſupra ea.diſt.cap.1. Item quia pœnæ non ſolent repeti.ff.de condictiõ.indeb.pœnę,& pœnam quam quis ex ſuo delicto pręſtitit, non repetit. 4 ff.de procur.qui proptlo §.pœnam. Item hic & in ſequen-

Prælatorum eccleſias negligentium punitio.

3 De hoc plene no. ex. ut lite nõ cõte. qñ. §. ſi uero.& 7.q.1.ambitionis. ibi dicã. Arc.

4 Dic quod ſi iuſtã cãm abſẽtiæ hẽt, oĩa recuperat. ff. de re milit. ex cã. nã & ſnia reſcindiẽ pbata iuſta cã abſentiæ.extra de re iudi.cũ Berthac.

quen. c. vñ ꝙ ep̄s poſſit diſpenſare cum depoſito. Nam & Senatus reſtituit. ff. de poſtu. l. 1. §. de qua autē. & Senatus æquiparatur principi. ff. de aqua plu. arcen. quod princeps. & eccleſia habet ſuum ſenatū, vt 16. q. 1. eccleſia. argum. ad hoc 11. q. 3. ep̄us & C. de epiſ. & cler. placet. Arg. contra extra de cler. nō reſiden. ex tuę. in fi. & dixi de hoc 2. q. 6. ideo. Ioan. Solut. cum depoſito ſolenniter ſolus Papa diſpenſat, vt de pœn. d. 6. c. 1. in fi. B.

Papa ſolus cum ſolenni ter diſpoſito diſpenſat.

SI quis.] CASVS. Quęſitum fuit in cōcilio Martini Papę quam pęnam debetet pati presbyter vel diaconus, q in caſu illicito calicē, vel librum eccleſiæ alienat: & reſpondet ꝙ non debet haberi in ordine clericorū: vel debet ab adminiſtratione cauſæ remoueri in iudicio. n. ep̄i dimittitur, ſi cū eo voluerit diſpenſare.

Epiſcopus in hæreſi diſpēſat.

a ¶ Iudicio tñ epiſcopi.] Hic ergo permittitur epiſcopo diſpēſare in ſacrilegio. ſic & in hæreſi, vt infra ea. presbyteros qui. & in occultis etiam magnis. infra, de his vero. & hoc verum eſt niſi ſit enorme ſacrilegium, vt 12. q. 2. de viro.

QVOMODO. Hæc eſt tertia pars huius diſtinctionis, in qua concordant iura: & dicit quòd qui verè pœnitent, poſſunt reparari: & qui fictè pœnitent, non ſunt reparandi, & hoc probat ex aucto. Io. de Fan.

CASVS. Probauit ſupra Gratianus, ꝙ lapſi reparari non poſſunt. poſtea probauit contrarium. Nunc vero ponit ſolutionem, dicens ꝙ illi qui agunt fictè pęnitentiā, nō odio criminis, ſed timore vtilitatis, vel affectione honoris, non dēnt reſtitui: ſed q verè pœnitentiam agunt, reſtitui p̄nt. Et hanc ſolutionem probat per ſequētia c. vſque ad §. quicūque.

VT conſtitueretur.] CASVS. Quæſiuit Bonifa. ab Auguſti, quare in eccleſia ſit ſtatutum vt clerici poſt pniam de criminibus non promoueantur, vel deijciantur.

¶ De eodem. C. XXII.

Bruc. lib. 3. c. 179. ex Bracarenſi. Iuo p. 3. cap. 173. ex Martino, & 240. ex Bracarenſi.

SI quis presbyter aut diaconus *a* inuētus fuerit aliqd de miniſterijs eccleſiæ venundaſſe; quia ſacrilegium cōmiſit, placuit eum in ordinatione eccleſiaſtica non haberi. In iudicio tamē epiſcopi [a] dimittendum eſt, ſiue dignus ſit, ſiue indignus in ſuo recipi, vt debeat gradu: qa multoties hoc ipſum, quod de ſacroſancto altario contaminatum eſt, in epiſcopi poteſtate dimiſſum eſt.

*a* ¶ Diaconus.] *Sequebatur:* aut ſubdiaconus. *quæ duæ dictiones ex punctæ ſunt, quia neque apud Martinum, aut Burchardum, aut Iuonem, neque in antiquis Gratiani codicibus habentur.*

[ *Item Auguſtinus ad Bonifacium.* ]

PALEA C. XXIII.

*β* ¶ Palea.⁊ *In aliquot vetuſtis exēplaribus Gratiani hæ duæ paleæ non habentur: ſed poſt finē capitis:* ſi quis preſbyter *ſequitur continenter;* Quomodo igitur: *ſunt tamen in multis, atq; in ijs quidem, a quibus plerunque paleæ abſunt. Ac videntur ſummæ quædam partim præcedentium capitum,* ponderet. *&* quia ſanctitas *partim ſequentis,* vt cōſtitueretur *quod refertur ex Auguſtino ad Bonifaciū. Atq; inde potuit in has paleas hæc eadē irrepere citatio.*

BEne valet ſacerdos reſtitui ad honorem ſuum poſt peractam pœnitentiem: licèt in hoc diuerſi diuerſa ſentiant, dicentes, non poſſe reſtitui ad honorem. Sed ſic dictum eſt propter ſimulatas pœnitentias quorundam, & propter affectatas honorum dignitates.

PALEA C. XXIV.

SAcerdos quidem ſi cadit, valet, & habet reſtitutionis locum poſt dignam peractam pœnitentiam, in honorem ſuum, propheta atteſtante, qui ait: [Nunquid qui cadit, non adijciet, vt reſurgat?] Et B. Gregorius hoc dicit ad Secundinum incluſum, amicum ſuum. Etiam ab ipſo propheta in hoc argumentum habemus: qui cum poſt peractum adulterium, & homicidium perpetrauit; tamē poſtea peracta digna pœnitentia per Dei gratiam ad priſtinum officium reſtituitur.

Hiere. 8.

Greg. li. 7. epi. 53.

3 *Quomodo igitur huiuſmodi auctoritatum diſſonātia ad concordiam reuocari valeat, breuiter inſpiciamus. Sunt quidam, quos non odium criminis, ſed timor vtilitatis, & amiſſio proprij gradus, & ambitio celſioris ad pœnitentiam cogit. Hos ſacri canones irrecuperabiliter† deijciunt: quia qui ſimulatione pœnitentiæ, vel affectione honoris, a Deo non conſequitur veniam, nec ab eccleſia reparationem meretur.*

† *al. irreparabiliter.*

*Vnde Auguſtinus ſcribit ad Bonifacium, epiſt. 50.*

¶ Quare conſtitutum eſt in eccleſia, ne poſt pœnitentiā quis ad clericatum redeat. C. XXV.

In capitular. adiectis, c. 132. Poly. lib. 6. tit. 20. Anſ. lib. 8. c. 3. Iuo in prologo & p. 6. c. 386. Pann. in prolog. c. 8.

VT cōſtitueretur in eccleſia, ne quiſquā poſt alicuius criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad

tur, uel non reuocentur, & reſpondet. Augu. ꝙ hoc nõ eſt conſtitutum propter deſperationem indulgentiæ, id eſt, quòd eccleſia diſpenſare nõ poſſit: ſed propter fictè pænitentes eſt conſtitutum, ut depoſita ſpe temporalis altitudinis, non ſuperbe, ſed humiliter agerent pęnitentiam.

m ¶ Detrahendum eſt.] Hic habes, ꝙ diſpenſatio quandoque eſt debita, ſcilicet ubi ſtrages multorum iacet, & alibi, ut 45. diſ. licet. & 1. q. 7. diſpenſationes. & 11. q. 3. plerumque. 23. q. 1. noli. in fine. & infra. ead. conſiderandum. cũ. n. diſpenſatio ſit quaſi quædam miſericordia: & eſt certum quòd quilibet tenet̃ eſſe miſericors, ut 86. d. ñ ſatis. & licet debita ſit tñ peti nõ poteſt: ſicut epiſcopatus debet bono. & tamen nõ põt eum petere, ut 8. q. 1. qui epiſcopatum. quandoque autem prohibetur diſpẽſatio, ut 1. q. 1. erga, & ſi. eo. miror. quandoque etiã permittitur diſpenſatio, ut inf. ca. domino. & ſup. ea. ſi qs presbyter. Et not. ꝙ aliud eſt uigor, aliud eſt ius, aliud eſt diſpenſatio. Rigor eſt quidã exceſſus iuris, & q̃dã auſteritas facta ad terrorẽ; ſnt qđ dicit canon, quòd pænitentia imponitur cõtrahenti ſecũdas nuptias, ut 31. q. 1. c. hac ratione, & c. pręcedenti, & quod communio non eſt danda etiam in fine vitæ his qui defecerunt in accuſatione clericorum, hoc eſt epiſcoporũ, ut 2. q. 3. ſi qs epiſcoporũ. & rigor ñ eſt ſeruãd⁹ 1, niſi ubi timet̃ exemplum mali, ut 45. diſ. ſed illud. qñque tamẽ rigor eſt idem quod ſubtilitas iuris, ut extra de reſt. ſpol. in litteris, & extra de noui oper. nun. intelleximus. Diſpẽſatio eſt idem qđ iuris relaxatio. & ea non eſt vtendum, niſi ſit neceſſitas, vel vtilitas, ut 1. q. 7. tali. Ius autem media ſtrata incedit inter rigorem & diſpẽſationem. ff. de iuriſd. om. iud. qui iuriſdictioni, & 24. q. 2. legatur.

Diſpenſatio quandoque eſt debita.

Rigor diſpẽſatio, & ius differunt.

1 Et dic ꝙ iuris rigor ex cauſa multiplici mitigatur, ut not. ext. de ſent. exc. õ. pueris Archid.

clericatũ redeat, vel in clericatu maneat non deſperatione [a] indulgẽtiæ, ſed rigore [b] factum eſt diſciplinæ. Alioqui contra claues datas eccleſiæ diſputabitur, de quib. dictum eſt,] quæ ſolueritis in terra ſoluta erũt & in cœlo.] Sed ne forte etiã de cęteris † [c] criminibus, ſpe honoris eccleſiaſtici animus intumeſcens ſuperbe ageret pænitentiam, ſeueriſſime placuit, vt poſt actam de crimine damnabili pęnitentiam, nemo ſit clericus: vt deſperatione tẽporalis altitudinis, medicina maior, & verior eſſet humilitatis. Nã & ſanctus Dauid de criminibus mortiferis pęnitentiam agit, & tamen in honore ſuo perſtitit. Et Beatum Petrum, quãdo amariſſimas lacrymas fudit, vtique Dominum negaſſe penituit, & tamẽ Apoſtolus mãſit. Sed non ideo [d] ſuperuacua putanda eſt poſteriorum diligentia, qui vbi ſaluti nihil detrahebatur [e], humilitati aliquid [f] addiderunt [g], quo ſalus tutius muniretur, experti, credo, aliquorum fictas pęnitentias per [h] affectatas honorum potentias [i]. Cogunt enĩ multas inuenire medicinas, multorum experimenta [k] morborum. Verum in huiuſmodi cauſis, vbi per graues diſſenſionum, ſciſſuras nõ huius, aut illius hominis eſt periculum, ſed populorum ſtrages [l] iacent, detrahendum eſt [m] aliquid ſeueritati, vt maioribus [n] malis ſanandis charitas ſincera ſubueniat.

† al. deteſtis.

¶. 23. q. 4. ipſa pietas §. uerum.

Extat iter opera B. Cypriani li. 2. ep. 1. 7

*Item ex epiſtola Cleri Romani [o] miſſa Papæ Cypriano.* [p]

¶ Reparationis beneficium non niſi poſt pœnitentiam poteſt concedi. Cap. XXVI.

Anſ. li. 8. c. 20.

ABſit a Romana eccleſia vigorem [q] ſuum tam profana facilitate dimittere, & neruos ſeueritatis euerſa fidei [r] maieſtate diſſoluere, vt cum adhuc non tantum,

tiam. & licet poſſint reparari poſt lapſum, ut Dauid & Petrus: non tamen canones, qui prohibent reparationem, inutiliter ſunt conſtituti: quoniam facti ſunt propter ficte pęnitentes, vt ſecundum varia genera morborum varias medicinas inuenirent: rigor quorum canonum non eſt ſeruandus vbi multitudo eſt in cauſa.

a ¶ Non deſperatione.] Ideſt, ob hoc quod eccleſia deſperet ſe poſſe reſtituere tales.

b ¶ Sed rigore.] Hic manifeſte colligitur, quòd canones qui dicunt lapſos non eſſe reparandos vel reſtituendos, de rigore loquuntur.

c ¶ Etiam de cæteris.] Ideſt, omnibus, nomine enim cæterorum omnes intelliguntur. ff. de verb. ſign. cæterorum.

d ¶ Sed nõ ideo.] q. d. licet poſſint reſtitui aliqui ſecundum rigorem.

e ¶ Nihil detrahebatur.] ideſt, vbi non timetur periculum.

f ¶ Aliquid.] ideſt rigorem, ut nõ reſtituerentur, vt ſic fierent magis humiles.

g ¶ Addiderunt.] i. ut non poſſint reſtitui.

h ¶ Per.] ideſt, propter.

i ¶ Potentias.] ideſt dignitates.

k ¶ Experimenta.] ſic 29. diſt. ſciendum, vel aliter vt quandoque fiat reſtitutio, quandoque non.

l ¶ Strages.] Supra 44. diſt. conceſſiones.

ADDITIO. Dicit. Hug. idem. ſ. ꝙ rigor non eſt ius: imò eſt iuris exceſſus in auſteritate. Ius autem eſt æquitas, i. æqualitas ius ſuum vnicuique tribuens, bonis præmia, malis ſupplicia; hoc debet iudex ſemper obſeruare. arg. C. de iud. placuit. Arch.

n ¶ Maiorib.] Sic diſt. 4. denique.

o ¶ Cleri Romani.] Vel Cornelij Papæ.

p ¶ Cypriano.] In chronicis non inuenitur ꝙ aliquis Papa dictus fuerit Cyprianus: tñ ꝙ fuit Papa, habes infra ea. de conſ. ſed forte hic & ibi eſt mendoſa litera.

ABſit.] CASVS. Cyprianus ſuaſit Cornelio Papæ, ut Nouatianos & ſchiſmaticos facile reciperet, ſed reſpondet Cornelius: abſit ut eos recipiamus tam profana facilitate, cum adhuc iaceant in peccatis, & quotidie cadant de peccato in peccatum, quia per hoc daretur eis & aliis occaſio delinquendi, nam prælatus qui omiſſa penitentia delinquentibus parcit, non curat, ſed potius occidit.

q ¶ Vigorem.] ideſt, rigorem.

r ¶ Fidei.] ideſt, diſciplinæ.

2 ¶ Sed

a ¶ Sed etiam cadant.] vlterius.
b ¶ Ruinæ.] ideſt euerſi & ruentes fratres.
c ¶ Properata.] Quia quæ committuntur in Deum, remitti non poſſunt ſine pænitentia, & quia facilitas veniæ incentiuũ tribuit delinquendi, ut infra.23.q.4. ſi is qui. & c. eſt iniuſta.
d ¶ Intercepta.] ideſt dimiſſa.

prælati.26.q.5.nec mirum.

Domino ſancto.] CASVS. Maſſanus epiſcopus inuenerat in concilio Ancyrano, quod lapſi in fornicationem poſt pñiam poterant reſtui. Alibi inuenerat eos non eſſe reſtituendos, & ideo rogauit Iſidorum vt

iaceant: ſed & cadant [a] euerſorum fratrũ ruinæ [b], properata [c] nimis remedia communicationem vtiq; nõ pro futura præſtentur, & noua per miſericordiã falſam vulnera veteribus tranſgreſſionis vulneribus imprimantur, vt miſeris ad euerſionem maiorem eripiatur & pænitentia. Vbi enim poterit indulgentiæ medicina proficere †, ſi etiam ipſe medicus intercepta [d] pænitentia indulget periculis? ſi tantummodo operit vulnus, nec ſinit neceſſaria temporis remedia conducere cicatricem? Hoc non eſt curare; ſed ſi dicere verum volumus, occidere.

† al. præſtiſſe.

*¶ Locupletatum eſt caput hoc ex originali.*
*Item Cyprianus in ſermone de lapſis.*

¶ Impænitentibus venia concedi non poteſt.
Cap. XXVII.

SI quis præpropera feſtinatione temerarius remiſſionẽ peccatorum [e] dare ſe cunctis putat poſſe, aut audet Domini præcepta reſcindere, non tantum nihil prodeſt, ſed obeſt lapſis. Prouocaſſe eſt iram, non ſeruaſſe ſententiam [f] nec miſericordiam prius Dei deprecandam putare; ſed contempto Domino de ſua facilitate præſumere. *& infra.* ¶ Mandant aliqua martyres [g] fieri; ſi iuſta, ſi licita, ſi non contra ipſum Dominum a Dei ſacerdote facienda; ſit optemperantis, facilis, & prona conſenſio, ſi petentis fuerit religioſa moderatio. Mandant aliquid martyres fieri, ſed ſi ſcripta non ſunt in Domini lege, quæ mandant, ante eſt, vt ſciamus [h] illos de Deo impetraſſe quod poſtulant, tunc facere quod mandant. Neque enim ſtatim videri [i] poteſt de diuina maieſtate conceſſum, quod fuerit humana pollicitatione promiſſum. Nã & Moyſes pro peccatis populi petijt, nec tamen peccantibus veniam cum petijſſet, accepit.

Anſ. lib. 8. c. 33.

*Item Iſidorus ad Maſſanum † epiſcopum.*

† al. Maſanem. al. Ma ... num. orig.

¶ Qui ſunt reparandi poſt lapſum, vel qui non. Cap. XXVIII.

DOmino ſancto, meritiſq; beato fratri Maſſano epiſcopo ſalutem. Quod in epiſtolis [k] venerabilis fraternitas tua innotauit, videlicet, qđ in canone Ancyrano, ca. xix. † legitur; poſt lapſum corporalẽ reſtaurandum honoris gradum poſt pænitentiam, alibi vero legiť, poſt huiuſmodi delictum nequaquam reparãdũ antiqui ordinis meritũ, hæc diuerſitas hoc modo ſoluitur. Illos enim ad priſtinos gradus redire canones præcipiũt, quos pœ-

Anſ. li. 8. c. 37.
Poly. l. 4. tit. 39.
Iuo p. 6. c. 397. p. 15. 57. & 86.
Burc. l. 19. c. 43. & 73.
Pann. l. 3. c. 149.
Rab. pę. l. 1. c. 1.
Cõcil. Neocæſar. c. 1.

SI quis.] CASVS. Cyprianus reprehendit hic quoſdam presbyteros, qui ad mãdatum aliquorũ martyrum, ideſt, eremitarum, & religioſorum virorum etiã impœnitentibus remittebant, pœnam peccatorum, & dicit quòd ſi quis hoc facit, prouocat Deum ad iracundiam contra delinquentes. Itẽ oſtẽdit, quòd ſi martyres præcipiant ea, quæ ſcripta ſũt, & licita facienda ſunt, quia non ſunt cõtra Deum, ſed ut diſpenſetur cum eo qui vere pęnitet, & non ficte. Si vero pręcipiãt ea, quæ ſcripta non ſunt, expectandum eſt donec probentur ea Deo placere, quoniam non ſtatim cõcedit Deus quod poſtulat martyr, ſicut Moyſes non ſtatim impetrauit veniam peccatorum populorum cum petiit.
e ¶ Remiſſionẽ peccatorũ.] Quæ enim in nos delinquũtur, poſſumus remittere ſine pænitentia, ſed non quæ in Deum. 23.q.4. ſi is qui.

Delicta commiſſa in Deũ remittere nõ poſſumus.

f ¶ Sententiã.] Qui ergo non ſeruat ſententiã iudicis offendit iudicem, & iniuriam facit iudici, qui fruſtratorie appellat ab ipſo. C. qñ ꝓuoc. nõ eſt neceſſ. l. ul. in fin. & hæc põt eſſe cauſa, quare iudex debeat eſſe ſuſpectꝰ ei, qui appellauit ab ipſo, ut extra de appell. ad hæc.

Appellãs fruſtratoriè iudicem offendit.

g ¶ Martyres.] ideſt Chriſti ſacerdotes.
h ¶ Vt ſciamus.] Per ſigna exteriora conſiderata in pœnitentibus.
i ¶ Videri.] Arg. ꝙ non ſtatim tenetur quis credere etiã bono viro, ut 9. diſt. ego ſolis. ſi. ff. quod cum fal. tuto. l. 2. immo imputatur alicui, ꝙ nimis eſt credulus. 9. q. 3. non ſolum. 86. diſt. ſi quid uero. ff. de eo per quem fac. l. 1. §. 1. Non obſtat 23. q. 1. quid culpatur. vbi in dubio obeditur, quia ibi loquitur dum prælatus præcipit quod eſt dubium; hic de martyribus, qui non erant

Credulus non debet quis eſſe pĩmis.

vt hanc contrarietatem ei ſolueret. Et reſpondet, ꝙ illi qui uere pænitent, ad gradum priſtinũ reſtituuntur & honorem, qui uero ficte pœnitent, non reſtituuntur & hoc ꝓbat auctoritate Ezechielis & Io. Euangeliſtæ. In fine dicit, quòd vbicunque inuenitur diſcors conciliorum ſententia, illa ſuſcipiatur, quæ eſt antiquior, & potior pietate, ideſt, miſericordior.
k ¶ In epiſtolis.] Maſſanus rogat Iſido. vt ſolutionem cano-

canonum contrariorum circa reſtitutionem lapſorum ei reſcriberet.

a ¶ Vendicare.] Ideſt, defendere. ſic etiam econtra ponitur.

b ¶ Superſtitioſa.] Contra.8.diſt.quo iure.

c ¶ Ne-

ſat. vbi patet ratio diſpenſandi, vt 34.diſtinct. fraternitatis.argu.2.quæſt.5. quanto. tamen cum ſuperiore agi poteſt: officio iudicis, ut fiat diſpenſatio, ut extra de iure patro.nullus.licet non poſſit peti iure actionis, ſicut poteſt dici de eleemoſyna pauperi debita. 47. diſtinct., ſicut.

Eps̃ quãque peccat ſi nõ diſpenſat.

nitentiæ præceſſit ſatisfactio, uel condigna peccatorum confeſſio. At contra hi: qui neque a vitio corruptionis † emendantur, atque hoc ipſum carnale delictum, quod admittunt, vẽdicare [a] quadã ſuperſtitioſa [b] temeritate nituntur; nec gradum vtique honoris, nec gratiã communionis recipiunt. Ergo ita eſt determinanda ſententia, vt neceſſe [c] ſit illos reſtaurari in locũ honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem recepiſſe merentur diuinæ pietatis. Hi enim non immerito conſequunt ademptæ † dignitatis ſtatum; qui per emendationem pęnitentiæ recepiſſe noſcuntur remedium vitæ. Id autem ne fortè magis ſit ambiguum, diuinæ auctoritatis ſententia cõfirmetur. Ezechiel quidem propheta ſub typo pręuaricatricis Hieruſalem oſtendit poſt pęnitentię ſatisfactionem priſtinum poſſe reſtaurari honorem: [Cõfundere, inquit, ò Iuda, & porta ignominiam tuam.] & poſt paululum: [Et tu, inquit, & filię tuæ reuertimini ad antiquitatẽ tuam.] ¶ Quod dixit: [Confundere. oſtẽdit poſt † peccati opus debere quenque erubeſcere, & poſt confeſſionem pro admiſſis ſceleribus verecundam frontem humi proſtratam demergere, ꝓ eo ꝙ dignum cõfuſione ꝑpetrauerit opus. Deinde præcepit, vt poſt ignominiam, & deiectionẽ nominis ſui, ſiue dignitatis reuertatur ad ſuã antiquitatẽ [d]. Ergo dum quiſq; poſt opus cõfeſſionis ſuæ cõfunditur, atq; ignominiam [e] portãs, depoſitionem [f] ſuã cũ humilitate luget; reuocari ſecundum prophetam ad priorẽ ſtatum poterit. Item Ioannes Euangeliſta Angelo Epheſi eccleſiæ inter cætera quædã ſimilia ſcribit: [Memor eſto vnde cecideris, & age pęnitẽtiã, & prima opera fac; alioqui veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco eius.] ¶ Ecce ꝟ, in quãtum valui, concilij Ancyrani antiquam planè, & plenã auctoritatẽ ſacris teſtimonijs explanaui, oſtendens eum poſſe reſtaurari in ꝓprio gradu, qui per pęnitentiæ ſatisfactionẽ nouerit propria delicta deflere. Qui vero negligit, nec luget q̃ geſſit, & lugẽda ſine vllo pudore religionis uel timore iudicij diuini cõmittit; eũ nullo modo poſſe ad priſtinũ gradũ reſtaurari cognoſcas. In fine ꝝ autem huius epiſtolæ hoc adijciẽdum putaui, ut quotieſcunq; in geſtis conciliorum diſcors [g] ſñia inuenitur, illius concilij magis teneatur ſententia, cuius aut antiquior [h], aut potior extat auctoritas.

† al. corporis.

† al. adepta.

Ezech. 16.

† al. poſt confuſionẽ, ideſt peccati.

Apoc. 2.

inf. 13. q. 2. cap. hoc ipſum.

α ¶ *Sic habet hoc caput in epiſtola, quæ nuper unà cũ alijs Iſidori operib. eſt impreſſa Pariſijs: & ita inſcribitur,* Iſidori Hiſpalenſis archiepiſcopi epiſtola ad Maſſanum epiſcopũ Domino ſancto, meritiſq; beato, &c. *In epiſtola aũt longiore, eodem argumento, & iiſdẽ penè uerbis, (quæ & ibidem & antea Antuerpiæ cũ libris de ſummo bono*

d ¶ Antiquitatem.] ideſt, mores antiquos.

e ¶ Atque ignominiã.] Ex hoc verbo, & ex illo verbo, depoſitionem, eſt arg. quod epiſcopus põt depoſitũ & infamẽ reſtituere, 2 quia ignominia idem eſt quod infamia, vt ff. de ijs qui not. infa. l. 2. ignominię. & ſic patet, ꝙ poteſt tollere infamiã, quod cõcedo 3 vbicumq; poteſt diſpenſare, vt dixi 2. q. 3. §. hinc colligitur.

f ¶ Depoſitionem.] ideſt, ſuſpẽſionem. ſic 46. diſt. clericus.

a ¶ Epiſcopus.] Supra ergo collatio archidiaconatus ſpectat ad epm. 74. diſt. epiſcoporum. & 25. diſt. cap. 1. & 21. diſt. c. 1. & 89. diſt. uolumus. Sed cõtra 93. diſt. legimus. & extra de elect. cũ in cunctis. vbi dicitur, ꝙ ad canonicos ſpectat. Dic, ꝙ ad epiſcopum tantum ſpectat confirmatio, ad canonicos electio de iure: in talibus tamen cõſideranda eſt cõſuetudo, ut extra de electio. cum eccleſia. 2

Archidiaconatum quis conferre poteſt.

ſcopus [a] in eccleſia ſua, niſi diaconus ſit, archidiaconum inſtituere, nec archipresbyterum, aut decanũ, niſi presbyteri [b] ſint, ordinare præſumat. Quod, vt diſtrictius teneatur, apoſtolica auctoritate prohibemus, & interdicimus.

¶ *In capitibus manuſcriptis concilij Claramontenſis habiti ab Vrbano II. (quæ non ſunt decreta ipſius concilij, ſed ſumma quædam ipſorum) in tertio hæc leguntur, quæ ad præſentem canonẽ faciunt*: vt nullus fiat decanus in eccleſia, niſi presbyter; nullus archidiaconus, niſi leuita.

*Item Calixtus Papa.*

¶ Nullus in præpoſitum, vel archipresbyterum, niſi presbyter; nullus in archidiaconum, niſi diaconus ordinetur. Cap. II.

NVllus in præpoſitum; nullus in archipresbyterum, nullus in decanum, niſi presbyter; nullus in archidiaconum, niſi diaconus ordinetur.

Concordat Eugenius II. in concil. Rhemenſi, c. 6. Pann. li. 8. c. 140.

¶ *Et rubrica, & caput emendata ſunt ex manuſcriptis codicibus.*

*Item Innocentius ſecundus in concilio Romano, c. 10.*

De eodem. Cap. III.

INnouamus aũt, & præcipimus, vt nullus in archidiaconum, vel decanum, niſi diaconus, vel presbyter [c] ordinetur. Archidiaconi vero, vel decani, vel præpoſiti, qui infra ordines prænominatos exiſtunt, ſi inobedientes ordinari [d] contempſerint, honore ſuſcepto priuentur. Prohibemus autem, ne adoleſcentibus, [e] vel infra ſacros ordines cõſtitutis, ſed qui prudentia, & merito vitæ clareſcunt, prædicti concedantur honores.

*Horum vnum propter procacitatem quorundam ſtatutum eſt, qui nomen præpoſituræ adepti, officiũ contemnunt nolentes fieri ſacerdotes: aliàs enim inane eſſet, cum etiam in epiſcopum eligi poſſint in ſubdiaconatu conſtituti, iuxta illud Vrbani a Papæ.*

a ¶ Vrbani.] *In c. multis. extra de æta. & qualit. tanquã decretum Vrbani primi citatur: Apud Iuonem vero, & in Pannormia ex ſynodo Beneuentana, quæ tempore Victoris tertij, cui Vrbanus ſecundus ſucceſſit, habita fuit: Nam Vrbanus primus centum, plus minus annis Nicænam ſynodum anteceſſit.*

¶ Non eligatur in epiſcopum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus. Cap. IIII.

Iuo par. 5. c. 72. Pann. li. 3. c. 5.

NVllus in epiſcopum eligatur, niſi in.

b ¶ Niſi presbyteri.] inf. 23. q. 4. ſicut excellentiam. contra. vbi dicitur, ꝙ non gradus elegantior, ſed uitæ melioris, &c. Sed dic, ꝙ non tantum ordo cõſideratur, ſed ordo & meritum.

a Quidam dñt, ꝙ nõ licet epiſcopo eligere archidiaconũ aliunde, niſi de eccleſia cathedrali, & hoc p decret. ext. de his, quę fiũt à prę̃la. tua, in prin. ibi, aſſumatur.

NVllus.] CASVS. Dicit Calixtus, ꝙ nullus in præpoſitum, uel archiepiſcopum, uel archidiaconũ eligatur, niſi ſit diaconus, nec aliqs in decanũ uel archipresbyterum eligatur, niſi ſit pſbyter.

INnouamus.] CASVS. Quidã erant electi in archidiaconos, qui nõ erãt diaconi: quidam in archipresbyteros, uel decanos, q nõ erãt presbyteri. Inn. igit ſecundus cõfirmans antiqua decreta prohibet ne hoc de cætero fiat, & ſi q inf. prænominatos ordines exiſtentes pſum pſerint ordinari, ſuſcepto priuentur honore. Itẽ prohibet, ne adoleſcẽtibus, & ĩ minoribus ordinibus conſtitutis, & ĩdignis prædicti conferantur honores.

c ¶ Vel pſbyter.] red de ſingula ſingulis.

d ¶ Ordinari.] Cogitur ergo aliquis recipere ordinem, & ſic eſt contra hoc. 74. diſtin. geſta. ſed illud ratione adiuncti ordinis. 73. diſt. c. ſi.

Ordinem recipere cogitur quis.

e ¶ Ne adoleſcentibus.] Intra xxv. an. 3 ut extra de elect. cum in cunctis. §. inferiora.

1 Vt extra. lib. 6. de æta. & quali. ꝑmittimus.

beat ætatem. 1 Sed his ob. extra de elect. dudum. 1. in fi. ſi uis ſuſtinere dictum H. expone quod dicit illud c. præterea diſpenſatiuè. ſ. ex diſpenſatione canonis. Non ob. cap. dudum. in fi. quia poteſt intelligi de defectu tali, qui impediat promouendum ad talem dignitatem; de quo ibi ſit mentio. vnde dicitur, quod acolythus poſſit eligi ad illam dignitatem, vt videtur dicere littera. ſic ſcilicet intelligenda.

HORVM CASVS. Dicit Gratianus, ꝙ illud qđ dictũ eſt de clericis non promouendis in archipresbyteros, vel decanos, niſi ſint presbyteri, & in archidiaconos, niſi ſint diaconi, ſtatutum fuit ex cauſa. ſ. pp illos q ꝓmoueri contemnebant adeptis dignitatibus. Nam ẽt in epiſcopos diaconi promouentur, quod probatur ſeq. c.

NVllus in epiſcopum.] CASVS. Statuit hic Vrbanus, vt nullus eligatur in epiſcopũ, niſi fuerit ĩ ſacris

3 Nec. n. ferendũ eſt cũ legitimã tutelã agere, C. de legit. tut. l. vlt. Io. de Fant.

Digitized by Google

cris ordinibus conſtitutus. Sacros autē ordines dicimus diaconatum, & presbyteratum, quos ſolum legitur primitiua eccleſia habuiſſe. Subdiaconi uero neceſſitate exigente de licentia Romani pontificis, uel archiepiſcopi, ſi bonæ uitæ fuerint, poſſunt in epiſcopos eligi.

SAcerdotale.] CASVS. Brunichilda Regina Francorum faciebat laicos in epiſcopos promoueri. vnde Gregorius ipſam redarguit, & reprehendit.

f ¶ Subito.] Et ita iniquè, & malè. Iniquitas.n. omnia præcipitat, ut infra de pœn. diſ. 3. inter hæc hircum. ſi tamen

Iniquitas omnia præcipitat.

ſacris [a] ordinibus religioſè viuens fuerit inuentus. Sacros autem ordines dicimus diaconatum, & presbyteratum. Hos ſiquidem ſolos † primitiua legitur habuiſſe [b] eccleſia: ſubdiaconos vero, quia & ipſi altaribus miniſtrant, opportunitate exigente concedimus; ſi tamen ſpectatæ ſint religionis & ſcientiæ. Quod ipſum non ſine Romani Pontificis, [c] vel metropolitani [d] licentia † β fieri permittimus.

† al. ſacros.

† al ſcientia.

Laicus in epm poſtulari poteſt.

a ¶ In ſacris.] Poſtulari tñ poteſt in epiſcopū laicus. 61. diſt. cap. Oſius. & 63. diſ. c. Valentinianus.

b ¶ Habuiſſe.] Supple ſacros nā ēt ſubdiaconatus fuit tpe Apoſtolorum, ut 35. diſt. epiſcopus.

c ¶ Romani pontificis.] Hodie licitè eligitur, ut extra de ætа. & qual. à multis.

Metropolitanus, an poſſit circa ordinem diſpenſare.

d ¶ Metropolitani.] Sicut ergo olim metropolitanus potuit diſpenſare circa ordinem, ſic uidetur. ꝙ adhuc poſſit, cum nō auferatur ei hæc diſpenſatio, ſiue iuriſdictio, argu. extra de ſent. excom. nuper. 1

1 Et iō dñt quidam, ꝙ auctoritate mētis iſtius iuris adhuc hodie poſſit diſpenſare, cū acolytho eadem rōne, & hanc ſententiam videtur ſequi Tanc. Vinc. Gof. & B. extra de ætate & qualit. a multis.

ALETRVM VERO. CASVS. Reſpicit hoc illū. §. horū vnū. ubi dictū eſt aliquē non eſſe eligendum in archidiaconū, niſi ſit diacon⁹, vel in archipresbyterum, niſi ſit presbyter. hoc fuit ſtatutū pp cōtumaciā illorū, qui ꝓmoueri nolebāt Nūc aūt dicit, ꝙ alterū eſt ſtatutū pp ordinis dignitatem. ſ. ut non eligaꝰ in epiſcopū, niſi ſit in ſacris ordinibus.

*Alterum vero, vt in epiſcopum, vel archiepiſcopum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus non eligatur, propter dignitatem ordinis ſtatatum eſt.*

β ¶ Licentia.] *Sic mutatum eſt ex dicto cap. a multis. Iuone, & Panormia, quamuis etiam in vetuſtis Gratiani codicibus legatur,* ſcientia.

## DISTINCTIO LXI.

ITem laici [e] non ſunt in epiſcopos eligendi: ſed per ſingulos ordines prius ſunt probandi.

*Vnde Gregorius Brunichildæ Reginæ Francorum, lib. 7. reg. epiſt. 113.*

¶ Sacerdotes ex laicis non ſunt ordinandi. Cap. I. Anſel. li. 6. c. 77. Poly. li. 2. tit. 1.

SAcerdotale officium veſtris in partibus in tantū) ſicut didicimus) ambitionem perductū eſt, vt ſacerdotes ſubito, [f] quod graue nimis eſt, ex laicis ordinentur.

*Item Hormiſda Papa epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis, epiſt. 3. cap. 1.*

¶ De eodem. Cap. II.

IN ſacerdotibus eligendis curam oportet eſſe perſpicuam. Irreprehenſibiles enim eſſe cōuenit, quos præeſſe neceſſe eſt corrigendis [g] *& infra.* ¶ Longa [h] debet vitam ſuam probatione monſtrare, cui gubernacula committuntur eccleſiæ. Poly. ibidem. Anſel. li. 6. c. 22.

*Item eodem loco continentur.*

ITem laici.] hæc diſt. diuidiꝰ in quatuor partes in quarū prima probat per xvij. auct. ſanctorū, ꝙ ex laicis, licèt ſint boni, non debet creari eps. Scda ibi, Econtra.] Tertia ibi, ſed aliud. Quarta ibi. [Item clerici.] Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur 61. diſt. in qua dr̄, ꝙ laici non ſunt in epiſcopos eligēdi, niſi prius ꝑ ſingulos ordines fuerint probati. & hoc ꝓbatur vſq; ad §. [His omnibus.] Poſtea probatur cōtrariū in eod. §. & ibi dat ſolutionē. Et additur ēt ꝙ clerici alterius eccleſiæ non ſunt præferendi clericis de propria eccleſia benemeritis in electione. Tractatur etiam in vlt. c. di. de uiſitatione eccl.

e ¶ Item laici.] Hic oſtendit, ꝙ laici non ſunt eligendi in epos, ſed poſſunt poſtulari. 2 Item oſtendit, ꝙ tm̄ de propria eccleſia facienda eſt electio. Deinde oſtendit de viſitatore, ꝙ nihil debet præſumere de rebus illius eccleſiæ, cui datus eſt uiſitator. Et not. ꝙ uocat hic laicos illos, qui non ſunt ordinati, & illos qui repente ſunt ordinati, & nec iſti, nec illi ſunt eligendi. Ioan.

2 Vt inf. ea. §. his omnibus in c. Oſius §. ſed aliud.

men neceſſitas eſt, in anno, & dimidio poteſt laicus recipere omnes ordines, ut 77. diſtinctio. monachus. cap. ſequen.

IN ſacerdotibus.] CASVS. Duo prohibet Hormiſda in hoc cap. Primum eſt, laicos in epiſcopos non eſſe eligendos, etiam ſi fuerint probatæ uitæ, & bonæ conuerſationis. probatus enim debet eſſe quis antequam eligatur, & diſcere antequam doceat. Nam reprehenſibilis & emandatus eſſe debet, qui præfertur, & orat pro populo. Secundum eſt, quòd pœnitētes ad gradum epiſcopalem aſpirare non poſſunt: nam præferens memorandi criminis labem non habet lucidam ſacerdotij dignitatem.

g ¶ Corrigendis.] Sic 3. q. 7. iudicet & c. ſeq.

h ¶ Longa.] Sic ſupra 28. diſt. priuſquam.

Non

a NOn negamus.] ¶ Præſtare.] Vnde non petere exēplum, ſed dare dignus erat ad idem. 16.q.1.prædicator.
b ¶ Emendationē.] Sic 8.q.1.qualis.1.q.1.c.viliſſimus.
c ¶ Humilitatis.] Quia nihil ita ſplendet in pontifice ſicut.

Pontifex debet eſſe humilis.

e ¶ Memorandi.] Et hoc propter memoriam præteriti delicti.ſi.25.diſt.cap.vlt. & 48.diſt.c.1. & 3.q.4.c.2. & ff.de decu.l.vlt.
f MIſerum eſt.] ¶ Qui nunquam.] ſup.59.diſt.ordinatos.2.

¶ De eodem. Cap. III.

Anſel.ibidem.
Polyc.ibidem.

NOn negamus eſſe in laicis Deo placitos mores; ſed milites ſuos probatos ſibi quærunt inſtituta fidelium. Diſcere prius quiſque debet, antequam doceat, & exemplum religioſæ conuerſationis de ſe potius alijs pręſtare [a] quàm ſumere. Emendatiorem [b] eſſe conuenit populo, quem neceſſe eſt orare pro populo. Longa obſeruatione religioſus cultus tradatur, vt luceat: & clericalibus obſequijs erudiendus inſeruiat, vt ad venerandi gradus ſummam perductus, quis ſit fructus humilitatis [c], oſtendat. *& infra.* ¶ Nec tantum de laicis conſecrari inhibemus; ſed nec de pęnitentibus quidem quiſquam ad huiuſmodi gradum profanus temerator aſpiret. Satis illi poſtulanti ſit venia: qua conſcientia abſoluat reum, qui ſe peccata ſua populo ſcit teſte [d] confeſſum? Quis enim quem paulo ante vidit iacentem, veneretur antiſtitem? Præferens memorandi [e] † criminis labem, non habet lucidam ſacerdotij dignitatem.

† al. miſerādi. ]orig.

¶ *In pleriſq; vetuſtis Gratiani codicib. caput hoc coniunctum eſt ſuperiori, quemadmodum eſt in ipſa Hormiſdæ epiſtola.*

*Item Innocentius Papa ad Aurelium Carthaginenſem epiſcopum, epiſt.* 12.

¶ De eodem. Cap. IV.

Polyc.ibid.
Anſel.l.6.c.34.

MIſerum eſt, eum magiſtrum fieri, qui nunquam [f] diſcipulus fuit; eum ſummum fieri ſacerdotem, qui nunquam in vllo gradu obſecutus fuerit ſacerdoti.

*Item Leo epiſcopus ad epiſcopos Africanos epiſt.* 85. *al.* 87.*c.*1.

Iuo p.5.c.105.

¶ De eodem. Cap. V.

MIramur tm̄ apud vos per occaſionē tp̄is impacati aut ambientium prępumptionem, aut tumultum [g] valuiſſe popularē, vt indignis quibuſque, & longe extra ſacerdotale meritum conſtitutis, paſtorale faſtigium, & gubernatio eccleſiæ crederetur. Non eſt hoc conſulere populis, ſed nocere, nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen [h]. Integritas.n. præſidentium [i] ſalus eſt ſubditorum; & vbi eſt incolumitas obedientię, ibi ſana eſt forma doctrinæ. ¶ Principatus [k].a autem quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupauit, ēt ſi moribus, atque actib. nō offendit, ipſius † tn̄ initij ſui eſt pernicioſus exēplo. Et difficile eſt, vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. ¶ Quod ſi in quibuslibet eccleſię gradibus prouidenter, ſcienterq; curādum eſt, vt in Dñi domo nihil ſit inordinatum [l], nihilq; præpoſterum; quanto [m] magis elaborandū eſt, vt in electione eius, qui ſupra

1.q.1.c.principatus.
Polyc.ibid.
Anſel.l.6.c.2.
† al ipſo.

MIramur.] CASVS. Quidam archiep̄i quoſdā laicos in ep̄o promouebant occaſione guerræ ſedandæ, & popularis tumultus remouendi: quare Leo Papa eos ex hoc reprehendit, dicens, quod pro nullius perſona faciendum eſt contra decreta ſanctorū patrum. Et quod archiep̄i hoc facere nō dēant, ꝓbat quatuor rationibus. Prima eſt quia qui tales ſublimat, nō cōſulit populo, ſed nocet. Secūda eſt, qa qđ habet malū initium, vix eſt vt bono peragat̄ exitu. Tertia eſt quia ſi minores ordines non dantur ſine diſcuſſione, multo minus ordo epiſcopalis eſt ſine diſcuſſione dandus. Quarta eſt, quia ſi laicus laboris inexpertus notari ſolet ambitus, ſi dignitatem appetat ſecularē multo magis ei⁹ notari ambitus ſolet, q̄ ambit adminiſtrationem diuinorum.

a Ad idē 48. diſtinct.§.1. Sed vī ſufficere ſi per duos mēſes ſit apud magiſteriū. ff. de leg.3.ſeruis.§.ornatricib. Io. de Fan.

g ¶ Aut tumultum.] Arg. ꝙ non eſt deuiādum a iure communi propter tumultū popularem, nec propter ſedandā diſcordiam, vt 62.diſtinct. docendus. 18.q.2.ſi quis abbas 8.q.1. licet.ſic.C.de pœ.l.decurionum, & argu. extra de appe.conſtitutus argum.contra. ff.ad l.Cor.de ſica.l.pen. & 28.diſtin.de Syracuſanæ, & 11.q.3.anteceſſor. & 50.d.vt conſtitueret. extra de reg.iu. qui ſcādalizauerit.

Ius cōe ꝓ tumultū populi non eſt violandum.

h ¶ Diſcrimē.] ideſt periculum.
i ¶ Præſidentium.] ideſt, ſacris officijs deputatorum.
K ¶ Principatus.] Prima. q.1. principatus
l ¶ Inordinatū.] Scil. Eligēdus eſt ecet, vt poti⁹ eligat̄ ille qui diu militauerit in eccleſia, vt j.eo. qđ ꝓderit, vel ēt ille qui eſt in maiori ordine cōſtitutus 3.vt 75.d.c.vl. 3.

Eligēdus eſt magis exercitatus.

1 Nam peccantem publice, &c.45.d. ſed illud. 32.q.3. nemo.

ſicut humilitas, vt 100.diſt.contra morem.
d ¶ Teſte.] Quia publica dicta publico egent remedio delicta vt de pę.d.1.§.hoc ergo. & cap.quamuis.1.

m ¶ Quanto.] Nota quanto res eſt maior tanto maior

89.d.epiſcoporum;

eſt

eſt inquiſitio facienda, vt 59.diſt.ordinatos.& 47.diſt. quantumlibet 42.diſt in.qui cſcamus.& 7.q.2.cap.vl.& eſt hoc contra illos qui dñt, ꝙ in cauſis matrimonialib. nõ eſt ita diſtricta examinatio faciẽda circa teſtes.

capituli ſui vt extra de his quæ fiunt à prælatis, nouit.
g ¶ Multo.] Sic ſupra d.59.cap.vlt.& ſup.ead.in ſacerdotibus.

Quid

omnes gradus conſtituitur,non erretur? Nam totius familiæ Domini ſtatus,& ordo nutabit; ſi quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Vbi eſt illa Beati Pauli Apoſtoli per ſpiritum Dei emiſſa præceptio? qua in perſona Timothei omnium [a] ſacerdotum Chriſti numerus eruditur; & proinde vnicuique noſtrum dicitur: [Manus cito nemini impoſueris, neq; communicaueris peccatis alienis.] Quid eſt β cito [b] manus imponere niſi ante maturitatem ætatis,ante tempus examinis, ante maritum laboris †, ante experientiam diſciplinæ ſacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid eſt communicare peccatis alienis: niſi talem effici ordinantem, qualis ille eſt, qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis ſibi comparat fructum, qui rectum tenet † in eligendo ſacerdote iudicium; ita graui ſemetipſum afficit damno qui ad ſuæ dignitatis collegium ſublimat indignum.Non.n.in cuiuſquam perſona [c] prætermittendũ eſt, quod inſtitutis generalibus continetur: nec putandus eſt honor ille legitimus, qui fuerit contra † diuinæ legis præcepta collatus. *& infra*. ¶ Merito ſanctorum Patrum venerabiles ſanctiones, cum de ſacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos ſacris adminiſtrationibus cenſuere, quorum omnis ætas a puerilibus exordijs vſq; ad perfectiores † annos per diſciplinæ eccleſiaſticæ ſtipendia cucurriſſet: vt vnicuique teſtimonium prior vita præberet, nec poſſet de eius prouectione dubitari; cui pro laboribus [d] multis,pro moribus caſtis, pro actibus ſtrenuis celſioris loci præmium deberetur.¶ Si.n.ad honores mundi ſine ſuffragio temporis, ſine merito laboris indignũ eſt peruenire, & notari ambitus ſolent; quos probitatis documenta [e] non adiuuant; quam diligens, & quam prudens habenda eſt diſpenſatio diuinorum munerum, & cęleſtium dignitatum?

Anſel.l.6.c.35.

1.*Tim.5.*
inf.diſt.78. quid eſt manus.
† *al.obedientia.*

Polyc.ibidem.

† *al.ſectatur.*

† *de prauaricatione collatus.*] orig.

† *al.prouectiores.*

α † Principatus.] *In pleriſque manuſcriptis Gratiani codicib.legitur.*principatus,& cætera:& infra.Quòd ſi,&c. *Id autem factũ videtur, quia inf.*1.q.1.*c.principatus.citatur hic verſiculus prout notatur in gloſſa, quæ in illis etiam vetuſtis exemplaribus eſt: in quibus aliæ gloſſæ non habentur.*

β † Quid eſt.] *Sic in iyſdem manuſcriptis legitur.* Quid eſt cito manus imponere, &c.& infra:Sic vt enim. *& in margine citatur*,inf.diſt.78.c.quid eſt manus.

*Item ex concilio Laodicenſi,c.12.*

¶ Non ſunt eligendi ad epiſcopatum, niſi quos probabilis vita commendat. Cap. VI.

EPiſcopum non oportet præter iudiciũ metropolitanorum, & finitimorum epiſcoporũ conſtitui [f] ad eccleſiæ principatũ. Nec eligantur,niſi hi,quos multo [g] ante nota probabiliſq; vita commendat; & nihilominus, ſi in ſermone fidei, & † recta operatione per ſuam cõuerſationem fuerint probati.

ſu.di.24.c.epiſcopi.

† καὶ τῆ τοῦ ἐυθὲος λόγου πολιτέια.

a ¶ Omnium.]Arg. quod vni dicitur, ad alios extenditur, vt dixi.38.d.ignorãtia. Etarg.32.q.7.apoſtolus, & 31.q.1.qđ.ſi. & C.de naturali. liber.auth.itẽ ſi quis.
b ¶ Quid eſt cito.]vt 78.diſt.c.quid eſt manus, & 86.d.tanta.
c ¶ Perſona.]Nota ꝙ pp perſonam 1 non recedit a iure cõi, vt hic 50. d.ex pęnitentibus, & 89.diſt. ſingula 59. diſt. hoc ad nos.tamen quandoq; receditur a iure pp perſonam, vt fuit in Auguſtino,vt 7.q.1.non autẽ. Itẽ pp ſcandalum,quod timetur in perſona, vt 23.q.4.nõ poteſt. Similiter pro miſeratione,perſonę,vt 86. diſt.tanta. Sed dic ꝙ ibi pſonæ fauore nõ receditur a iure: ſed pp vtilitatẽ prouenientem ex perſona.
d ¶ Pro laborib.] Nota ꝙ eo ipſo ꝙ qs electus eſt,præſumitur eſſe melior alijs vt diſt.94. c.1.& diſ. 59.c.1. & 40.diſ.c.1. Ar.cõtra.8.q.1.illud.
e ¶ Documẽta.] Hic mala vita probat aliquẽ ambitioſe puenisse ad dignitatẽ: ſic econuerſo merita alicuius excuſant ipsũ de ambitione, vt 1.q.1. quibuſdam 2.

Epiſcopum.] CASVS. Dicitur in hoc cap.quod epiſcopus conſecrari non debet ſine conſcientia & iudicio metropolitani, & ſuorum ſuffraganeorum, & quod non debet eligi niſi probatæ vitæ & qui ante longo tẽpore probatus fuerit in ſermone fidei, & conuerſatione.
f ¶ Cõſtitui.] Ideſt, conſecrari ſolus.n. non debet conſecrare epiſcopũ, licet ſolus ipſum poſſit confirmare, vt 64.diſt.c. 1.& 51.di.c.vl. dum tamẽ adſit cõſenſus

Ius cõe propter perſonã non eſt relinquendum.
1 Ideſt,ꝓpter amorem perſonæ non receditur.i.nõ debet recedi ſic no.1.q.7. §.pro perſona.

Electio facit quem præſumi meliorẽ.

2 Et eſt bonũ.ſ.ad hoc quod hic dĩ. 1.q.7. ſancimus.1.reſpõſo. C. de re. mili. ad fi. Io.de Fan.

QVid proderit.] CASVS. Cæleſtinus redarguit omnes, qui laicos eligunt vel ordinant in epõs, quia ſi hoc fieret, nihil prodeſſet clericis diu in caſtris Dominicis militaſſe: quare prohibet, ne hoc de cœtero fiat, ſi contra fiat, pœnam depoſitionis minatur promouentibus & promotis.

a ¶ Proderit.] Nota, quod licitũ eſt alicui ſeruire in eccleſia ſpe ſtipendiorũ, ut ſu. 59. diſt. officia, & 74. diſt. conſuluit. Arg. contra. 8. q. 1. ſunt in eccleſia, & 12. q. 1. habebat. 1. Sed dic quòd ſperare poteſt, dum tamen non principaliter ad hoc ſeruiat, vt 77. diſtin. in ſingulis, & 8. q. 1. qui epiſcopatum.

b ¶ Alienum.] Id eſt, alijs debitum: ſic ſupra 13. diſtin. c. 1. ff. de adop. l. ſi.

1 Itẽ argu. contra extra de elec. cum ad noſtram. ibi de hoc, & adde quod not. 59. diſt. hoc ad nos Arch.

*Item Cæleſtinus ad epiſcopos Apuliæ, & Calabriæ, epiſt. 3. c. 2.*

De eodem. Cap. VII.

Nicol. ad Mic. Imp. in epiſtola, q incipit. *Principatum* Polyc. ibidem. Anſ. l. 7. c. 53.

† *al. præpoſtero.*

QVid proderit [a] per ſingula clericos ſtipendia militaſſe, & omnẽ egiſſe in Dominicis caſtris ætatem? ſi hi, qui præfuturi ſunt, ex laicis requirantur? qui vacantes ſæculo, & omnem eccleſiaſticum ordinem neſcientes, ſaltu præpropero † in alienum [b] honorem ambiunt immoderata cupiditate tranſcendere, & in aliud vitæ genus (calcata reuerentia eccleſiaſticæ diſciplinæ) trãſire? Talibus itaque fratres chariſſimi, qui iuris noſtri, id eſt canonum gubernacula cuſtodimus neceſſe eſt obuiemus; hiſque fraternitatem veſtram epiſtolis commũnemus ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat, & ſinat fieri; vnde, & illum decipiat, & ſibi cauſas generet, quibus reus conſtitutorum † decretalium fiat.

† *conſtitutis decretalibus.* orig.

*Item Leo, epiſt. 85. al. 87. c. 1. ad epiſcopos Africanos.*

¶ Rudibus, & imperitis gubernacula eccleſiæ non ſunt committenda. Cap. VIII.

Polyc. Ibidem Anſ. l. 6. c. 138. Iuo p. 5. c. 105. in fine.

STatuimus [a], ne in aliquo Apoſtolica, & canonica decreta violentur; & ne his eccleſia Domini regẽda credatur, qui legitimarum inſtitutionum neſcij †, & totius humilitatis ignari, non ab infimis [c] ſumere, incremẽtum, ſed à ſummis volunt habere principium, cum valde iniquum ſit, & abſurdum, vt imperiti magiſtris, noui [d] antiquis, & rudes præferantur emeritis.

† Concor. text. in authen. de defen. ciuita. cũ bon. gl. in uer. maximorum, in §. quæ igitur, coll. 2.

[a] ¶ Statuimus.] *In epiſtola ipſa coniunguntur verba huius capitis cum extremis verbis capitis*, Miramur, *ſupra eo hoc modo*: quam diligens, & quam prudens habenda eſt diſpenſatio diuinorum munerum, & cœleſtium dignitatum; ne in aliquo apoſtolica, & canonica decreta violentur, & his eccleſia Domini &c. *totaque oratio per interrogationem profertur.*

*His omnibus [e] auctoritatibus laici prohibentur in epiſcopatum eligi.*

2 *Econtra Beatus Nicolaus ex laico electus eſt in epiſcopũ: beatus Seuerus ex lanificio aſſumptus eſt in archiepiſcopũ: beatus Ambroſius, cũ nondum eſſet baptizatus, in archiepiſcopum eſt electus.* ¶ *Sed ſciendum eſt, quòd eccleſiaſticæ ꝓhibitiones proprias habẽt cauſas, quibus ceſſantibus ceſſant, & ipſæ †. Vt enim laicus in epiſcopum nõ eligeretur, hæc cauſa fuit, quia vita laicalis eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem non erudita neſcit exempla religionis de ſe præſtare alijs, quæ in ſeipſa experimento nõ didicit. Cum ergo quilibet laicus merito ſuæ ꝑfectionis cleri-*

† Concor. l. generaliter. C. de epiſ. & cle. & l. ſi pater. C. de hę. inſti.

Eccleſiæ ſeruire ſpe ſtipendiorũ licet.

STatuimus.] CASVS. Dr̃ in hoc c. ꝙ illis eccleſia regẽda non debet committi, qui neſciũt legitimas inſtitutiones, & q in minoribus ordinibus incremẽtũ non ſuſceperunt, ſed a ſummis volũt habere principium; cum abſurdũ ſit, ut imperiti magiſtris, & noui antiquis præferantur.

c ¶ Ab infimis.] Sic 48. diſt. ſicut.

d ¶ Noui] Seniores in eccleſia ſẽꝑ præponendi ſunt iunioribus ĩ electione 2. ſ reſponſione, in ſubſcriptione, ut 75. diſ. ca. ult. & 74. diſt. epiſcoporũ. & 17. diſt. §. hinc etiam & c. ſequenti. 96. diſ. bene quidem.

2 De hoc. no. 85. diſt. Arch.

HIS OMNIBVS. CASVS. ſup. probatũ eſt laicos nõ eſſe eligendos. Nunc autẽ probatur contrariũ tribus exemplis. ſ. Nicolai, Seueri, & Ambroſij, ſed hanc contrarietatẽ ſoluit Gratianus, dicens, ideo eſſe prohibitũ laicos promoueri, quoniam laici inſcij eſſe conſueuerunt, & imperiti; ſed ſi periti ſũt & clericos in bonitate tranſcẽdunt, eligi poſſunt & promoueri exemplo Nicolai, Seueri & ambroſij. Et hãc ſolutionem probat ſequens cap.

e ¶ His omnibus.] Hæc ſolutio non ualet, qa laicus quantumcunque ſit ꝑfectus, non eſt eligendus, ſed tantum poſtulandus, ut inf. ca. obitum, & ſup. ca. in ſacerdotibus. & ſup. diſt. 59. hoc ad nos, quod autem dicitur de his tribus, nõ obſtat, quia diuina inſpiratione fuit factũ 4. q. 3. §. ult. 3. ueldit quòd iſti poſtulati fuerunt.

ECONTRA. Hæc eſt 2. pars, in qua probat contrarium ſupradictis. Ioan. de Fan.

3 Suba[illegible] cui nemo [illegible]gne reſiſtere pot. 19. q. 2. c. 2.

NEophytus.] CASVS. Vercellenſes vituperabant electionem Ambroſij; quia neophytus erat, & neophytos Apoſtolus prohibuit ordinari. Sed reſpondet Ambroſius hoc ideo eſſe prohibitum ab Apoſtolo, quia neophyti conſueuerunt propter honores ſuperbire: ſed ſi humiles inueniātur, poſſunt ordinari, quia ceſſante cauſa ceſſare debet effectus, vnde occidentales epiſcopi electionē ſuā legitimā eſſe iudicauerunt: & orientales eam exēplo approbauerunt: qui multos tales elegerunt.

k ¶ Presbyteri.] Hoc totum non poteſt fieri intra tres menſes: & ita differri poteſt conſecratio epiſcoporum, quandoque vltra annum, vt 7.q.1. conſtitutum, & 28.d. de Syracuſanæ.

Conſecratio epiſcoporū. qñq; differtur vltra annum.

SED ALIVD. Hæc eſt tertia pars diſtinct. in qua diſtinguit, & bene. Ioan. de Fan.

*calem vitā tranſcendit; exemplo beati Nicolai, & Seueri, & Ambroſij, eius electio poteſt rata haberi.*

*Vnde idem Ambroſius in epiſtola 82. ad Vercellenſes ait de ſe ipſo.*

## Cap. IX.

NEophytus prohibetur ordinari, ne extollatur in ſuperbiā [a] Sed ſi non deeſt humilitas competēs ſacerdotio; vbi cauſa [b] non hæret, vitium nō imputatur. Itaq; ordinationem meam occidētales epiſcopi iudicio [c] oriētales etiam exemplo [d] probarunt †.

† Concor. l. 1. §. ſexum. cū ibi, not. ff. de poſtu. & l. ſi militem. cum gl. C. de condi. ob. cau.

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus caput hoc coniunctū eſt ſuperiori. Nam Gratianus (quod ſæpe facit) ſententiā potius beati Ambroſij afferre voluit: quam ipſa omnino atque eodem ſeruato ordine verba referre: locus enim integer ſic habet.* Quam reſiſtebam, ne ordinarer; poſtremo cum cogerer, ſaltem ordinatio protelaretur. Sed non valuit præſcriptio, valuit impreſſio. Tamen ordinationem meam occidentales epiſcopi iudicio; orientales etiam exemplo probarunt. Et tamen neophytus prohibetur ordinari, ne extolatur ſuperbia. Si dilatio ordinationi defuit; vis cogentis eſt: ſi non deeſt humilitas competens ſacerdotio, vbi cauſa non hæret, vitium non imputatur.

*Item obijcitur illud Sardicenſis concilij, c. 13.*

¶ Scholaſticus ex foro; aut ex adminiſtratione poſtulari poteſt epiſcopus. Cap. X.

OSius epiſcopus dixit. Et hoc neceſſariū arbitror, vt diligētiſſime tractetur: ſi forte aut diues laicus [e] α, aut ſcholaſticus [f] de foro [g] aut de † adminiſtratione [h] β epiſcopus fuerit poſtulatus; vt non prius ordinetur, niſi ante & lectoris [i] munere, & officio diaconi, aut presbyteri [k] fuerit perfunctus: & ita per ſingulos gradus (ſi dignus fuerit) aſcendat ad culmen epiſcopatus.

Burc. l. 1. c. 27. Iuo. p. 5. c. 71. † al. ex adminiſtratore.

α ¶ Laicus.] *Abeſt vox iſta a concilio: ſed ob gloſſam non eſt inducta.*

β ¶ De foro, aut de adminiſtratione.] *Græcè tantummodo eſt, ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς.*

*Sed aliud eſt [l] poſtulari, aliud eligi: poſtulatur nexibus curiæ adſtrictus ab Imperatore; clericus alterius ciuitatis a ſuo epiſcopo; ſed non eligitur aliquis niſi in ſacris ordinibus conſtitutus. Fit enim electio cū ſolēnitate decreti omniū ſubſcriptionib. roborati; poſtulatio verò ſimplici pe*

In ordine Romano.

a ¶ Superbiam.] ſu. 48. d. quoniam.

b ¶ Cauſa. Videtur ergo quod vbi prohibetur electio ex cauſa, quod ceſſāte illa cauſa poſſit fieri electio, vt hic, & 28. diſt. de Syracuſanæ. 1. q. 1. quod pro neceſſitate. Arg. contra 32. q. 1. dixit, & 19. q. 2. duæ ſunt. Vno modo ſic poteſt exponi, ceſſante cauſa ceſſat, & conſtitutio, id eſt, quando cauſa ceſſat actu, & exemplo, id eſt, vt non poſſit trahi in perniciem exempli 1, 64. diſt. §. verum. Vel dic, quod ceſſat circa perſonā illam ad hoc tantùm, vt diſpenſari poſſit ſecū. Vel dic, quod tunc ceſſat, quādo hoc in iure exprimitur, quod ceſſare debeat: vel dic, qñ omnis cauſa ceſſat, & impulſiua & finalis, & efficiēs & occaſionalis: tunc ceſſat conſtitutio. ff. de poſt. l. 1. §. ſexū.

Conſtitutionis cauſa ceſſante an ceſſet ipſa cōſtitutio.

a Arg. ff. de pœnis l. ſi quis aliquid §. abortionis. 1. q. 1. principatus.

c ¶ Iudicio.] id eſt, per ſententiam.

d ¶ Exemplo.] Similes ordinādo: ſed diſpenſatiuè, & ſic planum eſt.

OSi°.] CASVS. dicitur in hoc ca. quod ſi diues, vel literatus laicus, vel qui curialis fuit in epiſcopum poſtulatus, nō debet cōſecrari, niſi per ſingulos ordines fuerit ligitimè approbatus, deinde poterit ad epiſcopatum aſcendere.

e ¶ Aut diues laicus.] Qui de ſuis facultatibus aliquid dedit eccleſiæ, nō tamen eſt recipiendus ideo; niſi alias dignus ſit, vt 1. q. 13. ex multis, nec enim diuites ſunt reijciendi, vt 30. diſt. hæc ſcripſimus.

f ¶ Scholaſticus.] Id eſt, literatus.

g ¶ De foro.] Scilicet cauſarum eccleſiaſticarum.

h ¶ De adminiſtratione.] Ciuili vel curiali.

i ¶ Aū & lectoris.] inf. 77. d. quicunque & 18. q. 2. quod ſit.

CASVS. Nunc aſſignat Gratianus differentiam inter poſtulare & eligere. Nam poſtulatur qui eſt alteri ſubditus laicus vel clericus, & fit hoc ſimplici petitione. Ille vero eligitur qui eſt in ſacris ordinibus conſtitutus & hæc electio fit cum ſolennitate decreti. Vt hæc differentia probatur ſequenti capitulo.

l ¶ Sed aliud eſt.] Poſtulatio fit his verbis, petimus vt facias te promoueri, quia volumus te eligere, & tunc dicitur poſtulari à ſeipſo. Ab alio autem fit poſtulatio, vt

Poſtulatio qualiter fiat 2. De hoc ſatis no. Inn. extra de poſtu. c. fi. ibi videas. 2.

Digitized by Google

vt ſi cleric[illegible] vel laicus, ſit de epātu alterius: tunc poſtulatur ab epō loci, ut 71. diſt. primatus. & etiā a ſeipſo, quia vnius conſenſus non ſufficeret. Si autē laicus diceret: nolo tonſurari, niſi certus ſim de electione, vel clericus diceret: nolo ordinari, niſi certus ſim de epātu: de hoc.

bonæ. 2 Itē clericus alterius eccleſiæ bene poteſt eligi ſed poſt electionem eſt poſtulandus, vt 76. diſt. dilectionis. 63. diſt. litteras 85. diſ. Florentinū. Sed laicus primo eſt poſtulādus: deinde eligēdus ext. de ele. in cauſis.

EPiſcopus. ] CASVS. Quidā canonici volebant quendam clericum alterius ciuitatis poſtulare in epiſcopum. præcepit ergo Gregorius cuidam epō viſitatori illius eccleſiæ, ut prius poſtulet, & poſtea eligat: deinde Romā cum ſolēnitate decreti, & cum epiſtola viſitatoris conſecrandus occurrat.

blicatū, ab ea poſtulatione recedere non poſſunt, & ita no. Hu. extra de poſtul. c. vlt. de elec. in cauſis in glo. vlt. & c. publicato.

Et alibi ſæpe. & infra ead. c. obitu.

*titione. Quam diſtinctionem B. Gregorius innuit in regeſto, lib. 2. epiſt. 19. ſcribens Benenato epiſcopo.*

¶ Electio epiſcopi debet fieri cum ſolemnitate decreti, omnium ſubſcriptionibus roborati. Cap. XI.

EPiſcopus,[a] dum fuerit poſtulatus, cū ſolemnitate decreti ſubſcriptionibus [b] omniū roborati, & dilectionis tuæ teſtimonio literarum ad nos ſacrādus occurrat.

*Sic beatus Ambroſius α ante ſuſceptum baptiſma ab Imperatore eſt poſtulatus, non electus.*

α¶ Ambroſius.] *Quòd ſynodus elegerit Ambroſium, & non Imperator; oſtenditur in c. Valentinianus. infra diſ. 63. Ac de ſua electione ipſemet Ambroſius refert aliqua lib. 1. offic. cap. 1. & de pœnit. lib. 2. cap. 8. & in epiſtola ad Vercellenſes.*

*4 Item clerici alterius eccleſiæ non ſunt præferendi in electione iis, qui benè militant in propria eccleſia. Vnde Cæleſtinus Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2. c. 4.*

¶ Extranei emeritis in ſuis eccleſiis non præponantur. Cap. XII.

Poly. ibidem. Anſe. l. 6. c. 11. Deuſdedit p. 1.

NEc emeritis [c] in ſuis eccleſiis clericis, peregrini, & extranei, & qui ante ignorati ſunt, ad excluſionem eorum, qui benè de ſuorum ciuium merentur teſtimonio, præponantur.

*Idem ead. epiſt. c. 5.*

Deuſdedit ibi. Polycar. ibidem. Anſel. l. 6. c. 25. Burch. l. 1. c. 7. Iuo par. 5. c. 61. Pann. l. 3. c 7.

¶ De eodem. Cap. XIII.

NVllus.

a ¶ Epiſcopus. ] id eſt, dum aliquis poſtulatur, ut fiat eps, vt 63. diſt. literas.

b ¶ Subſcriptionib. ] in quibus cōtinetur de vita electi. vt i. ea. Catinenſis. & 7. q. 1. qualiter. Sed nunquid adeo requirit hoc decretum, vt electio ſine decreto facta ſit nulla? Videtur, quod ſic, ut hic, & 47. diſt. de Petro. & 2. q. 1. legū. & 7. q. 1. qualiter. & 8. q. 3. talia. & 12. q. 2. ſine exceptione. & 63. diſ. quanto. Sed dico, quod licet i electione requirat decretum cū ſubſcriptionibus canonicorū: tñ electio facta ſine ipſo tenet. Duab. n. de cauſis fit ſubſcriptio: vna cauſa ut ſi quis vellet uariare uota ſua, inciperet ei obuiare propria confeſſio, vt 1. q. 7. ſaluberrimum, alia rōne, ut per ſubſcriptionem ſciatur, an omnes canonici fuerint preſentes in electione, arg. extra de his, quę fiunt à prælat. quanto. in fi. licet ergo ſcriptura requiratur in electione: tñ ſi fiat ſine ipſa, tenet. & eſt ſimile. Nam in matrimonio multa requiruntur interuenire, & tñ ſi non interueniāt, tenet matrimonium. 30. q. 5. noſtrates. Io. contra. extra de elect. innotuit. B.

Electio facta ſine decreto tenet.

Beneficij ſpe ordinē recipiēs nō peccat.

de hoc nullum pactum eſt interponendum, vt 59. diſt. hoc ad nos & 16. q. 7. per laicos. nec peccat, qui hac ſpe recipit ordinem, dum tñ principaliter eo propoſito nō ordinetur: ſed ad hoc vt poſſit prodeſſe. 8. q. 1. ſunt in eccleſia. Si ergo clericus eſt de eodem epātu, ille non poſtulatur, & eſt monendus, & ēt cogendus ſuſcipere ſacros ordines, vt infra ea. bene. ſed laicus de eodem epātu a ſeipſo poſtulat, vt ſu. ea. Oſius. Ille aūt à quo poſtulatur, nō cogitur dare poſtulatū niſi uelit, ut 63. d. literas. 85. d. archidiaconū. 76. diſt. dilectionis. in auth. de ſan. epiſ. §. nullū. coll. 9. pōt tñ per ſuperiorē cogi, vt ipſum det qñ non ſubeſt iuſta cā omittendi. arg. extra de iure patr. nullus. Sed quæro ad quem titulum ordinetur iſte, cum adhuc non ſit electus, nec aliquod habet beneficium? dico ad titulum eccleſiæ, ad quem eſt poſtulatus. Pone ergo, quod alium poſtea eligant, hoc enim facere pñt, quia per poſtulationē non eſt ius quæſitum poſtulato, ut extra de poſtula. bonæ. & ca. poſtulationē. & ita tenebit electio alterius. Dico, quod licet nil iuris ſit quæſitum poſtulato, tñ poteſt eos conuenire, vt prouideant ei in ſtipendio conuenienti, ut extra de iure pat. paſtoralis. non enim debuerunt mutare conſilium in alterius iniuriam, vt 22. q. 2. primum. ff. de reg. iur. nemo. ſi autem nondum elegerunt alium, poteſt eos conuenire, vt eligant ipſum ad illum epiſcopatum, & hoc modo poteſt dici, quod poſſunt uariare, ſi aliquis a ſeipſo poſtulatur: ſi uero poſtulatur a ſuperiore, & poſtulatio præſentata 1 eſt ei, & ille conſentit; ſatis poteſt dici, quod non poſſunt variare poſtulationem, ut extra de poſtu.

Poſtulatus poteſt poſtulantes conuenire, ut ſibi prouideant.

1 Maximè poſtquam fuerit Scrutinium pu-

SIC BEATVS. CASVS. Dicitur hic, quod ſupradicto modo fuit Ambr. poſtulatus ab Imperatore, & non electus. Et contradicit iſte §. illi. §. ſup. his omnibus. Item probat Gratianus, quod clerici alterius eccleſiæ non ſunt preferendi illis, qui in propria eccleſia benè militauerunt, quod probat per ſequentia capit.

ITEM CLERICI. Hæc eſt 4. pars diſtin. in qua probat quandam incidentiam. & dicitur, quod nullus alterius eccleſiæ debet eligi, niſi primò omnes clerici illius eccleſiæ fuerint reprobati. Ad ſecundum inducit ſeptem auctoritates ſupple hic, niſi maior pars eligat aliunde quia licitum eſt eis renunciare iuri ſuo. extra de elect. cum inter. Ioan. de Fant.

NEc emeritis. ] CASVS Dicitur in hoc c. quod ignoti & extranei non debēt pponi benè in ſua eccleſia militantibus, & qui habent bonū teſtimoniū ciuiū eorū.

c ¶ Emeritis. ] Id eſt, benè meritis in vita & ſcientia. 1. q. 1. utiliſſimis.

NVllus. ] CASVS. Quæſitum fuit à Cœleſtino, an clericis inuitis epiſcopus dari debeat de aliena eccleſia?

eleſia? Et reſpondetur ꝙ non, ne alter ſubripiat honorem alterius. Clerici enim debent habere liberam electionē; & tunc de aliena eccleſia eligantur: qñ in propria nullus inuenitur idoneus, & clerici, ſe viderint in hoc prægrauari, ſit eis facultas appellandi, & contra dicendi.

de hoc not. extra de elect. cum inter canoni…s. Sed qđ ſi omnes eligunt de aliena eccleſia præter vnū, qui eligit de propria? Hic dico non valere electionem vnius: quia nullum de propria poteſt eligere cum quilibet eorum conſenſit in alium: vnde in ſeipſum non poteſt con-

Epiſcopus an iuitis poſſit dari.

inuitis [a] detur epiſcopus. Cleri, [α] plebis, & ordinis conſenſus, & deſiderium requiratur. Tunc autem alter de altera eligatur eccleſia; ſi de ciuitatis [b] ipſius clero, cui eſt epiſcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire nō credimus[c]) poterit reperiri. Primum enim illi reprobandi ſunt; vt aliqui de alienis eccleſijs meritò præferantur. Habeat vnuſquiſque fructū [d] ſuæ militiæ in eccleſia, in qua ſuam per omnia officia trāſegit ætatem. In aliena ſtipendia minime alter obrepat: nec alij debitam alter ſibi vendicare audeat mercedem. Sit facultas clericis retinēdi, ſi ſe viderint ꝑgrauari, & quos ſibi ingeri ex trāſuerſo agnouerint: non timeāt refutare. Qui etſi non debitū præmium, [e] vel liberum [f] de eo, qui eos recturus eſt, debent habere iudicium.

α ¶ [Cleri.] *Hinc vſque ad verſ.* Tunc *ſunt addita ex orig. & feruntur infra 63. c. cleri.*

## PALEA Cap. XIIII.

Ex regula S. Benedicti, c. 64.

IN ordinatione prępoſiti illa ſemper cōſideretur ratio, vt hic conſtituatur, quem ſibi omnis concors cōgregatio ſecundum timorem Dei, ſiue etiam pars congregationis (quamuis parua) ſaniori conſilio elegerit. Vitæ autem merito, & ſapiētia eligatur, qui ordinandus eſt, etiā ſi ultimus fuerit in ordine congregationis. Quòd ſi etiā omnis congregatio vitijs ſuis (quod abſit) conſentientē perſonam pari cōſilio elegerit, & vitia ipſa aliquatenus in notitiā epiſcopi, ad cuius dięceſim pertinet locus ipſe, vel † ad alios vicinos prępoſitos, vel Chriſtianos claruerint; prohibeant prauorum prȩualere conſenſum, & domui Dei conſtituant dignum diſpenſatorem.

† *vel abbatibus, vel Chriſtianis vicinis claruerint.*

a ¶ Nullus inuitis.] à principio. ſed ſi ꝑ negligentiam neminē elegiſſent, benè daretur eis inuitis ut 89. diſ. volumus. ſimiliter vbi minor pars cōtradicit, nec habet iuſtam cauſā contradictionis, benè datur eis epiſcopus inuitis. Idē poteſt dici de laicis, ꝙ eis inuitis non eſt dandus epiſcopus ſi hñt iuſtā cauſam cōtradictionis, vt 63. diſt. ſi forte. De hoc no. 23. diſ. c. illud

Electio an poſſit fieri đ eo, qui non eſt de gremio.

b ¶ Ciuitatis.] Nunquid per hoc intelliges prius clericos totius ciuitatis vel dięceſis eſſe reprobandos? Vī ꝙ ſic, ut ī. 63. diſt. ſacrorum & c. plebs. & c. noſſe. & extra de vſu. pal. cū ſup, illi enim vidētur. eſſe de aliena eccleſia, cum totū nō ſit aliud à parte, ut ext. de elect. cū nobis olim. & q incōtinentibus ędificijs demorantur, Romæ morari uidentur, ut ff. de verb. ſig. l. qui incontinentibus. & l. ędifica. & l. pupillus. §. incola. ſicut ī tutela reprobandi ſunt oēs de ciuitate antequam eatur ad vicinas ciuitates, vt ff. de tut. & cur. l. diuus. & pręſes debet eſſe de diœceſi, ut C. de incol. l. verum. li. 10. & hoc concedit H. Sed credo ſufficere, quod reprobati ſunt omnes de maiori capitulo. arg. extra de uerb. ſig. cum clerici. & de reſcript. cum Rodulphus. Sed quid, ſi maior pars eligit extraneum, & minor eligit de gremio ſuo? 1 Videtur quod hic præualebit electio paucorū, ut 7. q. 1. denique. nam in poſtulatione omnes erant concordes, vt 63. diſt. literas. Io. Sol. hoc falſum eſt. ſufficit enim, ꝙ duæ partes conſentiant in poſtulatione de elect. ſcriptum. B. Item minor pars iuſtam habet cauſam contradicendi. Vnde licet ſint pauciores, auditur eorum contradictio, ut extra de his quę fi. à maior. par. cap. cum in cunctis 31. diſt. Nicæna. Arg. cōtra extra de elect. cū nobis olim. & c. cum inter. Dico tenere electionem minoris partis, cum eligunt ſecundum formam canonum de ſuo gremio. Vnde ſi diuerſi ſunt clerici: prius examinatur ille, qui eſt de propria, q̄ qui eſt de aliena eccleſia, vt diſt in. 85. archidiaconum Florentinum. Nec obſtant præmiſſæ decre. Ideo enim tenuit ibi electio maioris partis, qa nullus fuit ibi ex aduerſo electus. Sed adhuc ob. extra eo. tit. in cauſis. ubi præualet poſtulatio trium de aliena eccleſia electioni duorum de propria. Sed hoc fuit propter formam mandati: quia ita conuenerant, et in quem maior pars conueniret, ille eſſet potior, & conſentire. Item quid ſi data eſt aliquis poteſtas vt eligant, & ipſi poſtulant extraneum? Tenet poſtulatio. vt extra de renunc. poſt tranſlationem. extra de elect. in cauſis. de poſtul. bonæ. licet, autem apertè ſint egreſſi fines mandati, tñ fecerunt id, quod eſt vicinum mandato, ut ff. iudi. ſol. iam tñ §. ult. Ioan. Quidquid dicat Ioan. eius opinio non ſeruatur de electione. 2 minoris partis de eadem eccleſia. vnde cum totum capitulum facere uideatur, quod fit à maiori parte capituli, vt extra de his quæ fi. à maio. par. cap. cum in cunctis: tenebit electio extranei, vt dicit T. per decre. ſuperius allegatas: quia multa fieri non debent, tamen facta tenent: nam melior eligi debet, ut 8. qō. 1. licet tamē: ſufficit ſi bonus eligatur, ut extra de elect. cum nobis. & cap. cum dilecti. & C. de ſtatu. & ima. l. ult. Bar.

1 Ad hoc extra de electio. c. eccleſia 2. ubi de hoc plene ꝑ Phi. Arg. cōtra eo. tit. licet. in fi. De hoc not. 23. diſt. cap. 1. in glo. ergo aliquis. ibi uideas.

2 Idē ſentit Goff. ext. de elect. in cauſis.

c ¶ Non credimus.] No. benignam præſumptionem, ꝙ ſemper præſumitur, ꝙ aliquis ſit dignus in eccleſia, ut inf. ea. obitum.

d ¶ Fructum.] Sic. ff. de adopt. nec ei. §. præterea.

e ¶ Præmium.] Scilicet obtinet, ut aliquis de ipſis eligatur. Per hoc uidetur, quod licet aliqui perdiderint ius eligendi, quod poſſunt excipere contra illum, qui datur eis: videtur tamen, quòd excipere non poſſunt, ſed tantum agere, ut extra de app. conſtitutus, in fi.

f ¶ Vel liberum.] Vel, ideſt, ſaltem.

Studij ]

a ¶ [Palea.] *Hac palea abeſt ab omnibus vetuſtis exemplaribus Gratiani, quæ ſunt collata. Extat autem in regul. S. Benedicti, ex qua nonnulla ſunt emendata.*

*Item Gregorius clero, & nobilibus ciuibus Neapolitanis lib. 8. reg. epiſt. 40.*

¶ De eodem. C. XV.

Anſ. l. 6. c. 13.

STudij veſtri, ſit etiã alium, qui aptus ſit, prouidere, vt † ſi forte Petrus; quem à vobis electum aſſeritis, huic ordini non videatur idoneus; ſit in quem † ſe veſtra declinare[a] poſſit, electio. Nam graue cleri illius erit opprobrium, vt ſi hic fortaſſe approbatus non fuerit, aliũ ſe dicant, qui eligi debeat, non habere.

† quo ] orig. † vt ſi forte huic ordini hic non videatur idoneus. ] orig.

*Item Gregorius Barbaro epiſcopo, lib. 11. epiſt. 16.*

¶ De eodem. Cap. XVI.

Io. dia. l. 3. c. 22. Deuſdedit p. 1. Anſel. l. 6. c. 26.

OBitum Victoris Panormitanæ ciuitatis antiſtitis directa relatio patefecit. Quapropter viſitationis deſtitutæ eccleſiæ fraternitati tuæ operam ſolemniter[b] delegamus. Quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouectionib. clericorũ, redditu, ornatu, miniſterijsque, vel quidquid eſt in patrimonio eiuſdem a quoquam præſumatur, eccleſiæ. Et ideo dilectio tua ad prędictã eccleſiam properabit, & aſſiduis adhortationibus clerum, plebemque eiuſdem eccleſię admonere feſtinet, vt remoto ſtudio, [c] vno eodemque conſenſu talem ſibi præficiẽdũ expetant ſacerdotẽ, qui & tãto miniſterio dignus valeat reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus reſpuat. Qui dum fuerit poſtulatus, cum ſolennitate decreti omnium ſubſcriptionibus roborati, & dilectionis tuæ teſtimonio literarum ad nos ſacrandus occurrat. ¶ Commonemus etiam fraternitatem tuam, ut nullũ de altera eligi permittas eccleſia; (niſi forte inter clericos ipſius ciuitatis, in qua viſitationis impẽdis officium, nullus ad epiſcopatum dignus, quod euenire non credimus, potuerit inueniri (prouiſurus ante omnia; ne ad hoc, a cuiuslibet conuerſationis, vel meriti laicę perſonę aſpirare præſumãt: ne & conatus eorũ habeatur inefficax, & in periculum[d] ordinis tui (quod abſit) incurras. Monaſteria autẽ, ſi qua ſunt in ipſius conſtituta parochia, [e] ſub tua cura, diſpoſitioneque; quouſque illic proprius fuerit ordinatus epiſcopus, eſſe concedimus.

Polyc. ibidem.

a ¶ Ne ad hoc. ] *Similis clauſula eſt ẽt eodẽ lib. proxima epiſ. 17. & lib. 2. indiſt. 10. epiſt. 19. Benenato epiſcopo, &*

STudij. CASVS. Neopolitani elegerũt Petrum in epiſcopũ: ſed quia dicebatur ſimplex & vſurarius, mandat Gregorius, vt alium eligant cũ illo de eadem ciuitate, vt ſi ille fuerit reprobatus, ſecundus confirmetꝰ, ſic dixit H. in ſumma. Beneuen. ſic dixit: Neapolitani elegerunt. Primum minus idoneum: & quia idoneus non inuenitur, præcipit Greg. ut alium inueniant de eadem ciuitate, in quem electio eorum ualeat declinare, quẽ ſi non inuenerint, graue ipſius cleri erit opprobrium. Poteſt tamen dici, ꝙ antequam inuentus eſſet minus idoneus, mandauit eis, vt alium inuenirent in eadem çiuitate, & hoc videtur melius literæ conſonare.

c ¶ Declinare. ] Argu. ꝙ eccleſia põt in duos conſentire, vt ſi vnus nõ obtineat, 1 alter ſaltem obtineat. arg. 85. diſt. archidiaconum, & 8. q. 1. in ſcripturis. maxime ubi diffidũt de iure ſuo, vt extra de poſtu. bonæ. Sed nõ ne priuati debẽt eſſe iure ſuo. Vt extra. de elec. cũ in cũctis? Sed hæc & ſimilia loquãtꝰ in eo caſu, qñ eligẽtes latebat vitiũ electi. ſic 28. diſt. de Syracuſanę. ſm alios ſecũdus põt eligi ſub cõditione, vt ſi primus non obtineat, ſecundus maneat, vt 85. diſt. Archidiaconũ Florentinum, ſi extra de electio. cũ terra. ſic 7. q. 1. quamuis. & ca. paſtoralis. Hodie euacuatur totum per cap. Inno. 4. quod incipit, in electionibus. de ele. lib. 6.

OBitũ. ] CASVS. Mortuo epõ Panormitano Gregorius poſuit ibi quendam viſitatorẽ, cui quatuor commiſit, vt admoneat clerũ & plebem dignã perſonã in epiſcopum eligere: & vt de alia eccleſia nullũ ibi eligi patiatur, niſi ĩ ea nõ inueniretur idoneus. Nec aliquis laicus ad hoc officium aſpirare pręſumat: & vt omnia monaſteria eius diſpoſitione regãtur, quouſq; illis proprius epiſcopꝰ fuerit ordinatus.

b ¶ Solenniter. ] Ideſt ita plene quaſi epiſcopus omnia diſponet, vt 12. q. 1. quoniam Velina.

c ¶ Studio. ] Ideſt, diſſẽſione, vel inuidia.

d ¶ Et in periculũ. ] Et ita videtꝰ ꝙ ſi vitioſa ſit electio, imputatꝰ viſitatori. Et per hoc. c. dicit Hu. viſitatorem habere ius ĩ electione, vt ĩ. c. proximo. & 63. d. plebs. alias non vr̃ quare pateretꝰ pœnã. Sed dico, ꝙ non plus habet iuris, q̃ p canonẽ exprimatꝰ. arg. 18. q. 2. hoc tantum. vnde non dico ipsũ poſſe eligere. vt 63. di. §. ex his. ea autem facit viſitator, quæ per ſacerdotes non poſſunt expediri, ut 7. q. 1. pontifices. Item niſi intra annũ procuret, ꝙ ſit ibi epſ ipſe remouetur. 8. q. 1. conſtitutum. & uiuet de rebus eccleſiæ. 12. q. 2. charitatem. &c. eccleſiaſticis. Item uiſitator dare poteſt præbẽdas & eccleſias uacantes, ut hic inuenitꝰ in fi. c. & 12. q. 2. nõ liceat.

a ¶ Parochia. ] In tota diœceſi habebit iſte proiſionem ut 12. q. 1. quoniam Velina, ut patet in fine capituli.

Eccleſia poteſt in duos conſentire.

1 Dicas ꝙ hic non dr̃ quod alium debeat eligere antequã Petrus reprobetur: ſed dicitꝰ, ut prouideant alium quem Petro reprobato eligant & hoc planum eſt. Archid.

Viſitator an ius habeat ĩ electione.

Catinēſis eccleſiæ. ] CASVS. Defuncto epiſcopo Catinēſi Pelagius commiſit Eucarpo epiſcopo illius eccleſiæ uiſitationem, & nogotia gubernanda donec ibi per ipſum paſtor dignus eligatur: præcipit ergo ei vt illuc pergat, & de eodem clero talem eligi faciat, qui nec vxorem habeat, nec filios, & qui non ſit criminoſus: & eo electo Romam veniat conſecrandus.

ne pro defectu. nā non currit præſcriptio contra illum qui non poterat eligere, ut extra de conceſ. præben. & eccle. non uacan. quia diuerſitatem. & argu. C. de anna. excep. l. 1. in fi. C. de inoffi. teſt. contra. ff. ex quibus cauſis ma. l. quod quidam. 4

*epiſt. 26. Ioanni epiſcopo Scyllaceno, & lib. 7. indict. 2. epiſ. 25. Fortunato epiſcopo Neapolitano. Ex quibus locis, collatis veteribus codicibus harum epiſtolarum emendatus eſt hic locus, ut non multum diſcrepet ab antiqua lectione Gratiani. Verum in recentioribus editionibus epiſtolarum. B. Gregorij in epiſtola hic citata legitur.* ne ad id cuiuslibet conuerſationis, vel meriti laicam perſonam aſpirare permittas.

*Item Pelagius Papa Eucarpo Meſſanenſi epiſcopo.*

¶De eodem. Cap. XVII.

Catinenſis eccleſię viſitationem tibi iniungimus, cuius epiſcopum de hac luce tranſiſſe ſuſcepta cleri relatione didicimus. Impoſſibile [a] enim eſt, vt nos in prouincia illa dūtaxat in Syracuſanis partibus alij cuilibet cauſas, quę ad Deū pertinēt, committamus, niſi fortè talem per te Deus nūc in Catinēſi eccleſia eligere voluerit; de cuius cōſcientia poſſimus eſſe ſecuri, vt à te labores iſtos paululum remouere poſſimus. Mox ergo dilectio tua ad ſupradictam Catinenſem eccleſiam pergat, & hominē de clero, qui nec vxorē habeat, nec filios, [b] nec crimē aliquod canonibus inimicum, eligi cum auxilio Dei compellat, [c] atque ſuadeat: & ſtatim eū ad vrbē Romam cum decreto, & teſtificatione relationis tuæ tranſmitte.

Polyc. ibidem. Anſel. l. 6. c. 44.

*Item Gregorius Paſſiuo epiſcopo, lib. 10 epiſt. 13.*

¶Qui in epiſcopum eligitur, non ſit reus criminum, quę ſacra lex morte punit. Cap. XVIII.

TEmpus autem.] Hæc diſtin. diuiditur in quinque partes: in quarum prima dicitur, quod die Dominica, & hora tertia, & ieiuni debent epiſcopi, & conſecrari quocunq; tempore: & hoc probat per c. ſeq. Secunda ibi: [ Tempus autem. ] Tertia ibi, [ Ceterorum. ] Quarta ibi, [ Quod die. ] Quinta ibi, [ Ordinationes. Io. de Fā. CASVS. Oſtēſo qualiter. & à quibus ſit clericorum ordinatio facienda, nunc oſtendit Grat. quo tempore ſit ordinatio facienda. Et primo de ordinatione epōrum, poſtea de ordinatione cæterorū explicat, & dicit hic, ꝙ in conſecratione epī certum tēpus non eligitur: dūmodo in die Dominica, & hora tertia, & ieiunātibus fiat, vt ĩ. ea. c. 1. Cæterorum vero ordinationes fiūt in certis tēporib. vt ĩ. ea. c. vlt.
a ¶ Tempus autē. ] Hic depingit 75. diſ. ĩ qua agit magiſter de cōſecratione epiſcoporum, & de tēporib. ordinationū. ſubiungit etiā de ordinatione aliorū clericorū. Debet aūt ordinatio epiſcoporū fieri hora tertia, die Dominica. ĩ. ea. c. 1. & cap. quod die. cęterorum vero in ſex partibus anni. ſcilicet in quatuor temporibus, & in ſubbato mediæ hebdomadæ quadrageſimæ, & in ſabbato ſancto infra ea. c. ult. extra de temp. ordi. c. 3. & 63. diſt. literas.
b ¶ Non eligitur. ] Id eſt, non electum, vel determinatum in canone.
c ¶ Omni enim tempore. ] .i. omni menſe, uel ſeptimana ſimiliter reſtringitur de conſec. diſt. 4. omni tempore: ibi exponitur, id eſt, omni anno.
ADDITIO. De hoc etiam no. 31. diſt. tenere. Archi.
ORdinationes. ] CASVS. Anacletus docet in hoc c. quòd ordinationes, id eſt, conſecrationes epiſcoporum debent fieri ab omnibus compronincialibus epiſcopis die Dominica, & hora tertia, ſacra vnctione interueniente, exemplo prophetarum, & Apoſtolorū, & Moy. [Nam Samuel inunxit Dauid & Heliſæus Iehu Regem. Apoſtoli Iacobum, & Moyſes. Aaron.
d ¶ Ordinationes. ] CASVS. Oſtenditur a quibus, qualiter, qua hora, qua die, epiſcopus debeat ordinari.
e ¶ Auctoritate. ] Generali. extra de elect. cum in cunctis 16. q. 1. cunctis.
f ¶ Scrutinium. ] Id eſt, examinationem, de qua habes diſt. 23. qui epiſcopus.
g ¶ Manus. ] Duo ponent ſuper caput conſecrandi codicem Euangeliorum: tertius fundet benedictionem: alij omnes ponent manus ſuper caput eius ut 23. diſt. epſ.
h ¶ Tertia. ] Multiplex eſt ratio de hora tertia: quia debet tunc Miſſa publicè celebrari: ut de conſec. diſt. 1. nocte. ſine qua Miſſa non poteſt conſecrari: quia nec eccleſia ſine Miſſa conſecratur: de conſecr. diſt. 1. oēs. licèt quidam dicant contra, ꝙ ſcilicet non ſit de ſubſtātia cōſecrationis: quibus ego aſſentior, 1 quia non eſt de ſubſtantia vnctio ipſa, de qua magis videtur, ꝙ ſit de ſubſtantia. immo ſi omiſſa eſt, ſuppletur, ext. de ſacra unct. c. 1. in princ. Alij tamen dicunt omnia iſta eſſe de ſubſtantia: arg. 23. diſt. quorundam præter tempus: vel horam, quia quocunque tpe, ordinatur, recipit ordinem. arg. inf. 77. diſ. ſubdiaconus. extra de temp. ord. ſane. nā qñque citius, qñque tardius Miſſa celebratur. Itē ideo eſt facienda conſecratio hora tertia: quia Spiritus ſanctus in igneis linguis hora tertia, &c. de cōſec. diſ. 1. nocte. quorum loco ſuccedunt epī, 21. di. in nouo. & quia hora illa dominus eſt crucifixus, ut ibidem dicitur. & tali hora Apoſtoli conſecrauerunt Paulum, & Barnabam, &c. infra ead. quod die.
i ¶ Exemplo. ] Quia Samuel inunxit Dauid, & Saulem; Heliſæus Iehu in Regem Iſrael.
K ¶ More Apoſtolorum. ] Qui inunxerunt Iacobum. ſupra 66. diſt. porro.
l ¶ Et moſſis. ] Qui inunxit Aaron, & filios eius. 21. diſtinct. §. 1.
m ¶ Sanctificatio. ] Id eſt, omnis unctio ſanctificans & efficax eſt. 2 a Spiritu ſancto. Et ſic patet, ꝙ in collatione ſacramenti confertur gratia: & illa gratia inuiſibiliter operatur. 1. q. 1. multi, & ſi ſacramentum aliquod confertur digno, tunc corroborat uirtutem priorem, ut de conſec. diſtinct. 5. nouiſſimè, & augetur in eo gratia de conſec. diſt. 4. non ex quo. Sed ſi ſacramentum cōfertur indigno, ſolum ſacramentum recipit, & illud recipit ad ſui malum: ſed non recipit rem ſacramenti. Hæc materia optime tractatur, extra de ſacra unctio. cum ueniſſet.
n ¶ Chriſmati. ] Et ita chriſma eſt ſacramentum: quod concedo, ſic & aqua. 1. q. 1. detrahe. &c. multi.
TEMPVS. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dicitur, ꝙ eccleſia epiſcopalis ultra tres menſes uacare non debet: & poſtquam electus fuerit uſque: ad alios tres menſes conſecratur. interim eccleſia per œconomum gubernatur, & hoc probat per c. ſeq. Ioan. de Fan.

eundē Hug. & Lau. cuius fuit glo. iſte. de hoc plenè not. ext. de elec. ꝙ ſicut ubi idē dicitur.

Epiſcoporū conſecratio ſit hora tertia.

Eccleſia poteſt ſine Miſſa cōſecrari.

1 Et bene ſe-

Samuel inunxit Dauid.

Gratia confertur ĩ collatione ſacramenti.

2 Id eſt hēt eſſe conſtās & efficax a ſpiritu ſancto ſignificat. n. gratiā, q̃ a ſpiritu ſancto eſt, nec talis effectus. i. ſignificatio vnctionis pt eſſe aliquid in aliquo, niſi à ſpiritu ſancto ueniat: quia ꝙ gratia ſubſit unctioni, hoc eſt a ſpiritu ſancto. Hug.

CASVS.

CASVS. Supra dictum eſt qua die: & qua hora debet epiſcopus conſecrari. nunc autem dicit intra quòd tempus à tempore electionis, & confirmationis debeat conſecrari. Et dicit Gratianus, quòd intra tres menſes, niſi per neceſſitatem differetur.

b ¶ Neceſſitas.] Propter quam q̃nque poſſet differri per totam vitam electi, maximè confirmati, vt ſi vitietur in corpore argu. extra de elect. cum in cunctis, licèt ſit arg. contra, extra de æta. & quali. c. 1. vel ſi non reperiretur idoneus in eccleſia, niſi in minoribus ordinibus, vt j. 7. q. 1. conſtitutũ. ſup. d. 61. Olius. 28. d. de Syracuſanæ.

Quo- *conſecrationes poſt electionem differri non licet. Vnde Chalcedonenſi concilio, c. 25. legitur*

Vltra tres menſes non differratur epiſcoporum ordinatio. Cap. II.

Poly. l. 2. tit. 10. Burch. l. 1. cap. 24. Anſ. l. 6. cap. 40. Iuo p. 5. c. 135.

QVoniam quidã metropolitanorũ, ſicut ad nos perlatũ eſt, negligunt creditos ſibi greges, & differunt ordinationes facere epiſcoporũ; placuit ſanctę ſynodo intra tres [a] menſes fieri ordinationes epiſcoporũ, niſi fortè inexcuſabilis neceſſitas [b] coegerit tẽpus ordinationis †amplius protelari. Si autem quis [α] epiſcoporum [c] hęc non obſeruauerit, ipſum debere eccleſiaſticæ cõdemnationi ſubiacere; redditus verò eiuſdẽ vidnatæ eccleſiæ integros reſeruari apud œconomum [d] eiuſdem eccleſiæ placuit.

† τῆς ἀναβολῆς.

c ¶ Epiſcoporũ. Vel metropolitanorũ. vel electorũ, q epiſcopi sũt deſtinatione. cõtra vtroſq; n. pena eſt ſtatuta 100 diſt. quoniam.

d ¶ Apud ęconomũ] de hac materia dixi inf. 12. q. 2. illud.

[α] ¶ [Si autem quis.] *Sic ẽ in priſca verſione. Gracè eſt:* εἰ δέ μὴ τοῦτο ποιήσοι ὑποκεῖσθαι αὐτὸν *al.* αὐτῶ ἐκκλησιαστικῶ ἐπιτιμίω *quæ alter interpres vertit.* Quod ſi hoc minime fecerit, correptioni eccleſiaſticæ ſubiacebit. *De metropolitano enim loquitur.*

CÆTERORVM. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua dicitur, ꝙ ordinationes clericorum non debẽt fieri niſi congruo tempore. Ioã. de Fan.

3 *Cæterorum vero ordinationes non niſi in temporibus certis, & diebus, maxime ſacerdotum; & leuitarum fieri debent; veſpera videlicet ſabbati, vel mane diei Dominicæ continuato ieiunio.*

CASVS. Supra dictũ eſt, quo tempore ordinentur epiſcopi. Nunc vero docet Gratianus quo tempore cæteri debeant ordinari. Et dicit, quòd certis tẽporibus, ſcilicet ſex, i. in quatuor temporib. anni, & in ſabbato ſancto, & in ſabbato, qđ eſt ante Dominicã de paſſione Dñi, vt inf. eo. ca. vl. Minores etiam ordines poſſunt cõferri in die Dominica ab epiſcopis, vt extra de tem. ordi.

*Vnde Zepherinus Papa ſcribit ad epiſcopos Aegypti, epiſt. 2.*

¶ Ordinationes presbyterorum, vel leuitarum qua hora fieri debeant. Cap. III.

¶ Caſus ſeq. cap. planus eſt.

Poly. l. 2. ti. 28. Anſ. l. 7. cap. 43. Burc. l. 2. cap. 1. Iuo p. 6. c. 23. & 47.

ORdinationes [e] presbyterorum, leuitarumque, tempore [f] congruo, multis coram adſtantibus, ſolemniter agite; & probabiles, ac doctos viros ad hoc opus prouehite, vt de eorum ſocietate, & adiumento plurimũ gaudeatis.

ORdinationes.] e ¶ Leuitarum.] Hoc idem in ſubdiacono: niſi in Papa tãtum. extra de temp. ord. c. 1. ſed ſcđm hæc decreta nõdum ſubdiaconatus erat ſacer ordo. ar. inf. e. c. pœn. 60. diſt. c. fi.

*Item Leo epiſcopus Dioſcoro Alexandrino epiſcopo, epiſt. 79. c. 1.*

¶ Presbyteri, & læuitę qua hora ordinandi ſunt. Cap. IIII.

f ¶ Tempore. Et in maiori eccleſia, ut arg. ſ. d. 67. reliq. & arg. 24. diſ. c. vlt. minores autẽ ordines, vbi, & qñ libuerit põt epiſcopus cõferre, [1] vt extra eo. c. 1.

[1] Ad idẽ infra quando plena eſt.

Polyc. ibidem. Anſ. l. 7. cap. 44. Iuo p. 6. c. 71.

QVòd à patrib. noſtris propenſiore cura nouimus eſſe ſeruatũ, à vobis quoque volumus cuſtodire: vt nõ paſſim diebus oib. ſacerdotalis, vel leuitica ordinatio

QVoniam.] CASVS. Duo dicuntur in hoc c. Primum eſt, ꝙ nullus archiepiſcopus differat ordinationes epiſcoporum ultra tres mẽſes. niſi neceſſitas compulerit amplius protelari. Secundum eſt, ꝙ redditus viduatę eccleſiæ debent eſſe in poteſtate ęconomi, donec epiſcopus eligatur, & confirmetur.

Electio dẽt fieri intra trimeſtre.

a ¶ Tres.] vſque ad tres menſes ſit electio. 50. diſ. poſtquam, & vſque ad alios tres menſes conſecratio, vt hic dicitur, & 100. diſt. quoniam.

& omnes ſimul ſi conſuetudo habeat hoc in prouincia, extra de eo qui fur. or. recep. cum H. lator.

QVòd à patrib.] CASVS. Quæſiuit Dioſcorus Alexandrinus, patriarcha à Leone, vtrum indifferenter omnib. diebus ſacri ordines poſſint, vel debeãt conferri. Et reſpondet ꝙ nõ: ſed tantum poſt diem ſabbati, & poſt exordia noctis, quæ luceſcit in prima ſabbati, vel in Dominica in mane continuato ieiunio ſabbati vſque ad diem Dominicam, in quibus, id eſt in trã

quæ tempora ieiunis, & à ieiunantib. debet fieri conſecratio. ſic ut uidetur Beneuen. & etiam mihi caſus ponendus: licèt non ſeruetur de conſuetudine.

a ¶ Sabbati.] Quidam intelligunt hoc capit. de ſabbato paſchali, ut ſi quis tunc velit conferre ordines, debeat eos cōferre in occaſum ſolis: q̄a Miſſa tunc non eſt cantanda, niſi illa finita: 1 ut inf. de cōſecra. diſ. 3. ſabbato, quod patet ex eo quod dĩ tunc: Deus, q̄ hanc ſacratiſſimam noctē. H. dicit ꝙ oēs ordines ſunt conferendi die Dñico. Et dicit ꝙ velocera præcedentis noctis trahitur ad diē ſequentem. 2 vt ſiue de veſpere in ſabbato, ſiue de mane in Dñico conferantur, ſemper in die Dominico videantur conferri. ſed certè ſecundū hoc nō eſſet neceſſaria continuatio ieiunij. Preterea omnia iura dicunt, quod tātū in ſabbato conferēdi ſūt ordines, ut extra. e. c. 3. Alij dicūt, quòd omnes ordines ſabbato cōferuntur, & dicūt, ꝙ mane Dñicę diei potius trahitur ad ueſperam præcedētē, quā veſpera ad mane. Et ita ſiue conferātur veſperę in ſabbato, ſiue in mane ſequenti, ſemper fictione canonica conferentur ſabbato: & ſecundum hoc de iure debet continuari ieiunium. Innoc. autem non determinat, an mane trahatur ad veſperam præcedentem, an veſpera ad mane. de temp. ordi. literas. conſuetudo tamen habet, ꝙ tantum circa horam nonam ſabbati fiunt ordinationes. ſecundum H. exponitur poſt diem ſabbati. i. poſt finitum diem ſabbati. Alij exponunt poſt diē ſabbati, id eſt, poſt inceptum diē ſabbati. Io. certe. H. opinio vera uidetur: & malè reprehenditur de cōtinuatione ieiunij: quia iam incepta eſt dies Dominica; & ideo eſt neceſſarium ieiunium, licèt non ſeruetur de cōſuetudine. niſi velis dicere, ꝙ hæc cap. ſint abrogata ꝑ decre. extra eo. tit. c. 3. B. in conſecratione autem epiſcopi non eſt neceſſaria continuatio ieiunij: cum tantum die Dominico conſecretur; & in mane quilibet intelligatur ieiunus, ut extra eod. literas, ſed licèt quis poſſit ordinare aliquem in ſacerdotem in ſabbato, & in mane in epiſcopum. 3 tamen alium ordinem non poſſet eidem conferre in mane, cui vnum contulerat in ſabbato. extra eo. literas. Sed nunquid Dominico die in mane poteſt quis ordinari in ſacerdotem, & eadem die hora tertia in epiſcopum? H. dicit, ꝙ ſic, quia nunquam inuenitur prohibitum.

b ¶ In prima.] id eſt, mane die Dominico.

c ¶ Eligantur.] id eſt, electi conſecrentur. Hypallage. 18. quæſt. 2. c. diffinimus.

d ¶ Quod eiuſdem.] id eſt, conferantur ordines.

e ¶ Continuato.] Ab ordinatoribus vel ordinandis. Lau.

f ¶ Ieiunio.] Quid ſi pranſus conferat ordinem; nunquid confertur ordo? H. dicit ꝙ ſic, & idē dicit in alijs ſacramentis, præterquam in Euchariſtia, & fortè idem poſſet dici de Euchariſtia. arg. de conſec. diſt. 2. liquido, quod concedo, quia pranſus bene poteſt conficere, licet non debeat, arg. illius. c. liquido.

g ¶ Declaratur.] Legitur enim in quadam homilia Bedæ, quæ legitur nocte illa ſuper Euangelio illo. Veſpere autem

1 Ad hoc de conſecr. d. 1. §. ieiunijs. ibi videas.

celebretur; ſed poſt diem ſabbati [a] eius noctis, quæ luceſcit in prima [b] ſabbati, exordia † cōſecrandis eligantur [c] in quibus his, qui conſecrandi ſunt, ieiunis, & à ieiunātibus ſacra benedictio conferatur. Quod eiuſdem [d] obſeruātiæ erit, ſi mane, ipſo Dominico die continuato [e] ieiunio [f] ſabbati celebretur: à quo tempore pręcedentis noctis initia non recedunt, quod † ad diem reſurrectionis (ſicut etiam in Paſcha Domini declaratur [g]) pertinere non dubium eſt.

† *Exordia deligantur, hoc eſt ſub lege diuini officij ſubſtituantur.*) orig.
† *quam*) orig.

2 Adde qualiter accipiatur dies pro itellectu huius gl. Bart. in l. 2. ff. de verb. ſign. & in l. more Romano. ff. de feri. & l. aut facta. §. tempus. ff. ad Sylla.

*Item eodem capite.*

## ¶Quare die Dominico ſacerdotum ordinationis celebrentur. Cap. V.

Iuo p. 6. c. 70. Pann. l. 3. c. 13.

QVòd a die [h] Dominico † ordinationes ſacerdotum [i] celebrentur, non tantum ex conſuetudine, ſed etiam ex Apoſtolica nouimus venire doctrina; ſcriptura manifeſtante, quòd cum Apoſtoli Paulum & Barnabam ex præcepto ſpiritus ſancti, ad Euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes, & orantes impoſuerunt eis manus; vt intelligamus, quāta & dātium, & accipiētium deuotione curādum ſit, ne tantę benedictionis ſacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pie, & laudabiliter Apoſtolicis morem geſſeris inſtitutis; ſi hanc ordinandorum ſecerdotum formam per eccleſias, quibus Dominus pręeſſe te voluit, etiam ipſe

*Act. 13.*

autem ſabbati, ubi dicit Beda, ꝙ in die iſta noctes incipiūt præcedere dies, ideo. 4 forte. ut tres dies & noctes haberi poſſint, in quibus Dominus fuit in vētre terrę, quod, nec ſic habetur niſi ſynecdochice. 5. uel declaratur, quia Miſſa non decantatur in ſabbato, ſed in principio ſequentis noctis, & dicitur: Deus, qui hanc ſacratiſſimam noctem, &c. & ita eſt de die Dominica nox illa. Lau.

QVod dic.] Hæc eſt quarta pars huius diſtinctionis, in qua probat, ꝙ epī ſemper debēt conſecrari eſſe Dominico more Apoſtolorum, qui de mandato Domini impoſuerunt manus Paulo & Barnabæ, & quia eodē die Dominus reſurrexit Io. de Fan.

CASVS. Leo Papa in hoc oſtēdit, ꝙ ordinationes ſacerdotum dent tātum in die Dominica fieri, quæ dies Dominica initium habet à veſpera ſabbati: quod probat per conſuetudinē, & etiam per doctrinā Apoſtolorū, qui die Dominica Paulum, & Barnabam conſecrauerunt. Nam in hac die mundus ſumpſit exordium, & vita principium, & mors interitum habuit.

h ¶ Quod die.] H. ponit fundamentum ſuæ opinionis in caſto, ꝙ ſcilicet in die Dñico poſſunt ordines cōferri. quod patet ꝑ hoc qđ dicit ordinationes ſacerdotum, & per id quod dicit initium, & c. nos qui contrarium dicimus, exponimus, ordinationes ſacerdotū, id eſt epiſcoporū cōſecrationes ſex. ꝓ quo itellectu bene facit ꝙ in fra ſubijcit, ex Apoſtolica, &c. Nam Paulus & Barnabas epiſcopi fuerūt. vnde per eorū exemplum nihil probat, niſi de epiſcopis: & quod dicit, cui initium. &c. dic nihil facere ad rem, ſed dicit incidenter, immo adſcribitur ei fictione canonis, non in veritate.

i ¶ Sacerdotum.] Id eſt epiſcoporū. ſic non erit pro H.

Epiſcoporū conſecratio ſi tantū die Dominico.

3 Hoc etiam de plano cōcedunt Vin. & Inn. vt no. extra de tēp. ord. literas.

Sacramenta cōferri poſſunt poſt cōmeſtionem.

† Ex iſto tex. inferi. ꝙ dies Dominicus nō accipitur generaliter. ſi. in l. 1. §. hoc autem. & ibi Bart. ff. de ope. no. nu.

4 Aliàs adeo ſed non eſt bona litera & ſic etiam ponit Laur. & Io. d Fan.

5 Iſta eſt figura tribuēs toti, qđ eſt partis. ut cū dr̄ Ethiops eſt albus, ꝓpter dentes, quos habet albos. Nec .n. Dominus ſtetit, ſiue fuit in vētre terræ ꝑ tres dies, & noctes, niſi ſic loquendo. nam & aliàs totum ponitur ꝓ parte. vt 1. diſt. §. ſcire. immo totū non eſt aliud à ſuis partibus, ut no. 6. d. nullus. ſm Io. de Fan.

6. Argum. ad hoc 9. d. c. olim Io. d. Fan.

a ¶ Ve

a ¶ Vt quidquid.] 16.q.1.c.vlt.de conſecr.diſt.4.quæris. ADDITIO. Ex hoc colligitur, quòd generalis ſermo non accipitur generaliter, vt ibi not. Archid.

ORdinationes.] CASVS. Duo dicuntur in hoc cap. Primum eſt, quòd ordinationes ſacerdotũ, diaconorum

f ¶ Medianæ.] In qua cantatur, Sitientes, quæ præcedit Dominicam de Paſſione.

ADDITIO. Et extra de temp.ord.cap.3.

g ¶ Seu presbyterum.] De hoc dixi ſup.74.diſt.epiſcoporum.8.q.1.licet ergo.

* Concor. text. in l. more Romano, ff. de ferijs. Bar. in l. aut facta. §. tẽps. ff. ad Sylla.

† al. benedictiones tribuantur. orig. † diſpoſitionum.

ſeruaueris, vt his, qui conſecrandi ſunt, nunquam benedictio †, niſi in die Dominicę reſurrectionis tribuatur: cui a veſpera ſabbati initiũ conſtat adſcribi *; & quę tãtis diuinarum diſpenſationum † myſterijs eſt conſecrata, vt quidquid[a] eſt à Domino inſignius conſtitutum, in huius diei dignitate ſit geſtũ. In hac mundus ſumpſit exordiũ: in hac per reſurrectionem Chriſti, & mors interitum, & vita accepit initium. In hac, &c.

α ¶ Quòd die.] *Sumptum eſt caput hoc ex eodem loco, vnde, & antecedens, mutato tamen verborum ordine, & nonnullis initio adiectis. In ipſa enim epiſtola poſt vltima verba præcedentis capitis, ſequitur continentur.* Nam pręter auctoritatem conſuetudinis, quam ex Apoſtolica nouimus venire doctrina, etiam ſacra ſcriptura manifeſtat, quòd cum Apoſtoli, &c.

[*Item ordine Romano, c. de gradibus eccleſiæ.*]

¶ Deo eodem. PALEA Cap. VI.

Anſ.l.7.c.61. † al. non. Et Gregorius.2. epiſt.3.

QVando, & vbi libitum fuerit, vſq; ad ſubdiaconatus officium ordinantur clerici: diaconi vero, atq; presbyteri nunquam † niſi in publica ordinatione.

*Item Gelaſius ad epiſcopos per Lucaniam, epiſt.1.c.13.*

¶ De temporibus ordinationis. Cap. VII.

Poly.l.2.tit.28. Anſ.l.7.c.45. Iuo p.6.c.72. Pann.l.2.c.25. † mediana quadrageſima die ſabbati ieiunio. orig.

ORdinationes presbyterorum, & diaconorum, niſi certis temporibus, & diebus exerceri non debent; id eſt quarti[b] menſis ieiunio, ſeptimi[c], & decimi[d], ſed & etiam quadrageſſimalis[e] initij, ac medianę † [f] hebdomadę, & ſabbati ieiunio circa veſperam nouerint celebrandas, nec cuiuslibet vtilitatis cauſa, ſeu presbyterũ[g], ſeu diaconum his pręferre[h], qui ante ipſos fuerint ordinati.

h ¶ Præferre.] Ecce hic, habes φ pri⁹ ordinati pręferũtur[1] alijs, vt ĩ habẽdis honoribus, & in alijs, vt i.7.diſt.§.hinc.& extr.de ma.& obed. c.1.& 74.diſt.epiſcoporum etiam, licèt poſteriores ſint meliores, nõ obſtat 23. q.4.ſicut 7.q.1.licet vt vbi notatur, licèt ſit argu.contra.ſupra d.16.ſexta 2. ver.1. Io. Hodie ſufficit ſi electus a maiori parte capituli ſit bonus vt extra de elec.cum nobis.B.

1 Et ita attenditur hic tẽpis prioritas. ſic 17. d. §.vlt.ext. de ma.& obed. c. 1. & alibi excellentia ordinantis, ff. de albo. ſcri.l.ult. extra de maio. & obed. per tuas. Archi. 2. Al. Sancta.

## DISTINCTIO. LXXVI.

QVibus temporibus[i] ieiunia celebranda ſint *Calixtus Papa determinat ſcribens Benedicto epiſcopo, epiſtola prima.*

¶ Quibus temporibus ieiunia celebrentur. Cap. I.

Poly.l.3.tit.15. Iuo p.4.c.27. Pann.l.2.c.175.

IEiunium, quod ter in anno apud nos celebrarę didiciſti, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri[3] decernimus; vt ſicut annus per quatuor voluitur[k] tẽpora,

QVibus temporibus.] Hæc diſtinct. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur quando debent fieri ieiunia quatuor temporum, & hoc probat per ſex⁴ auctoritates. ſecũdum ca. in fin. non tenet, neq; prima pars tertij cap. tenet, ſed ſecunda pars tenet ſecundum Io. de Fan. Scda ibi, [Primum] Tertia ibi, [Non autem. Io. de Fant.

CASVS. Supra facta ẽ mẽtio de quatuor tẽpibus, & ideo Gratianus ſupponit diſ. 76. ĩ qua primo oſtẽdit quando quatuor tẽpa ſint celebrãda, & vnde originẽ habuerunt. Addit etiã quòd ĩter Paſcha, & Pentecoſtem nõ sũt ieiunia indicenda: nec genua flectẽda.

i ¶ Quibus tẽpibus.] In hac diſt. 76. agit magiſter de temporibus ieiuniorum. Oſtẽdit etiam diuerſas originẽs eorum. Poſtea ponit differẽtiã inter nos, & Hebræos in computatione menſium 3. Oſtendit etiam, quod non ſit ieiunandum a Paſcha Domini vſq; ad Pentecoſtem, nec eſſe flectenda genua.4.

3 Vt inf ca. ieiunium. 4 Vt inf. ca. ſcire, & cap. ſeq.

rum, & ſubdiaconorum non ſunt faciendæ, niſi in ſex tẽpibus anni. ſ. in quatuor tẽpibus, & in ſabbato ante Dominicam de Paſſione Dñi, & in ſabbato ſancto. Secundum eſt, φ nullus eps̃ debet præferre poſteriorẽ priori.

Annus a Martio quã doque incępit.

b ¶ Quarti.] Id eſt. ieiunij, hoc ſemper in omni ſeptimana Pentecoſtes occurrit, & loquitur ſecundum antiquam computationem Latinorum, qui incipiebant annum a Martio.

c ¶ Septimi.] Id eſt, Septembris.

d ¶ Decimi.] Id eſt, Decembris.

e ¶ Quadrageſimalis.] Id eſt, in prima ſeptimana quadrageſimæ.

IEiunium.] CASVS. Quæſiuit Benedictus epiſcopus a Calixto quoties quatuor tempora eſſent in anno celebranda, qui reſpondit dicens, quòd hactenus ter celebrata fuerunt: ſed melius eſt, vt quater in anno celebretur ſolemne ieiunium, ad inſtar quatuor temporum anni, per quæ voluitur annus.

Annus in æſtatẽ, & hyemem diuiditur.

K ¶ Voluitur.] Lex tamen in æſtatem, & hyemem annum diſtinguit. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua, l.1.§. hoc interdictum.

ſic & nos quaternum ſolenne agamus ieiunium per anni quatuor tempora.

*Item ex concilio Moguntino primo, cap. 34. [ſed ibi fuſius; hic ſummatim.]*

De eodem. Cap. II.

CONſtituimus [a], vt quatuor tempora anni ab omnibus communi† ieiunio obſeruentur, ideſt in menſe Martio, hebdomada prima; in Iunio, ſecunda; in Septembri, tertia; in Decembri, quarta.

¶ *Auctor Micrologi, cap. 24. & 25. de hoc ipſo Moguntini concilij canone diſputans, aperte ait hoc ex ignoratione traditionis eccleſiaſticæ fuiſſe profectum. Vnde Leo Papa ait,* Huius obſeruatione, &c. *quod refertur infra ead. diſt. cap. 6. Et ne quis occaſione horum conciliorum Germanicorum deciperetur; Gregorius ſeptimus (quod in eodem Micrologo narratur) veterem Romanæ eccleſiæ conſuetudinem renouauit. De qua re in concilio Claremontenſi Vrbani ſecundi: canone primo ſic ſtatuitur.* primum ieiunium quatuor temporum ſemper fiet prima hebdomada Quadrageſimæ; Secundum in hebdomada Pentecoſtes abſque genuum flexione, cum alleluia, & Gloria in excelſis Deo, & veſtibus ſolennib. fiet; tertium plena hebdomada ante Natale Domini vigilia eiuſdem excepta. *Et idem repetitur in altero concilio Placentiæ poſtea habito, quod eſt in bibliotheca Vaticana, & citatur infra ead. cap. ſtatuimus.*

*Item ex concilio Salegunſtadæ habito, cap. 2.*

¶ De eodem. Cap. III.

DE ieiunio autem incerto quatuor tẽporũ hanc certitudinem ſtatuimus, vt ſi Kalẽdæ Martię [b] in quarta feria, ſiue antea euenerint, eadẽ hebdomada ieiuniũ celebretur. Si aũt Kal. Martiæ in 5. feriam, aut 6. aut ſabbatũ diſtenduntur: in ſequentẽ hebdomadã ieiuniũ differatur. Simili quoq; modo, ſi Kal. Iunij [c] in 4. feria, aut antea euenerint; in ſubſequẽti hebdomada ieiuniũ celebretur: & ſi in 5. aut 6. feria, aut ſabbato cõtigerint: ieiuniũ in tertiã hebdomadam reſeruetur. Et hoc ſciendum eſt, [d] ꝙ ſi qñ ieiunium menſis Iunij in vigilia Pentecoſtes ſecundum prędictam regulam euenerit: non ibi celebrandũ erit, ſed in ipſa hebdomada ſolenni Pentecoſtes: [α] quia vigilia & ſimul, & ieiunium celebrari [e] non debẽt, & tunc propter ſolennitatẽ ſpiritus ſancti, diaconi dalmaticis induãtur, & alleluia cantetur; & flectamus genua, non dicatur.

¶ Eodem modo de Septembris ieiunio cõſtitutum eſt, vt ſi Kalendæ Septembris in quarta feria euenerint, aut antea; ieiunium [f] in tertia hebdomada celebretur; & ſi in quinta, aut ſexta, aut ſabbato cõtigerint, in quarta hebdomada ieiunandum erit. ¶ In Decẽbri [g] vero illud obſeruandum erit, vt proximo ſabbato ante vigiliã natalis Domini celebretur ieiuniũ, quia ſi vigilia in ſabbato euenerit, ſimul vigiliam, & ieiunium celebrare non conuenit.

α ¶ Quia vigilia.] *Hactenus ad verbum,* debent, *non ſunt in ipſo concilio impreſſo ex Burchardo: eadem vero ſententia repetitur in fine capitis.*

Capitul. 5. c. 86. Burch. l. 13. c. 2. Iuo par. 4. c. 35. Pann. l. 2. c. 180.

† al. cum.

Burch. in fine. Iuo. p. 4. c. 35. Pann. l. 2. c. 180.

Dominica, & ieiunium ſimul cõcurrere non poſſunt.

Ieiunia quatuor temporum.

1 Nominatiui caſus, & fœminini generis.

a CONſtituim⁹.] Hoc c. eſt abrogatum.

DE ieiunio.] CASVS. Hoc c. habet duas partes. Prima eſt abrogata, quia non habet locũ, qđ in ea dicitur. Secũda eſt authẽtica, vbi dicitur, ꝙ ieiuniũ æſtiuum celebrandũ eſt in prima hebdomada poſt Pentecoſtẽ: in quo tpe diaconi dalmaticis induanť, & alleluia cantetur, ſed genua nõ flectim⁹. Ieiuniũ vero autũnale celebratur in Septembri in 3. die Mercurij Septẽbris, cõputando à prima die Mercurij eiuſdẽ menſis. Hiemale autem ieiunium celebrandum eſt in mẽſe Decẽbri ante vigil. natiuitatis Dñi. Secũda pars incipit ibi, & hoc ſciendũ.

b ¶ Martiæ.] Non ſemper, imò prima ſeptimana quadrageſimæ.

c ¶ Iunij.] Nec hoc ſemper immo in ſeptimana Pẽtecoſtes.

d ¶ Et hoc ſciendũ eſt.] Quod abhinc dicitur, manet immutatũ. ſuperiora p ſequẽtem canonẽ mutantur. ſ. ſtatuimus, & ita vtile nõ vitiatur per inutile, contra. 9. diſt. ſi ad ſacras. Lau.

e ¶ Celebrari.] Cedit ergo in ieiunio min⁹ dignũ digniori arg. ff. de mino. verũ. §. vlt. ext. d cõſe. eccl. vel alta. c. qđ in dubijs. Et eſt arg. ꝙ ſi feſtũ alicuius Apoſtoli die lunæ euenerit, ſabbato, vigilia ieiunãda eſt, quia ieiunium, & Dñica ſimul concurrere nõ poſſunt, ext. de obſer. ieiu. c. 1. arg. cõtra extra de verbor. ſig. quæſiuit. Lau.

f ¶ Ieiuniũ.] Inf. de cõſe. diſt. quoniam.

g ¶ In Decembri.] Prima quadragenæ ſeruat ieiunia Veris Pneumatis hebdomada ſeruare ſecũda iubetis. Tertia Septẽbris cultũ fert mercuris 1 iſtum. Sabbata ieiu-

Digitized by Google

ta ieiunent vigilent præeuntia Chriſtum.]Lau.

STatuimus.] CASVS. In hoc c.rectè cõtinetur in quibus temporibus ieiunia quatuor temporum ſunt celebranda: & corrigit & emendat illud c.conſtituimus, & primam partem illius capituli,de ieiunio.

a ¶ In

HVius.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ ex doctrina ſancti ſpiritus conſtitutum eſt,vt quaternum ieiunium celebretur in quatuor tẽpibus anni, ſ.in vere, & æſtate, & autumno, & in hieme;ad inſtar quatuor elementorum, & quatuor Cardinum mundi, & quatuor Euangeliorũ. Et primũ eſt ieiunium in Quadrageſima. Secũdũ. ſ. æſtiuũ poſt Pentecoſtẽ. Autũnale eſt in Septembri. Hiemale ĩ Decẽbri. PRIMVM. Hæc eſt ſecunda pars huius diſt. in qua dr̃ vnde habuerunt ortum ieiunia Iudæorum, q alter cõputãt quàm nos.Io.de Fan.

*Contra Vrbanus in concilio Placentino,c.15.*

¶ De eodem. Cap. IV.

Poly.li.3.tit.25.

STatuimus etiam, vt ieiunia quatuor temporum hoc ordine celebrentur:primum in initio Quadrageſimę: ſecundum in hebdomada Pentecoſtes: tertium verò in Septembri [a]: quartum in Decembri more ſolito fiat.

*Item Leo Papa, ſermone primo de ieiunio Pentecoſtes.*

¶ De eodem. Cap. V.

Poly.ibidem.

IGitur poſt ſanctæ lætitiæ dies, quos in honorem Domini à mortuis reſurgentis, ac deinde in cœlos aſcendẽtis exegimus,poſtque acceptum ſancti ſpiritus donũ, ſalubriter,& neceſſariè conſuetudo eſt ordinata ieiunij, vt ſi quid fortè inter ipſa feſtiuitatum gaudia negligens libertas, & licentia inordinata præſumpſit,hoc religioſæ abſtinentiæ cenſura caſtiget.

*Item ſermone octauo de ieiunio decimi menſis.*

¶ De eodem. Cap. VI.

1 HVius obſeruantię vtilitas,dilectiſſimi,in eccleſiaſticis præcipuè eſt conſtituta ieiunijs; quæ ex doctrina Sancti ſpiritus ita per totius anni circulum diſtributa ſunt,vt lex abſtinentiæ omnibus ſit adſcripta tẽporibus. Si quidem ieiunium verum in Quadrageſima, æſtiuum in Pentecoſte,autumnale in menſe ſeptimo,hyemale aũt in hoc,qui eſt decimus, celebramus; intelligẽtes diuinis nihil vacuum eſſe pręceptis,& verbo Dei ad eruditionẽ noſtram omnia elementa ſeruire, dum per ipſius mundi cardines, quaſi per quatuor Euangelia inceſſabili tuba diſcimus,quod & prædicemus,& agamus.

2 *Primum [b] verò menſem,quartum,ſeptimum, & decimum,non Hebræorum ratione,ſed noſtra debemus accipere.Primus enim menſis apud illos eſt Aprilis, quartus Iulius ſeptimus October, decimus Ianuarius. In quibus, & præterea in quinto menſe,qui eſt Auguſtus, quæ fuerit eis cauſa ieiunij. Hieronymus in commentarijs ad c. octauum Zachariæ exponit dicens.*

¶ Quare in ſupraſcriptis menſibus ieiunia lex imperauit. Cap. VII.

Poly.ibidem.

IEiunium [c] quarti, & ieiunium quinti,& ieiuniũ ſeptimi,& ieiuniũ decimi(ἀπὸ κοινοῦ enim ſubauditur menſis)domui Iudę, & Hieruſalem in dies feſtos vertetur,&

CASVS. Iſte §.reſpicit illud c.ordinationes.ſup.75.diſtin.in quo facta eſt mẽtio de primo menſe, quarto, ſeptimo, & decimo. Et dicit Gratianus, ꝙ debemus ibi intelligere primum menſem, & cęteros ſm computationem noſtram, & non ſm cõputationem Hebræorum. apud quos Aprilis eſt primus menſis. quartus Iulius: ſeptimus October: & Ianuarius decimus. Sed Romani olim primum menſem dicebant Martium: nũc vero Ianuariũ. Præterea quare Hebræi ieiunabant in Auguſto, qui eſt eis quintus menſis, rationem aſſignat Zacharias in ſeq. cap.

b ¶ Primũ.] Accipe in ſuperiori diſ c.vl.

IEiuniũ.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima ponit Hiero.verba Zachariæ, vbi dicitur,ꝙ Hebræi ieiunant in quarto,quinto, ſeptimo,& decimo mẽſe, & oſtẽdit, ꝙ Latini expoſitores hunc locũ variis modis expoſuerunt, & diſſonantibus. In ſcd̃a pte ponit multiplices cauſas quare ieiunãt Iudæi in p̃dictis menſibus. In tertia parte primò exponit verba Zacharię ſm literam: poſtea ſm anagogicum intellectum. Secunda pars incipit ibi. Cogimur.] Tertia ibi. Hoc igitur eſt omne.] Et verba ſunt ꝓphetę vſq; illud. In hoc loco.]& quod dr̃ ibi, Quarti,&c.] ſubauditur menſis. [in hoc loco,] verba ſunt Hier. inſerta illi auctoritati.

c ¶ Ieiunium quarti.] Subauditur menſis. & arg.ſumi poteſt

a ¶ In Septembri.] ſm diſtinctionem.c.ſuperioris.in fi.

IGitur.] CASVS. Docet Leo, ꝙ poſt quinquaginta dies lætitiæ, computandos à die reſurrectionis, quos in honorem Domini celebrauimus, inducitur ieiuniũ, vt ſi quid per abundantiam lætitię deliquimus,abſtinẽtia ieiunij caſtigetur.

Preçepta ĕt moralia ſūt per eccleſiā inutabilia.

poteſt ex hoc e, quòd etiam ea, quę moralia ſunt, immutantur per eccleſiam hodie. Nam alijs temporibus celebrabantur olim hæc ieiunia, alijs nunc.

a ¶ In hoc loco.] Verba Hiero.

b ¶ Dixerunt.] Oſtendendo cauſas conſtitutionis talis, vel talis ieiunij.

l ¶ Hieroſolymis.] Legitur 1 in pſalterio. Vt quid Deus repuliſti, ꝙ Hieruſalem capta eſt eo tempore, quo interfecerunt Ieſum Chriſtum, ſ. in Paſcha poſſumus dicere, quòd tunc fuerit capta: ſed illæſa conſeruata in ſe vſque ad Auguſtum, quando fuit accenſa ab Iſmael, qui Iudæus erat, & a quibuſdam alijs.

1 Dic legitur, id eſt habetur in Ioſepho: ſecūdū Goff. Hieruſalem qñ fuit capta.

Magiſtro pluſquam diſcipuli credē dum eſt.

c ¶ De fonte.] Collige in dubijs ad rei originem recurrēdū: & plus magiſtro quā diſcipuli credendū, vt dixi diſt. 9. vt veterum. & diſ. 20. de quibus 24. q. 1. loquitur. ſup. d. 12. pceptis Argum. contra nunquā ad rei originem recurrēdum. ff. de leg. & ſenatuſ. & iō. nā dicit lex, quòd non de omnibus, quæ cōſtituta ſunt reddi ratio poteſt. &c. ff. tit. eo. non omnium.

Tranſcriptū an ualeat ſine originali.

d ¶ De riuulis. Arg. nō valere ſumptum ſine originali. C. de eden. Authen. ibi poſita. arg. cōtra ext. de fideiuſ. puenit. Dicit Alberic. ꝙ ſi eſt tranſcriptū per manū tabellionis valet: arg. ff. de admin. tu. chyrographis. Azo dicit non valere, niſi p iudicē fiat translatio, vt in authen. vt fratrū filij. §. illud. coll. 9. C. de teſt. publicati. Io. Hæc qō determinatur hodie per decre. quā habes extra de fide inſtr. cap. vlt. vbi dī, ꝙ exēplata inſtrumenta aliqua iuſta cā auctoritate iudicis ſcripta eandem vim habeāt cum authenticis, & originalibus. B.

ADDITIO. De hoc not. 100. diſt. contra morem. & extra de verborum ſignificat. abbate. Archid.

e ¶ Quærere.] Sup. diſt. 9. vt veterum.

gaudiū: veritatem tantum Deus quęrit, & pacem. In hoc loco [a], noſtrorū multi multa dixerunt [b], & inter ſe diſſonātia. *& paucis interiectis.* ¶ Cogimur igitur ad Hebręos recurrere; & ſcīæ veritatem de fonte [c] magis, quàm de riuulis [d] quærere [e] †. *& paulo poſt.* ¶ Ieiunium quarti [f] mēſis, qui apud latinos vocatur Iulius, die ſeptima, & decima eiuſdē menſis illud arbitrantur, qñ deſcendens Moyſes de monte Sinà tabulas legis abiecit [g] atque cōfregit, & iuxta Hieremiā muri primū rupti ſunt ciuitatis [h]. In 5. menſe, qui apud latinos appellatur Auguſtus, cū propter exploratores terræ ſanctę ſeditio orta eſſet in populo], iuſſi ſunt montē nō aſcēdere, ſed per quadraginta annos longis à † terra ſancta circumire diſpendijs, vt exceptis duabus, Chaleb, & Ioſue, oēs [i] in ſolitudine caderēt. In hoc menſe, & à Nabuchodonoſor, & multa [k] poſt ſæcula a Tito, & Veſpaſiano templum Hieroſolymis [l] incēſum eſt, atque deſtructū: capta vrbs Bethel, ad quam multa millia confugerant Iudæorum: aratum tēplum in ignominiam gentis oppreſſæ à Tito Annio Ruſo. In ſeptimo verò, qui apud nos appellatur October, ſicut ſupra diximus, occiſus eſt Godolias, & Iudæ tribus, ac Hieruſalem reliquiæ diſſipatæ. Legamus Hieremiam. Menſe decimo (qui apud nos Ianuarius dicitur, eo quòd ianua anni ſit, atque principium) Ezechiel in captiuitate poſitus audiuit, & cunctus populus captiuorum, quinto menſe templum eſſe ſubuerſum: quod pleniſſimè in eodem propheta cognoſcimus. Hoc eſt igitur omne [m], quod dicitur. Dies plāctus, & ieiuniorum, quos hactenus habuiſtis in luctum, ſciatis vobis (quia cogitaui, vt benefaciā Hieruſalem, & domui Iuda) in lætitiā, & gaudium, & ſolemnitates eſſe vertendos: ita duntaxat, ſi veritatem diligatis, & pacem Iuxta anagogē [n], quia tunc ieiunamus, quādo ſponſus aufertur à nobis, & non meremur eius habere præſentiam: cum reuerſus fuerit Dominus ad nos, & cogitauerit, vt bene faciat nobis; omnis triſtitia vertetur in gaudiū, & fames [o] priſtina ſermonis Dei pręſentia doctrinarum eius, & cęleſtis panis ſaturitate pēſabitur.

*Exod. 32.* *Hier. 52.* *Num. 14.* [*ad terram ſanctā.*] orie. *4. Reg. 25.* *Hier. 39. & 41.* *Hier. 52.* *Ezechiel. 33.* *Ioan. 16.*

† Ex iſto tex. infertur, ꝙ quandoq; magis conſiderātur accidentale. concor. l. 2. §. ex actis. ff. de orig. iur. & l. 1. §. beſtias. ff. de poſtul.

2 Hiſtoria ſecundum Iſi. in 1. l. etym. dicitur ab hiſtore in Grecè, quod eſt Latinè cognoſcere, vel uidere. apud ueteres enī nullus ſcribebat hiſtoriam, niſi q interfuiſſet. Alij dñt, ꝙ dī ab hiſtoron Græcè, quod eſt geſticulatio, id eſt geſtuum repræſentatio: vñ & hiſtrio uocāt geſticulator, id eſt aliorū geſtorum recitator, & repręſentator. Archidiac.

Scriptura diuina quadrupliciter exponi poteſt.

f ¶ Quarti. Menſis. ſcilicet ſecundum Hebraicam computationem.

g ¶ Abiecit.] Cum inueniſſet Iudæos conflaſſe vitulū, vt 45. diſt. diſciplina. inf. de pę. diſt. 2. §. item opponitur.

h ¶ Ciuitatis.] A Nabucodonoſor, qui cum Chaldæis cępit in ciuitatem Hieruſalem 23. q. 5. hinc. in fine.

i ¶ Omnes.] Quid fidere ceperunt, ſed cum Moyſes non diffideret, & eſſet maior xx. annis, quare non intrauit terram promiſſionis? rationem habes 23. q. 4. §. his omnibus. Et dic, omnes, quia xx. annis, & ſupra exiuerunt de Aegypto.

K ¶ Multas.] Sed quare inducit hoc de Tito, & Veſpaſiano, cum ante per multa tēpora fuit illud ieiunium conſtitutum? & dicimus, quod iſtud non facit ad propoſitum: vnde eſt arg. ꝙ quandoq; aliqua inſeruntur decretis, quæ non faciunt ad propoſitum principale. arg. ſup. prox. diſt. quod dic. ver. cui initium.

m ¶ Hoc igitur eſt omne.] Id eſt, hoc ſignat apud nos: nam apud Græcos decimus inuenitur October, vt ſupra diſt. 18. propter.

n ¶ Anagogen. Id eſt, ſuperiorem, & ſpiritualem, vel moralem intellectum: nam ana, ſupra: goge, ducere: inde pedagogus quaſi ductor. hoc modo exponitur. hic eſt enim quidam intellectus hiſtoricus 2, allegoricus, moralis, ſiue tropologicus, & anagogicus: ſicut diximus ſupra. diſtinctio. 37. vino, ſic hæc vox, Hieruſalem, hiſtoricè ſignat ciuitatem illam terreſtrem: allegoricè eccleſiam: moraliter animam fidelem: anagogicè cœleſtem Hieruſalem. Moralis intellectus attendit, quæ iuxta nos ſunt. allegoricus, quæ intra nos: anagogicus, quæ ſupra nos. hic ergo ponitur anagogicus pro allegorico.

o ¶ Et fames.] Infra. 8. q. 2. audacter.

NON

NON AVTEM. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua dicitur, ꝙ a paſcha vſque ad penteconſtem nõ debemus de neceſſitate ieiunare. Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſupra in c. de ieiunio, ꝙ poſt penteceſtem ieiuninum quatuor temporum eſt celebrãdum: modo vult hic Gratianus oſtendere, quare non ante. ſ. quia a Paſcha reſurrectionis vſq; ad penteconſtẽ nõ inducuntur ieiunia ex neceſſitate, & hoc probat per ſeq. c.

a ¶ Non autem videntur.] Improbat quod dictum eſt ſu. d. ieiunijs. ſu. ea. c. ſtatuimus, & c. de ieiunio. in prin.

b ¶ Ieiunia.] inf de conſec. diſt. 3. rogationes. cõtra Sol. licèt ibi ieiunemus trib⁹ diebus, nihilominus tñ eſt ibi cõtinuata feſtiuitas. Nã dicit lex ꝙ perẽnis eſt ſiue cõtinuus fluuius, licèt quãdoq; exareſcat. ff. de flu. l. 1. reſp. Vel dic conſuetudinem ſequendam. 1. 12. diſt. illa.

Fluuius etiã qñque areſcẽs dicitur perennis.

S Cire debet.] CASVS. Docet Ambro. ꝙ quinquaginta dies a paſcha reſurrectionis vſque ad penteco. reputantur velut dies reſurrectionis, & dies Dominici: quia reſurrectio die Dñica fuit: & hos dies cum hominibus & diſcipulis ſuis ſtetit, & ideo ſicut i reſurrectione gaudendum eſt, & non ieiunamus: ſic & in his quinquaginta dieb. gaudendum eſt, nec ieiunia ſunt indicãda: nec genua flectimus.

1 Scilicet an illi tres dies, de quib. loquit prædic. rogationes ſint ieiunandi. Io. de Fã.

3 *Non autem videtur* [a] *ieiunia quarti menſis poſſe celebrari ante diem Penteconſtes. A die enim Dominicæ reſurrectionis vſque in diem Pentecoſtes nõ inducuntur obſeruanda ieiunia.*[b]

*Vnde Ambroſius in eiuſdem diei ſermone ſexageſimoprimo, qui ſic incipit.*

¶ De eodem. Cap. VIII.

SCire debet [a] ſanctitas veſtra. Per hos quinquaginta dies nobis eſt iugis, & cõtinuata feſtiuitas: ita vt hoc omni tempore neq; ad obſeruãdum indicamus ieiunia, neq; ad exorandum Deum genib. ſuccedamus †[c]. *& infra.* ¶ Inſtar ergo Dñicæ, tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes iſti dies, velut dominici deputantur. Reſurrectio. n. Dominica eſt. Nam in Dominica reſurgens ſaluator reuerſus ad homines eſt, & poſt reſurrectionem tota quinquageſima [d] cum hominib. commoratus eſt. Aequalis ergo eorum [e] neceſſariũ, vt eſſet feſtiuitas, quorum æqualis eſſet ſanctitas †. Sic. n. diſpoſuit Dñs, vt ſic eius paſſione in quadrageſimæ ieiunijs contriſtaremur; ita eius reſurrectione in quinquageſimæ ferijs lætaremur. Nõ igiẽ ieiunamus in quinquageſima; quia in his dieb. nobiſcum Dominus commoratur. ¶ *Item in Apologia* [f] *Dauid*. Hunc numerũ [quinquageſimum videlicet] læti celebramus poſt Dñi paſſioné remiſſo culpæ totius debito, chirographo quoq; [g] euacuato,[h] ab omni nexu liberi, & ſuſcipimus aduenientẽ in nos gratiam Spiritus ſancti: die Pentecoſtes vacante ieiunio laus dicitur Deo, alleluia cantatur.[i]

† *ſuccidamus.*] orig. & aliquot Gratiani exẽplaria vetuſta, & recentes editiones.

† *ſic quantitas.*] ori.

*c. 8. Gloſſa. 2.*

a ¶ Scire debet.] *In multis manuſcriptis exemplaribus a capite,* ieiunium. *vſque ad c.* poſt Phaſca. *in aliquot etiam vſque ad vltimum, nulla eſt diſtinctio capitum. Tanquam. n. vnico contextu continentur multæ auctoritates a Gratiano citatæ: Ideo verba iſta,* Scire debet ſantitas veſtra. *cohærent cũ extremis verbis Grat. ad finem præcedentis capitis atq; ita legendum,* Vnde Ambroſius in eiuſdẽ diei ſermone 61. qui incipit, Scire debet ſanctitas veſtra; *ac deinde ſubiungẽdũ,* Per hos quinquaginta, &c. *Suo enim modo aptauit hunc locum Gratianus. Nam apud B. Ambroſium paulo aliter habetur.*

*Neceſſario ergo eccleſia conſtituit, vt poſt diem Pentecoſtes ieiunia celebrentur. Sed quòd in illis quinquaginta diebus ieiunandum eſſe negatur; ex obſeruantiæ* [k] *neceſſitate intelligitur.*

c ¶ Succedamus.] quia vnum genu ſuccedit alij: & ita factũ notat.

Chriſtus poſt dies 40. aſcendit in cœlum.

d ¶ Quinquageſima] ſi quadrageſimã dixiſſet, melius dixiſſet nã poſt quadraginta dies aſcẽdit in cęlũ. de cõſecr. diſt. 5. ieiuniũ, & ſic ponitur totũ pro parte. ſic 2 ;. q. 4. cũ ſuperna. ſic e conuerſo pars ponitur pro toto. 14. q. 5. pœnale.

e ¶ Eorum.] Arg. ꝓ omnib. vigilijs Apoſtolorum ieiunãdis, vel pro nullis: quod falſum eſt: eccleſia tamen Romana cõſueuit i vigilijs omniũ ieiunare. extra de obſer. ieiunio. cõſilium. niſi Ioannis, Philippi, & Iacobi, vt ibi Laur.

Ieiunãdum eſt i vigilijs omnium Apoſtolorum niſi Ioannis Philippi, & Iacobi.

f ¶ In apologia.] id eſt ſermone excuſatorio de adulterio, quod Dauid commiſit cum Berſabeæ ab apo, qđ eſt re: & logos, quod eſt ſermo: quaſi reſponſio pro aliquo.

g ¶ Chirographo quoque.] ideſt, peccato quo tenebamur diabolo obligati tanquam chirographo.

h ¶ Euacuato.] vt C. de plus pe. l. vna. & eſt arg. ꝙ cancellato inſtrumento liberatur debitor. 2 quod verum eſt niſi creditor probet cõtrariũ. ff de prob. ſi chirographum.

2 De hoc no. extra de renunc. ſinè in glo. & ſic. & extra vt lite pen. eccleſi. 2 in fi. Arch.

i ¶ Cãtatur.] inf. de conſec. d. 3. ne quis. & c. ieiunium.

NECESSARIO CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradicto cap. dicens ꝙ eccleſia neceſſario inſtituit ieiunium poſt pentecoſtem: quod dicitur non eſſe ieiunandum in his quinquaginta diebus, intelligitur ex neceſſitate: de facto tamen ieiunamus in vigilia pẽtecoſtes, ſicut in vigilia reſurrectionis, & ad hoc inducitur ſequẽs cap.

Vigilia pentecoſtes eſt neceſſario ieiunanda.

k ¶ Obſeruantiæ.] Hic malè dicit, & in ſeq. §. immo vigilia

gilia pentecoſtes neceſſario ieiunanda eſt, vt infra cap. noſſe. & ſu. cap. ieiunio. non obſtat c. ſcire, quia pro vno die, nec plus nec minus, 1 ſed ꝙ ieiunare debeat hoc habet eccleſiæ conſuetudo generalis.

1 De conſe. di. 3. reuera. & vide qđ dixi 65. d. c. j.

f ¶ Auferam. ] Dicendo tunc eſſe ieiunandum. ADDIDIO. q. d. Nolo his diebus indicere ieiunium. Archid.

g ¶ In ſuo. ] Vt morem obſeruet in ieiunijs, ſicut dicitur de vigilia Bartholomæi. extra de obſer. ieiu. conſilium.

h ¶ Apo-

*Vnde idem Ambroſius in eiuſdem diei ſermone 60. qui ſic incipit.*

¶ De eodem. Cap. IX.

NOſſe credo. α vos fratres. Non minore lætitia celebramus diem Pentecoſtes, quàm ſanctum Paſcha curauimus. Tunc. n. ſicut modo fecimus, ieiunauimus ſabbato, vigilias celebrauimus: orationibus pernoctantes [a] † inſtitimus; vnde neceſſe eſt, [b] ſimilem † obſeruantiam ſimilis lætitia ſubſequatur.

† *perneɫlanter.* ] orig.
† *ſimilis obſeruantia ſimilem lætitiã ſubſequatur.* ] orig.

α ¶ Noſſe credo. ] *Idem euenit in hoc capite: quod in ſuperiore eueniſſe notatum eſt. Cohæret enim cum ſuperioribus, prima ſermonis periodo, quaſi in ſummam redacta.*

*Obſeruantia verò ſimilis dicitur; quo ad factum, non quò ad neceſſitatem.*

*Vnde Iſidorus lib. 1. de eccleſiaſ[illegible]s officijs, c. 42.*

¶ De eodem. Cap. X.

POſt Paſcha vſq; ad Pentecoſtem, licet traditio eccleſiarum abſtinentiæ rigorem prandijs relaxauerit; [c] tamen ſi qui monachorum, vel clericorum, ieiunare cupiunt, nõ ſunt prohibendi; quia Antonius, & Paulus, & cæteri patres antiqui etiam his diebus in eremo leguntur abſtinuiſſe, neque ſoluiſſe abſtinentiam, niſi tantum die Dominico.

*Item Hieronymus ad Lucinium, epiſt. 28.*

¶ De eodem. Cap. XI.

VTinam omni tempore ieiunare poſſimus; quod in actibus [d] Apoſtolorum diebus Pentecoſtes, & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes feciſſe legimus. *& infra.* ¶ Nec hoc dico quòd Dominicis † diebus ieiunãdum putem. & contextas [e] quinquaginta † diebus ferias auferam: [f] ſed vnaquæque prouincia abundet in ſuo [g] ſenſu: & præcepta maiorum, leges Apoſtolicas, [h] arbitretur.

Poly. l. 3. tit. 23.
Act. 13. 20. & 27.
† *al. feſtiuis.*
† *al. ſexaginta.* ] ori.

*Item Pelagius Papa Petro epiſcopo Potentino.*

¶ Sabbato magno poſt horam baptiſmi epiſcopus valet ordinari. Cap. XII.

DIlectionis tuę ſcripta ſuſcepimus, quibus ſignificas Latinum eccleſiæ Grumentinæ diaconũ ad epiſcopatũ Marcellianẽſis eccleſiæ, ſiue Cluſitanę † ab omnib. fuiſſe electũ: quod iam ante hoc tẽpus retuliſti, & iuſſi-

ſu. d. 63. literas.
Poly. l. 2. tit. 28.
Anſ. l. 6. c. 59.
† *al. Cuſilinatis.*

NOſſe credo. [ CASVS. Docetur hic, quòd cum tanto gaudio celebrandus eſt dies pentecoſtes, quanto dies reſurrectionis. Et hoc probat p ſimilẽ obſeruantiam, quia vigilia Pentecoſtes celebratur ſicut vigilia reſurrectionis, vnde ſimilis obſeruantia ſimili debet gaudere lætitia.

a ¶ Pernoctantes. ] per totam noctem ſignificat. ff. đ verb. ſign. vrbana. §. pernoctare.

b ¶ Neceſſe eſt. ] Id eſt cõueniẽs eſt 2 ſecundum G. nam cõſilium eſt non enim quidqd conſulitur, iuris neceſſitati ſubijcitur. de pœn. diſt. 6. c. 1. in fi. ff. de iudic. non quidquid.

2 Adde glo. concor. in l. de pupil. §. meminiſſe, ff. de no. op. nun. & in l. 1. ff. de offi. præfec. præto. Arch.

OBSERVANTIA. CASVS. dicit Gratianus, quòd ſimilis obſeruantia eſt, quo ad factum, & non quo ad neceſſitatem, conſuetudo tñ eccleſiæ p̃iudicat ei qđ Gratianus dicit.

POſt Paſcha. ] CASVS. Quæſitum fuit ab Iſidoro, vtrũ monachi, vel clerici vel laici poſſint ieiunare a reſurrectione vſque ad pentecoſtem? qui reſpondet dicens, quòd licèt eccleſia relaxet ieiunia, & abſtinẽtię rigorem, ſi quis tamẽ vult ieiunare, põt ad inſtar Antonij & Pauli, & cæterorũ patrũ qui in his diebus in eremo ieiunauerũt, exceptis diebus Dominicis.

c ¶ Relaxauerit. ] Interdicendo ieiunia.

VTinã. ] CASVS. Lucinius quæſiuit a Hyeronimo an ſit peccatum ieiunare i 50. dieb. poſt Paſcha reſurrectionis, & in diebus dominicis. Et reſpondet ꝙ non. Et hoc probat exemplo Pauli, & aliorum credentium, qu. in illis diebus ieiunauerunt: non tamen cogitur quis ieiunare, ſed vnaquęque prouincia in ſenſu ſuo abundat & leges maiorum interpretatur.

d ¶ In actibus. ] ſu. 50. d. ſi quis tanquam, contra.

e ¶ Contextas. ] ideſt, interſertas ſolemnitates, vel contextas ideſt, iuges & continuatas ſupra. ea. ſcire.

h ¶ Apoſtolicas. ] Conſuetudo enim interpretatur legẽ ff. de verb. ſig. anniculus.

DIlectionis. ] Hoc c. inducitur ad oſtendẽdum varietatẽ computationis inter Latinos, & Hebræos. Nã ſecundum Latinos quartus eſt menſis Iunius: ſecundũ Hæbreos Iulius: & ita facit ad propoſitum Gra. eſt ergo caſus. Latinus diaconus eccleſiæ Grumentinæ fuit electus ab omnibus in epiſcopum Marcellianẽſem. qđ negotium

ſup.diſt.54. ca. frequens.

mus, vt veniret;[a] credentes eos de perſonā eiuſdem ab epiſcopo[b] ſuo dimiſſorias accepiſſe. Quòd ſi modo fecerunt, facite eum velociter ad vrbem Romam occurrere, vt ſi Deus iuſſerit, in Sabbato magno poſt horā baptiſmi ordinetur. Quòd ſi ante memoratum diem non occurrerit, cogetur vſque ad quarti[c] menſis ieiunia ſuſtinere.

## DISTINCTIO. LXXVII.

Epiſt.82.Anaſtaſio.

*HIs temporibus[d] ſecūdum Anacletum, Zepherinum, Gelaſium, & Pelagium, epiſcopi, presbyteri, & diaconi ſunt ordinandi. Metropolitanus aūt iuxta Leonē ex presbyteris eiuſdem eccleſiæ, vel ex diaconis optimus ordinetur. Ex monachis autem, vel laicis nullus niſi per gradus eccleſiæ, debet ad ſummum ſacerdotium peruernire.*

*Vnde Caius Papa Fœlici epiſcopo, epiſt. vnica in extremo.*

### ¶ Non niſi per diſtinctos gradus quiſquam ad ſacerdotium aſpiret. Cap. I.

ILlud nos ſtatuentes vobis, & omnibus ſeruare mādamus, vt ad ordines eccleſiaſticos ſic aſcēdant in eccleſia, qui ordinari merentur: ideſt, ſi quis epiſcopus eſſe meretur; ſit primū[e] oſtiarius, deinde lector, poſtea exorciſta, inde ſacretur acolythus, demū verò ſubdiaconus, deinde diaconus, & poſtea presbyter; & exinde, ſi mereatur, epiſcopus ordinetur.

*Vnde Zozimus epiſcopus vrbis Romæ ait ad Iſychium, epiſt. 1. c. 3.*

Anſ.lib.7.cap.49. Rabanus de inſtit. cler.l.1.c.13.

### ¶ Quæ interualla temporis in ſingulis gradibus ſeruanda ſint. Cap. II.

IN ſingulis gradibus hæc tempora ſunt obſeruanda

Temporum interſtitia. ſunt in ordinib. obſeruanda.

gotium totum Petrus Pontinus epiſcopus Papæ ſignificauit? Reſcribit ergo Pelagius, ꝙ iam iuſſerat Latinum prædictum Romam venire, credens eum habere literas dimiſſorias à ſuo epiſcopo: quod ſi verum eſt, mādat Petro, ut faciat eum venire ad Vrbem in Sabbato ſancto: quia ſi tunc non venerit, cogetur ſubſiſtere, vſque ad ieiunia quarti menſis, ideſt, Iulij.

a ¶ Vt veniret.] Quia forte ſuberat Papæ iſte epiſcopus nullo medio.

b ¶ Ab epiſcopo.] Arg. quòd clericus alicuius epiſcopi in alia prouincia non debet eligi: nec ipſe debet conſentire, niſi habeat literas dimiſſorias, quibus abſoluatur ab obnoxietate ſui epiſcopi. arg. 85. diſtin. Florentinum archidiaconum. & diſt. 71. fraternitatem. arg. contra, quòd ſcilicet non exigatur conſenſus epiſcopi, inſtit. de adopt. §. ſed ſi quis nepotis. De hoc dixi ſupra 61. diſt. §. ſed aliud.

c ¶ Ad quarti.] Supra 75. diſt. ordinationes.

HIs temporibus. CASVS. Oſtenſo quibus temporibus ſint clerici ordinandi, nunc in hac 77. diſtin. oſtendit quæ vel quanta interſtitia temporum in ſingulis ordinibus ſint ſeruanda, & ſuper hoc triplex regula ſeruatur. Nam alia ſeruatur in pueris, qui per interſtitia promouentur, quæ ſunt inf. ca. in ſingulis. & quicunq; alia in grādæuis, qui intra 7. ann. recipiunt ordines, vt inf. ca. quicumq; alia in monachis, quia monachus ex diſpenſatione intra annum promouetur, laicus intra annum & dimidium, ut infra ea. monachus & docet 1. c. huius diſt. quòd gradatim debet fieri ordinatio.

SI quis pecunia.] CASVS. Conſtituit Nicolaus Papa, quod ꝙ ſi quis pecunia, uel alio modo illicito vſurpet ſedem apoſtolicam: nō apoſtolicus, ſed apoſtaticus habeatur: & liceat Cardinalibus eū anathematizare, & laicorum auxilio eum repellere: & ſi electio ſucceſſoris intra vrbem fieri non poteſt, fiat extra: & electus habeat plenā poteſtatem diſponendi res in vtilitatem eccleſię, & faciendi omnia quaſi eſſet inthronizatus.

Papa vtrum poſſit accuſari de ſimonia.

a ¶ Non apoſtolicus.] Videtur per principium iſtius c. ꝙ Papa de ſimonia poſſit accuſari: quia non eſt Apoſtolicus, ſed apoſtaticus, & quia ſimonia hæreſis eſt 1. q. 1. eos qui. & ca. fertur. & ca. liqueat. & per primum cap. huius diſt. quod nō credo. & loquitur hic de eo qui per ſimoniā electus eſt ab illis, qui non habebāt poteſtatē eligendi, nō à Cardinalibus. Simonia autem largè dicitur hæreſis, non ſm ꝙ Papa, vel alius de hæreſi poteſt accuſari, cum ſcilicet errat aliquis in articulis fidei, ſed antequam eligatur Papa, exceptione cuiuslibet criminis repelli poterit. Sed pone ꝙ aliquis accuſat Cardinales, quòd ſimoniacè elegerint Papam (hoc enim licite poteſt fieri, vt inf. cap. proxi.) nunquid ſi probata fuerit ſimonia, Papa deponetur? Non. argum. 2. quæſt. 5. interrogatum. ff. de adult. c. denūciaſſe. Sed quid ſi dum vxor tua creditur mortua, eligeris in Papā, & conſecratis, & vxor

Simonia dicitur hæreſis.

vxor tua te repetit, an ei reddendus es; vel ſi tu neges eam tuam vxorem eſſe, apud quem cognoſcetur, cum Papa iudicari non poſſit, niſi de hæreſ? Reſp. ſi reuocetur in dubiũ, non eſt cogẽdus ſtare iudicio alicuius, immo excipere poteſt, Dominus eſt qui me iudicat. 9. q. 3. alio-

in quo non ſufficit altera pœna 23. q. 5. cap. quid ergo
b ¶ Inthronizatus.] Si 23. diſt. in nomine.

ELECTIO CASVS. Hic eſt tertius articulus, vbi dicitur, ꝙ electio ſucceſſoris debet fieri cum deliberatione anteceſſoris.

cum religioſis, & Deum timentibus clericis, & laicis [a] inuaſorem etiam cũ anathemate, & humano auxilio, & ſtudio à ſede Apoſtolica repellere, & quem dignum iudicauerit, præponere. Quòd ſi hoc intra vrbem perficere nequiuerint, noſtra auctoritate Apoſtolica congregati in loco, qui eis placuerit, eligant, quem digniorem, & vtiliorem Apoſtolicæ ſedi perſpexerint; cõceſſa ei auctoritate regendi, & diſponendi res, & † vtilitatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ſecundum ꝙ ei melius videbitur, iuxta qualitatem temporis, quaſi iam omnino inthronizatus [b] ſit.

† al. in.

*5 Electio verò Romani Pontificis etiam cum deliberatione prædeceſſoris fieri debet.*

*Vnde Symmachus Papa ait in ſynodo Romana prima, cap. 4.*

Deuſdedit ibi. Polyc. ibid. Anſ. l. 6. cap. 1. Pann. l. 3. c. 2.

¶ Si Papa de electione ſui ſucceſſoris ante decernere non potuerit Cap. X.

SI tranſitus Papæ (quòd abſit) inopinatus euenerit, vt de ſui electione ſucceſſoris (vt ſupra placuit) non poſſit [c] ante decernere; ſi quidem in vnum totius inclinauerit † eccleſiaſtici ordinis electio, conſecretur electus epiſcopus. Si autem vt fieri ſolet, ſtudia cœperint eſſe diuerſa eorũ, de quibus certamen emerſerit, vincat ſententia plurimorum [d]; ſic tamen, vt ſacerdotio careat [e], qui captus promiſſione; & non recto iudicio de electione decreuerit Synodus dixit, Placet, &c.

† al. conuenerit.

*6 Sicut ſupra monſtratum eſt, electio ſummorum ſacerdotum à Cardinalibus, & religioſis clericis fieri debet; electio vero eorum iudicio diuino reſeruata eſt.*

*Vnde Anacletus Papa ait ad epõs Italiæ, epiſt. 2. cap. 2.*

Iuo. p. 5. c. 238.

¶ Summorum Pontificum electionem ſibi Dominus reſeruauit. Cap. XI.

ELectionem [f] verò ſummorum [α] ſacerdotum ſibi Dominus reſeruauit, licet electionem eorum bonis ſacerdotibus, & ſpiritualibus populis conceſſiſſet.

α ¶ Summorum.] *ſequebatur*, Pontificum vel ſacerdotũ, *Sublatæ ſunt duæ priores voces, quia neq; in originali, neq; apud Iuonẽ, neq; in vetuſtis Gratiani exẽplaribus legũtur.*

DISTINCTIO LXXX.

1 ps

L O-

SI tranſitus.] CASVS. Symmach⁹ Papa ſtatuit, vt ſi mors inopinata cõtingat, ita vt anteceſſor, non poſſit ante decernere de electione ſui ſucceſſoris, ſi quidẽ ab omnibus fuerit canonice electus, conſecretur. Si autem (vt fieri conſueuit) duo eligãt, electus à plurib. preferatur, niſi fuerit ſimoniace electus.

c ¶ Non poſſit.] Inf. 8. q. 1. epiſcopo nõ. cõtra. Solutio, aliud ẽ de ſuis ſucceſſoris electionecũ fratrib. deliberare, qđ poſſet fieri, vt hic ꝑmittitur, & aliud eſt ex teſtamento quaſi dignitatis ſuæ heredẽ ſubſtituere, qđ ibi penitus prohibetur, quia nec Papæ licèt 3. qa hoc nec Moyſes potuit 8. quæſ. 1. Moyſes, nec eſt trahendũ ad conſequẽtiam factũ Petri Clementẽ ſubſtituẽtis ſibi. 8. q. 1. c. 1. quia & ad eius vmbrã curabantur infirmi. de hoc dici cõſueuit. 1. q. 1. Petrus.

d ¶ Sententia plurimorum.] ſ. duarum partium. extra de elect. licet.

e ¶ Careat.] Accuſabitur ergo iſte de ſimonia, nec præiudicabitur Papæ, arg. 2. q. 5. interrogatũ eſt.

SICVT.] CASVS. Hic eſt quartus articulus, ĩ quo dicitur, ꝙ electio ſummorũ Pontificum ſoli Deo reſeruatur, licèt electio à Cardinalibus fiat. Quod probatur ſequenti c. cuius caſus planus eſt.

Papa an de ſuo ſucceſſore poſſit cũ Cardinalib. deliberare.

3 Sed nunquid Papa poteſt dare licẽtiã alij ut eligat ſibi ſucceſſorẽ; certe ſic. 7. q. 1. petiſti. quare ergo non poteſt ſibi eligere? Rñdet H. ꝙ multa ſunt q̃ alijs indulgemus licite, nobis tñ talia ĩdulgere non licet. Eps̃ eñ ſæpe cum alijs diſpenſat priuilegium, uel honorem dat alijs Sed nũquid talia poſſit ſibi ĩpendere? nõ: quia nemo aſſumit ſibi honorem 8. q. 1. in ſcripturis ſecundum H.

Coniugatus in Papã electus, an debitũ reddere debeat.

1 Alias prohibetur in malis, hoc ſpecialiter, &c.

2 De hoc 16. q. 1. ſtatuimus.

aliorum. Si autem certum eſt, tenetur ei reddere debitum, niſi mulier induci poſſit ad continentiam obſeruandam, vel abrenunciabit papatui, & ſatisfaciet vxori, &c.

a ¶ Laicis. Infra d. 96. c. 1. contra. Sed illud generaliter prohibetur 1. in alijs qđ ſpecialiter cõtra inuaſorẽ Apo. ſedis permittitur, vel ſingulis referẽda ſunt ſingula: licèt clericis anathematizare, & laicis humano auxilio a ſede Apoſto. pellere. Et ſic aliquis punitur ſimul pœna canonica, & ciuili 2. contra id extra vt lit. non conteſt. quoniam, in fi. Sed hoc ſpeciale eſt in intruſo,

f ¶ ELectionem. Et ita fallit regula, ad quem ſpectat inſtitutio, & deſtitutio. 16. q. 2. viſis, qui benedicere poteſt, & maledicere, qui ligare, & abſoluere poteſt, vt 21. diſt. inferior, &c. denique.

LOca vero.] Hæc diſtin. diuiditur in duas partes, in quarum prima quæritur vbi debeat fieri ſedes patriarchalis, vel primatuum vel metropolitanorum, vel epiſcoporum, vel aliorum minorum. Secunda ibi.] Sedes autem. Io. de F.

CASVS. Supra oſtendit quando, & à quibus clerici debeant ordinari, nunc vero in hac 80. diſtin. oſtendit in

quibus locis debeant ꝑponi Patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi,& presbyteri. Patriarchæ debent poni in capitibus prouinciarum, ut inf.99.d.prouinciæ, archiepi in ſingulis prouincijs, ut inf.6.q.3.ſcitote.epi uero in ciuitatibus,Presbyteri per caſtella, & uillas,ut if.eo. epi. f ¶ In fide.] Inf.24.q.1.quoties contra.inf. 16.q.1.frater noſter, contra vbi dr, ꝙ tantum ad Petrum eſt referenda quæſtio fidei. ſed expone hoc in fide, id eſt, fideliter Vel poſſunt agitare cauſas fidei, ſed non procedere ad ſententiam. Vel diſtingue qui ſint qui dubitant; nam

Fidei quæſtio eſt referenda ad ſedem Petri.

a ¶ Loca.] Hic intitulatur 80. d. ſupra magiſter oſtendit à quib.& quando ſint ordinãdi clerici,nũc ſubdit in quibus locis ordinãdi debeãt ordinari,& quidem primates bi conſtituũtur, ubi olim ponebãtur protoflamines gẽtiliũ,archiepiſcopi ubi archiflamines, epiſcopi ubi eorũ flamines, & hoc ex maxima parte factũ eſt inſtitutione beati Petri; ut if.eo. cap.1. & 2.

Protoflamines. Archiflamines. Flamines.

*ca a vero in quibus primates, Patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, presbyteri ſunt ordinandi; hæc ſunt ſecundum Lucium Papam, & Clementem, atque Anacletum. Ait enim Lucius Papa.*

Extat apud Stephanum 1.epiſt. 2. c.5.

¶ In quibus locis primates, vel patriarchæ debeant ordinari. Cap. I.

Anſ.l.6.c. 118.

VRbes & loca,quibus primates præſidere debent,nõ à modernis, ſed etiam multis ante aduentum Chriſti ſunt ſtatutæ [b] temporibus;quarum primates etiam gẽtiles,pro maioribus etiam negotijs appellabant[c].In ipſis vero vrbibus poſt Chriſti aduẽtum,Apoſtoli,& ſucceſſores eorum,patriarchas[d], vel primates poſuerũt, ad quos epiſcoporum negotia (ſalua in omnibus Apoſtolica auctoritate) & maiores cauſæ,poſt Apoſtolicam ſedem ſunt referendæ.

*Item Clemens Papa ad Iacobum, epiſt. 1.*

¶ De eodem. Cap. II.

Leo.9.epiſt. 3. Poly.l.2.tit. 22. Burc.l.1.c. 155. Anſ.l.6.c. 113. † *iudicia* ] oti.

† *al. archiflamines.*

IN illis verò ciuitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi † flamines eorũ, atque primi legis Doctores erant, epiſcoporum primates poni vel Patriarchas B. Petrus [e] præcepit,qui reliquorum epiſcoporum cauſas †,& maiora,quoties neceſſe foret, negotia in fide [f] agitarent. *& paulo poſt.*¶ In illis autẽ ciuitatibus, in quibus dudũ apud prædictos erant archiflamines, quos tamẽ minores tenebant [g], quàm memoratos primates, archiepiſcopos inſtitui præcepit:*& infra.* ¶ In ſingulis verò reliquis ciuitatibus† ſingulos[h],& non binos, vel ternos, aut plures epiſcopos conſtitui præcepit,qui non primatum, aut archiepiſcoporum;aut metropolitanorũ nomine,quia matres ciuitatum non tenent, ſed epiſcoporum tantum vocabulo potirentur: quoniam nec inter ipſos Apoſtolos par [k] inſtitutio fuit: ſed vnus omnibus præfuit.

† Adde qđ ſit ciuitas, quid uilla, & quid caſtrum. not. Bart. in l.1. §.ſi aũt. ff.de no.ope. nũc & in l. ſi hæres. ff. de leg. 1.

Idem eſt Clementis in epiſt.proxime citata. Burch.l.1.c.4. Iuo p.5.c.58. & 98.

*Item Anacletus epiſt.3. c.2.*

¶ De eodem. Cap. III.

EPiſcopi.

VRbes.] CASVS. Hoc c. loquitur de primatibus gentilium, & Chriſtianorum. Eſt ergo caſus. Lucius cõſultus fuit in quibus locis primates Chriſtianorũ ſunt collocandi:qui reſpondet dicens, ꝙ multo tẽpore ante aduentum Chriſti urbes ſunt ſtatutæ, in quibus erant primates gentilium,ad quos ipſi gentiles ꝓ maioribus negotijs appellabãt, & in eiſdem locis poſt aduẽtum Chriſti Apoſtoli,& eorũ ſucceſſores poſuerũt primates Chriſtianorum, ad quos (Salua apoſtolica auctoritate) epiſcoporum maiora negotia ſunt referenda.

b ¶ Statutæ.] A gentibus:& ita eſt arg. ꝙ cõſtitutiones gẽtilium ſunt authenticæ arg.99.d.cap.1. Nec eſt contra 11.q.1.cap. 1. nã illud de parochijs,hoc de ciuitatibus.

c ¶ Appellabãt.] Ergo bene dicitur,appello Papam,appello ſedem Apoſtolicam,& Apoſtolus dixit, Cæſarem appello.

Primas, & patriarcha idem.

d ¶ Patriarchas.] Repetitio eſt eiuſdem, quia idem eſt primas,& patriarcha.99.diſt.c.1.ſicut,& dicit lex.differentia tantum nominis eſt inter pignus & hypothecam ff.de pign.res hypothecæ.§. inter pignus.

IN illis.] CASVS.Gentiles habebant tres ordines ſacerdotum,ſcilicet primiflamines,archiflamines,& flamines. Loco primiflaminũ Petrus iuſſit poni patriarchas, qui de maioribus aliorũ epõrum cauſis cognoſcunt. Loco archiflaminum,archiepos. Loco flaminum epos,qui in ſingulis ciuitatibus ſinguli eſſe debent.

e ¶ Petrus.] Argu.à tempore Petri eſſe limitatas prouincias.

ſi laici,uidetur, ꝙ epiſcopi poſſint determinare extra de hære.ad abolendam ſi clerici, Papa extra eodem tit.cum Chriſtus.

g ¶ Tenebant.] id eſt, reputabant.

h ¶ Singulos.] Arg. in una ciuitate non plures eſſe debere epiſcopos 1.de Auguſtino, & Valerio fuit ſpeciale, ut inf.7.q.1. non autem. Sed quid de Venetis, qui patriarcham, & epiſcopum habent? Sed dic ꝙ non eſt Patriarcha Venetorum,ſed Grãdẽſis, qui locus differt multum à Venetijs.

1 Ad hoc extra de off. ord.quoniã. 22.q.2 ſicut.

i ¶ Vocabulo.Nam olim,& c. 95.diſt olim.

K ¶ Par. Sup.diſt.21.in nouo,contra 24.q.1.loquitur. contra. Sed par fuit quo ad conſecrationem, non quo ad adminiſtrationem.

Veneti patriarcham, & epiſcopũ habent.

EPiſcopi.] CASVS. In hoc cap. notatur duplex differentia inter epos & presbyteros, Prima eſt, quia habent.

epiſcopi

epiſcopi nõ debent poni in ciuitatibus, quin etiam ſint magnæ, & non paruæ. presbyteri vero per caſtella. Secunda differentia eſt, quia epiſcopus non poteſt conſecrari ab vno epiſcopo, ſed presbyter ſic.

a ¶ Non in caſtellis.] Quandoq; tamen epiſcopus eſt in

d ¶ Vileſcat.] Quantum ad vulgi opinionem. nam propter hoc non eſt vilior epiſcopus, vt 93. di. legimus. Similiter ſponſa non eſt ſtatim tradenda, ne vileſcat deſideranti, vt 27. q. 2. inſtitutum eſt. ſimile in fide ſuſcepta per vim, vt 45. diſt. de Iudæis. Sic epſ non erit ſolus ne vileſcat per hoc. Epiſcopus 93. diſt. diaconi. qui. nõ debet eſſe ſolus. Idẽ eſt in pœnitẽtia non iteranda. de pœni. diſt. 2. quamuis. 50. d. quamuis.

non in caſtellis [a], aut modicis [b] ciuitatibus debent cõſtitui: ſed presbyteri per caſtella, & modicas ciuitates, atq; villas debent ab epiſcopis ordinari, & poni: ſinguli [c] tamen per ſingulos titulos ſuos: Et epiſcopus non ab vno, ſed à pluribus debet epiſcopis ordinari, & vt dictum eſt, non ad modicam ciuitatem, ne vileſcat [d] nomen epiſcopi: ſed ad honorabilem vrbem titulandus, & denominãdus eſt. Presbyter verò ad qualemcunque † locum, vel eccleſiam in eo conſtitutam eſt præficiendus.

† quamcũque. ] orig.

*Item Leo Papa ad epiſcopos Africæ, epiſt. 85. cap. 2.*

De eodem. Cap. IIII.

Poly. lib. 2. tit. 23. Burc. li. 1. c. 32. Iuo p. 5. c. 107. 143.

ILlud ſanè, quòd ad ſacerdotalem pertinet dignitatẽ, inter omnia volumus canonum ſtatuta ſeruari, vt nõ in quibuslibet locis, neque quibuslibet caſtellis, & vbi [e] ante non fuerunt, epiſcopi cõſecrentur [f]: cum vbi minores ſunt plebes, minoresque conuentus presbyterorum cura ſufficiat: epiſcopalia autem gubernacula, non niſi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oporteat præſidere; ne, quod ſanctorum Patrum diuinitus inſpirata decreta vetuerunt; viculis, & poſſeſſionibus, vel obſcuris, & ſolitarijs municipijs tribuatur ſacerdotale faſtigium.

ext. de priuil. cap. 1.

*Item ex concilio Laodicenſi, cap. 57.*

¶ De eodem. Cap. V.

NOn debere in vicis, & villis † epiſcopos ordinari; Sed viſitatores [g] [α], ideſt, qui circumeant, cõſtitui: hos autem, qui ante hac ordinati ſunt, nihil agere cenſemus ſine conſcientia epiſcopi ciuitatis. Similiter etiam presbyteri [h] nihil ſine præcepto [i], & conſilio epiſcopi agant.

† al. caſtellis.

α ¶ Sed viſitatores.] *In codice Græco impreſſo legitur,* περιοδευτὰς, *in tribus autem manuſcriptis,* ἀλλὰ περιοδευτάς.

† ἀνὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου.

2 *Sedes autem epiſcoporum non longo interuallo debent diſiungi, vt ad conſecrationem ſui comprouincialis ſine difficultate poſſint occurrere.*

*Vnde Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo, reſponſo octauo.*

¶ Epiſcopales ſedes non longo interuallo à ſe debent Diſiungi. Cap. VI.

FRaternitatem tuam ita volumus in Anglia epiſcopos ordinare, vt ipſi ſibi epiſcopi lõgo [k] interuallo mini-

Pann. lib. 3. c. 16.

Leges vbi debent legi.

ILlud.] CASVS. Statuitur in hoc cap. vt in minoribus locis, & vbi eſt paucitas hominum ponantur presbyteri, & eorum cura ſufficiat: epiſcopi verò in frequentibus ciuitatibus, & maioribus populis.

e ¶ Et vbi.] Vt & j. 16. q. 1. felix epiſcopus & c. multis cõcilijs. & 16. q. 1. plures.

f ¶ Conſecrentur.] niſi multitudo exercuerit, vel gens de nouo ſit cõuerſa ad fidem, vt inf. 16. q. 1. præcipimus. argu. de 99. nulli archiepiſcopi extra de eccl. ædific. ad audientiam 3.

3 Idem & in alio caſu 7. q. 1. temporis. 12. q. 2. abbatibus.

NOn dẽre.] CASVS. Laodicẽſe concilium ſtatuit, vt epiſcopi nõ ponantur per vicos & villas; ſed viſitatores ideſt archipresbyteri, qui debent viſitare parochias; qui ſine concilio & conſcientia epiſcopi ciuitatis nihil agere debent.

g ¶ Sed viſitatores.] .i. archidiaconos, vel archipresbyteros.

h ¶ Similiter etiam presbyteri.] inf. 12. q. 2. abbatibus.

i ¶ Sine præcepto.] ſi volunt res eccleſię alienare. 12. q. 2. abbatibus, vel intellige de præcepto generali 4. vt 16. q. 1. in cũctis.

4 Sic etiam not. 75. diſt. cap. 1. & hoc ratione officij eccleſiaſtici ſecũdũ H.

SEDES AVTEM. Hæc eſt ſecũda pars diſt. in qua dicitur quòd epiſcopales ſedes debent eſſe vicinæ. Ioan. de Fant.

FRaternitatem tuam.] CASVS. Præcepit Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo, vt ordinaret epiſcopos non longo interuallo inter ſe diſtantes, vt leuiter poſſint conuenire ad epiſcoporum ordinationem faciendum: quæ ad minus cum tribus epiſcopis, vel quatuor fieri debet, & conuenit.

k ¶ Longo.] Dñt quidam longo, vt xx. miliariũ. arg. ff. de

1 Concor. l. 1. C. de ſtu. li. vrb. Ro. l. 11. in caſtro. 16. q. 1. & temporis. vbi dicitur, Cumani caſtri ſacerdos.

b ¶ Aut modicis.] Similiter leges in maioribus ciuitatibus & regalibus tñ ſunt docẽdæ, vt in proœmio. ff. 1.

2 70. diſtin. ſanctorum.

c ¶ Singuli.] Argum. nullum debere in duabus eccleſijs intitulari 2.

me diſiunguntur: quatenus nulla ſit neceſſitas, vt in ordinatione alicuius epiſcopi conuenire non poſſint. Nã epiſcoporum ordinatio ſine aggregatis tribus,[a], vel quatuor epiſcopis fieri non debet.

## DISTINCTIO. LXXXI.

*Haec de ordinãdis [b] & ordinatoribus, atq; de ſingulorum graduum diſtinctionibus, & officijs dixiſſe nos ſufficiat. Verum quia aliquantulum diffuſius in his immorati ſumus, quædam præcedentibus cohærentia ſub epilogo [c] ad memoriam ſubijciamus. Debet ordinandus in epiſcopum (vt Apoſtolus ſcribit) eſſe ſine crimine, ideſt ſine peccato mortali: quod non ſolum de epiſcopo, ſed etiam de quolibet electo ad aliquam præpoſituram eccleſiæ oportet intelligi.* Ad Titum. 1.

*Vnde Auguſtinus ſcribit tractatu 41. ad c 8. Ioannis.*

¶Sine crimine, & graui peccato debet eſſe, qui ordinatur epiſcopus. Cap. I.

APoſtolus Paulus quando elegit [d] ordinandos, vel presbyteros, vel diaconos, & quicunque ordinandus eſt ad præpoſituram [e] eccleſię; nõ ait, ſi quis ſine peccato eſt (hoc enim ſi diceret, omnis homo reprobaretur [f], nullus ordinaretur [g]:) ſed ait: [ſi quis ſine crimine eſt.] ſicut eſt homicidium, adulterium, aliqua immũditia fornicationis, furtum; fraus [h], ſacrilegium, & cætera huiuſmodi. *Item.* ¶ Crimen autem eſt peccatum graue accuſatione, & damnatione [i] digniſſimum. Beda ad Tit. 1. Ad Titum 1. & 1. Tim. 3. Aug. ibid.

2 *Quolibet itaque horum implicatus ordinari non debet; vel ſi iam ordinatus, ante tempus, vel poſt tempus ſuæ ordinationis aliquod eorum admiſiſſe conuincitur, ſuſcepti gradus officio priuabitur.* ſup. d. 25. ca. vnum oratium. Ex libello Ennodij pro defenſione ſynodorum Romanarum.

*Vnde Symmachus Papa ait.*

---

de verbor. ſign. l. 3. melius hoc relinquitur arbitrio boni viri, ideſt, iudicis. ar. ff. de iure deliber. l. 1. extra de offic. iudi. deleg. de cauſis. Vnde ſi multum diſtant ciuitates illæ inter ſe, in locis intermedijs debet poni eps, conuenienti ergo interuallo debet diſtingui. habita cõſideratione ſtat⁹ & qualitatis regionis ipſius, & difficultatis viarum. ſic 16. q. 1. & temporis.

Ep̃atus ſunt diſtinguẽdi interuallo cõuenienti.

a ¶ Tribus.] Ad minus. ſ̃. d. 51. c. vlt. ſ̃. diſt. 64. epiſcopum.

HAec de ordinandis.] In hac diſt. incipit ſexta pars tractatus diſtinctionũ, & protenditur vſq; ad 93. diſt. Et diuiditur hæc diſtinct. in quatuor partes: in quarum prima probat qualiter intelligitur illud verbum, [Oportet epiſcopũ eſſe ſine crimine.] Secunda ibi. [Quolibet.] Tertia ibi, [Clericus.] Quarta ibi, [Oportet.] Io. de Fan.

CASVS. Egit ſupra Gratianus de ordinationib. & officijs ſingulorum. Ab hoc vero loco vſque ad 91. diſt. breuiter epilogat quędam c. apoſtolicę regulæ, vt addat quædã quæ prętermiſerat. Et continuans dicta dicẽdis. primò ponit de primo c. apoſtolicæ regulæ. ſ. oportet ep̃m eſſe ſine crimine, id eſt, ſine peccato mortali: quod verum eſt nõ ſolum de epiſcopo, ſed etiam de quolibet prælato: quod probat per ſeq. cap.

b ¶ Hæc de ordinandis.] A 25. diſt. vſque ad 50. tractauit magiſter xiij. cap. apoſtolicæ regulæ. Sed quia quędã omiſit, ideo ab hac 81. diſt. vſque ad 93. diſt. nouem cap. apoſtolicæ regulæ repetit: non ordine illo. Et quo illa executus eſt in hac exequtur illud: oportet ep̃m eſſe ſine crimine addit: etiam de incontinentibus: in quo includitur ſecundũ c. apoſtolicæ regulæ. & ꝙ qui priuatur officio, debet priuari beneficio 1 & quòd archidiaconus ſolus non debet accedere ſub prætextu humilitatis ad tabernacula matronarum 2.

1 Vt inf. c. ſi quis ſacerdotum. Arch.
2 Vt inf. ca. clericus. & c. ſequentib.

c ¶ Sub epilogo.] Ideſt, breuiter petitione ſuperiorum. ADDITIO. Et dicitur ab epi. quod eſt ſupra: & lagos. quod eſt ſermo. Archid.

APoſtolus.] CASVS. Paulus apoſtolus docuit, quòd quando eligitur aliquis ad ordines, vel ad aliquam dignitatem, debet eſſe ſine crimine, quod ſit dignum accuſatione, & depoſitione, vt homicidium, & adulterium, & huiuſmodi. Sed non ait ſine peccato: quia ſi hoc dixiſſet, omnis homo repelleretur.

d ¶ Qñ elegit.] Ideſt, eligi præcepit. 6. q. 1. ſi ſacerdos.

e ¶ Ad prępoſituram.] ideſt, ad quodcumque eccleſiaſticum officium. & ita patet, ꝙ criminoſus etiam à minimo ordine prohibetur, vt hic, & 33. diſtin. cap. 1. & 2. 34. diſt. cognoſcamus. 24. diſt. c. vlt. hoc hodie terminatur, extra de temp. ordi. c. vlt.

Criminoſus etiam à minimo ordine prohibetur.

f ¶ Reprobaretur.] inf. de pœn. d. 3. ſepties. §. Niniuitę.

g ¶ Ordinaretur.] Simile de pœn. diſt. 3. ca. pen. & diſt. 2. ſi enim.

h ¶ Fraus.] Hoc verum eſt, cum fraudi dolus ineſt. nam omnis dolus eſt fraus: ſed non conuertitur. ff. de pact. iuriſgentium. §. dolo. & ſic ſumitur extra de reſcript. cæterum. quandoque largè ſumitur fraus. ff. de reg. iuris, fraudis.

Fraus eſt genus doli.

i ¶ Et damnatione.] Solet quæri propter quę crimina quis deponi 3 debet: non enim pro quolibet deponitur 5. q. 4. in loco. Et eſt ſuper hoc duplex opinio. Quidam dicunt, ꝙ pro quolibet crimine deponitur, niſi expreſſum ſit in contrarium, ꝙ pro eo deponi non debet. alij dicunt, ꝙ nunquam deponi debet pro aliquo, niſi expreſſum ſit. pro quo ego dico, quod pro quolibet crimine, in quo quis eſt incorrigibilis, deponi debet. ſed ſtatim tamen non deponitur aliquis pro prima contumacia, vt 45. diſt. licèt & 74. diſt. honoratus. illud autem non eſt crimen. 5. quæſt. 4. in loco. nec illa quorũ exempla poſui 68. diſt. cap. 1. & multa exempla de hoc poſui. 15. q. 8. in ſumma.

Crimina digna depoſitione q̃ sũt.
3 Ad hoc extra de iud. cum non ab homine. Archid.

QVOLIBET. Hic incipit ſecunda pars huius diſtinct. in qua

in qua probat per 16. auctor. ſanctorum patrum, ꝙ ſi clericus ceciderit in lapſum criminis poſt ordinationē, debet deponi. Io. de Fan.
CASVS. Supra dictum eſt in ca. Apoſtolus, ꝙ ordinandus dēt eſſe ſine crimine, vt homicidio, & adulterio, & ſimili-

accuſator per annū tacuerit, poſtea poteſt promoueri electus, vt ff. de mune. & hon. reus ſed in epiſcopatu tātum tres menſes, dantur, vt in auth. de ſanct. epiſc. §. 1. collat. 9. niſi iudex. breuius tempus fuerit moderatus, vt 4. q. 5. quiſquis. arg. ext. de fide inſtr. accepimus extra de appell. perſonas, in fi.

Gof. ꝙ ſi aliquis pēdente accuſatione, vel denū citatione ꝓmoueaē, promoueri dēt, quāuis innoxius. ſit de re mil. q ſtatu. & l. qui cū vno. §. reus.

¶ Monitoris perſonam non recte ſuſcipit, qui verbis, nō operibus docet. Cap. II.

NEmo recte monitoris [a] perſonam ſuſcipit, niſi qui actibus ſuis errata [b] condemnat, & amorem innocentiæ conuerſatione demonſtrat.

*Item celeſtinus ad epiſcopos Gallia, epiſt. 2. c. 3.*

¶ Careat ordine, quem præſtat, qui indignum ſublimare non metuit. Cap. III.

TAntis Daniel grauatus teſtimonijs, tāta facinorum accuſatione pulſatus, ſacrarum, vt dicitur, virginū pollutus inceſtu, epiſcopus aſſeritur ordinatus. Et, vt in noſtri libellis ſcrinij continetur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus, in pontificij dignitatem, hoc tempore, quò ad cauſam dicendam, miſſis à nobis literis, [c] vocabatur, obrepſit. [d] Sacro nomini abſit iniuria. Facilius eſt, vt hanc dignitatem tali dādo, ipſe amiſerit ordinator, quam eam obtineat ordinatus. Cui conuicto [e] ſociabitur [f], qui ſibi eum credidit, largiendo pontificium, ſociandum. Qualis enim ipſe ſit, quiſquis tales ordinauerit, oſtendit.

*Item ex concilio Nicæno, c. 9.*

¶ Non recipit ordo eccleſiaſticus eum, qui ſine examinatione, vel poſtea confeſſus ordinatur. Cap. IV.

Rab. lib. pę. c. 1.
Burc. li. 2. c. 13.
Iuo par. 6. c. 33.
Anſel. lib. 8. c. 13.
ſup. diſt. 24. c. vlt.

SI qui ſine examinatione [g] promoti presbyteri ſunt, & poſtea examinati [h] confeſſi ſunt peccata ſua: & cum

e ¶ Cōuicto. ] De crimine: vel quod poſt accuſationem fuerit ordinatus.
f ¶ Sociabitur. ] Sic ergo ſententia lata cōtra ordinatū præiudicat ordinatori, vt hic, & 59. diſt. ordinatos. & hoc videtur propter cauſæ cognitionem, vt dixi 3. q. 6. hæc q ppe. Vel dic, quod tunc præiudicat ordinatori ſentētia lata contra ordinatum, quando præſens eſt, & ſcit cauſā agi ordinati, cum enim quaſi ſua cauſa agi videaē, & tacet; nec defendit cauſam, ſibi præiudicat, vt extra de ſent. & re iudi. quāuis. & ff. de reg. iur. ſæpè.
SI qui. ] CASVS. Quidam presbyteri promoti ſunt ſine examinatione. & poſtea cū examinarenē, ipſi in iudicio cōfeſſi ſunt oīa peccata ſua. Alij ante ordinationem cū examinarentur, cōfeſſi ſunt peccata ſua & tamen epī promouerunt eos, quæſitum eſt in Nicæno concilio, vtrum iſti debeant recipi & defendi in ſuis ordinibus? Et reſpondet quod non. Sic ponit caſum Beneuen. Hu. verò intelligit de eiſdem perſonis caſum ſic. Aliqui ſine examinatione in presbyteros ſunt promoti: poſtea examinati in iure, confeſſi ſunt peccata ſua, nihilominus tamen promoti ſunt ad epiſcopatum, vel ad aliam dignitatem; quæſitum eſt in concilio utrum tales debeant recipi? Et reſpondet quòd non.

& ſimilibus. Nunc autem dicit, ꝙ ſi his criminibus aliquis eſt obnoxius, promoueri non debet, nec ordinari, & ſi eſt ordinatus, & talia cōuincitur cōmiſiſſe ante ordinationē, uel poſt, dēt deponi, vt probatur per ſeq. ca.
NEmo. ] CASVS. Dicit Symmachus in hoc cap. quòd nullus debet aſſumere prædicandi officium, niſi qui ſuis actibus errata condemnat, & amorem innocentiæ ſua conuerſatione demonſtrat.
1 a ¶ Monitoris. ] id eſt, prædicatoris.
b ¶ Errata. ] id eſt, maiora. 1, 68. d. c. 1. aliàs contradiceret propoſito Gratia. ſic 25. d. c. vlt. & 3. q. 7. iudicet.
TAntis. ] CASVS. Daniel cum eſſet electus in epiſcopum, accuſatus fuit apud Cæleſtinum de multis criminibus, & præcipuè de inceſtu cum monialibus: propter quæ crimina inueſtiganda citatus fuit, vt Romam veniret, qui contemptis literis Papæ, in epiſcopum eſt promotus, committit igitur cauſam quibuſdam Cæleſtinus: & præcipit eis, vt de his cognoſcant, quæ ſi vera eſſe inuenerint, ipſum, & ordinatorem ipſius deponāt: quia qui talem ordinat, oſtendit ſe eſſe ſimilem illi.
c ¶ Literis. & ita res iam erat litigioſa. extra de offi. iudic. deleg. [illegible]
d ¶ Obrepſit. ] Ex quo autem ſe promoueri fecit, lite pendente deponendus eſt, etiam ſi innocens inueniē 2. extra de accuſ. Deus omnipotēs, 3 ff. de li. cauſa. qui de libertate. Io. quod falſum credo, prout notaui in quæſtionibus. B. de hoc notaui. 8. q. 4. nonne. Ioan. ſi autem

g ¶ Sine examinatione. ] Sed quid de epiſcopō, q ſine examinatione tales ordinat? Dicit lex & canon, eum deponendum. in auth. quomodo opor. epiſc. §. oportet. & 1. q. 1. ſi quis epiſcopi. & ſup. diſ. 24. §. vlt. ī. diſ. 50. de his verò. & c. ex pænitentib. Item quid ſi dicat epiſcopus ſe diſpenſaſſe cum eis? non eſt ei credendum, niſi probet ſe cum eis diſpenſaſſe: vel niſi ſibi bonas literas dederit. nam hæc res commiſſa eſt epiſcopo quærenda, non negligenda. ff. de tranſactio. cum hi. §. ſi prætor. 4 debet ergo probari diſpenſatio, vt eſt expreſſum extra de ſchiſma. c. 2. maxime cum epiſcopus diſpenſare non debeat ſine conſenſu capituli, vel maioris partis: aliàs poſt errores ſuos ſemper mentiretur epiſcopus ſe cum eis diſpenſaſſe: quod uerum credo etiam circa notum, hoc tamen. 5 non nego, quin circa notam perſonam ſolo facto diſpenſat epiſcopus, vt dixi ſup. diſt. 51. cap. vlt. punitur tamen epiſcopus ſi indiſcretè diſpenſat.
h ¶ Examinati. ] cum ad maiora promouentur, ſcilicet ad epiſcopatum.

1 Hæc eſt vera litera. ſm Laur. & Io. de Fan.

Accuſatus lite pendente ꝓmotus an ſit deponendus.

2 Cum iſta gl. cōcor. gl. no. in l. reus delatus. ff. de mun. & ho.

3 Ibi not.

Epī clericos ſine examinatione ordinantis, punitio.

4 Et ſic intelligitur extr. de filijs pſbyt. veniens. ſm Laur.

5 Licet ita habeatur in antiqs apparatibus: tamen ſm iſtā correctionē B. Brix. non eſt de gl. ſed ita debet eſſe, vt hic eſt poſita cum additione B. Brix. ſed Io. de Fant. hoc ponit in ſuo apparatu ſicut iacet.

a ¶ Contra

confeſſi fuiſſent, cõtra regulam [a] venientes homines eis manus impoſuerunt: hos eccleſiaſticus ordo nõ recipit. In omnisius enim, quod irreprehenſibile eſt, ſancta † defendit eccleſia.

† al. catholica ] ſic in epi.
1. Cali. 1.

*Item eiſdem concilij, c. 10.*

¶ Lapſi per ignorantiam, aut contemptu ordinantium, ordinati deijciantur. Cap. V.

QVicunque ex his, qui lapſi ſunt, per ignorantiam, [b] ſunt ordinati, vel contemptu α [c] eorum, qui eos ordinauerunt; hoc non præiudicat [d] regulæ eccleſiaſticæ. Cum enim compertum [e] fuerit, deponuntur.

α ¶ Contemptu. ] *Græce eſt in concilio vulgato*, ἢ καὶ προειδότων τῶν προχειρισαμένων. *Ideſt*, vel etiam ijs antea ſcientibus, qui ordinauerunt.

*Item Innocentius ad Maximum, & Seuerum, epiſt. 5.*

¶ Alienus fiat miniſterio, qui illud, viuendo illicite, polluit. Cap. VI.

Poly. l. 4. tit. 39.
Anſel. l. 8. c. 15.
Iuo par. 6. c. 96.
† al. Maximilianus.

MAximianus † [f] filius noſter agens in rebus huiuſmodi, qualẽ [g] querelã detulerit, libelli [h] eius ſeries annexa declarat. Qui zelo fidei, & diſciplinæ ductus, nõ patitur eccleſiã pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios aſſerit procreaſſe. Quod non licere exponere, niſi noſſem veſtram prudentiã legis totius habere notitiã. Et ideo fratres chariſſimi, libelli, qui ſubiectus eſt, tenore perſpecto, [i] eos, qui talia perpetraſſe dicũtur, iubebitis in medio collocari; diſcuſſiſque obiectionibus, quæ ipſis presbyteris impinguntur, ſi conuicti fuerint à ſacerdotali remoueantur [k] officio (quia, qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt) atque alieni efficiãtur à miniſterio, quòd viuendo illicite, polluerunt. [l]

*Item Eugenius Papa.*

¶ Cuilibet ab ordine depoſito; epiſcopi prouidentia, locus pœnitentiæ deputetur. Cap. VII.

Anſel. l. 5. in prin.

SAcerdos, aut quiuis alius in ordine eccleſiaſtico prouectus, ſi in eo [m] ſcelere inuenitur, quo abijciendus comprobatur; depoſitus, prouidentia epiſcopi, bene prouiſo [n] loco conſtituatur; vbi peccata lugeat, & vlterius non committat.

a ¶ Contra regulam. ] Quæ interdicit tales ordinari.

QVicunque. ] CASVS. Quidam criminoſi ordinati ſunt ignoranter ab epiſcopis. quidam verò ſcienter. Quæritur, ad debeant deponi? Et reſpon. quòd ſic.

b ¶ Per ignorantiam. ] Ordinantium: & dic ignorantiã iuris vel facti, ſecundum Hug.

c ¶ Vel contemptu. ] ideſt eis ſcientibus.

d ¶ Nõ præiudicat. ] Factũ enim prętoris iuri publico non derogat. ff. de fer. l. 1.

e ¶ Compertũ. ] Arg. ꝙ quãdocunque de veritate conſtat, ſequenda eſt 8. diſt. q contemptũ. nam diuturnitas tẽpis &c. extra de ſimo. nõ ſatis. inducit tamen diſpẽſationem. 35. qõ. 8. de gradibus 1. & extra qui ma. accu. poſ. per tuas.

1 Aliqui habẽt hoc extra qui ma. accuſ. poſſ. per tuas, ut hic habetur: ſed non debet eſſe: qa illa decreta. eſt remota: fuit tamẽ in tertia cõpilatione. eo. tit.

MAximianus. ] CASVS. quidã presbyteri ex concubinis filios habuerũt: quos Maximianus zelo Dei accenſus, coram Apoſtolico accuſauit. commiſit ergo causã Innocentius quibuſdam, & præcepit eis, ſi hæc vera inuenerit, remoueãt eos ab officio ſacerdotali.

f ¶ Maximianus. ] 3. q. 2. quia ea.

g ¶ Qualem querelam. ] Subaudi criminalem. nam clericus erat iſte. nõ. n. laicus poſſet iſtos accuſare 2. q. 7. per totũ: niſi forte patronus pręlatũ de dilapidatione: quia tũc ſua intereſt. ar. 16. q. 7. filijs. alias laicus non audit̃ de hoc crimine, ut 28. diſt. conſulendum.

Patronus prælatum d̃ dilapidatione accuſare poteſt.

h ¶ Libelli. Per hoc ꝙ dicit, libelli, & poſtea p̃sbyteris, argumentatur, ꝙ quis in eodẽ libello plures accuſare poſſit Ioan. Quid iuris ſit d̃ hoc no. plene. 2. q. 1. prohibentur in glo. quę incipit, queſtus.

Accuſari poſſunt plures ſimul.

h ¶ Libelli. ] id eſt, chartæ, q̃ papa miſit 30. q. 3. Pyctaciũ. B.

i ¶ Perſpecto. ] Videtur ergo, ꝙ non ſufficiat ſi authẽtice ipſum exhiberet; ſed vt etiam teneatur exibere libellum quem porrexerat Papæ, vt 7. q. 1. præſentium. & 55. diſt. præcepta. & maxime vbi procurator impetrauerat literas, & dubitatur an ille de hoc habuit ſpeciale mandatum. ut extra de reſcrip. nonnulli, vel an fuerit excommunicatus, ut extra de proba. cap. poſt. ceſſionem.

K ¶ Remoueantur. ] Ergo presbyter propter ſimplicem fornicationem deponitur. vt 27. q. 1. vt lex. cõtra. & inf. 82. diſt. cap. presbyter. & 34. diſt. fraternitatis. Io. Communiter autem dicitur, quòd pro ſimplici fornicatione quis deponi non debet, cum pauci ſine illo vitio inueniantur. vt 50. diſt. quia ſanctitas tua.

presbyter an pro ſimplici ſit fornicatione deponẽdus.

l ¶ Polluerunt. ] Quantum ad ſe 49. diſt. cap. vlt.

SAcerdos. CASVS. Dicit in hoc ca. ꝙ ſi ſacerdos de aliquo crimine cõuincatur, deponi debet, & eps ei locũ prouidere debet, in quo pęnitentiam agere poſſit.

m ¶ Si in eo. ] Ergo pro omni cauſa non deponitur. B.

n ¶ Prouiſo loco. ] ideſt monaſterio, vt cap. ſeq.

Dictum

¶ Retrudantur in monaſterium presbyteri, qui pœniten tiam agere contemnunt. Cap. VIII.

In conc. Cabilonenſi, c. 40.
Burc. l. 2. c. 191.
Iuo p. 6. c. 236.

DIctum eſt nobis presbyteros propter ſuā negligentiam [a] canonicè degradatos, & ſæculariter, gradu amiſſo, viuere, & pœnitentiæ agendæ bonum negligere. Vndæ ſtatuimus, vt gradu [b] amiſſo, agendæ pænitentiæ gratia, in monaſterium, α aut in canoniam regularem mittantur. ¶ Si verò hoc fieri cauſa quælibet prohibuerit, vbicumque ſint, pœnitentiam agere non deſiſtant. Si autem amiſſo gradu ſæculariter [c] viuere voluerint, & pœnitentiam agere negleſſerint, ab eccleſiæ communione ſeparentur.

α ¶ In monaſterium.] *In cōcilio Cabilonenſi, vbi hic canon habetur (licèt Burchardus etiam, & Iuo ex Mogūtino citent) & apud cæteros collectores legitur,* in monaſterio, aut canonico aut regulari: *in Vno autem peruetuſto Gratiani codice,* in moaſterio iuxta canonicam regulam.

*Item Iſidorus, ſententiarum de ſummo bono, lib. 2. c. 10.*

¶ Mutatio loci aliquando valet conuerſis ad pœnitentiam. Cap. IX.

VAlet [d] interdum [e] cōuerſis pro animæ ſalute mutatio loci. Plerumq; enim dum mutatur locus [f], mutatur & mentis affectus. Congruum eſt enim inde etiam corporaliter auelli, vbi quiſque illecebris derſeruiuit. Nā locus, vbi quiſque praue vixit, hoc in aſpectu [g] mentis apponit, quod ſæpè ibi vel cogitauit, vel geſſit.

*Item ex tertia ſynodo Aurelianenſi, c. 7.*

¶ Clericus adulteraſſe conuictus, vel confeſſus, in monaſterium detrudatur. Cap. X.

Iuo p. 8. c. 285.
Pann. li. 3. c. 143.

j SI quis clericus adulteraſſe, aut cōfeſſus, aut cōuictus fuerit, depoſitus ab officio, communione [h] cōceſſa, in monaſterium toto vitę ſuæ tempore detrudatur.

*Item Pelagius Papa Conſtantino defenſori.*

¶ De eodem. Cap. XI.

Pann. li. 3. c. 144.

ROmanus eccleſiæ Tæranenſis clericus pro crimine adulterij, quod admiſiſſe perhibetur, à clericatus ordine depoſitus, in monaſterio hic in vrbe Romana [i], ad agendam pęnitentiam ex noſtra iuſſione detruſus eſt.

*Item ex canone apoſtolorum 25.*

DIctum.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi ſacerdos ꝑꝑ delictum, vel negligentiam ſuā fuerit degradatus, detrudi debet in monaſterium, uel canoniam regularem ad pniam agendam, nec debet amodo uiuere ſæculariter, & ſi contra facere præſumpſerit, excōicari debet.

Negligentia q̄ſq; que dolo cōparatur.

a ¶ Negligentiam.] No. ꝙ aliquis æquè deponitur ꝑꝑ negligentiam, ſicut ꝑꝑ dolum. 86. diſt. cap. 1. & 11. q. 3. placuit. & 100. diſt. qm. & extra de ſtatu. mona. cum ad monaſterium. in fi. C. de offic. præfe. ori. ſi quos. & ff. de cuſt. & exhib. re. l. carceri. & l. milites. quod intelligo cum craſſa eſt negligentia, ut 1. q. 1. quidquid. & ff. de verb. ſignif. magna.

1 Arg. cōtra 1. q. 1. quod q̄dam. verſ. ſi forte.

b ¶ Gradu.] Arg. pro illis, qui dicunt exauctoratū priuari ſacramēto, 1 unde colligitur talem poſſe uerberari ſine ſacrilegio. arg. eſt ad hoc 50. diſt. accedens.

c ¶ Sæculariter.] Hic patet, ꝙ depoſitus ſ̄m regulam eccleſiaſticam tenetur uiuere. arg. ad hoc. 32. diſtinc. ſi qui verò. & 20. q. 3. eos. unde uerberans eos incidit in canonem: & eccleſia eos tueri debet, niſi ſint incorrigibiles, ut extra de iud. cū non ab homine. Io. quod ſaltim credo, cū ſit exauctoratus, & nudatus oī priuilegio 2. B Sed nūquid q̄ hoc modo detrudit ī monaſterium, ibi cogitur eſſe ꝑpetuo, qđ videt d. 50. c. 1. ī. ea. ſi q̄s clericus. Sed dic, hoc eſſe in arbitrio iudicis. & ſ̄m qualitatē d̄lictī; nā q̄nq; ad tēpus detrudit, vt 2. q. 1. in primis. q̄nq; iubet peregrinari per orbē, ut de pę. d. 6. ſacerdos q̄nque traditur curiæ ſæculari, ut 11. q. 1. ſtatuimus: alias nū quā cogit quis inuitus ingredi monaſterium, niſi ꝓpter delictum, ut 20. q. 1. ſicut & 55. d. ſi euāgelica. Ioan.

Clericū depoſitū uerberans incidit in canonem.

2 Argu. ad hoc 54. diſt. c. 2. in fi. vbi de hoc.

Detruſus in monaſteriū an cogatur ibi perpetuo eſſe.

VAlet.] CASVS. Statuitur hic, ꝙ ſi aliquis d̄ crimine fuerit cōuictus, debet ſeparari à loco ī quo cōmiſit delictū ad pnīam peragendā. Nā interdum ualet loci mutatio cū affect⁹ mentis ſæpè cū loco muteť, cū ſi videat, ubi malè geſſit. Sequētia duo c. plana ſunt, q̄ de hac materia loquūtur.

d ¶ Valet.] Gratia cooperante.

e ¶ Interdū.] Interdū nocet, ut ſup. d. 74. quorundā. & C. quomodo, & quādo iud. l. 5. ſed ualet ſi fiat ex charitate.

f ¶ Mutatur locus.] ī. 35. q. 6. ab iſto die inf. d. 86. fratrem.

g ¶ In aſpectu.] Memoria delictorū, q̄ eſt cōcupiſcētia, deteſtabilis ē 3. 15. q. 1. mulier. quæ autē eſt ad cōpunctionē, illa bona eſt. Nullū enim tale delictorū remedium. eſt, ſicut eorum continua memoria. de pœ. diſt. 3. Iudas. de pœ. diſt. 1. §. his auctoritatibus. uer. non tibi dico, & uerſi. nunc autem. & quandoque bona eſt memmoria rei ad terrorem, ut 7. q. 1. denique, in fi.

Delictorum memoria an ſit bona.

3 Ad hoc 32. q. 7. non ſolū. in princ. vbi de hoc.

h SI quis clericus. communione.] ſ. fidelium & ſacramentorum. H. Alij dicunt. ſ. fidelium, non autem fratrum arg. infra eod. ſi diaconus. Archid.

i ROmanus.] ¶ Romana. Sed qua ratione detruditur ibi, cum aliunde eſſet? quia ibi fortè commiſerat, vt in auth. vt nulli iudi. §. ſi verò.

presby-

PResbyter.] CASVS. Quæſitum fuit ab Apoſtolis, quam pœnam pati debet presbyter, vel diaconus, qui publicè in adulterio, uel fornicatione, periurio, vel homicidio fuerit deprehenſus. Et reſpondet, ꝙ debet deponi, ſed excommunicari non debet, cum non debeat duplici contritione flagellari: more tamen laicorum debet pœnitentiam agere, cum eius crimen ſit manifeſtum.

g ¶ Neceſſitatis.] Argu. alicui licere cauſa neceſſitatis baptiſmum conferre, cui non licèt aliud ſacramentum conferre, infra de conſec. diſtinct. 4. conſtat. 1. q. 1. ſicut Chriſtus. contra. ſupra diſt. 50. c. qui ſub gradu.

h ¶ Liceat.] Cum ſolennitate, aliàs ét laicus hoc poſſet.

i ¶ Baptizare.] Dic, vt 50. diſt. qui ſub gradu.

¶In crimine captus presbyter, vel diaconus deponatur, non tamen communione priuetur. Cap. XII.

PResbyter,† aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto,[a] aut homicidio α captus eſt, [b] deponatur: non tamen cõmunione priuetur. β Dicit enim ſcriptura: [c] [Non vindicabit Dominus bis [d] in idipſum.]

In conc. Trib. c. 11. Raban. l. pœnitent. c. 1. Anſel. li. 11. c. 29. Burc. li. 2. c. 189. Iuo p. 6. c. 234. Poly. lib. 4. tit. 31.

† Epi aut presbyter, aut diaconus. ] orig.

† ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. Naum 1 ſecundũ lxx.

α ¶Aut homicidio.] *Hæc dictio nõ eſt in canone 25. Apoſtolorũ. Sed in conc. Triburieſi, cũ patres illi ita dixiſſent*, legimus in canonibus Apoſtolorum, ꝙ epus, presbyter, & diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur: *hinc argumentantur, idẽ multo magis ſtatuẽdũ eſſe de homicida: q̃ fortaſſe cauſſa fuit, quamobrẽ à Gratiano, & alijs collectorib. ea dictio huic canoni adiecta ſit. In canone aũt 32. Baſilij idem ſtatuitur de clericis peccantibus peccatũ ad mortem, quod etiã de fornicatoribus expoſitum erat in canone tertio.*

β ¶ Priuetur.] *In codicibus impreſſis ſequebatur*, ſi paruerit ſententię, *quæ verba ſunt expuncta, quia neq; in originali, neque in vetuſtis Gratiani exẽplaribus leguntur.*

*Item.*

Laicus contra clericum teſtificari nequit.

a ¶ Aut furto.] Sed qualiter laici probabunt iſtud eſſe, cum non poſſint teſtificari contra clericum. 2. q. 7. epiſcopi.

b ¶ Captus eſt.] Et cõuictus ext. de iud. cum non ab homine. de hoc dixi 50. d. de his 1. & c. ſi quis diaconus, 1 unde cũ capitur, detineri dẽt ꝑ xx. horas diurnas, & nocturnas, ut videatur, vt ff. de adul. capite. ſed nec teſtibus admiſſis credit, niſi a principio clericum in adulterio viderint, nec laicis credetur de hoc: qa laici oppido nobis infeſti sũt. 2. q. 7. laici. Vel dic, captus ꝑ ſententiam, vel ꝑ cõfeſſionẽ. 2 propriã, uel rei euidentiam, vt extra de cohab. cler. veſtra. & c. vlt.

c ¶ Scriptura.] Extra de iudi. at ſi clerici. de pœn. d. 3. §. auctoritas. ff. nau. caup. licèt. §. vlt.

d ¶ Bis.] i. perfectè.

1 Adde qualiter ꝓbatur adulterium vel fornicatio no. Bar. in l. 2. §. fin. ff. de adult. & in l. quærebatur. ff. de teſt. mil.

2 Non. n. ſufficit ſi capiatur. niſi aliàs cõiungatur, vel confiteatur. arg. 12. q. 1. nõ dicatis. 15. q. ult. cap. vlt. licèt cõtra videatur, hic dici, vt 50. diſ. de his verò, &c. ſi quis diaconus, ſm Hu.

¶ De eodem. Cap. XIII.

ij SI quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus poſt diaconij gradum acceptum, fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur: & ab eccleſia proiectus, inter γ laicos [e] agat pœnitentiam.

ſup. diſt. 28. c. presbyter. Anſ. lib. 11. c. 31.

¶ *Proprius auctor huius capitis non eſt inuentus: ſed ſimile habetur in concilio Neocæſarienſi, cap. primo, & in capitul. Martini Bracarenſis, c. 27.*

γ ¶ Inter laicos.] *Hæ duæ dictiones non leguntur in cap. 1. concilij Neocæſarienſis citato ſupra diſt. 28. cap. presbyter, (vt ibi notatum eſt) neque in capitulis Martini Bracarenſis.*

SI q̃s epiſcopus.]

e ¶ Inter laicos.] hoc intellige, quando crimen uenit in notitiam populi, vt ſupra 27. diſtinctio. presbyter. 3

3 Vel cũ ex hoc magnũ ſcandalũ ortum eſt, ut 50. diſtin. ſacerdotes.

*Item ex concilio Aurelianenſi primo, c. 11. & 14.*

¶ De eodem. Cap. XIV.

SI diaconus, aut presbyter crimen capitale cõmiſſerit, ſimul & ab officio, & à communione [f] pellatur. Si verò pro reatu ſuo ſe ab altaris communione ſub pœnitentis profeſſione ſubmouerit; is † quoque ſi alij defuerint, & cauſa certæ neceſſitatis [g] exoritur † poſcentem baptiſma liceat [h] baptizare.[i]

Iuo p. 6. c. 361. & p. 15. c. 18. c. 14.

† al ſic.

† Concord. tex. in l. ſi libertus. ff. de bo. lib. & l. ſed. & hæ. §. prætor. ff. de procur.

SI diaconus.] CASVS. Dicit hic, ꝙ ſi diaconus, vel pr̃ſbyter commiſit crimẽ aliquod dignum depoſitione, ab officio, & cõione debet repelli: ſi vero non eſt depoſitus, ſed ſe ꝑp delictum ab altaris miniſterio remouit more pænitẽtis, ſi alij presbyteri deſunt, poterit in neceſſitate baptizare.

f ¶ A cõmunione.] corporis Chriſti, vel ad tempus, & ſic ſoluitur contra illud c. presbyter. uel expone, ideſt beneficio, & ſic ſoluitur contra, ſup. ea. c. presbyter. 4

4 Nõ eſt extranea iſta expoſitio, quia beneficia clericorũ cõia ſunt 32 diſt. c. pter hæc. 16. q. 1. cap. fi.

*Item Gregorius ſeptimus omnibus per regnum Italicum, & Theutonicorum debitam S. Petro obedientiam exhibentibus.*

¶ Non ingrediantur eccleſiã presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, qui in fornicationis crimine iacent. Cap. XV.

iij SI qui sũt presbyteri, diaconi vel ſubdiaconi, qui in crimine fornicationis iaceant, interdicimus eis ex

Anſel. li. 6. c. 177. Pann. l. 3. c. 134.

SI qui.] CASVS. In Italia & Theutonia pſbyteri, diaconi &

coni, & ſubdiaconi publicè tenebant concubinas, quibus omnibus Greg. officium interdixit, donec pœnitentiam agerent, & ſi vellent in crimine perſeuerare, præcepit omnibus, vt eorum officia non audirent: quia eorum benedictio in maledictionem conuerteretur, & hoc probat

b ¶ Emendent.] Ex hoc. Videtur, quod ſicut tales ipſo facto ſuſpenduntur, ſic ipſo facto per contrarium reſtituitur eis officium, vt dixi. 32. diſt. nullus. argu. ad hoc 15. q. 6. nos ſanctorum, & 16. q. 7. ſi quis deinceps 1.

c ¶ Audire.] ſu. 32. diſt. nullus, &c. præter hoc. ſed j. 15. q. 8. ſi feruntibus. cõtra ſed ibi ſoluam.

parte Dei omnipotentis, & ſancti Petri auctoritate, eccleſiæ introitum vſque dum pęniteant [a], & emendent [b]. Si qui verò in ſuo peccato perſeuerare maluerint, nullus veſtrum officium eorũ audire [c] præſumat: quia benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatũ, teſtante Domino per prophetam: [Maledicam [d], inquit, benedictionibus veſtris.] Qui verò huic ſaluberrimo pręcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatũ incurrit, Samuele teſtante, & beato Gregorio adſtruente: Peccatum ariolandi eſt non obedire, & quaſi ſcelus idololatriæ, nõ acquieſcere.] Peccatum igitur paganitatis [e] incurit, quiſquis dum Chriſtianum ſe aſſerit, ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit [f].

*Malach. 2.*
Iuo p. 5. c. 36.
lib. 35. moral. c. 12.
8. q. 1. ſciendum.
1. Reg. 15.

d ¶ Maledicam. id eſt, reprobo. vel reputabo maledictionem, cum benedixerint 2, vobis.

e Paganitatis.] Id eſt, infidelitatis.

f Cõtemnit.] Qualiter ſit hoc intelligẽdum dixi 22. diſ. omnes. 19. di. in memoriam & ca. nulli. Io.

1 Dicit Lau. hoc ſpeciale eſſe in notorio.

2 Vel dic vt not. 1. q. 1. in cap. maledictã & c. multi. Archid.

¶ *In regeſto epiſtolarum Gregorij ſeptimi, non eſt inuenta hæc epiſtola, in qua ſint omnia prorſus verba huius capitis. Sunt tamen in eo multa; quæ huius decreti faciunt mentionem. Libro primo epiſtola 30. epiſcopo Salzburgenſi, & lib. 2. epiſt. 61 Leodienſi epiſcopo, & ſequenti epiſtola Sicardo Aquilegienſi. De quo decreto, vt ipſum exequi omnino curarent, eodem lib. 2. epiſt. 66. Burchardo Halberſtatenſi epiſcopo, & epiſt. ſequenti, Annoni Colonienſi archiepiſcopo diligentiſſimè ſcribit, & lib. 3 epiſ. 4. Sigifredo archiepiſcopo Moguntino idem mandat, & libr. 4. epiſt 10. comitiſſa Flandrienſi & ſequenti comiti de eadem re ſcribit. Inter decreta etiam Innocentij II. fit iſtius decreti mentio. Verum propria verba huius capitis: vſque ad verſ.* Qui verò huic ſaluberrimo, *Marianus Scotus refert in fine ſuorũ chronicorum. Sequentia autem verba valde ſunt ipſi Gregorio 7. familiaria.*

S I quis. CASVS. Hec quatuor conſequẽtia cap. eandẽ habẽt caſum: in quibus dicitur, quod ſi qui in ſacris ordinibus fuerint conſtituti, ad cõcubinas, vel vxores accedere non debent: quòd ſi contumaciter fecerint, officio & beneficio carere debent.

g ¶ Diaconus. Vel ſubdiaconus, vt in c. ſequenti.

h ¶ Decidat.] Quo ad executionẽ: [d] ut patet in ſequenti litera. ſed nec ſtatĩ debet ſuſpendi, ſed expectari debet p quadraginta dies. extra de coha. cler. ſicut ad extirpandam, ſed illud diſpenſatio eſt: ius enim erit, quòd ſtatim deponatur ſu. ead. c. 1.

Clericus qui vxorem accepit, an ſtatĩ ſit ſuſpendẽdus.

Pann. l. 3. c. 138.

*Item Alexander II. epiſcopis, & regi Dalmatiarum.*

¶ Officio & beneficio priuetur epiſcopus, presbyter, vel diaconus fęminam accipiens, vel acceptam retinens. Cap. XVI

3 SI quis amodo epiſcopus, presbyter, aut diaconus [g] fęminam acceperit, vel acceptã retinuerit, proprio gradu decidat [h] vſque dum ad ſatisfactionẽ veniat: nec in choro pſallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus eccleſiaſticis habeat.

Pann. l. 3. c. 139.

*Idem clero Mediolanenſi.*

¶ De eodem. Cap. XVII.

4 SI quis ſacerdotum, vel diaconorum, vel ſubdiaconorum officium [i] contumaciter deſerens fęminam ſibi potius eligit: ſicut ſponte ob fornicationem dimittit officium; ita ob præuaricationem dimittere cogatur [k] etiam in vitus beneficium.

*Idem Paulo Mediolanenſi.*

i SI quis ſacerdotum. [i] Officiũ.] Ex his duobus capitulis habes, quod cui interdicitur officium, & beneficium quandoque tamen permittitur beneficium, & nõ officiũ, vt 50. diſt. ſtudeat, & 28. diſt. presbyterũ. quãdoque econuerſo, vt 1. q. 5. c. 1. quãdoque etiã punitur in perſona, & nõ in rebus. vt 16. q. 6. cogno[...]. & c. illud.

Beneficium quandoque permittitur & non officiũ.

K ¶ Cogatur.] Ergo per electionẽ vnius. vel per renunciationem intelligitur alij abrenũciatum. ſu. 8. diſ. quo iure. C. de furt. l. 1. ff. de tribut. qđ in hæredem, §. eligere. ff. de reg. iu. l. nemo. §. quoties Arg. contra. ff. quo leg. l. 1. §. 3. & arg. plura de hoc inuenies. 13. q. 1. in fi. Io. Sol. vbi ſunt aliqua repugnantia, eligendo vnũ, renũtiat alteri. aliàs ſecus. B. de pęn. d. 1. §. itẽ ſi antequã.

Eligens vnũ renunciat alteri.

probat auctoritate prophetæ dicentis: Maledicam inquit, &c. Et quicunque pręceptis noſtris non obedierit, peccatum idololatriæ, & paganitatis incurret.

a ¶ Dum pęniteant. Ex hoc determinantur contraria ſup. diſt. 61. miramur. verſi. ſicut enim.

a BOs beneficio.] inf.16.q.6.illud arg. ff.de pecu.l.1. C.de uſur.l.ult.

b MIniſtri.] Propriæ uxoris.]maxime: quia idem eſt in aliena. Et no.ꝙ dicit inuadere, quia iam non eſt vxor quo ad debitum reddendum ſup.77.diſ.epiſcopus. cũ qua votum emiſit 1.& ſi eam cognoſcat, inceſtũ cõmittit, & filij erunt illegitimi. & ſerui. 15.q. vlt. cũ multæ. eſt tamen vxor quo ad adminiſtrationẽ. 31.d.lex.& plus peccat cum iſta, quam cum ſoluta. Hug.ar. contra infra.di.pxi. propoſuiſti.

Vxorem cognoſcens cũ qua votum emiſit, inceſtum cõmittit.

1 Ad hoc 33.q.5.qđ Deo, ſed videas, quod no.30.q.1. noſſe. in gl. ille tamen in ſi.

c ¶ Sacrarij.] Ideſt, ſacrorum vaſorum.

d ¶ Ab offerentibus.] Ideſt ſacerdotibus, qui offerunt, id eſt, conficiunt. Vel expone: nec ad oblationẽ alijs porrigendam; quaſi dicat, nec ipſi ſumant corpus Chriſti, nec alijs porrigant. Vel melius hoc vult dicere: diaconi nec exerceãt officiũ diaconale. nec presbyteri pſbyterale. Vel expone nec ab offerentibus, id eſt, ſubdiaconis, q offerre ſolent diacono patenam cum eucharistia.

Offerentes q dicuntur.

ADDITIO. 91.diſt. cleros.

e ¶ Holocauſti.]ideſt euchariſtię, & dic intranſitiue.

f ¶ Accedant.] Preſbyteri, ideſt non cõficiant.

g ¶ Minora.] ideſt, minorum ordinum officia ſine licentia ſuperioris: & planũ eſt capitulum, vt 16. q.61. illud. Ar.cõtra C.de vſufru.l.vlt.& ff. de ſupel.leg.l.1.

h ¶ Fęmina.] Arg.ex ſolicitudine, vel ſocietate pręſumi pro aliquo, vel contra.infra.ea.in omnibus,& c.clerici. arg.18.q.2. in decima.& c.diffinimus.

Præſumptio ſumitur ex ſolitudine, & ſocietas.

i ¶ Hu-

## ¶ De eodem. Cap. XVIII.

EOs etiam, qui vt fornicari eis liceat, diuinum officium derelinquunt, & a Deo recedentes, diabolo & operibus eius ſeruiunt; ſicut ſe iuſtiſſimè ab officio alienos faciunt; ita beneficio [a] eccleſiarum priuatos eſſe adiudicamus.

Pann.l.3.c.140.

*Item Lucius Papa.*

## ¶ De eodem. Cap. XIX.

MIniſtri altaris presbyteri, ſiue diaconi ad Dominica tales eligantur officia, qui continentiã ſeruent. ¶ Si verò poſt ordinationem ſuam miniſtros contigerit proprię vxoris [b] inuadere cubile, ſacrarij non intrent limina, neque ſacrarij [c] α portitores fiant, neq; altare contingant; neq; ab offerentibus [d] holocauſti [e] oblationem ſuſcipiant; neque ad Dominici corporis portionem † accedant [f]; neq; propinent β, neque ſine maioris natu auctoritate minora [g] gerant officia: vrceum ſanè ad altare, vel calicem ne ſuggerant.

Habẽt in epiſtola.i. Clementis ad Iacobum fratrem Dñi. Anſ.l.8.c.2. Poly.l.4.tit.31. Iuo p.6.c.87.

† *al. portationem.*

α ¶ Sacrarij.] *In epiſtola ſecunda Clementis (vnde caput hoc ſumptum videri poteſt, & vnde citat Iuo) legitur:* ſacrificij. *in vno autem vetuſto Gratiani codice,* ſacri.

β ¶ Neque propinent.] *In epiſtola Clementis eſt:* nec aquã ſacerdotibus porrigat ad manus; oſtia forinſecus claudat, minora gerat officia, vrceum, ſiue calicem ad altare non ſufferat.] *Apud Iuonem vero.* Sed aquam tantũ ſacerdotum manibus porrigat, oſtia forinſecus claudat, minora geſtet officia: vrceum ſanè ad altare ſuggerat.

† *al. ſuggerat.*

*Idem.*

## ¶ Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur. Cap. XX.

CLericus. Hęc eſt tertia pars d. in qua dicitur, ꝙ archidiaconus non debet frequentare domos matronarũ, vel aliarum mulierum, nec mittere xenia p clericos, & hoc probatur in ſeq.cap. Ioan. de Fan.

3 CClericus ſolus ad fęminæ tabernaculum non accedat, nec properet † ſine maioris natu ſacerdotis † iuſſione γ; nec ſolus presbyter, cum ſola fœmina [h], fabulas miſceat. Nec archidiaconus ſub prætextu humilitatis [i], aut officij frequentet [k] inter domicilia matronarũ; aut forte per clericos, aut domeſticos † matronæ mãdet aliquid † ſecrete [l]. Si agnitum fuerit; & ille deponatur, & illa a liminibus arceatur eccleſiæ.

Clemens Papa ibidẽ paulo inferius. Iuo p.6.c.89. Anſ.l.7.c.147. Poly.l.4.tit.31.

† *al. domeſticos eius.*
† *al. ſecreti aliquid.*
† *al. frequẽtes*
† *al. ac ſacerdotes.*]
† *al. principi.*

γ ¶ Iuſſione.] *In epiſt. Clementis ſequitur.* Nec presbyter ſolus cũ ſola adiungatur: ſed duob. adductis teſtib. viſitet infirmam: nec ſolus cũ ſola fęmina fabulas miſceat; nec

2 Concor. tex. in l. cũ alius, C.de curat. fu. & in l.fi. §.pe. C. de bono. quę lib.

CASVS. Hoc cap. de tribus perſonis loquitur, ſcilicet de clerico, presbytero, & archidiacono. Dicitur ergo hic, ꝙ clericus ſolus non debet intrare tabernaculum mulierum: nec etiam cum ſocio ſine iuſſu prælati. nec presbyter cum ſola fęmina confabuletur. Archidiaconus vero ſub prætextu officij ſui non frequenter domicilia matronarum: nec illis per clericos ſuos, vel domeſticos aliquid ſecrete mittat: de quo ſi conuincitur, & ille deponatur, & illa excommunicetur.

i ¶ Humilitatis.] Prætextu enim pietatis non eſt committẽda impietas. ff. depoſi. ſi hominem, & 30.q.1.noſſe. & 14.d.quod ait.

K ¶ frequentet.] Ratione frequentiæ pro aliquo, vel contra aliquem præſumitur 2, ſimiliter ex longa mora. arg.34.d.quorundam.19.d.Anaſtaſius.

l ¶ Secrete.] Magis enim peccat occultè peccans, quàm manifeſte

Peccare vt ex magis dr̃ occultè, an manifeſte delinquens.

archidiaconus, aut diaconus ſub prætextu officij humilitatis frequentet, &c.

*Idem.*

¶ De eodem. PALEA Cap. *XXI.*

Clemens ibidem cõtinenter. Polyc. ibidem.

SEd ſi forte aliqua interceſſio fuerit, epiſcopo ſuggeratur. Et ſi talis eſt, ad quam debeat ire pio interuẽtu, ipſe pergat: ſin autem, de latere ſuo dirigat α, cum duobus, aut tribus teſtibus. Nemo tamẽ cum extranea habitet fęmina, niſi proxima, aut ſoror fuerit. Et hoc cum magna ſolicitudine fiat. Non enim ignoramus malitias Satanæ.

1. *Cor.* 2.

¶ *Hæc Palea in pleriſque vetuſtis exemplaribus habetur coniuncta capiti antecedenti.*

α ¶ Dirigat.] *In epiſtola S. Clementis ſequitur:* cum duobus, ac tribus, qui hoc ſanare † debeant. Sanè ad viſitandum mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, niſi cum duobus, aut tribus. Nemo tamen, &c.

† *al. ſcire.*

[ *Ex decreto* β *Eugenij Papæ.* ]

¶ De eodem. PALEA. Cap. XXII.

Poly. l.4.tit.31. ex Lucio. Anſ.l.8.c.9.ex pæ. Romano.

SI quiſpiam ſacerdotum, ideſt presbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus de quacunque fœmina crimine fornicationis ſuſpectus, poſt primam, ſecundam, & tertiam admonitionem γ inueniatur fabulari cum ea, vel aliquo modo conuerſari, excommunicetur: fœmina verò canonice iudicetur [a].

β ¶ Ex decreto.] *Hic canon in concilio Romano primũ ab Eugenio ſecundo editus, & poſtea à Leone quarto etiam in concilio fuit repetitus, & citatur in decretalibus tit. de cohab. cler. & mul. Et in pleriſque vetuſtis exemplaribus eſt ſine nomine.*

γ ¶ Admonitionem.] *In eodem canone ſequitur*, metropolitani, vel alterius epiſcopi, aut eius, cui ſubiacere videatur.

*Item Gregorius.*

¶ Simul cum mulieribus ſacerdotes habitare
Non licet. Cap. XXIII.

Iuo p.6.c.76. Poly.l.4.tit.31.

4 OPortet ſacerdotes, quibus Domini populus commiſſus eſt, cum magna animi conſtantia vigilare ſuper dominicas oues, ne lupinis morſibus, ideſt diaboli ſtimulis lanientur. ¶ Neque enim hoc ſilere debeo, quod cum graui animi triſtitia dico: ſacerdotes cũ fęminis habitare conſpicio: quod nefarium [b] eſt dicere, vel audire. & cõtra ſanctorum canonum ſancita. Vbi enim talis fuerit cõmorantium cohabitatio, antiqui hoſtis ſtimuli [c] nõ deſunt. Ideoq. admonendi ſunt, vt nõ antiqui hoſtis [d] decipiantur fraude: quatenus iuxta Apoſtoli vocem, non vituperetur miniſterium noſtrũ. Cauere enim nos oportet, fratres, ab illicitis, vt mundas valeamus, ad dominũ leuare manus: ſcriptum eſt enim: [Sãcti eſtote, quoniã ſãctus ego ſum Dominus Deus veſter. Si quis verò præſumpſerit aliter agere, ſacerdotij ſui honore priuetur. Vnde omnimodo cauẽdũ eſt, fratres, ne fallamus [d] populũ, & illud prophetæ dictũ impleatur in nobis: Sacerdotes mei contaminãt ſancta, & reprobãt legẽ.] quos & alius propheta increpat dicẽs. [O vos ſacerdotes, q fallitis [e] nomẽ meũ,

1. *Cor.* 6. 1. *Tim.* 2.

*Leuit.* 20.

*Soph.* 3. *ſecundum* 70. *Malach.* 1. *ſecundum* 70.

manifeſtè, ut 19. di. Anaſtaſius. Sed contra ff. de ri. nup. l. vl. ff. de auct. tut. pupillus. §. vlt. qui enim male agit, edit lucẽ. 18. q. 2. perniciosã, extra de offi. iud. de leg. cõſuluit. & ext. ut eccl. beneſi. ut noſtrũ. Ioã. Sol. * ubi quis magis cõtẽnit ibi magis peccat, ſiue ſecrete ſiue palã. De hoc 40. diſt. homo Chriſtianus. 1.

* *Textus hic non loquitur de peccato publico vel ſecreto; ſed dãnat ea, quæ ſecrete facta afferunt ſuſpicionem, non antẽ facta palam.*

1 Et extra de cel. miſſar. de homine, & 32. diſ. nemo ibi uideas.

SI quiſpiam.] Hęc palea habetur extra coha. cle. & mul. c. 2. ibi exponitur.

a ¶ Iudicet.] Not. q rõne delicti, mulier efficitur de foro eccleſiæ. Archid.

OPortet.] Hęc eſt quarta pars di. in qua ꝓbat per 10. cap. ſanctorum patrum, quòd cum clericis non debent cohabitare ſuſpectæ mulieres, nec ſolus cum ſola debet cõfabulari. Io. de Fan.

CASVS. Gre. monet hic presbyteros eſſe uigilantes ſuper gregẽ ſibi commiſſum: ne lupi morſibus, id eſt, diaboli laniẽtur, & reprehẽdit eos de cõſortio mulierum quia ubi fuerit cum mulieribus cohabitatio, antiqui hoſtis ſtimulus nõ deerit, cum quibus ſi fornicentur, ſacrificare nõ debẽt. Quod probat tribus auctoritatib. ꝓphetarũ, ſcilicet Moyſi, Sophonię & Malachię. Sequẽs cap. patet.

b ¶ Nefariũ.] ideſt, horribile, nã ſi nefariũ eſſet dicere, male faceret Greg. dicendo.

c ¶ Stimuli.] Nam ex cohabitatione pręſumitur acceſſus. 18. q. 2. diffinimus.

d ¶ Ne fallamus.] Publicũ. n. teſtimoniũ & opinio nõ eſt fallẽda C. d la. li. tol. l. 1. §. ſed & q ſcim9 ar. 27. d. qđ iterrogaſti.

e ¶ Qui fallitis.] Dicuntur. n. fallere, ex quo habẽt uolũtatẽ fallẽdi a, nec minus peccãt de pę. d. c. 1. ſi cui. aliàs aũt nõ fallunt.

a Adde glo. in l. uendicatio. ff. de rei uendi. Bart. in l. quæ de tota. co. tit.

lunt 14.q.3. Deus mentiri enim Deo, &c.de confec. diſtin.2.panem.

a ¶ Pollutio. ] Quantum ad ſacerdotes 49 diſt.c.vlt. ADDITIO. Ad hoc 49.diſt.c.vlt.de conſec. diſt. 4. quæris, & 1.q.1.quod quidam. Archid.

tum, vt clericus cum talibus perſonis, & in tali loco, & tempore, cum mulieribus loquatur, vt omnis ſuſpicio remoueatur. Nam ſi clericus vul' ire ad domum alicuius fœminæ, melius vadat cum alio, quam ſolus: ne ſi ceciderit, non ſit qui ſubleuet eum.

g ¶ Vt

& dixiſtis, in qua re fallimus nomen tuum? quibus reſpõſum eſt: offerentes ad altare meum panes pollutos [a]. Nõ eſt mihi volũtas in vobis, dicit Dominus, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris; quia polluti eſtis. *Ibidem.*

*Item Symmacho defenſori, lib. 1. reg. indict. 9. epiſ. 50.*

¶ De eodem Cap. XXIIII.

VOlumus [b], vt ſacerdotes † prohiberi debeãt, ne cũ mulieribus conuerſentur: excepta duntaxat matre, ſorore, vel vxore [c], quæ caſte regenda eſt.

Iuo p.6.& c.81.
† *ſacerdotes, qui in Corſica commorantur.*]

*Idem lib.7. epiſt. 39.*

¶ De eodem. Cap. XXV.

LEgitur [d], quòd beatus Auguſtinus, nec cũ ſorore habitare conſenſerit † dicens: quæ cum ſorore mea [e] ſunt, ſorores meæ [f] non ſunt. Docti ergo viri cautela, magna nobis debet eſſe inſtructio.

Apud Poſſidonium in vita Auguſtini.
† *al. conſueuerit.*

*Item ex 7. ſynodo.*

¶ De eodem. Cap. XXVI.

IN omnibus obſeruare conuenit, vt certus [g] quis, & certo tempore, & certo loco [h], & certis perſonis, vel apparere clericus, vel loqui debeat mulierib⁹, vt excludatur omnis nefanda ſuſpicio. Certe ſolum, & ad ſolam accedere, nulla religionis ratio permittit. Melius eſt enim duos [i] eſſe ſimul, quàm vnum. Simul enim & fidelius, & tutius res regitur. [Væ enim vni; quia ſi ceciderit, non eſt qui erigat eum.

*Eccl. 4.*
*Ibidem.*

¶ *Caput hoc etiam in aliquot manuſcriptis citatur ex ſeptima ſynodo, in cuius ſane poſtremo capite aliqua huc ſpectantia habẽtur. Cæterum in pleriſque citatur ex octaua; & ſententia videtur ſumpta ex cap. 83. Aſceticorum B. Baſilij cuius regulas ſub nomine octauæ ſynodi ſæpe citari alibi notatum eſt.*

*Item ex concilio Carthaginenſi 3. cap. 17.*

¶ De eodem. Cap. XXVII.

CVm omnib. omnino clericis extraneæ fœminæ non cohabitent, ſed ſolę matres, auiæ, & materteræ, ami

b VOlumus. ] Qđ dicitur in iſtis cap. videtur corrigi extra de coha. cle. & mul. cap. 1. Vel intellige illud quando perſonæ ſunt ſuſpectæ, vel ſecum habẽt ſuſpectas. Sed vſque ad quem gradũ licet clericis cum conſanguineis habitare? Dici poteſt, quòd vſq; ad 4m in linea tranſuerſali inf. ea. cũ omnib. ſed in aſcẽdẽte vel deſcẽdẽte vſq; ad ſeptimũ vel hodie vſq; ad quintũ: quia cũ his naturale fœd⁹ nihil ſęui criminis, &c. vt extra đ cohabi. cle. a nobis, & C. de epiſ. & cle. cũ qui etiã ſi illę pſonæ iuuenes ſint. Vltra ſecũdũ verò diſtĩgue, aut ſuſpectę ſunt q iuuenes ſũt: aut nõ, quia ſunt ſenes; & tũc poteſt, in primo caſu nõ: ſic etiam diſtingue i ancillis, & ſic intellige ĩ. ea fœminas. Sed cõtra nõ ne clerici debent ſimul dormire. 12.q.1.neceſſaria? ſed hoc de alijs, q ſimul nõ viuũt lo. Et no. ꝙ illi decre. a nobis eſt ſtãdũ: q̃ vltima ẽ de illa materia, & corrigit decre. primam illius tituli. B.

Clerici cum melioribus conſanguineis habitare poſſunt.

c ¶ Vel vxore. ] ſu. d. 77. epiſcopus, argu. contra: ſed hoc de ſenibus; illud de ſuſpectis. Vel loquit ſecũdum antiqua tempora, vel ſolue, ut ibi dixi. & quod dicit caſte. quia caſtitas, &c. 31. diſt. Nicæna.

LEgitur. ] CASVS. Dicitur hic, quòd ſacerdotes non debent cum mulieribus habitare. Et hoc probatur exemplo Augu. qui etiam cum ſorore noluit habitare propter alias mulieres, quæ cum ſorore erant.

d ¶ Legitur. ] Arg. ꝙ etiam a licitis debemus abſtinere ſi eorum occaſione peruenitur ad illicita, arg. di. 63. §. uerum 11.q.3. priuilegium & 21. diſt. denique.

Abſtinere a licitis, quandoque debemus.

e ¶ Mea. ] Et hoc intellige cum tales ſunt conſanguineæ, quæ ſine alijs eſſe non poſſunt. Vel intellige de epiſcopo, cui non licet aliquam habere ſecum. C. de epiſc. & cler. Authen. epiſcopo. Laur.

Epiſcopus nullã ſecum habeat mulierem.

f ¶ Sorores meæ. ] Quia ſocius ſocij mei, ſocius meus non eſt. ff. pro ſocio. nam ſocij, nec uaſallus mei uaſalli, meus uaſallus eſt: ſicut nec libertus mei liberti, libertus meus eſt. ff. de uerb. ſign. Modeſtinus, nec frater fratris mei, frater meus. ff. đ rit. nup. gñali. §. iter priuignos.

Socij mei ſocius non eſt meus ſocius.

IN omnibus. ] CASVS. In octaua ſynodo fuit conſtitutum, vt clericus ...

g ¶ Vt certus. ] id eſt, ille ad cuius ſpectat officium. 18. q.2. in decima.

h ¶ Loco. ] In hoc cap. habes præſumi contra aliquem, & pro aliquo ratione numeri, loci, temporis, ratione etiam perſonæ, & cauſæ. 23.q.8. occidit & 29. diſt. ſciendum & 18.q.2. diffinimus.

Præſumptio ſumitur ratione numeri, loci, temporis, & perſonæ.

i ¶ Duos. ] Arg. ꝙ melius eſt eſſe duos ſimul, q̃ unũ, ut 7.q.1. illud 12.q.2. nobis arg. contra. ff. de admi. tut. l. 3. §. ꝙ in tutorib. ſi. ff. de exerc. act. ne in plures, & Adã dũ ſolus fuit, non peccauit, ut de pæn. diſt. 2. q̃ñ Adam. arg. contra 21. diſt. ſicut. 7.q.1. in apibus. Solu. horum. brocardorum eſt, ut referas te ad id de quo agitur: licet enim binarius reprobetur. 32. q.1. nuptiæ, non tñ quo ad omnem ſignificationẽ. 28. q.1. ſæpe, id eſt, non quo ad omnem locum, in quo ponitur, & ſolue per cap. ſæpe.

CVm omnibus. ] CASVS. Statuitur in hoc cap. ꝙ clerici non habitẽt cum mulieribus, niſi ſint ſibi coniunctæ in primo gradu, uel ſecundo conſanguinitatis, ut mater, auia, ſoror, & amita. Itẽ cũ ancillis, & pediſſequis,

quis quę cum eis erant antequam ordinarentur. Item cum nuribus,& vxoribus ſeruorum ſuorum.

Perſonarum coniunctarum ſeparatio dura eſt.

a ¶ Ex familia.] Quis enim ferret coniuges à viris, vel patres à filijs ſeparari? C. cõm. vtriuſq. iud. poſſeſſionũ. arg. ad hoc 11. q. 3. quã. multos. dura enim eſſet talis ſeparatio

Non oportet.] CASVS. Prohibetur hic ne aliquis clericus, vel continens, nec etiam aliquis Chriſtianus communia lauacra cũ mulieribus habeat: quia etiã gentiles hoc maximè reprehendunt.

c ¶ Omnino.] Vnde ſi vir accedit ad balneum extraneę mulieris, priuatur donatione propter nuptias, & mulier dote, ſi cũ viro alio habuit balneum. C. de repu. l. vlt. immo etiã infamis eſt, q tenet mulieres cuſtodientes balneatorũ ueſtes, ut ff. de ijs q not. infam. athletas.

Balnea multis periculoſa ſunt.

tę, ſorores, & filiæ fratrum, aut ſororum, & quæcunq. ex familia [a] domeſtica neceſſitate, etiam antequã [b] ordinarẽtur, iam cũ eis habitabãt; vel ſi filij eorũ iam ordinatis parẽtibus, vxores acceperunt; aut ſeruis non habẽtibus in domo, quas ducant, aliunde ducere neceſſitas fuerit.

*Item ex concilio Laodicenſi, c. 30.*

¶ De eodem. Cap. XXVIII.

NOn oportet miniſtros altaris, vel etiã clericos quoſlibet, aut cõtinentes ſe, aut omnem omnino [c] Chriſtianum cum mulieribus lauacra habere cõmunia. Hæc eſt enim apud gentiles prima reprehenſio.

*Item Gregorius ad Ianuarium epiſcopum Caralitanum, lib. 3. epiſt. 26.*

Anſ. l. 6. c. 136.

¶ De eodem. Cap. XXIX.

ARchidiaconum tuũ, vt audio, habitare cum mulieribus prohibuiſti: & nũc vſque in ea prohibitione deſpiceris; qui niſi [d] iuſſioni tuæ paruerit, eum ſacro ordine volumus eſſe priuatum.[e]

ARchidiaconũ.] CASVS. Ianuarius epiſcopus bis ꝓhibuerat archidiacono ſuo ne cũ mulieribus habitaret. Sed ipſe propter hoc nõ dimittebat: pręcepit ergo Grego. ut eum tertio admoneat, & ſi contemnit, eum ab officio deponat.

d ¶ Qui niſi.] Vt 24. q. 3. de illicita.

e ¶ Priuatum.] Poſt trinam cõmonitionem. 1 ut extra de cohab. cle. & mulie. ſi quiſpiam.

1 Et dicunt quidam, ꝙ non eſt canõ latæ ſententiæ, ſed ferendæ, ut patet in decret. hic alleg. ſi quiſpiam. Arch.

*Item ex concilio Toletano quarto, c. 42.*

Anſ. l. 7. cap. 148.
Poly. l. 4. tit. 36.

¶ Venundentur ab epiſcopo, quæ appetunt conſortia clericorum illicita. Cap. XXX.

QVidam clerici legitimum non habentes coniugiũ, extranearum mulierum, [f] vel ancillarum ſuarum interdicta ſibi conſortia appetunt. Ideo, quæ coniunctæ taliter cum clericis ſunt, ab epiſcopo auferantur, & uenundentur; [g] illis pro tempore relegatis ad pęnitẽtiam, quos ſua libidine infecerunt.

QVidã.] CASVS. Quidam clerici cum non haberẽt vxores, appetebant extranearum mulierum, vel ſuarum ancillarum conſortia. Quare Tolet. concilium ſtatuit, vt epiſcopus uendat tales mulieres, clericis ꝓ tempore ad pęnitentiã relegatis. Caſus ſequentis c. pater.

f ¶ Mulierum.] Id eſt, ancillarum.

g ¶ Et venundẽtur.] Et hoc ſi filios habuerint. Si aũt filios nõ habuerint, clauduntur in monaſterio, vt diſ. 34. fraternitatis, ne filij pereãt propter eorum abſentiam. itẽ hic ſubaudi quãdo contrahunt cum eis tanquam cũ vxoribus, alias non concedo. ꝙ uenũdari deãnt, vel in ſeruitutẽ redigi propter ſimplicem fornicationem arg. 15. q. ult. c. ult. ut no. 32. diſtin. eos. & 34. diſt. fraternitatis.

Mulierum cum clericis contrahentiũ punitio.

*Item Syricius Papa Himerio epiſcopo. epiſt. 1. ca. 12.*

¶ Non habitent fœminæ cum clericis, niſi quas neceſſitudo excuſat. Cap. XXXI.

Poly. l. 4. tit. 31.
Burc. l. 2. cap. 110.
Iuo p. 6. c. 52. & 187.
Anſ. l. 7. cap. 149.
C. 3.

FOeminas nõ alias eſſe patimur in domibus clericorũ niſi eas tantum, quas propter ſolas neceſſitudinũ cauſas habitare cum ijſdem ſynodus Nicæna [h] permiſit.

h FOeminas.] Synodus Nicæna.] Quæ eſt ſup. ca. in omnibus.

*Item ex concilio Africano, c. 5.*

Concord. Carthag. 3. c. 25.

¶ Niſi maiorum iuſſione ad fœminarum domicilia clerici non accedant. Cap. XXXII.

Anſ. l. 7. c. 151.

CLerici, vel cõtinentes [i] ad viduas, vel virgines, niſi ex iuſſu, vel permiſſu epiſcoporũ, aut presbyterorum, non accedant. Et hoc non ſoli faciant, ſed cum conclericis, vel cũ quibus epiſcopus, aut presbyter iuſſerit Nec ipſi epiſcopi, & presbyteri ſoli habeãt acceſſum ad

CLerici. CASVS. Idem fere eſt caſus iſtius cap. cum illo ſup. eo. clericus ſolus. Duo cap. ſeq. plana ſũt.

i ¶ Continentes.] Vt ſunt conuerſi & deuoti.

ADDITIO. 2. q. 2. duo 27. q. 1. vt lex.

paratio. ff. de fun. inſtru. quæſitum. §. ſaltuarium.

b ¶ Etiam antequam ordinarentur.] Idem ſi poſt: ſed ideo dicit, quia forte non haberet neceſſe tot perſonas recipere iam ordinatus, ut filius duceret vxorẽ in domũ patris clerici: ſed ſi prius ante ordinationem patris iam eam habebat in domo, non debet eam eijcere. Nam, Turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes. extra de iureiurando, quemadmodum.

huiuſmodi fœminas;ſed vbi aut clerici præſentes ſunt, aut graues aliqui [a] Chriſtiani.

*Item ex concilio Carthaginenſi.4.c.102.*

¶Epiſcopi prouideant,ne occaſione temporalium, clericorum familiaritatibus virgines ſocientur. Cap. XXXIII.

AD reatum epiſcopi pertinet,vel presbyteri,qui parochiæ præeſt, ſi ſuſtentandæ vitæ [b] præſentis cauſa adoloſcentiores uiduę,vel ſanctimoniales clericorum familiaritatibus ſubijciantur. Poly.l.4.tit.37. Burc.l.7.c.55. Iuo p.7.c.73.

*Item ex eodem.c.103.*

¶De eodem. Cap. XXXIIII.

VIduæ, [c] quæ ſtipendio eccleſię ſuſtentantur, tā aſſiduę in Dei opere eſſe debēt,ut & meritis, & orationibus ſuis eccleſiam adiuuent. Polyc.ibidem. Iuo p.8.c.327.

## DISTINCTIO LXXXII.

GEneraliter [d] *etiam pauperibus, & ijs, qui ſuis* [e] *manibus laborare non poſſunt,* [f] *epiſcopus neceſſaria prouideat.*

*Vnde in concilio Aurelianenſi 1.ca.18. legitur.*

¶De eodem. Cap. I.

EPiſcopus pauperibus,[g] vel infirmis,qui,debilitate faciente,non poſſunt ſuis manibus laborare,uictū, & veſtitum ( inquantum † ſibi poſſibile fuerit ) largiatur. † *poſſibilitas habuerit.* iorig.

*Item Innocentius* [h] *Exuperio Toloſano epiſcopo,epiſt. 3.cap.1.*

¶Qui voluptatem officio prępoſuerit, modis omnibus ſubmoueatur. Cap. II. Pann.l.3.c.137. Iuo p.6.c.57. Poly.l.4.tit.31. Anſel.l.8.c.8.

PRopoſuiſti, quid de his obſeruari debeat, quos in

---

a ¶ Aliqui. ] Hoc non pōt intelligi, niſi de laicis propter literam præcedentem. Sed quid ſi duo clerici dicunt,me commiſiſſe fornicationem cū aliqua, tali die, duo laici dicunt me fuiſſe ſecum tota die in alio loco: dico præponendos laicos; 1 quia ſtant pro reo. & ita patet hic,ꝙ clericus pōt ſe purgare quandoque cum laicis.vt 18.q.2.in decima.vt ibi dixi.

Teſtes præferendi ſunt qui pro reo deponunt.

1 Ad hoc facit quod not. in authen. de hære.& fal.§.ſi non abſunt. vbi dicitur, ꝙ talis aſſertio habet in ſe implicitā affirmatiuā Arch.

b AD reatū.]§. Vię.]Coguntur enim quandoq; ſanctimoniales propter defectum rerū,operas aliquas facere clericis,vel alijs, & ꝑ talē familiaritatē, & propter rerum defectum coguntur aliqua turpia facere.ꝑcipit ergo hic, ꝙ ſi aliquæ ſint paupes, ꝙ epiſcopus eis prouideat, & hoc faciat de quarta pauperū, Si obijcias j. de cōſec.diſ. 5. nunquam vbi nunquam ꝑmittitur.immo iubetur ne ſint otioſæ,ſed faciant calathos,vel ſimilia, illud intellige,ꝙ eccleſię poſsūt facere operas, nō extraneo.54.diſt.ſi ſeruus in fin.

Sanctimonialib. pauperibus debet prouidere eps.

Moniales otioſæ eſſe non debent.

c VIduæ.] Inf. 87. diſt.cap.1.

GEneraliter.]Hęc d.diuiditur in tres partes, in quarū prima dicitur, ꝙ epiſcopus debet ꝓuidere pauperibus ſecūdū poſſe ſuū, ſcilicet illis qui laborare nō poſſunt.Secunda ibi,[Propoſuiſti.]Tertia ibi,[ Qui autē. ] Io.de Fan.

CASVS.Hic intitulatur diſt.82.in qua oſtendit, ꝙ clerici in ſacris ordinibus conſtituti,nec ſuis vxoribus,nec cum alienis mulieribus debent commiſceri carnaliter. & qualiter ſint puniendi, qui poſt promiſſam continētiam fornicantur,vel de facto contrahunt, vel ſuis vxoribus commiſcētur,& quæ pœnitentia iniungātur presbytero fornicanti.Et ſpectat hoc ad cap.apoſtolicę regulę:oportet epiſcopum eſſe ſine crimine.vel ad hoc,oportet epiſcopum eſſe monogamum. In principio tamen ponit de hoſpitalitate. Et primum capitu.huius diſt. planum eſt.

d ¶ Generaliter. ]Hic depingitur 82.diſtin.in qua tractat adhuc magiſter de continentia miniſtrorum.& addit,ꝙ ſi quis miniſtrorum fornicationem cōmittit, & agat pœnitentiam, ex diſpenſatione pōt remanere in ordinibus.vt inf.ea.c.vlt.& referuntur hæc duo, quæ dicuntur in hac diſtin. ad id; oportet epiſcopum eſſe ſine crimine:& ad id; oportet epiſcopum eſſe monogamū. tamen permittit cap.1.qualiter epiſcopi pauperibus. & infirmis debeant prouidere.

e ¶ Qui ſuis.]Pauper enim qui laborare poteſt,ſi ſe immiſcet eleemoſynę Imperatoris, redigitur in ſeruitutē. C.de mendi.vali.l.1.lib.11.

f ¶ Non poſſunt.]Ei qui poteſt laborare, non debet eccleſia prouidere:integritas enim & robur membrorum in conferenda eleemoſyna eſt attendenda. C.de mendi. val.l. 1. lib. 11. quia robuſti de cibo ſecuri ſine labore, frequenter iuſtitiam negligunt,vt 5.q.5.non omnis. & dicit gloſ. ſuper Matthæum. Iuſtius feceris ſi iniuſte petentem correxeris.quam ſi ei dederis,&c.

g EPiſcopus pauperibus.]inf.diſt.87.cap.1.& 2.

h Innocentius. Qui fuit tertius à Syricio.

PRopoſuiſti. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dr̄, ꝙ puniātur ſacerdotes & diaconi, qui non ſeruauerūt ſententiam Syricij de caſtitate.Ioan.de Fan.

CASVS. In archiepiſcopatu Toloſano ſacerdotes, & leuitæ incontinenter viuebant: quod manifeſtabant filij ab eis generati, quod cum vidiſſet Exuperius archiepiſcopus Toloſanus, quæſiuit ab Innocentio quid eſſet de his faciendum.Sed antequam reſpondeat; dicit ſuper hoc, conſtitutionem factam à Syricio, quæ tales præcipiebat ab omni honore eccleſiaſtico remoueri. Deinde oſtendit, quod ſacerdotes, & leuitæ debent uiuere continenter, ita etiam ut cum uxoribus carnaliter non commiſceantur. Et hoc probat vno exemplo, ſcilicet ſacerdotum, & leuitarum ueteris teſtamenti, qui in hebdomada ſua uiuebant continenter, ita etiam ut cum vxoribus nō commiſcebantur carnaliter: nec diſcedebant à templo: quibus propter ſobolis ſucceſſionem vxoris uſus fuerat relaxatus. Multo magis ſacerdotes debent abſtinere: cum quotidie ſacrificent, & poſſint eligi de qualibet natione: Et una auctoritate Pauli Apoſtoli, Poſtea docet, quod illi clerici,

qui

qui in ſacris ordinibus contraxerunt, vel ſuis uxoribus ſe iunxerunt: ſi poſſunt probare conſtitutionẽ Syricij non perueniſſe ad eos, in ſuis ordinibus remaneãt: ſed ad altiores non aſcendant: de cætero tamen abſtineãt. qui aũt cõtra Syricij conſtitutionẽ ſcienter cõtraxerint de

g ¶ Cum vxore.] Multo ergo fortius ſi cum alia. ADDITIO. Dicit ꝙ ꝑꝑ reuerentiam ſacramentorũ, vult eos eſſe ſanctos, id eſt mũdos ab omni labe mortali, vel veniali: ſpirituali, vel corporali: quod non põt eſſe qñ carnaliter vxoribus commiſcentur, ſecundum Hug.

diaconij [a] miniſterio, aut in officio presbyterij poſitos, incontinentes eſſe, aut fuiſſe, generati filij [b] prodiderũt. De his & diuinarum legum manifeſta eſt diſciplina, & beatę recordationis viri Syricij epiſcopi monita euidentia cõmearunt, vt incontinentes, in officijs talibus poſiti, omni eccleſiaſtico honore priuarentur, nec admittantur ad tale miniſterium, quod ſola [c] continẽtia oportet impleri. Eſt enim vetus admodum ſacrę legis auctoritas iam inde [d] ab initio cuſtodita, quòd in tẽplo, [e] anno vicis [f] ſuæ habitare præcepti ſunt ſacerdotes, vt ſeruientes ſacris oblationibus, puros † & ab omni labe purgato ſibi vendicent diuina miniſteria, neque eos ad ſacra † officia fas ſit admitti, qui exercent; vel cum vxore [g] carnale cõſortium: quia ſcriptũ eſt: [h] [ Sancti eſtote, [i] quia & ego ſanctus ſum, Dominus Deus veſter.] Quibus vtique propter ſobolis ſucceſſionem; vxoris vſus fuerat relaxatus: quia ex alia tribu, & pręterquam ex ſemine Aaron, ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere. Quo † magis [k] hi ſacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt; nec præterit dies, [l] qua vel à ſacrificijs diuinis, vel baptiſmatis [m] † officio vacent. Nam ſi beatus Paulus apoſtolus ad Corinthios ſcribit dicens: [ Abſtinete vos ad tempus, vt vacetis orationi. & hoc vtique laicis pręcepit; [n] multo magis ſacerdotes, quibus & orandi, & ſacrificãdi iuge officium eſt, ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere: & qui, † ſi contaminatus fuerit carnali cõcupiſcentia, à quo pudore, vel ſacrificare vſurpabit, aut qua conſcientia, quoque merito exaudiri ſe credit, cũ dictũ ſit: (Omnia munda mundis, coinquinatus autẽ, & infidelibus nihil mũdum?) Sed fortaſſe hoc licere credit, qa ſcriptũ eſt; (vnius vxoris [o] uirum.) Non ß dixit hoc, vt permaneret [p] in concupiſcientia generandi, ſed propter incontinentiam [q] futuram. [r] Neque enim integros corpore non admiſit, qui ait. (Velle autem omnes ſic eſſe, ſicut & ego.) Quod & apertius declarat dicens: (Qui autem in carne ſunt, [s] Deo placere non poſſunt. Vos autẽ iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.) Et (habentem filios,) non, generantem dixit. Sed ea plane, [t]

*inf.c.ſequen.* — *Luc.1.* — *Paralip.c.24.* — *† al. puri, & purgati.* — *† al. ſacrificia* ſup. d.31.c.eos. — *Leuit.11.& 20.* — *Num.18.* — *† Quanto.*] orig. — *† al. orationis.* — *1.Cor.7.* — *† al. quid.* — *Tit.1.* — *1.Tim.3.* — *1.Cor.7.* — *Rom.8.* — *1.Tim.3.*

h ¶ Scriptum eſt.] Sufficit ergo ita ſcriptũ eſſe, licet ſit durũ. arg. 19. d. in memoriã. ff. q & à q. li. ma. l. proſpexit. — Sufficit ita eſſe. ſcriptũ.

i ¶ Eſtote.] Arg. cõtra 31. diſt. Nicæna. nam caſtitas eſt cũ propria coniuge.

K ¶ Quo magis.] i. quanto magis. — Idem tenet Specu. in tit. de co. q mi. in pol. uen. porro. & Bar. in l. mulier. §. ꝓponebatur. ff. ad Turp.

l ¶ Nec ꝑterit dies.] pręter ſabbatum magnũ, & diem præcedẽtem, vt de conſe. di. 3. in ſabbato. Vel dic, ſacrificijs id eſt officijs diuinis.

m ¶ Vel baptiſmatis.] cum neceſſitas exigit. alias baptiſmus q fit cũ cerei benedictione, & 9. lectionibus, bis in anno tãtum fit. de cõſec. d. 4. proprie.

n ¶ Præcepit.] Id eſt perſuaſit, ut 33. q. 4. Chriſtiano. Vel ꝑcepit vxoribus nolentib. cõtinere. Vel dic ꝑceptũ eſſe cũ vir accipit corp⁹ Chriſti ut ſcilicet nõ exigat 2 ſed reddere tenetur omni tempore. — 2 De hoc ſe. & no. de cõſec. d. 2. omnis homo.

o ¶ Vxoris.] Id eſt, nõ iõ dicit eum eſſe virũ vxoris vnius, vt ea utatur tempore ſacerdotij.

p ¶ Vt permaneret.] Arg. voces affirmatiuas reſoluẽdas in negatiuas. arg. ſup. diſ. 26. una tantum. & cap. vnius. 3 — Affirmatiua in negatiuã reſoluitur. 3 Concor. tex. in l. non debet. ff. de don. & in l. nam etiam. ff. de inoffi. teſta.

q ¶ Sed ꝑꝑ incõtinẽtiam.] id eſt, ut ea mortua cõtineat. & ſecũdam nõ ducat, & ſic negatiue legitur, vnius, id eſt non plurium: arg. extra de teſti. licet.

de facto, vel ſe proprijs uxoribus miſcuerĩt, deponant.

a ¶ Diaconij.] Ideo non dicit de Subdiaconis, quia non erat * tunc ſacer ordo: non tamen poterant contrahere. 32. diſt. ſi qui.

b ¶ Filij.] Filius enim eſt argumentum ambulãs ſuper terram de incontinentia patris. 28. diſt. priuſquam.

c ¶ Quod ſola.] Id eſt à ſolis continentibus, vt 84. diſt. cum in præterito.

d ¶ Iam inde.] id eſt de hoc articulo.

e ¶ Quod in tẽplo.] Sufficit ergo ſcholari ad hoc, ut ſtipendium conſequatur, ut ſua uice ſeruiat eccleſiæ, ſcilicet cum ibi eſt.

f ¶ Vicis.] id eſt ſeptimanæ. aliàs eſt dies pro anno, ut 33. q. 2. hoc ipſum.

** Vide ſupra diſt. 21. in princ. in glo. uerbo ſubdiaconus.* — Filius ambulans ſuper terrã teſtat̃ patris incontinentiam. — Dies pro anno inuenitur.

r ¶ Futuram.] id eſt quam timebat.

s ¶ In carne ſunt.] id eſt carnaliter uiuentes.

t ¶ Sed ea plane.] Hic rñdet conſultationi. & reuertitur ad cõſtitutionem Syricij, de qua dixerat. Dicit aũt Hug. & alij ꝙ Syricius bis emiſit conſtitutionẽ: primo illam quæ erat data ab Apoſtolis, ſcilicet ut in ſacris ordinib. nullus cõtraheret, & ſi cõtraheret, deponeret, ut 84. d. cũ in ꝑterito. hæc fuit primo ab Apoſtolis ſtatuta: ſed qa aboleuerat, renouata eſt a Syricio, ꝓcedente tp̃e referrebat quæſtio de talibus de quibus Innoc. hic loquitur. ſed quia quidam prætendebant ignorantiam primæ conſtitutionis Syricij, inde ſumpta occaſione Syricius aliam edidit humaniorem: mitigando rigorem primæ, ſcilicet ut ignorantes excuſarentur, ut inf. ead. — Clericis cõtinentiam quis primo indixit.

diſpar,& diuiſa [a] ſententia eſt. Nam ſi ad aliquos forma illa eccleſiaſticę vitę pariter & diſciplinę,quę ab epiſcopo Syricio ad prouiacias [b] cōmeauit,nō probatur [c] †peruenitſe;his ignorātibus [d] † venia non negabitur: [e] ita vt de cætero penitus incipiāt abſtinere:& ita gradus ſuos, in quious inuenti fuerint,retentent,vt eis non liceat ad potiora conſcendere:quib. in beneficio eſſe debet; quòd hunc ipſum locum,quem retinēt,non amittunt. ¶Si qui autem ſcitſe formam viuendi miſſam à Syricio deteguntur [f] †, neque ſtatim cupiditates libidinis abieciſſe, illi ſunt modis omnibus ſubmouendi: quia poſt admonitionem cognitam, præponendam arbitrati ſunt voluptaté.

α¶Cōcupiſcétia.] *Emendatus,& locupletat⁹ eſt hic locus ex ipſa ep.ſ.Innoc queādmodū & multa alia in hoc capite , vbi per gloſſā licuit. In epiſ.aūt Syricij, q̄ refertur in cōc. Teleptēſi( ita.n.p Tollēſi legēdū videtur)ſic legitur.* Quid faciet?excuſabit? quo pudore?qua mente vſurpabit?qua conſcientia, quo merito hic exaudire ſe credit?

β¶Non dixit hoc.] *In originali ſic legitur*,non ad permanentem in concupiſcentia generandi hoc dixit.

*Item Syricius Papa ad Himerium Tarracon epiſcopum epiſt.1.c.7.*

¶De eodem. Cap. III.

PLurimos ſacerdotes Chriſti , atq; leuitas poſt longa

plurimos. & hanc formam ſcribit , ſcilicet ſecundæ Innocētius. Exuperio, & quòd ſcripſit bis Syricius , patet ex hoc cap.& ſequen.ubi dicitur,ꝑ quidam excuſantur ignorantia conſtitutionis Syricij . Sed qualiter hoc,dicetur in prima conſtitutione . Quidam dicunt , ꝑ non dedit de hoc facto niſi ſemel conſtitutionem, renouando cōſtitutionem Apoſtolorum. & mitigādo eam cum ſua diſtinctione. & ſecundum hoc eadem eſt cauſa deciſionis Innocētij : niſi quod Innocentius vtitur diſtinctione circa cōſtitutionē Syricij:& Syricius circa cōſtitutionem Apoſtolorum. Tertij dicūt,ꝑ Syricius duas emiſit cōſtitutiones,ſed in nullo renouauit Apoſtolorū cōſtitutionem : quia Apoſtoli nihil cōſtituerūt de continentia arg. 31.d quoniam.& dicit Hu. ꝑ q̄dā conſtituit eccleſia, quæ nō fuerunt ſtatuta ab Apoſtolis,vt d cōtinētia miniſtrorū. 35.q. 1. §. hac itaq; In fi. Quod autē dicitur inf.83.di.cum in p̄terito. quod ſcilicet Apoſtoli docuerūt: verum eſt exēplo.31.diſtinct.omnino. non conſtitutione.ſed de hoc dixi 28.diſt. diaconi . Prima ergo cōſtitutio Syricij fuit de continentia , vt quicunque uellet promoueri ad ſacros ordines,faceret hoc:non tantum promiſſa , ſed ēt præeunte continentia.hoc innuit,uidetur.77.di.quicunque . Sed quia illa nō ſeruabatur à quibuſdam prætendentibus ignorātiam , ideò aliam fecit cum diſtinctione. infra ead. plurimos nec fecit prima niſi in promouendis . promotos enim . non poſſe adſtringere ſine ſuo velle,ſicut nec poſſet Papa conſtituere de acolythis iā promotis ne cōtraherent.arg.32.q.1.integritas . Io. quod falſum eſt 1 cum habeat plenitudinem poteſtatis 2.q.6.decreto.nec legibus adſtringitur,ut ff.de legib.& conſtitutio , princeps. & C.eod. digna vox. Bar. nec in primo vel in ſecūdo capitu. habes , ꝑ Syricius aliquam conſtitutionem fecerit : ſed innuitur in ſecundo cap. contra incontinentes:de quib.conſultus fuerat,diſtinguendo,immo potius diſpēſando,quod patet ex verbo. monita , in principio cap. & per verbum.admonitionē in fi.& dic commeauit non cōſtituendo. ſed ignoſcendo & diſpenſando.vt infra.ead.præsbyter.

a ¶ Et diuerſa. ] Diuerſa & bimembris nam recipit diuiſionem,ideſt.diſtinctionem & hoc de ſecunda.

b ¶ Prouincias. ]Pro maiori parte.

c ¶ Non probatur. ] Ex hoc vr̄ ꝑ dicit citationem ad ſe non peruenſſe , ꝑ hoc non tenetur probare:ſed potius aduerſarius tenetur probare ꝑ peruenerit ad eum: cum talis negatiua non poſſit probari.vt extra de elec.bone. Sed non eſt verum , quia credendum eſt verbo nuncij , donec contrarium probetur.ut not.4.q.3.§.item in criminali.ver.itē teſtes,quos.ſic ergo expone , nō p̄batur perueniſſe , ideſt probatur non perueniſſe : cum enim conſtitutio ſit publice promulgata,quilibet eā tenetur. ſcire.ut 16.diſtin.quod dicitis.extra de poſtu. præla. ad hæc 12.q.2.qui & humanis,& ſecundum leges tenetur eam quilibet ſcire vſque ad duos menſes. vt in authen. vt factæ nouę cōſtitutiones.§.1.colla. 9. ſecundum canones vſque ad ſex menſes,vt 18.diſt.decernimus,quia ergo præſumebatur perueniſſe ad iſtos.tenebantur ipſi probare ignorantiā: & hoc eſt generale qđ propter præſumptionem cogitur probare aliquis ignorantiam , vt hic,& extra de elec.innotuit.& 1.q.1.ſi q à ſimoniacis. & C.de peri.tut.l.penul.alias qui dicit aliquē ſciuiſſe , hoc tenetur probare.2 ut 3.q. 9. iudicas. & ff.de adminiſtr.tuto.l. hoc autē.quid enim peccat,q preſentis legis inſcius priſtinam ſequitur obſeruantiam ? vt C.de teſt.iubemus.in fi. Sed qualiter.probat ſe aliquis ignoraſſe?dico ſuo ſacramento.3 vt 34.q. 2. in lectum extra de ſenten.excom.ſi vero.vt no.4. q.5.quiſquis,in fi. .a. Ioan. Vel etiam alio modo ſi poteſt probare ſe fuiſſe in alio loco:& forte ſi præſumptio eſt contra eum. nō crederem iuramento ſuo.B. Sed quid ſi collegium , uel aliquis conuentus dicit ſe ignoraſſe, nunquid tunc omnes iurabunt?dico,quòd ſufficit,ſi epiſcopus cum maioribus de capitulo iurat,ut ff.de condi.& demonſt. municipibus . Alij dicunt, ꝑ eo ipſo probatur ignorantia , quòd non probatur ſcientia,vt C.qui mili.non poſ. ſuper ſeruis lib.12.

d ¶ Ignorantibus. ]Decretum non ligat ignorantes. ff. de decre.ab ordi.fac.l.vlt.ff.loca.l.ſi ignorans.

ADDITIO.Ad idem 12. q.2. de laicis , ubi de hoc. Dic . ꝑ decretum ſecundum canones ligat ignorantes,ut dixi, 19.diſt. 1.ſuper ſumma.ibi videas.Archid.

e ¶ Negabitur. ]Arg.neminem ligari antequam conſtitutio ad eum perueniat:arg.d.31.ante triēnium.35. q. vlt.ſi autē.12. q.5. ſicubi.& 47.diſt.quoniam.14. q. 4. ſi quis oblitus.54.diſt.ex antiquis.

f ¶ Deteguntur. ] Eo ipſo , quod non probant ignorantiam,cum ad omnes commeauerit.

PLurimos ſacerdotes. CASVS. Quidam ſignificauerunt Syricio Papæ,ꝑ plurimi ſacerdotes poſt lōga tempora ſuæ ordinationis filios habuerunt tam ante ſacros ordines,quam de vxoribus,quas poſtea de facto duxerunt : quorum quidam allegabant , hoc ſibi licere ad inſtar ſacerdotum , & leuitarum veteris teſtamēti.

Quidam

† probabitur. ]orig.
† al.ignorantentis.
† al.detegentur.
Iuo p.6.c.50.
Poly.l.4.tit.31.

Contra qđ tempus ligat . Ignorātiam p̄bare quis cogitur propter p̄ſumptionem.

Apoſtoli de continentia nihil conſtituerunt, ſed ſolo exēplo illam docuerunt.

1 Argum. ad hoc ſu.32.diſtin.placuit. vbi de hoc ſed dictum hoc oīno falſum eſt, niſi intelligas de promouēdis & ſic no. H.28.diſ.de his in fi.

Probare tenetur qui dicit ſe non citatum.

Conſtitutio publice promulgata in

2 Dicunt q iuris apicibus inuigilant,regulare eſſe ignorantiam nō debere probari:ſed ſcientiam.

Ad hoc facit quod leg. & no.ext.de ſen. excō. ſi verò , & de homic. ſignificaſti 1.& de iur.calum.c. 2. Idem latè Iaſ. §. ſed iſtæ.Inſt. de act.

4 Cōcor.glo. fi.in l. ſi cui & ibi Barto. ff.de accuſa.

Collegium nunquid iurare poſſit.

Decretū nō ligat ignorantes.

Quidam verò dicebant ſe per ignorantiam lapſos: & inde dolebant: quare Syricius Papa reprehendit eos, qui ſuum crimen defendebant exẽplo ſacerdotũ veteris teſtamenti: cum alia cauſa fuerit in illis q in iſtis: & dicit eos eſſe deponendos: cum ex certa ſcientia deliquerint. Illi uerò qui per ignorantiã dolẽt, ſe lapſos fuiſſe, ad altiora non aſcendant: ſed in ſuis ordinib. remaneant ita tñ ꝙ de cætero uiuant continenter. Sequens, §. patet. a ¶ Solius ſucceſſionis cauſa.] Præcipuè, nam, & cauſa incontinentiæ. 32. q. 2. §. Ius ita.

conſecrationis ſuæ tempora, tam de cõiugibus proprijs, quàm etiam de turpi coitu; ſobolem didicimus procreaſſe, & crimen ſuum hac præſcriptione defendere, quia in veteri teſtamento ſacerdotibus, ac miniſtris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quiſquis ille eſt ſectator libidinũ, præceptorque vitiorum, ſi æſtimat, quòd in lege Moyſis paſſim ſacris ordinibus à Deo noſtro laxata ſunt fræna luxuriæ, cur eos, quibus committebantur ſancta ſanctorum, prꝑmonet dicens: [Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter?] Cur etiam procul à ſuis domibus, anno vicis ſuæ, in templo habitare iuſſi ſunt ſacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus poſſint carnale exercere commerciũ, vt conſcientiæ integritate fulgẽtes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus, etiam expleto, deſeruitionis ſuæ tempore, vxorius vſus ſolius ſucceſſionis cauſa [a] fuerat relaxatus: quia non ex alia, niſi ex tribu Leui, quiſquam ad Dei miniſterium fuerat præceptus admitti.

*Leuit. 20. Luc. 1.*

*Item Paulo inferius.*

¶ De eodem. Cap. IIII.

*Polyc. ibidem. Iuo p. 6. c. 50. §. qa. † ignoratione.] orig. † al. detecti.*

QVia aliquanti, de quibus loquimur, vt tua [b] ſanctitas retulit, ignorantia † ſe lapſos [c] eſſe deflent; his hac conditione miſericordiam [d] dicimus non negandam, ut ſine vllo honoris augmento in hoc, quo deiecti † [e] ſunt, quamdiu vixerint, officio perſeuerent: ſi tamen poſt hac cõtinentes ſe ſtuduerint exhibere. Hi vero, qui illiciti priuilegij [f] excuſatione nituntur, & ſibi aſſerunt veteri hoc lege conceſſum; nouerint ſe ab omni eccleſiaſtico honore, quo indigne vſi ſunt, Apoſtolicæ ſedis auctoritate deiectos: nec vnquam poſſe veneranda attrectare myſteria, quibus ſe ipſi, dum obſcꝑnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla prꝑſentia cauere [g] nos prꝑmonent in futurum; ſi quilibet epiſcopus, presbyter, atq; diaconus (quòd non optamus) deinceps fuerit talis inuẽtus iam nunc ſibi omnem per nos indulgentiꝑ aditum intelligat obſeratum; quia ferro neceſſe eſt, vt abſcindantur [h] † vulnera, quæ fomentorum non ſenſerint medicinam.

*† excidantur.] orig.*

¶ *Caput hoc in aliquot manuſcriptis Gratiani exemplaribus coniunctum eſt ſuperiori.*

3 *Qui autem propter peccata iubentur deponi; poſt condignam pœnitentiam in ſuo ordine poterunt reparari.*

*Vnde in concilio Hybernenſi* a.

a ¶ Hybernenſi.] *Caput hoc citabatur ex concilio Gangrenſi, in quo non legitur. Emendatum eſt ex Polycarpo, & alio libro manuſcripto peruetuſto, in quo libro ſunt multi canones pœnitentiales: & hic refertur ex Theodoro archiepiſcopo Hybernenſi.*

*Poly. l. 4. tit. 39. Can. 2. poſt. 25.*

¶ Quæ pꝑnitentia ſit imponenda ſacerdoti, qui de fornicatione conuictus fuerit. Cap. V.

PResby-

b QVia aliquãti.] ¶ Et tua.] Cum ergo hic ſcribat uni: & in præcedenti cap. dicatur, ꝙ cõſtitutio Syricij Papæ ad omnes prouincias commeauit: patet ꝙ duas emiſit Syricius cõſtitutiones: & etiã qa hic dicit ignorantiã reſpectu primæ.
c ¶ Lapſos.] Reſpectu ſcilicet ſecundæ conſtitutionis.
d ¶ Miſericordiam.] Quia illa ignorãtia iuris nõ eos excuſat 1 à toto: ſed quia facilius cum eis diſpẽſatur. Alij dicunt ꝙ unam tãtum emiſit: & dicunt, ignorantia Apoſtolicæ conſtitutionis.
e ¶ Deiecti.] idest lapſi.
f ¶ Priuilegij.] Arg. contra eos, qui prætendunt ſe nõ debere dare decimas, qa prꝑdeceſſores ſui nõ dederũt: & ſic utiuolũt priuilegijs ſuorũ antiquorũ. extra de deci. c. 2. & c. quãuis. Item arg. contra illos, qui pro ſui iuris tuitione conſuetudines antiquas allegant ut 32. q. 4. nemo, & 1. q. 4. c. ult.
g ¶ Cauere.] Arg. ex prꝑſentibus futura pſumi, arg. diſ. 50. ſi quis diaconus. d. 51. præterea.
ADDITIO. Hoc no. 18. diſt. peruenit.
h ¶ Vt abſcindãtur.] ſic 16. q. 1. in canonibus 24. q. 3. ecce.
QVI AVTEM. Hic ĩcipit tertia pars huius d. in qua quæritur, qualiter pꝑnitẽtia imponatur: ſacerdoti lapſo in fornicationem, ita ꝙ poſſit poſtea celebrare. Et reſp. quod decem annis debet pꝑnitere. Ioan. de Fan.
PResbyter.] CASVS. Hoc ca. loquitur de manifeſta fornicatione, ꝓ qua in tẽpore Apoſtolorũ, clerici deponebãtur

1 Adde ꝙ qñque iuris ignorantia excuſat à pꝑna pp ruſticitatem, nõ autem excuſat à nullitate actus, ut not. ĩ l. 1. C. d. interdict. matri. inter pup.
Conſuetudo antiqua non excuſat.

Præſumitur ex præſentibus circa futura.



Digitized by Google

tur, ſed ſancti patres in Gangrenſi concilio congregati hunc rigorem temperarunt, ſtatuentes, vt ſi presbyter ſponte confiteatur delictum ſuum, & velit pœnitere, decem annis pęniteat iuxta modum, qui in hoc cap. exprimitur: poſtea poterit in honorem priſtinum reuocari. Eadem pœnitentia erit ſacerdotibus imponenda pro ſingulis delictis, q̃ depoſitionẽ inducũt.

a ¶ Presbyter.] Hoc c. intelligunt quidã de diſpẽſatione, alij de iure: q̃a cõs poſt peractam pœnitentiã tenetur diſpẽſare: arg. 50. d. dño ſancto. & c. vt conſtitueretur, vnde dicũt hodie pro fornicatione neminem deponendum, niſi in ea perduret, & ideo quia hodie fragiliora sũt corpora noſtra, quã olim erant. 34. diſt. fraternitatis, licet eadem ratione debes dicere de quolibet crimine, vt inf. eo. c. verſ. eademquoque. & not. ſup. prox. di. c. Maximianus.

Fornicationis cauſa hodie nemo eſt deponẽdus.

b ¶ Apoſtolorum.] Hic conciliũ diſpenſat contra Apoſtolũ in pęnis, vt ſup. diſ. proxi. presbyter. ſic ſup. 34. d. cognoſcamus, &c. lector.

Concilium contra Apoſtolum diſpenſat.

c ¶ Auctoritatem.] Hanc non habemus in corpore canonũ B. Silueſtri.

Sacerdotis fornicarij pęnitentia.

d ¶ Decẽ annis. Alibi dicitur, ꝙ ſacerdoti pro fornicatione imponitur pęna xij. annorũ, & epiſcopo xv. 30. q. 1. ſi quis ſacerdos, &c. nõ dẽt. alibi. vij. vt 33. quæſt. 2. hoc ipſum. Sed varietas delicti inducit varietatem pęnę: ſcilicet cum fornicatio eſt ſimplex, vel inceſtuoſa, poterit ſacerdos mitigare pœnam pro quantitate criminis, & qualitate perſonæ, 26. q. 7. tempora.

Iulia de ambitu, locum habet in Romana ciuitate immo ſpirituale datur hic tantum, ſcilicet eleemoſina pro ſpirituali bene facit ad hoc, quia ſicut ære peccatorum iſte ſe vendidit, vt 15. quæſ. 1. non eſt, quòd cuiquam ita & pecunia ſua ſe redimat de pœn. diſtin. 1. medicina. Et eſt arg.

ter [a], ſi fornicationem fecerit, quamquam ſecundũ canones Apoſtolorum [b] debeat deponi; tñ iuxta auctoritatẽ [c] beati Papæ Silueſtri, ſi in vitio non perdurauerit, ſed ſua ſponte confeſſus adiecit, vt reſurgat; decẽ annis [d] in hũc modum pęniteat; tribus quidem mẽſibus priuato loco à cęteris remotus pane, & aqua à veſpera in veſperã [e] vtatur: tãtũ aũt diebus Dñicis, & pręcipuis feſtis modico vino, & piſciculis, atq; leguminibus recreetur ſine carne, & ſagimine, ouis, & caſeo [g]: ſacco indutus humi adhæreat: die ac nocte iugiter miſericordiã Dei omnipotentis imploret: finitis trib. mẽſibus cõtinuis exeat: tñ in publicũ nõ ꝓcedat, ne grex fidelis in eo ſcandalum patiatur. Nec enĩ † debet ſacerdos publice pęnitere [f], ſicut laicus. Poſtea aliquãtiſper reſumptis viribus, vnum annum, & dimidiũ in pane & aqua expleat, exceptis Dominicis, & p̃cipuis feſtis, in quibus vino, & ſagimine [g] †, ouis, & caſeo iuxta canonicam menſuram vti poterit. Finito primo anno, & dimidio, corporis & saguinis Domini, ne indureſcat, particeps fiat, & ad pacem veniat: pſalmos cum fratribus in choro [h] vltimus cãtat: ad cornu altaris nõ accedat: iuxta beati Clementis vocem [i], minora gerat officia. Deinde vero vſque ad expletionem ſeptimi anni, omni quidem tẽpore, exceptis paſchalibus diebus, tres legitimas ferias [k] in vnaquaq. hebdomada in pane, & aqua ieiunet. Expleto [l] ſeptimo anni circulo: ſi ſui confratres, apud quos pęnituit, eius condignam pęnitentiam collaudauerint: epiſcopus in priſtinum honorem, iuxta beati Calixti Papæ auctoritatem, eum reuocare poterit. Sanè ſciendum eſt, ꝙ ſecundam feriam vnum pſalterium canendo, aut vnũ denarium [m] pauperibus dando (ſi opus † eſt) redimere [n] poterit. Finitis autem ſeptem annis, deinde vſque ad finem decimi anni, ſextam feriam [o] (nulla interueniente

† al. etiam.

† al. ſanguine.

Epiſt. 2.

Epiſt. 2.

† al. operarius.
Polyc.

Ieiunantes in ueſpere comedere debent.

e ¶ In veſperam.] Nam ea hora debent comedere ieiunantes, de conſec. diſt. 1. ſolent.

f ¶ Pęnitere.] Supra diſt. proxi. ſi quis epiſcopus contra, & 28. diſt. presbyter. contra. Sed expone publice, ideſt, ſolenniter.

Sagimen, & lardum die ueneris comedere licet

g ¶ Sagimine.] Arg. ꝙ licet comedere de ſanguine illis diebus quibus oua, & caſeum licet comedere. 4. diſtinct. denique.

h ¶ In choro. Vt ibi miniſtret.

Feriæ legitimæ sũt tres.

i ¶ Vocem. Quam non habemus in hoc corpore.

k ¶ Tres legitimas ferias.] Scilicet 2. & 4. & 6. feria. vt infra ead. innuitur, de conſec. diſtin. 3. ieiunia. & 22. q. 5 cap. 1.

l ¶ Expleto.] Ergo reconciliandus eſt quis per acta parte pœnitentiæ: etſi tota finita non ſit, vt 12. q 2. de uiro. extra de fur. ex literis.

m ¶ Denarium.] Et ita poteſt dare denarium pro ieiunio, quòd ſpirituale eſt: nec tamen ſimoniam committit: quia cum Deo intelligitur contrahere; ſicut nec lex eſt argu. pro commutatione pęnæ, 36. q. 1. de rap. Nunquid autem poteſt hic ieiunare per alium? ꝙ uidetur 2. quia denarium poteſt dare ut ſe redimat a ieiunio; ergo multo fortius per alterius ieiunium poteſt liberari. Itẽ quia ieiunium uiui liberat mortuum, ut 13. q. 2. animæ. de pęn. diſt. 6. c. 1. quod concedo ſi per propinquam perſonam ieiunet. & debet iſte denarius eſſe talis, quòd nõ euincatur ab eo cui donatur, aliàs non contingeret liberatio, ut C. de ſent. ꝙ inter libera. ff. de lega. 3. qui cõcubinam. §. ſi hæres. quia non intelligitur datum, quòd euinci poteſt, ut ibi dicitur; argu. 14. q. 5. immolans. Sed nunquid pœnitens ſua auctoritate poteſt hanc commutationem facere? Dicunt quidam ꝙ ſic, 3. quod non concedo in pœnitentia impoſita ab homine 4. ut extra de uo. & uo. redemp. ex multa, in fin. Ioan. Sed certe, quod hic dicitur de denario, auctoritate huius canonis facere poteſt pęnitens: nec decret. illa in aliquo contradicit Bart.

n ¶ Redimere.] Argu. ea quæ facere tenemur, alia æquiualentia faciendo poſſe recompenſari, & ita commutatione pęnarum poſſe fieri; argum 36. quæſtio. 1. de raptorib. diſt. 12. non cogantur, contra 1. q. 1. nullus epiſcopus 2.

o ¶ Sextam feriam.] Ergo quartã poſſet redimere. q̃ enim

1 Adde nec ẽt ſimoniæ. not. gloſ. & Bar. i l. Barbarius. ff. de offi. præt. & in l. 1. glo. 1. ff. ad leg. Iulia de ambi.

Ieiunari poteſt per aliũ.

2 Ad hoc facit quia liberatur quis iurando per aliũ, ut not. 63. diſt. tibi. argu. contra ext. de offic. de leg. c. fin. cum ſimilibus Arch.

Pœnitentia impoſita auctoritate ꝓpria mutari non poteſt.

3 Adde bonũ text. in l. plerumq; ff. de iu. dot. & in l. 2. ff. de li. l.

4 Videtur innuere, ꝙ ſit ſecus in ieiunijs indictis ab eccleſia. Sed põt dici ſm Inno. ꝙ licet ieiunia indicta ab eccleſia nõ debẽat cõmutari, uel redimi ſine cauſa tñ ea poſſunt mutari ſicut ieiuniũ feſti, quod ẽ in die lunæ fiat in ſabbato, & dicitur ꝙ in quibuſdã locis Frãciæ, ſ. ubi sũt eccleſię sãcti Quintini nõ ieiunat in uigilia omniũ sãctorũ, ſed tertia p̃cedẽti die ſecũdã Inn. Arch.

enim de vna negatur, de alia concedi videtur. 25. diſtin. qualis.

a ¶ Eadem. ] Non tamen eadem diſpenſatio eſt in omnibus, quia in aliquibus prohibibetur. 50. diſt. miror.

Proui-

redemptione) obſeruet in pane & aqua. Eadem [a] quoq; pœnitentia erit ſacerdoti, de omnibus alijs peccatis, & criminibus, quæ eum in depoſitionem inducunt. Neque quo cuilibet videatur onerofum, ſi ſacerdos poſt lapſū, digne, vt ſupra dictum eſt, pœnitens, ad priſtinos redeat honores.

α ¶ Et caſeo. ] *In vulgatis, ſequebatur, vtatur: quæ vox ſublata eſt auctoritate omnium fere exemplarium Gratiani manuſcriptorum, & Polycarpi, & libri manuſcripti in ſuperiore notatione indicati.*

## DISTINCTIO LXXXIII.

In libello Ennodij.

P*Rouidendū* [b] *quoque eſt, ne his, qui ad ordinandum eligitur, & ſi a proprio vitio videatur alienus, cōſentiendo alienis, inquinetur. Vt enim Symmachus Papa ait; non eſt grandis differentia, an lethū inferas* [c], *an admittas. Mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cum poſſit, non excludit.*

*Hinc Gregorius VII. ait in reg. lib. 6. c. 12. Romanæ ſynodi celebratæ Anno Domini 1080. al. 1078.*

Anſ. li. 6. c. 177.

¶ Suſpendatur epiſcopus ab officio, clericorum ſuorum fornicationi conſentiens. Cap. I.

SI quis epiſcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum, ſubdiaconorum α, vel crimen inceſtus in ſua parochia, pretio [d] interueniente, vel precibus cōſenſerit, vel commiſſum, ſibique compertum auctoritate officij ſui non impugnauerit; ab officio ſuſpendatur [e].

α ¶ Subdiaconorum. ] *Additū hoc eſt ex originali, et Anſelmo queadmodū et paulò poſt verba illa, ſibiq; compertum. Notum aūt eſt a tempore Gregorij primi ſubdiaconos eadē lege cōtinentiæ, qua presbyteros, adſtrictos fuiſſe.*

*Item Gregorius prima parte paſtoralis, c. 2.*

Poly. li. 4. tit. 31.
Burc. li. 1. c. 209.
Iuo p. 5. c. 323.

¶ Maximè eccleſiam lædit, qui ſub nomine ſanctitatis delinquit. Cap. II.

NEmo quippè in eccleſia nocet amplius, quàm qui

PRouidendum. ] Hæc diſt. diuiditur in duas partes: in quarum prima punit negligentes prelatos. & qui gaudent adulationibus: & hoc probat per 7. auctorit. Secunda ibi, [ Quāquam Ioan. de Fan.

CASVS. Hucuſque tractauit Gratianus, ꝙ oportet prælatum eſſe ſine crimine, quod in faciendo conſiſtit. ſed quia conſentiens malo aliorum dicitur committere crimen, ideo ſubiungit hanc 83. d. in qua oſtendit, ꝙ prælatus etiam conſentire non debet peccatis alienis: quia parum differt, vtrum quis homicidium committat propria manu, vel facienti conſentiat? quia mortem probatur inferre, qui hanc cum poteſt, non excludit.

b ¶ Prouidendum. In duabus ſuperioribus diſtinctionibus tractauit magiſter, quod ordinandus debet eſſe ſine crimine proprio. In hac diſtinctione oſtendit, ꝙ non debet alienis criminibus conſentire.

c ¶ Inferas. ] Simile eſt inf. 86. d. paſce. & extra de ſent. excommu. quantæ. & patet hic, ꝙ medicus gratis tenetur curare pauperem infirmum: quia plus debet valere apud eum vita illius, quàm propria pecunia, vt 86. diſt. non ſatis. Sed quid ſi infirmus diues eſt, & nihil vult dare medico: nunquid gratis tenetur eum curare? Videtur ꝙ non: cum nemo de ſuo cogatur facere beneficium, vt 10. q. 2. precariæ, cum etiam medicus licite poteſt recipere mercedem [1], vt 1. q. 3. non ſane. Dico ꝙ tenetur eū curare ſuis impenſis [2]. & ſi conualuerit, repetet expenſas: quia vtiliter geſſit negotium eius, vt ff. de neg. geſt. Pomponius. etiam ſi moriatur æger, pōt petere impenſas: quia ſufficit ſi vtiliter cœpit gerere, licet euētus nō ſit ſecutus, vt ff. co. ti. ſed an vltro. ff. de off. præſid. illicitas. §. ſicuti. nec poteſt ei obijci, ꝙ cauſa pietatis fecerit ſūptus illos, niſi eſſet propinquus infirmo [3], vt C. co. alimenta. Sed quid ſi infirmus prohibet ne aliqua medicinæ dētur ei? tunc dicunt quidā, quòd medicus nullam habet actionē, vt C. de nego. geſt. l. vlt. Sed dico, quòd cum inuitum poteſt curare: ſicut inuitū poſſet extrahere de domo ruitura 23. q. 3. ipſa pietas. Inuito enim poteſt conferri beneficium, vt 45. diſt. & qui emendat [4]. immo præſumo ipſum fuiſſe furioſum, cum illa verba dixit in ægritudine, vt ff. de condit. inſti. quidam. & extra de ſucceſſ. ab inteſta. c. fina. Sed quid dices, ſi quis vult me interficere niſi dem ei pecuniam, nunquid teneor ei dare vt me liberem à morte? ita videtur, per hoc quod hic dī, & 86. diſtin. non ſatis. in princ. Dicunt tamen quidam, ſolos prælatos ad hoc teneri, vt 12. q. 2. gloria. & 16. q. 1. c. vlt. Alij dicunt, ꝙ quilibet tenetur redimere vitam alterius. Vtrum autem quilibet teneatur defendere alium, dixi 23. q. 3. non in inferenda.

SI quis eps. ] CASVS. Quidam epiſcopi pretio interuenientibus, vel precibus conſentiebant clericis ſuæ diœceſis in fornicatione ſtare, vel inceſtu: & eos nō puniebant. Quæſitū fuit a Gregorio quā pœnam pati debeāt? Et rūdet ꝙ ſuſpendi debent ab officio & beneficio.

d ¶ Pretio. ] De hac materia inuenies 16. q. 7. decimas. & 1. q. 1. c. vlt. & cap. nullus epiſcopus. infra 23. q. 4. c. ſi his qui & cap. ſi illic.

e ¶ Suſpendatur. ] ideſt deponatur. 1. q. 3. ſi quis epiſcopus alias eſſet contra 11. q. 3. Teugualdum.

ADDITIO. Vel dic, ꝙ ponit pœnam ſolius conſenſus ſecundum L. cuius etiam fuerant verba. quæ præcedūt. De hoc legitur & not. ſup. 32. diſt. eos. in ſi. ibi videas.

NEmo. ] CASVS. Dicitur hic, quod nemo magis in eccleſia nocet, quam prælatus delinquens: quia

nullus

1 De hoc no. 1. q. 1. § ſtudeat. ibi videas.

2 Adde arg. ad hoc bonū in l. non tantum. ff. de app. & ff. de reli. & ſupt. fu. l. at ſi qs. §. Labeo.

3 Si eſt coniuncta perſona vī donaſſe, niſi proteſtetur. ſecus ſi eſſet extraneus: in funere eodem modo diſtinguitur. ff. de relig. & ſūp. fun. ſi qs. §. ſed interdū. Archid.

4 Adde ad hoc not. in l. ſoluendo. in gloſ. 2. ff. de neg. geſt. & in l. ſolutionē. ff. de ſolu.

Digitized by Google

nullus audet eum redarguere propter ordinis reuerentiam: & alij ſumunt ab eo exemplum delinquendi: & ideo epiſcopus qui tales non corrigit, magis dicendus eſt canis impudicus, quàm epiſcopus.

dibus malorum. Sed dicit Anacletus[1], ꝙ ex hoc facto maxima pernicies oritur circa ſubiectos, quia prælatus, qui laudibus gloriatur, timet corrigere delinquentes: & ſicut nouerca odit priuignum, ita negligentia, correctionem & diſciplinam.

Delicta maiorum alios corrūpunt.

peruersè agens nomē, vel ordinem ſanctitatis habet. Delinquentem namq. hunc nemo redarguere [a] pręſumit; & in exēplum culpa vehementer extenditur [b]; quando pro reuerentia ordinis, peccator honoratur. Epiſcopus α itaque, qui talium crimina non corrigit [c], magis dicendus eſt canis impudicus, quàm epiſcopus.

Bur.li.1.c.203. Iuo p.5.c.317. ex Gregorio.

α Epiſcopus.] *Hæc non ſunt ibi apud B. Gregorium. Similia citantur infra 2.q.7.c qui nec regiminis, ex Auguſtino (cui etiam reliqua huius capitis antea tribuebātur) & ex eodem à Burchardo, & Iuone citantur, Cæterùm ijdem collectores, Burchardus quidem li.1.c.13. Iuo autē parte 5.c.67. referunt aliqua ex Origene, quæ cum his aliquantulum conueniunt.*

*Item Innocentius.*

¶ Qui non reſiſtit erroribus, conſentit. Cap. III.

Deuſdedit p.2. Eleuterius Papa ad Galliæ prouincias, & orietales in epiſ. ad Iulium, & Aegyptij in epiſt. ad Fœlicem II.

ERror cui non reſiſtitur, approbatur; & veritas, cum minimè defenſatur, opprimitur. Negligere quippe, cum poſſis [d] deturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quàm fouere. Nec caret ſcrupulo ſocietatis [e] occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.

*Item Pius, epiſt. 1. ad omnes Chriſti fideles.*

¶ Non prodeſt ſuo errore non pollui, qui alieno conſentit. Cap. IV.

QVid enim prodeſt illi ſuo errore non pollui [f], qui [g] conſenſum [h] præſtat erranti?

*Item Gregorius* α.

¶ Qui non occurrit, conſentit erranti. Cap. V.

Poly.lib.4.tit.31.

COnſentire videtur erranti, qui ad reſecanda, quæ corrigi [i] debent, non occurrit [k].

α ¶ Gregorius.] *In epiſtolis impreſſis Beati Gregorij non habetur. Verum lib.7.epiſt.117. Syagrio epiſcopo Auguſtudunenſi poſt ea verba,* qui non reſtiterit, *in regeſto manuſcripto peruetuſto, & in Polycarpo, vbi ipſa epiſtola integra refertur, hæc ſequuntur.* Nam conſentire videtur erranti, qui corrigenda, vt reſecari debeant, non occurrit. Quia vero, &c.

*Sicut autem aliorum vitia palpare non debet, ita nec malorum laudibus delectari.*

*Vnde Anacletus Papa epiſt 1. epiſcopis omnibus.*

¶ Miſerrimus eſt epiſcopus, qui malorum laudibus gloriatur. Cap. VI.

Anſ.li.6.c.154. Iuo p.5.c.237. in fi.

NIhil illo eſt paſtore miſerius, qui luporū [l] laudibus gloriatur. Quibus ſi placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ouib. magna pernicies. Nullus

a ¶ Redarguere.] Sup. diſt. 40. ſi Papa. 6.q.1. oues. quia vult magis placere ſilendo, quàm diſplicere redarguendo.

b ¶ Extenditur.] Delicta enim maiorum trahuntur ab alijs in exemplum, vt 11.q.3. præcipuè.

c ¶ Nō corrigit.] Cū eſt clamor de talibus ext. de ſi. licet Heli.

ERror.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi poſſum reſiſtere errātibus, & perturbare peruerſos, & negligo: mala eorum videor approbare ꝑ cōſenſum: & ſocius criminis ſum, cum manifeſto facinori non obuiem. Sequētia autem duo c. plana ſunt.

d ¶ Cum poſſis.] Ex officio. hoc enim intelligunt quidam de prælato. arg. 23.q.4. ita plane. Sed H. de quolibet. 24.q.3. tā ſacerdotes.

e ¶ Societatis.] Impropriè ſumitur hoc nomē ſocietatis: qa inhoneſtarū rerum ſocietas nulla eſt. ff. pro ſocio. nec pręter mittendum.

f QVid enim.] ¶ Non polui.] directæ. nam occaſione alterius bene polluitur, ſi ei conſenſerit.

g ¶ Qui.] infra 22.q.5. ſi quis.

h ¶ Conſenſum.] De triplici conſenſu dr̄ 2.q.1. notum, in fi.

i COnſentire vr̄.] ¶ Corrigi.] inf. 11.q.3. qui cōſentit. ĵſ. 23.q.3. oſtēdit. & 24.q.3. qui aliorum.

k ¶ Non occurrit.] ſi. ff. de iure pat. adigere. ff. de noxa. ſi ſeruus. in fi. ff. de ijs qui no. infa. quid ergo. §. 1.

SICVT AVTEM. CASVS. Hucuſque oſtendit, ꝙ aliquis peccatis alienis conſentire non debet. Nunc vero oſtendit, ꝙ laudib. malorum aliquis gloriari non debet, nec gratulari.

NIhil.] CASVS. Quidam prælati gloriabantur lau-

l ¶ Luporum.] id eſt laicorum [1]: qui quandoque dicuntur oues, vt 2.q.7. oues.

1 Scilicet malorum: lupi ſunt qui in eccleſia eſſe videntur cū non ſint, & cum poſſunt nos infeſtāt. de conſec. 4. quo. verſ. nō ob aliud. in fi. ſecundum L.

a ¶ Pla-

a ¶ Placere.] Sic 21.q.1.cap.1.ſimile extra de cleri.coniug.cap.diuerſis.ſimile,ff.de oper.liber.duorum.
b ¶ Labiorum.] ideſt,prędicandi,uel etiam redarguendi.
c ¶ Obligata.] Si.infra.8.q.2.c.vlt.& cap. dilectiſſimi.
d ¶ Ne-

SOlicitum.] Hæc diſtin.diuiditur in quatuor partes: quarum prima reprehendit deſides epiſcopos,& hoc per duo.c.Secunda.ibi Quamquam autem.] Tertia ibi. Similiter.] Quarta ibi. [Presbyterorum.] Io.de F[illegible]n.

ergo paſtorum, placere [a] lupis, & gregibus ouium pōt. Perdit enim labiorum, [b] α memoriam mēs terrenis obligata [c] carceribus. Sicut † artium in ſuo quoque opere inuenitur mater inſtantia; ita nouerca eruditionis eſt negligentia.[d]

† al. Sicut autem.

α ¶ Labiorum. *In epiſtola Anacleti legitur*, laboris: *apud Anſelmum & in uno ex vetuſtis codicibus Gratiani*, laborū, *unde potuit irrepſiſſe mendum: quod tamen ob gloſſam non eſt ſublatum.*

2 *Quamquam ſacerdotem, tam à ſuis, quàm ab alienis criminibus, oportet eſſe immunem; tamen ſi aliorſum ſeſe habuerit, non ideo verba ſuæ prædicationis debent cōtemni. Sicut enim Hieronymus ait, vt lixiuium per cinerem humidum fluens lauat, & non lauatur; ita bona doctrina per malum doctorem, animas credentium lauat a ſordibus peccatorum.*

Burc.l.1.c.204.ex dict.s.Hier. Iuo p.5.c.318.

CASVS. Supra oſtenſum eſt, ꝙ prælatus debet eſſe ſine crimine. Nūc verò ſupponit 84.diſtin.in qua oſtēdit Gratia. quòd prelatus debet habere ſolicitudinem circa ſubiectos. Et habet hęc diſt.4.articulos. In primo dicit, quòd epiſcopus debet eſſe ſolicitus circa tuitionem pauperum & monaſteriorū. In ſecūdo agit de mūditia ſacerdotū. In tertio, ꝙ ep̄s debet eē monogamus. In quarto vnde dicatur presbyter.

e ¶ Solicitū.] Tria.c. apoſtolicę regulę hic breuiter tāgit, ꝙ epiſcopus dēt eſſe prudens.1 cōtinens monogamus.

## DISTINCTIO. LXXXIV.

SOlicitum [e] *quoque, & vigilantem oportet eſſe epiſcopum, circa defenſionem pauperum, releuationem oppreſſorum, tuitionem monaſteriorum. Quod ſi facere neglexerit, aſpere corripiendus eſt.*

*Vnde Gregorius Anthemio ſubdiacono Campaniæ, lib.11.epiſt.29.*

¶ Corripiatur epiſcopus, qui circa officium ſuum negligens extiterit. Cap. I.

PEruenit ad nos, fratrem, & coepiſcopum noſtrum Paſchaſium ita deſidem, negligentemque in cunctis exiſtere; vt in nullo, quia eſt epiſcopus, agnoſcatur: adeo vt neque eccleſia ipſius, neque monaſteria, ſiue filij eccleſiæ, vel oppreſſi pauperes † [f] eius erga ſe dilectionis ſtudium ſentiant; nec aliquam ſupplicantibus ſibi † in quibus iuſtum eſt, opem defenſionis, accommodet; &(quod adhuc dici eſt grauius) conſilia [g] ſapien-

† al. vel pauperes. † bit] orig.

PEruenit ad nos.] CASVS. Paſchaſius ep̄s in duobus delinquebat, ſcilicet, ꝙ nō curabat defendere monaſteria, & pauperes.& oppreſſos;& prætérea cōſilia ſapiētum audire nolebat. Scribit ergo Greg. Anthemio ſubdiacono reprehēdēdo eū, ꝙ talia pmittebat, & mandat ei, vt eum corrigat coram alijs epiſcopis, vel coram quibuſdā de nobilibus ſubiectis, ꝙ ſi ſe nō corrigat, Romā eſt tranſmittendus: vbi ſaltē diſcat qualē cõueniat eſſe ſacerdotē, vel p̄latum eccleſiaſticū.

1 Prudentia conſiſtit in ſcientia literarum: ſed non videtur eſſe aſtutus qui in his q̄ debet agere pervigil nō eſt,& ſolicitus.& ita patet, ꝙ eē ſolicitū refertur ad eſſe prudentem ſm Hug.

f ¶ Pauperes. Quorū curā non p[illegible] ſed per archipresbyterū vel archidiaconū gerere debet, ut inf.88.d.epiſcopus gubernationem.

g ¶ Conſilia.] Vnde Augu.dicit, ꝙ a puero nondum anniculo paratus eſt doceri, ut 2[illegible].q.[illegible].ſi.hēs. alias ſtultus eſſe conuincitur, ut 22.diſ.de Conſtantinopolitana. Qui.n.bono cōſilio non acquieſcit. amittere debet dignitatē exemplo Roboam. qui ſenioribus non acquieuit.7.q.1.denique, vel ad inſtar vxoris Loth, quæ conuerſa eſt in ſtatuam ſalis.& dicit lex, ꝙ ea firmitate nituntur, q̄ cōſilio geruntur. C de repu.l.3.cum etiam conſilio clericorū debeat ep̄s diſponere de rebus eccleſiæ, extra d[illegible] ijs quæ fi.a præla.ſine cōſe.cap.nouit.& iſte nō excuſatur qn̄ potuit ſcire, ſed noluit.2 38.diſt. qui ea nec iudici licet deuiare a reſponſis prudentum.inſtit. de iure nat.§. reſponſa. & dicit lex: quòd tunc non prodeſt alicui ignorantia, qn̄ potuit ſcire per ſe, vel per alium.ff.de bono. poſſ.

Doctrina eſt ab oib. accipienda. Conſilio bono ē acquieſcendum.

2 Ad hoc. 37.d.§.vlt.c. non omnis.

Ignorantia non excuſat illū qui ſcire potuit p ſe, vel per alium.

d ¶ Negligentia.] Supra 38.d.ignorantia.

QVAMQVAM. Hæc eſt ſecunda pars huius d. in qua dicit, ꝙ licet mali ſacerdotes ſint culpandi: tamen non deſpiciendi. Io.de Fan.

ADDITIO. Et nota, hic malum prælatum lixiuio comparari: alibi lapideo canali, vt in prædic.cap.ſi fuerit. Alibi monetario.1.q.1.quod quidā, & uide ꝙ dixi.44.d.cap.1.& in ſumma,& dic, lauat, ſcilicet conditionaliter, ſecundum Hug.

CASVS. Dictum eſt ſupra, ꝙ prælatus debet eſſe immunis a ſuis peccatis, & alienis, ſed quamuis ſit peccator: non tamen eius doctrina debet contemni: quia ſicut lixiuium per cinerem fluens lauat ſordes, & nō lauatur: ſic doctrina per malum ſacerdotem miniſtrata lauat auditores a ſorde delictorum.

Digitized by Google

poſſ.in bonorum, ff.de iuris & facti ign.regula.
a ¶ Sapientum.] Prima q.1.eſtote.
b ¶ Ab altero.] Supra, diſt.38.c.vlt.
c ¶ Poſſit.] Nam omne artificium, &c.ff.de leg.3.ſeruis legatis, §.ornatricibus.
d ¶ Diſtuliſti. Hoc ideo, quia iſte erat legatus iſtius ꝓuinciæ.
e ¶ Sacerdotalis.] ideſt, epiſcopalis.
ADDITIO. Hoc iō, vt magis uerecundetur. Hug. & hoc ſi publicè peccauit. 45 diſtinct. ſed illud alias, ſecus vt in glo. ſeq. alleg. 15.q.5.c.1 ſecũdum Io.de Fan.
f ¶ Diſcere.] 15.q.5. cap.1.
g ¶ Dei timorẽ.] 28. d.quia ſunt.

Vigilantib. iura ſcripta ſunt.

NVnciatũ.] CASVS. Epiſcopi Cãpaniæ negligentes erant circa eccleſias, & monaſteria, & circa pauperes, & oppreſſos. Scribit ergo Grego. Antemio ſubdiacono, vt epiſcopos in vnum conuocet, & eos ſuper his reb. ita corrigat, & emendet, ꝙ d' cætero apud Papã, querela iterari ñ poſſit. quòd ſi negligentes fuerint, Romã tranſmittantur, vt ibi per diſtrictionẽ ſentiãt quã graue ſit a prauis non corrigi.
h ¶ Vigilãtes.] Nam vigilãtibus ius ciuile ſcriptum eſt, ff.de ijs quę in frau.cred. pupillus in fine.
i ¶ Aliqua excuſatione.] Arg. in hoc caſu nõ licere appellare 1. Arg.] 27.q.1.ſi cuſtos.& c. ſi homo arg. extra de appell. cũ ſit Romana.& c. reprehẽſibilis.dic. ĩ ſufficienti, ne ſit cõtra extra de offic. de leg.c.ex parte.

i Hoc ideo ꝗa videtur appellatio ĩterponi ad malitiã con fouendã.ar. C. de offic. prę.prę t.or. l.1.extra de appe.ſuggeſtum.& c.ad noſtra. Sed tu dic excuſatione non ſufficienti alias ſecus, extra de offic.de leg.ex parte ſcd͞m Io.de Fant.

k ¶ In ſe valeat.] Vt ſi ſtultus fuit in culpa, ſapiens ſit in pœna, vt 38.d. qui ea. & 27.q.1. ſic cuſtos & c.ſi homo.
QVOD AVTEM. Hæc eſt ſecũda pars huius diſtin. in qua probat duab. auctoritatibus, ꝙ diaconi, presbyteri, & ſubdiaconi debent eſſe caſti. Io.de Fant.
CASVS. Supra in 82.diſtin. oſtenſum eſt de mũditia ſacerdotũ, & diaconorum. Nunc vero dicit idẽ eſſe intelligendum de ſubdiaconis, & eſt iſte ſecundus articulus

CVm in ꝑterito.] Hæc duo cap. intelligit H. & B. de matrimonio non contrahendo in tribus ſacris ordinibus, & in eccleſia orietali. Eſto ergo caſus. In primo concilio Carthaginen. conſtitutũ fuit, vt epĩ, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi abſtinerent a matrimonio cõtrahendo ſicut a tempore Apoſtolorum fuit obſeruatum. Poſtea ſecundo fuit congregatum concilium ab ipſis epiſcopis: & fortè alij plures etiam prædictam conſtitutionem confirmauerunt, & approbauerunt.
l ¶ Cum in præterito.] Scilicet in primo Concilio Car-

tum,[a] & recta ſuadentium nulla patiatur ratione ſuſcipere, vt quod per ſe nequit attendere, ab altero[b] ſaltem poſſit[c] addiſcere. ¶ *& infra.* ¶ Quod ſi ita eſt, nõ ſine culpa tua eſſe cognoſcas, qui eum obligare, atque coercere, vt dignum eſt, diſtuliſti[d]. Quia ergo hoc totum non ſolum ipſum reprobat, ſed etiam ad ſacerdotalis[e] officij pertinere probatur opprobrium; volumus, vt eum corã alijs ſacerdotibus, & † quibuſdam de filijs ſuis nobilibus conteſtari pro hac re debeas, & hortari. Si verò (quod nõ credimus) poſt hanc adhortationem noſtram ſolito adhuc more negligens eſſe tentauerit; ad nos eſt modis omnibus tranſmittendus, vt hic poſitus diſcere[f] poſſit, q͞d, vel qualiter ſecundum Dei timorem[g] agere conueniat ſacerdotem.

Paulo plenius apud B.Greg.

† *vel*] orig.

Ibidem paulo inferius.

*Idem ad eundem eodem lib. epiſt. 33.*

¶ De eodem. Cap. II.

NVnciatum eſt nobis Campaniæ epiſcopos ita negligentes exiſtere, vt immemores honoris ſui, neq; erga eccleſias, neque erga filios ſuos paternę vigilantię curam exhibeant, vel monaſteriorum ſolicitudinem gerãt, ſeu in oppreſſorum, & pauperũ ſe tuitionem impendãt. Ideo hac tibi auctoritate præcipimus; vt eis a † te cõuocatis, ex noſtro illos mandato diſtricte commoneas; quatenus deſides vlterius eſſe nõ debeant: ſed ſacerdotalem ſe habere zelum, & ſolicitudinem opere doceant; atque ita in his, quæ eos iuſte ſecundum Deum agere cõuenit, vigilantes[h] exiſtant, vt nullum nos de eis denuo murmur exaſperet. Si quem vero eorum poſt hæc negligentẽ eſſe cognoueris; ad nos eum ſine aliqua excuſatione[i] tranſmitte: vt quàm ſit graue, nolle ab his, quæ reprehenſibilia, & valdè vituperanda ſunt, corrigi; regulari in ſe valeat[k] diſtrictione ſentire.

† *al. ad.*

In Carthag. codicis canon. c.3. & 4.

2 *Quod autem de munditia caſtitatis ſacerdotibus imperatur, hoc etiam de quibuſlibet altari ſeruientibus intelligendum eſt.*

*Vnde in Cartaginenſi concilio 2. c.2. Aurelius epiſcopus dixiſſe legitur.*

¶ Qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, continentiam in omnibus ſeruent. Cap. III.

CVm in præterito[l] concilio de cõtinentiæ, & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres cõſcriptione † quadam caſtitati per cõſecrationes annexi ſunt Epiſcopos, inquã, presbyteros, & diaconos ita placuit, vt cum docet ſacroſanctos antiſtites, & Dei ſacerdotes,

† *al. conſtrictione caſtitatis per.*

1 Quod eſt 32.diſt. placuit. cui interfuit Aug. vt 16.diſtin. c.ſexta.verſ. ſeptima. ſecundum Io. de Fant.

dict.31.c.aliter.

necnon & leuitas, vel qui ſacramẽtis diuinis inſeruiũt,[a] continentes eſſe in omnibus; quo poſſint ſimpliciter, qđ à Deo poſtulant, impetrare: vt qđ Apoſtoli docuerunt,α & ipſa ſeruauit antiquitas[b] nos quoq. cuſtodiamus.β Ab vniuerſis epiſcopis dictũ eſt. Omnibus placet; vt epiſcopi, presbyteri, & diaconi, vel† qui ſacramenta cõtrectãt, pudicitiæ cuſtodes, etiam ab vxoribus abſtineant. Ab omnibus dictum eſt; Placet, vt in omnibus, & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur, qui altario deſeruiunt.

† *al.* &

α ¶Docuerunt.] *In vulgatis codicibus ſequebatur,* exemplo, *quod eſt ſublatum: quia neq. in ipſo ſecundo Cartaginienſi, aut impreſſo, aut manuſcripto, neque in vnico codicis canonum, cum quo Græcus canon cõuenit, neque in vetuſtis Gratiani exemplaribus habetur: & ex gloſſa uidetur tranſlatum in textum.*

β ¶Cuſtodiamus.] *In codice canonum cap.5. vnici Carthaginenſis ſequuntur hæc,* Fauſtinus epiſcopus eccleſię Potentine prouinciæ Piceni, Legatus eccleſiæ Romanæ dixit, Placet vt epiſcopi, *&c. quæ in recentioribus Colonienſibus conciliorum editionib. adſcripta ſunt alijs characteribus, Verùm in priſca Colonienſi, duabus Pariſienſibus, & codicibus Vaticanis legitur, quemadmodũ apud Gratianum.*

*Item ex concilio Carthaginenſi 5. c.3.*

¶ De eodem. Cap. IV.

In eod.can.cap.25. In Africa c.77. diſt. 32.cap.placuit.
† *al. propria.*

CVm de quorundam[c] clericorum, quamuis erga vxores,[d] proprias, incontinentia referretur; placuit epiſcopos, & presbyteros, & diaconos[e] ſecundum priora† ſtatuta etiam ab vxoribus continere; quòd niſi fecerint, ab eccleſiaſtico remoueantur[f] officio: cæteros autem clericos ad hoc non cogi; ſed ſecundum vniuſcuiuſque eccleſiæ conſuetudinem[g] obſeruari debere.γ

γ ¶Debere.] *In codicibus impreſſis hæc ſequebantur,* contra Martinus Papa ſi lector viduam duxerit,] vt ſupra legitur. Sed illud, vbi neceſſitas; hoc, vbi nulla neceſſitas vrget. *Quæ ſunt expuncta; quia in vetuſtis codicibus, aut non habentur, aut ſunt adſcripta in margine.*

3 *Similiter, quòd monogamus epiſcopus eſſe iubetur, etiam ad reliquos ordines eccleſiaſticos deriuari oportet. Vnde Syricius Papa Himerio Tarraconẽ. epõ, epi 1. c. 11.*

¶ Laica ſit tantùm communione contentus clericus viduam, aut ſecundam ducens vxorem. Cap. V.

Anſel.lib.8.c.5. Iuo p.6.cap.51.

QViſquis

Carthag. 1 Hoc cap. & ſequens intelligit Hug. de matrimonio contrahendo, quod ſcilicet non licet presbyteris, vel diaconis.

a ¶Qui ſacramentis diuinis inſeruiunt.] ideſt, ſubdiaconi, & quod dicit inf. ea. ab vxorib[illegible] abſtinendum, dicas de ducendis: & ſecundum hoc ſuppletur hic, qđ dicitur in c. ſeq. in quo non fit mentio de ſubdiaconis. ꝑ illud quod habemus 32. diſtin. placuit. in quo ſunt ferè eadem verba, & eſt ſimiliter Carthag. concil. & hic dicit H. ꝙ Apoſtoli nõ inſtituerunt de nõ vtẽdo iã cõtracto: quia ſi Apoſtoli hoc inſtituiſſent, orientales hoc admiſiſſent:2 Alij vero intelligũt ea de cõtracto: & qđ dicit infra, etiam ab vxoribus, dicũt ante legitimè ſibi copulatis, aut de facto. Nã dicunt, ꝙ iſta* cap. facta fuerunt ante tẽps Gregorij, qui introduxit continentiam miniſtris. 31. d. ante triennium, ideſt ſubdiaconis: presbyteris verò & diaconis Syricius introduxit. immo dicunt, ꝙ olim ſacerdotes potuerũt cõtrahere añ Syriciũ, vnde & Moyſes cõtraxit. Exponũt ergo Apoſtoli docuerunt exẽplo & ope, & admonitione. ſecundum Hug. non inſtitutione, vel cõſtitutione ſecundum alios.

2 Vr̃ contra 31.d. aliter.

* *Vide notata ſupra diſt. 31. in verbo, Gra. in prin.*

b ¶ Antiquitas.] A tempore Syricij hic vocat antiquitatem. 82. diſt. plurimos.

CVm de quorundam.] CASVS. In cõcilio Carthag. 6. relatũ fuit, ꝙ quidam clerici cõtinentiam nõ ſeruabant, & ideo ſtatutũ fuit, vt epi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi abſtineãt ab vxoribus ducendis; & ſi duxerint, deponantur. Cæteri aũt clerici ad hoc cogi nõ debẽt, ſed vniuſcuiuſque eccleſiæ cõſuetudo debet ſeruari. ſed ergo Barth. Brixien. ſatis credo, ꝙ hæc duo ca. intelligi poſsũt in eccleſia occidentali, & de matrimonio iã contracto, quo vti. non debent clerici in ſacris ordinibus conſtituti. Et ita formabis caſũ, vt ſupradicti nõ vtãtur matrimonio iam contracto promiſſa iam continentia cum vxoribus, & bene ẽt dixit quoſdam ſic intelligere.

c ¶ De quorũdam.] ordo. cũ referretur de incõtinentia quorundam clericorum placuit, &c.

d ¶ Vxores.] Cum quibus profeſſi erãt cõtinentiã ſeruare.

e ¶ Et diaconos.] Et ſubdiaconos. 32. diſ. placuit. ubi ſunt eadem uerba.

f ¶Remoueantur.] ſup. d. 81. miniſtri.

g ¶ Conſuetudinẽ.] 32. diſt. cap. placuit. & cap. quoniam in quibuſdam.

SIMILITER. Hæc eſt tertia pars huius diſtin. in qua probatur, quòd nullus bigamus poteſt eſſe clericus. Io. de Fant.

CASVS. Supra 26. diſ. dictũ eſt, quòd epũs debet eſſe monogamus. Nunc autem dicit Gratia. idem eſſe ſeruandum in alijs clericis, & iſte eſt tertius articulus.

QViſquis.] CASVS. Tarraconenſis epiſcopus quæſiuit

ſiuit à Syricio Papa quid debeat fieri de clericis, qui ducunt uiduas, vel ſecundam uxorem. Et reſpondet, quòd debent deponi, & inter laicos redigi.

a ¶ Clericus.] In minoribus ordinibus conſtitutus, quia de alijs non poſſet intelligi. 1

1 Nam ſi primo tales cõtraxiſſent bigamiã, ordinari nõ poſſent 32. d. ſi quis uiduarum. 50. diſ. nõ confidat. Arch.

nongentis annis & amplius, nullus tamen dictus eſt presbyter, ideſt, ſenior, niſi Abraham, qui paucioribus annis legitur uixiſſe.

g ¶ Sapientiam.] inf. 35. q. 6. c. 2. ſic. 20. d. de quibus. ff. de iure immu. ſemper. ff. de fide inſtr. l. 2. & l. vlt. arg. con-

b ¶ Viduam.] ſup. d. 34. lector. contra. Io.

c ¶ Duxerit.] Et ita non incidit in canonem, qui cum verberauit. & hoc uerum erat tẽpore Syricij, qui præceſſit Innocẽtium, qui edidit illud. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. Sed quid hodie? H. dicit, ꝙ incidit, quia iſte coronam tenetur portare. extra de vit. & hone. cle. clericus. Tu dic, ꝙ vbi contraxerit cũ corrupta, uel vidua, ſtatim priuatur omni priuilegio prout hoc, c. dicit, & c. altercationis. conſtit. Greg. X. de big. lib. 6. Si uero cũ virgine, tũc eſt in eius optione, an uelit retinere priuilegiũ, an nõ. Si vult retinere, portabit coronã, & viuet clericaliter: ſi non, exuitur omni dignitate & honore clericali, licet quidã cõtradicant. Io. hoc hodie corrigitur per decre. extra de cler. coniug. Ioã. B. Item patet hic, quod priuilegiũ perditur per actum contrarium, vt extra de conſtit. cum acceſſiſſent, & cap. cum M.

Clericus cõtrahens cum corrupta ꝑdit oẽ priuilegium clericale.

d ¶ Quam.] Scilicet communionem.

Incorporalia dñr qñq; poſſideri.

e ¶ Poſſidere.] Argu. incorporalia poſſideri, de hoc dixi 2. q. 2. nullus. 2 & ſciẽtia poſſidetur. 2 vt 16. q. 1. reuertimini. imò lex dicit planè, quòd ius poſſidetur ff. communia præd. l. 2. extra de cau. poſſ. cum eccleſia: & ita facit ad hoc, quod reſtitutio communis poſſit peti, ut aliarum rerum.

2 Et iõ ius eligẽdi præſcribitur, ꝙ dic, ut plenè no. Goff. ex. de elect. humana. & hic adde qđ no. 1. q. 1. nullus epiſcopus.

clericus, [a] aut viduam, [b] aut certè ſecundam cõiungem duxerit, [c] omni eccleſiaſticæ dignitatis priuilegio mox nudetur; laica ſibi tantum cõmunione conceſſa. Quam [d] ita demum poterit poſſidere, [e] ſi nihil poſtea, propter quod hanc perdat, admittat.

4 *Presbyterorum verò nomen, quamquam à ſenectute ſit ſumptum, magis tamen maturitatem [f] indicat ſapientiæ, quàm caniciem corporis.*

*Vnde Anacletus ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 2*

¶ Presbyteri ſeniores dicuntur non tam ætate, quàm ſapientia. Cap. VI.

PORrò Moyſi præcipitur, vt eligat presbyteros [† ideſt ſeniores.] Vnde & in prouerbijs dicitur Gloria ſenũ canicies,] hæc † vero canicies ſapientiam [g] deſignat, de qua ſcriptum eſt Canicies hominum prudentia eſt.] Cumque nongentos & amplius annos ab Adam vſq; ad Abrahã vixiſſe homines legerimus; nullus alius [h] prius appellatus eſt presbyter, ideſt ſenior, niſi Abraham, qui multo paucioribus vixiſſe annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam ſenectutem: ſed propter ſapientiam presbyteri nominantur.

Anſel. lib. 7. c. 96. Burch. li. 2. c. 5. Iuo p. 6. c. 25. *Prouerbio. 20.* † *al. hic.*

*Num. 11. Exod. 20* † Abſunt iſta ab orig. *Sap. 4. Apud. 70.*

## DISTINCTIO. LXXXV.

*HOſpitalitas verò vſque adeò epiſcopis eſt neceſſaria, vt ſi ab ea inueniantur alieni, iure prohibeantur ordinari.*

*Vnde Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo, lib. 12. epiſt. 6.*

¶ Hoſpitalitatem neſciens nõ fiat epiſcopus. Cap. I. Io. Dia. li. 3. c. 11.

ARchidiaco-

PRESBYTERORVM. Hæc eſt 4. pars diſtin. in qua dicitur, quòd ſenes presbyteri non uocantur niſi propter ſapientiam tantùm, non autem propter ætatem. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic eſt quartus articulus, ubi oſtendit, ꝙ licèt presbyter dicatur propter ſenectutem, magis tamen cõgruè dicatur propter ſapientiam.

f ¶ Maturitatem.] ideſt, ſapientia, ſcientia, & moribus. 1. q. 1. uiliſſimus.

POrrò.] CASVS. Anacletus probat in hoc c. ꝙ duplici de cauſa dicitur presbyter, ſcilicet propter ætatẽ, & hoc oſtendit exemplo Moyſi; qui cum nõ poſſet ſuſtinere laborem ad populũ gubernandũ, elegit ex præcepto Domini 70. presbyteros, ideſt ſeniores Iſrael, qui cũ eo populũ gubernarẽt. Similiter oſtendit, ꝙ presbyter vel ſenior dr̃ ꝑꝑ ſapientiã. & hoc probatur exemplo Abrahæ, vſq; ad tempus eius, licèt homines vixiſſent contra. ff. de ædil. edi. præcipiunt ædiles. ſi. habes extra de elect. cum nobis olim. 3

3 Vbi patet ꝙ qs repellitur ꝑꝑ defectũ ętatis. Archid.

h ¶ Alius.] Ante Abraham. Melchiſedech enim fuit ſacerdos contemporaneus Abrahæ.

ADDITIO. Quidam opponunt textui de iſto Melchiſedech: ſed dic ſecundum Lau. ꝙ non legimus eum appellatum presbyterum, licet ſacerdotem. De hoc etiam no. 63. diſt. porrò. Archid.

HOſpitalitatis.] Hic ponitur 85. diſt. in qua de hoſpitalitate tractatur, quam ſi quis nõ habuerit, ordinari prohibetur.

ARchidiaconum.] CASVS. Vacante eccleſia Anconitana, tres fuerũt ibi electi, non temeritate concertantiũ, ſed bono zelo. Primo, archidiaconus eiuſdẽ eccleſiæ, qui dicebatur Florentinus. Scđo, fuit electus Ruſticus diaconus eiuſdem eccleſiæ. Tertio, Florentius diaconus eccleſiæ Rauẽnatis: ſed archidiacono Florentino tria obijciebantur. ſ. ꝙ erat ſenex, & nullo mõ ad regimen aſſurgere poſſet; & ꝙ ſic erat tenax, ꝙ in domo ſua nũquã amicus ad charitatem intraſſet, & q̃a iurauerat ſe nunq̃ fore epm. Ruſtico verò, li-

Digitized by Google

† *al. Florentinum, al. Florentinum archidiaconum.*

num † Florentinũ [a] eccleſiæ Anconitanæ, qui ad epiſcopatum fuerat electus, ſc. ipturæ quidem ſacræ ſcientiam habere; ſed ita ætatis ſenio [b] iam confectum accepimus, vt ad regiminis officium non poſſit aſſurgere: adijcientes etiam ita illum tenacem [c] exiſtere, vt in domo eius amicus ad charitatem nunquam introeat. Ruſticus autem diaconus eiuſdem eccleſiæ, qui ſimiliter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur; ſed, quantum aſſeritur, pſalmos ignorat. Florentium verò diaconum eccleſiæ Rauennatis, qui ab omnibus [d] electus dicitur, ſolicitum eſſe nouimus; ſed qualis ſit interius, omnino non ſcimus. Ideoque fraternitas tua vna cum fratre, & coepiſcopo noſtro Armenio ſupraſcriptæ eccleſiæ Anconitanę viſitatore illuc feſtinet accedere, & diligenter de moribus † ſingulorum [e] requirere, ſi de nullo ſibi ſunt crimine conſcij, quod eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum eſt, ſi hoc, quod de præfato archidiacono dictum eſt, quia nunquam amicus domum eius ingreſſus eſt, ſi ita ſe veritas habeat, & vtrum ex neceſſitate; an ex tenacia † talis ſit; aut ſi ita ſenex eſt, vt ad regendum non poſſit aſſurgere: vel ſi tactis ſacroſanctis [f] Euangelijs (ſicut nobis nunciatum eſt) iuſiurandum præbuerit, nunquam ſe ad epiſcopatum accedere. Sed & de Ruſtico diacono, quantos [g] pſalmos minus teneat, perſcrutandum eſt. Florentio autem diacono Rauennati, ſi nullum, ſicut diximus, crimen eſt, quod obſiſtat, apud epiſcopum [h] ejus agi neceſſe eſt, vt ei dẽat ceſſionẽ concedere; non tamen ex noſtro mandato, vel dicto; ne cõtra ſuam voluntatẽ [i] eum cedere † videatur.

† *al. de vita, & moribus.*

† *al. tenacitate.*

† *al. concedere*] in recentioribus editionibus.

ro, licèt homo vigilans eſſet, obijciebantur, ꝙ Pſalmodiam ignoraret. Florentius vero Rauennatis eccleſiæ diaconus neſciebatur qualis eſſet, licèt ſolicitus diceretur. Scribit ergo Gregor. Ioanni epiſcopo, vna cum epiſcopo Armenio Anconitanæ eccleſiæ viſitatore, vt inquirant iſta, & primo de archidiacono. & poſtea de Ruſtico: qui ſi inuenti fuerint indigni, confirment tertium, ſi crimen ei nõ obſiſtat, & hoc de voluntate archiepiſcopi ſui.

Senectus impedit promouendum.

Auaritia promouendum impedit.

a ¶ Archidiaconum Florentinum.] Alias Florentium archidiaconum proprium nomen, vel quia inde fuit.

b ¶ Senio.] Ecce ꝙ ſenectus impedit promouendum, ſed non deijcit promotum, vt 7.q.1.petiſti. extra de renuncia. literas.

1 Adde ad hoc qđ le. & not. extra de præb. cũ iam dudũ 16.q.7. & hoc. in fi. ver. & arbitror.

c ¶ Ita tenacem.] Nota, ꝙ auaritia impedit promouendum, vt 42.d.§.1. 1 nam domus clerici erit omnib. communis 16.q.1.quoniam.

d ¶ Qui ab omnibus.] Id eſt a minori parte capituli. Vel dic, quòd hic plures ſimul fuerunt electi, vt ſi quis reprobaretur, alter aſſumeretur, vt 61.d.ſtudij. & 56.d.apoſtolica.

Canonicas de gremio pfertur, & extraneo.

Maiores minorib. in electione præferuntur.

e ¶ Singulorum.] Item hic patet, ꝙ primo examinãtur electi de propria eccleſia, quam de extranea: & ſatis patet hic, ꝙ licèt extraneus electus ſit a maiori parte, ꝙ tamẽ præfertur ille qui eſt de gremio eccleſiæ, vt dixi 61.d.c.nullus inuitis. & c.quid proderit. Item hic prius examinatur archidiaconus tanquam maior, quam diaconus: quia maiores, & ſeniores ſemper pręferuntur in electione minoribus, vt 74.d.epiſcoporum, & 75.diſtinct. cap.vlt.

Iurãs ad epiſcopatũ non accedere, an ſit ab epiſcopatu repellẽdus.

f ¶ Sacroſanctis.] videtur ergo, ꝙ propter tale iuramẽtum aliquis repellitur ab epatu. quare 'n. iuberetur de hoc inquiri, ſi propter hoc non repelleretur? H. diſtinguit ſi iurans hoc intellexit, ꝙ nollet recipere epiſcopatum quæcunque neceſſitas inſtaret, iuramentum tale nullum fuit: nec tenetur illud ſeruare, vt 7.q.1.ſcias. 8.q.1.in ſcripturis 2. Sed ſi alio modo intellexit, venialiter peccauit, quia temere iurauit, vt 22.q.4.§. illicitum. Sẽper autem intelligitur iuramentum eſſe temerarium, cum nõ ſubeſt neceſſitas, 3, vt extra de iureiur. & ſi Chriſtus. Si autem ignoratur, an generaliter intellexit, vel nõ: tũc pręſumo, ꝙ tantum delicitis iurauerit, licet generaliter iurauerit, vt extra de iureiu. ad noſtram. Sed nunqd tale iuramentũ excludit. electũ? Non vr̃, vt extra de renũ. cũ inter in fine, extra de iureiurã. ſicut noſtris. Nec temerarium iuramẽtũ repellit a beneficio, vt extra de reſti. ſpo. ſolicite. nec a teſtimonio, vt extra đ teſtim. intimauit. extra de teſtib. cog. peruenit. cũ pęnitentia vnius anni imponatᷣ pro termerario iuramento. vt 22.quæſt. 4.qui ſacramento. E cõtra videtur, quòd nõ poſſit eligi, vt hic patet: ſicut nec eligere põt, qui illud iurauit, vt extra quod me. cau. ad aures. Itẽ, quia etſi eſſet illicitum, tamen propria auctoritate non poteſt venire contra illud, vt 22.q.4.innocens. extra de electio. venerabilem. Item quia lex dicit, ꝙ gratia ei facienda eſt, qui hoc iurauit. ſ. ſe ordini non interfuturum, vt. ff. ad municip. Imperatores nõ ergo eſt ius commune. Sol. credo quòd poſſit eligi dummodo pęnituit de tali delicto: quia temerarium iuramẽtum non irrogat perpetuam infamiam iudicio meo, ſed tantum ſolemne. Ioan. Ego credo Ioannem benedicere. B.

2 Ad idem 16.q.1.§.nos autem ſecundum Laur.

3 Vel dr̃ temerarium. i. de re illicita factũ, vt no. 22.q.4.diffinitio. Arch.

g ¶ Quantos.] De iure debet totum pſalterium ſcire. 38.d.omnes, & 23.d.qui epiſcopus. extra de elect. cum nobis olim.

h ¶ Apud epiſcopum.] Not. ꝙ aliqs ante poteſt eligi, quam poſtulari a ſuo epiſcopo 76.d.dilectionis, & 63.d. literas, extra de renun. poſt tranſlationem.

i ¶ Voluntatem.] Arg. epm non debere cogi, vt cõcedat clericum ſuum ſine volũtate ſua. arg. d.63.literas. 76.d. dilectionis, nam nemo cogitur aliquem a ſua poteſtate liberare. C. de emanc. nec auus, nec cogitur quis inuitus mutare familiam, C. de adop. l. pen. §. 1. ſimiliter, nec abbas compellendus eſt monachum ſuum concederet 1.q.2.quam pio. & 58.d.c.1. & 2. ita nec epiſcopus in Auth. de ſanctis epiſcop. §. nullum autem epiſcopum. Item argum. quod mandatum Papæ ſic eſt interpretandum, vt nulli faciat præiudicium 4. vt 9.q.3. nunc verò, extra de offic. deleg. ſuper eo. 99. diſtinct. ecce. C. de emancip. nec auus.

Subditũ laxare non cogitur quis.

4 Scilicet multum, ſic no. Io. & B. extra de verbo. ſigni. olim. in gl. vl. in fi. Arch.

Docto-

Digitized by Google

DOctorem.]Hæc diſt.diuiditur in 8. partes; in quarum prima probat tribus auctoritatibus, ꝙ epiſcopus & quilibet prælatus debet ſubditos corrigere benigne: ſin autem, corū peccata imputantur illis. Secunda ibi. [Si autem.] Tertia ibi, [In doctrina.] Quarta ibi.[Liberalē.] Quinta ibi, [In ipſa.] Sexta ibi, [Similiter.]Septima ibi, [Vel percuſſor.] Octaua ibi, [Prohibetur.] Io.de Fan.

CASVS. Repetit hic Gratianus illud cap. apoſtolicæ regulę oportet epiſcopū eſſe Doctorem, vt inferiorum culpæ in eū non refundantur: quod fieret ſi neſciret docere, vel negligeret.] Et habet hæc 86.d.7. articulos, q in ſuis locis diſtinguentur.

a Doctorem autē.] In hac di.86. repetit illud capitulum apoſtolicæ regulæ: oportet epiſcopū eſſe doctorem. Hæc autem doctrina debet conſiſtere in diſciplina correctionis, & ī ſermone predicationis In diſciplina,vt corrigat ex charitate,& cū lenitate: nō ex odio: nec modū excedat ī correctione.ſed ſi exceſſerit, veniam non cogit a ſubditis poſtulare 1. In ſermone prędicationis. ſcilicet, vt prædicet ſciētiā ſacræ ſcripturę,non humanæ.infra ead. cum multa. Replicat etiā in hac diſtinctione capitulum, oportet epiſcopum eſſe hoſpitalē: ſed verbis alijs,ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe liberalem. Lau.

Doctrina ep̄i in quo conſiſtat.

1 vt inf.ea.c. quando.

d ¶ Non homines.]23.q.4. duo iſta. inf.de pęn.d.1. quamobrem ſupra d.45.ſunt namque.

e ¶ Non ſæuientis.] Quia hoc ſolum bene agitur,vt vita hominum corrigatur,&c.infra.de pęn.d.1.importuna, &c.quia diuinatis 24.q.3.cum ſancti.

f ¶ Sed

Vitam hominum corrigi bonum eſt.

## DISTINCTIO LXXXVI.

*DOctorem autem* [a] *epiſcopum oportet eſſe,ne inferiorum culpæ in eum refundantur,qui docendi officium accepit, quod exequi neſcit;vel negligit.*

*Vnde Leo epiſcopus ſcribit Aquileienſi epiſcopo,epiſt.3.& 84.ſeu 86.*

¶ Negligentiæ rectorum imputantur culpæ inferiorum. Cap. I.

Anſ.l.6.c.155.

INferiorum culpæ [b] ordinum,ad nullos magis referendæ ſunt,quàm ad deſides,negligenteſq; [c] rectores:qui multam ſæpe nutriunt peſtilentiam, dum auſteriorem [α] diſſimulant adhibere medicinam.

α ¶ Auſteriorem:]*Sic legitur in epiſtola* 84.*Verum in epiſtola tertia eiuſdem Leonis legitur*,neceſſariam. *Reliqua vtrobique eadem ſunt.*

*Item Leo epiſcopus Ruſtico Narbonenſi epiſcopo,epi. 90.ſeu 92.in princ.*

¶ Homines ſunt diligendi peccata odio habenda. Cap.II.

ODio habeātur peccata,non homines [d]: corripiātur tumidi, tolerentur infirmi: & quod in peccatis ſeuerius caſtigari neceſſe eſt,non ſæuientis [e] plectatur animo,ſed medentis [f].

*Item Ioannes VIII.*

¶ Qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet. Cap. III.

Greg. l.7.reg.epiſt. 114.indict.2. Pelagius. 2.ep.3. Eleuterius ſu.d.83.c. error. 2.q.7.negligere & 23.q.3.ca.qui poteſt. Iuo p.6.c.115.

FAcientis [g] culpā proculdubio habet, qui,quod poteſt corrigere,negligit emendare [h].Scriptum quippe eſt:[Non ſolum,qui faciunt,ſed etiam qui conſentiūt facientibus:participes iudicantur. ¶Et libat Domino proſpera, qui ab afflictis pellit aduerſa. Et negligere,cū poſſis deturbare peruerſos;nihil aliud eſt,quàm fouere.

Rom.1.

ADDITIO.vt inf.ca.fratrem cum cap.ſeq.vſque ad §.ſimiliter,vbi repetit cap.non parcus,ſed alio modo.in ca. ſi.repetit cap.non cupidus.Archid.

INferiorum culpæ.] CASVS.Aquilcien.patriarcha nō corrigebat vitia ſubdictorū: vnde Leo ipſum reprehendit: & oſtendit,ꝙ inferiorum culpæ prælatis negligentibus imputantur: & dum vitia corrigere negligūt, faciunt in populo peſtilentiam.

b ¶ Inferiorum culpæ.] Nota quòd per culpā ſubditorum probatur negligentia prælati, vt 18.d.propter, & cap.peruenit.

c ¶ Negligenteſque.] Propter negligentiam ergo bene punitur aliquis.de cōſecr. d.1.nemo.2.ff.ad leg.Aquil. ſi ſeruus,§.ſi fornicarius.81.d.dictum.Io.

ODio.] CASVS. Dicitur hic,quòd peccatores tumidi ſunt corrigendi. & infirmi, qui ex fragilitate peccant,tolerandi, & tum correctio fit,ex charitate fiat.nō ex odio.

f ¶ Sed medentis.] Vt 23.q.5.prodeſt,eſt etiam opinio ſimilis in auth.de manda.prin.§.non permittas.2.coll. 3.Laur.

FAcientis.] Alias incipit,culpam proculdubio facientis.

1 Aliàs incipit, ꝙ ſi delinquentes.

CASVS. Quidam prælati in proprijs perſonis non delinquebant, ſed delinquentes corrigere negligebant: ſed dicit Ioan. Papa. Non ſufficit prælatos non peccare in propria perſona, ſi delinquentes non corrigant: ideoq; hortatur eos, vt ſint vigiles circa delinquentes corrigendos: ne prælatis culpæ delinquentium imputentur.

g ¶ Facientis.]Hic Io.ligat arenas ſine cæmento,& idē decies dicit.B.

Arenæ non ſunt cęmento ligandæ.

h ¶ Aemendare.]Culpam habet facientis qui negligit. hoc exaudi poſt admonitionem,arg.27.q.1.ſi cuſtos nā alias eſſet eadem pœna negligentiæ, & cooperationis, quod falſum eſt.1.q.1.quidquid.

a ¶ Et

Innocentiæ tres ſũt gradus.

a ¶ Et primus. ]Nam tres ſunt innocentiæ gradus.23. q. 4. ita planè primus eſt,malum non facere; ſecundus eſt facientibus non conſentire : tertius peccantes ſi poteſt corrigere.45.diſt.c.tria,& c.duæ.
b ¶ Alieno. ]inf.6.q.1.qui crimen. in fi.37. diſt.legant vnde.

corrigendo. Quæſitum fuit ab Aug. vtrum debeant petere veniam à ſubiectis reſpondet, quòd non, ne propter nimiam humilitatem prælati vilipendantur à ſubditis:ſed à domino petere debent, qui nouit,quòd ex benignitate hoc fecerint.

nec caret ſcrupulo conſenſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Et probat odiſſe ſe vitia, qui condemnat errantes. Nec relinquit ſibi locum deuiandi, qui non pepercerit excedenti. Et primus [a] innocentiæ gradus eſt odiſſe nefanda. Et latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum prauitate conſenſum. Et nihil prodeſt alicui non puniri proprio, qui puniēdus eſt alieno [b] peccato.

¶ *Caput hoc ex varijs ſententijs hinc inde collectis confectum eſt: quarum prima vſque ad ver.* emendare *ſumpta eſt ex epiſtola B. Gregorij 114. lib.7.indic. 2. Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum.*

2 *Si autem in corripiendo quis modum exceſſerit, non à ſubditis, ſed à Domino veniam petat.*
*Vnde Auguſtinus de vita α clericorum.*

¶ Veniam à ſubditis non petat, qui in corripiendo modum exceſſerit. Cap. IIII.

Iuo p.6. c. 384.
† *In ipſis.*] orig.

QVando neceſſitas diſciplinæ, minoribus coercendis dicere vos verba dura [c] compellit; ſi etiam ipſi † modum vos exceſſiſſe ſentitis: non a vobis exigitur, vt ab eis veniam poſtuletis; ne apud eos [d], quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimia ſeruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas [e]. Sed tamen petenda eſt venia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos, quos plus iuſto forte corripitis, quanta beneuolentia diligatis [f].

α ¶ De vita.] *Inter opuſcula B. Auguſtini anno Domini 1481. Parmæ impreſſa, ſunt tres ſermones de communi vita clericorum; ex quibus in vulgatis tomis operum B. Auguſtini, tomo decimo referuntur duo ſub num. 52. & 53. ad fratres in heremo. Tertius autem cum epiſtola 109. omnino conuenit: ſed quæ in epiſtola diriguntur ad monachas, in ſermone diriguntur ad viros. Ex iſtis tribus ſermonibus de communi vita clericorum multa capita accepit Gratianus (vt ſuis locis notabitur) & hoc quidam ex tertio.*

3 *In doctrina verò ſacræ ſcripturæ, auctoritatem debet epiſcopus præferre, non ſæcularium literarum peritiam oſtentare. Non enim epiſcopalis officij eſt grammaticam exponere, ne laudes [g] Iouis perſonent ore pontificis.*
*Vnde Gregorius ſcribit Deſiderio epiſcopo, lib. 9. epiſtola 48.*

c ¶ Dura.]Nimiũ & tũc peccat prelatus venialiter.23.q.4.q peccat.1 ſi. ſic &c.q pauperem exaſperat importunè petētem 25.di.§.criminis infra.2.quæſt.7.nos ſi contra. Sed illud ex humilitatis leuitate hoc ex auctoritate p̄laturæ:vel ſubaudi. illud eſt caſuale, & volũtarium,hoc autē regulare.& neceſſarium. Vbi autem p̄latus ex odio modũ exceſſit, debet veniã poſtulare: quia tenetur iniuriarum. ff. ad legem Aquil. quemadmodum. §. magiſtratus. Iō autem magis parcitur prælatis, ſupra in hoc caſu, quàm in alijs: quia vix poteſt quis in cura rei familiaris peccatum euitare.25 d.qualis. Vel hoc exaudi vbi modum ignoranter exceſſit:quo caſu nō tenet. ff. vi bo.rap. l.2. §.ſi publicanus. officiatis enim facilius parcitur quàm alijs, vt ibi patet, vt extra de ſenten. excom.ſi verò.

Prælatus modũ excedens in correctione, andeāt à ſubditis veniam petere.

d ¶ Ne apud eos.] 2. q.7. nos ſi incompetenter, contra.
e ¶ Frãgatur auctoritas.] Augere enim ex ingenio debet dignitatem:quia ſæpe nimia familiaritas cōtemptũ generat. ff. de officio p̄ſi.obſeruãdum. ff.de officio procōſ.ne quidquam. §.circa,quod verum eſt inter fatuos, ita exponebat Azo, vt ab eo audiui.Io.illa ergo auctoritas. Vade prius reconciliari fratri tuo anteq̃ offeras ad altare, de prælatis non intelligitur, niſi quando ex odio procedunt.

Familiaritas nimis parit contēptum.

f ¶ Diligatis.]Ideſt,diligere debeatis.

vnde expone, ideſt, alieno, de conſenſu alieni peccati. nã regulariter de alieno peccato nullus punitur, ſaltem in alio ſæculo.1.q.4.iam itaq;. & c.crimen, & 83. diſt. quid prodeſt, & j.ea.quid prodeſt.7.q. 1.§. cum aũt Io.

SI AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. & ſecundus articulus, vbi dicitur, quòd ſi prælatus excedat in corrigendo, non debet petere veniam a ſubditis, ſed à domino.

QVando. ] CASVS. Quidam prælati dum ex charitate corrigerent ſubditos; exceſſerunt modum in

IN DOCTRINA. Hæc eſt 3. pars diſt. & tertius articulus, vbi continetur, quòd prælati debent proferre auctoritates diuinæ ſcripturæ in ſua doctrina, & non grammaticam exponere: quia in ore pontificis non bene ſonant laudes Iouis.

g ¶ Ne laudes. ] Iupiter ex alto periuria ridet amantum.

CVm multa. CASVS. Multa bona relata ſunt Gregor. de epiſcopo Deſiderio : de quibus lætatus eſt Papa, intantum etiam, ꝙ quicquid dignum peteretur ab eo, concederet. Poſtea fuit ei ſignificatum, quòd Grammaticam ſuo populo exponeret, propter quod intantum Gregor. eſt contriſtatus, quòd totũ gaudiũ, quod prius habuit, conuertebatur in luctum. Scribit ergo ei Greg. & docet ne de cętero talia faciat: quia laudes Iouis cum Chriſti laudib. non conueniũt.

Preces iuſtæ ſunt exaudiendæ.

a ¶ Vt negare.] Arg. ꝙ ſi ſubditus honeſtus eſt, p̄latus eius iuſtas preces eius debet exaudire, inf. 12. q. 2. religioſam, & 35. q. 9. veniam.

Fabulas poetarum prędicando, moraliter exponere nõ multũ laudatur.

b ¶ Grammaticam.] Sed qũo iſte exponebat grammaticã populo, quia fortè dicebat: cum ego dico, homo, ĩtelligatis tã de mare, quàm de fęmina; quia communis generis eſt. ff. de verbo. ſign. hominis appellatione. Sed melius dic, ꝙ grãmaticã hic appellat ſcientiam auctorũ. Recitabat enim in eccleſia fabulas Iouis, & eas moraliter exponebat in prędicatione ſua 1.

1 Et hoc patet ibi, cum laudibus Iouis, &c. Lau.

c ¶ Verteremus.] .i. deberemus vertere.

d ¶ Laudibus.] ſup. diſtinct. 37. cap. 1. & 2. cap legimus, & §. cur ergo.

e ¶ Nõ capiunt.] Vnde Ouidius. [Nõ bene cõueniũt, nec in vna ſede morantur Maieſtas, & amor, &c.

Ouidius.

f ¶ Canere.] Laudes Iouis agmina Chriſti.

LIBERALEM. Hæc eſt quarta pars diſtin. & quartus articulus : vbi dicitur ꝙ epiſcopus debet eſſe liberalis circa egentes : aliàs vanum habet nomen epiſcopi.

g ¶ Liberalem.] Hic §. reſpicit illum §. proxi. ſupra d. 85. hoſpitalitas.

ADDITIO. Et ſcias, quòd hoſpitalitas dicitur in recipiendo & procurando ſecum in domo: liberalis eſt aliàs largus, & munificus, licet non hoſpitetur alios, ſecundum Hug.

FRatrem noſtrum.] CASVS. Marinianus de monacho factus eſt epiſcopus; & nolebat aliud facere, niſi legere & orare, ſicut in monaſterio conſueuit facere : ſed de pauperibus, & hoſpitibus nullam curam habebat. Vnde Greg. ſcribit Secundino ſeruo Dei, vt moneat eum quatenus habeat largam manum, & pauperibus prouideat.

h ¶ Marinianum.] Iſte de monacho factus fuit epiſcopus : & tota die volebat legere, vt in monaſterio faciebat.

i ¶ Mutet.] Supra d. 81. valet infra d. 100. rationis.

K ¶ Vt remotus.] Infra d. 88. epiſcopus nullam contr. Sed aliud eſt nulla neceſſitate faciente curã rei familiaris ſuſcipere, & lectionum atq; orationum ſtudio tepide inhærere; ꝙ ibi interdicitur: aliud in neceſſitate alijs ſubuenire : & propter proximos contemplationis ſtudium temperare: quod hic præcipitur.

l ¶ Patientibus.] Magis tamen religioſis ſuccurrat. 16. q. 1. c. vlt.

m ¶ Vacuum.] Quo ad etymologiam: quia nõ eſt ſuper intendens. 8. q. 1 qui epiſcopatum.

Epiſcopus ſuperintendens dicitur.

n ¶ Nomen.] Immo & nomine & re priuandus eſt, vt 88. d. quæ ipſis. 68. d. chorepiſcopi. 2

2. 2. q. 7. §. quibus ergo C. de fer. a nullo.

IN IPSA. Hæc eſt quinta pars diſt. in qua dicitur, ꝙ epiſcopus non debet dare hiſtrionibus, nec venatoribus, nec meretricibus: niſi forſan in ſumma neceſſitate intuitu naturæ, & hoc probat 10. auctoritatibus, Ioã. de Fant.

CASVS. Hic eſt quintus articulus, vbi docetur, ꝙ in liberalitate habendus eſt modus rerum, & perſonarum

Re-

## ¶ Sacram ſcripturam, non Grammaticam debet epiſcopus exponere. Cap. V.

IRreligioſum.] CASVS. Olympiꝰ diaconus ſuſcepit curã duorum ſuorum nepotũ, ſ.Fęlicis & Olympij. Sed cũ deberet res illorum fideliter adminiſtrare, partem illarum rerum vendidit, & partem ſibi retinuit, quare Papa recepit epiſcopo Fortunato, vt eos defendat,& omnia eis reſtitui faciat.

h ¶ Irreligioſum.] Per hoc cap.& ſupra proxi.diſt.peruenit.colligitur, quod clericus bene poteſt legitimam tutelam ſuſcipere, ſed & etiam extranearum perſonarũ ſi vult 1. Lau.

i ¶ Non omni fide.] Et ita videtur,ꝙ tutor teneatur ẽt de leuiſſima culpa.C.de peric.tuto.& cur.tutorib.argu. contra, quòd ſcilicet nõ teneat niſi de leui.C.arbit.tut. quidquid. Et quod dicit,fidei,eſt ar.contra perfidos aduocatos, qui plena fide clientulos non defendunt.argu. 2.q.3.§.notandum.

K ¶ Paruulos.] Nota ꝙ ſi minor lędatur in contractu, habet actionem aduerſus dantem, & accipientem 2.C. ſi tuto.vel cur.inter.l.etiam.ſi verò lædatur in iudicio, habet actionem aduerſus tutorẽ tantum. C.de iud.properandum.in fi. Sed contra ff.de mino.l.etiam.§.1. Sed illa lex, properãdum,intelligitur quando tantum circa inſtantiam iudicij læſus eſt. Illa lex etiam in principali cauſa loquitur, cum reſtituatur in iudicijs minor, vt ff.de mino.etiam. §.ex cauſa. & C.ſi aduerſus rem iud. per totum. Io.immo etiam reſtituitur minor, etſi contumax fuerit, vt.ff.de mino.l.miror etiam B.

l ¶ Contra leges.] C.de prædi.mino.per totum.

Eos.]

& orphanorum cauſas,[1] & impenſius ducimus exequendas: quas tueri à nobis, vel ab omnibus diuina manifeſtat aſſertio.

*Idem Anaſtaſio epiſcopo.*

¶ De eodem. Cap. II.

DEfenſionis proprię deſolatis auxilio,& qui ſuis actibus adeſſe † pro ætatis infirmitate nõ poſſunt, exoratum pontificem decet ſubuenire: quia pupillis [a] α tuitionem etiam diuinitas iuſſit impendi. Et ideò Maximo, & Ianuario,clericalis officij(qui ſe ſolatio parentum, vel propinquorum aſſerunt deſtitutos) auxilium ex noſtra delegatione præſtabis: vt aduerſus improbitates aduerſariorum ſuorum protecti, tuæ executionis [b] anniſu noxia commenta [c] non ſentiant.

† *al. prodeſſe.*

α ¶ Pupillis.] *In codicibus impreſſis ſequebatur*, & viduis.*quæ voces expunctæ ſunt,quia abſunt à pleriſque vetuſtis.Et quæ antecedunt,ac ſequuntur,oſtendunt agi hic tantum de pupillis.*

*Idem Leontio,& Petro epiſcopis.*

De eodem. Cap. III.

QVifquis in negotijs ſuis noſtri nominis interceſſione ſperat ſibi remedia [d] poſſe conferri,prona nos [e] conuenit animoſitate [f] præſtare.

*Idem Honorio epiſcopo.*

De eodem. Cap. IIII.

DIuinæ retributionis [g] memor ad pontificalem conſcientiam non ambigas pertinere, egentium commodis piam ſolicitudinem non negare.

*Idem Fortunato epiſcopo.*

¶ Tueatur eccleſia, quos in ſui defenſionem ſuſcepit. Cap. V.

IRreligioſum [h] prorſus, & execrabile iudicamus,ſi quiſquam α vel extraneos in ſua tuitione ſuſceptos,nõ omni fide, [i] & tota animi ſui educauerit ſanctitate. Ac cum Olympius diaconus dilectionis tuę,Fęlicis, & Olympij ſuggeratur auunculus, eoſque paruulos [k] tutelæ vice ſuſceperit nutriendos; vltra latrocinium eſſe iudicamus,ꝙ eos boniſculis † parentum(ſicut aſſerunt)reliquit extorres;alia retinendo, alia contra leges [l], & iura vendendo.

Iuo p.6.c.109.

† *al. bonuſculis.*

de epiſc. & cler.& inſti. de exc. tuto. §. idẽ in milite.no. B.in legitimas.§. fi. ff.de legi. tuto.

2 Argu. contra.ff.de minor. in cauſę 2.in prin. ſed non ob. qa illud intelligitur qñ cõtra eundẽ hẽt ordinarium auxilium & extraordinarium. ſecus ſi contra diuerſos. Arc.

Animoſitas qñq; in bonã, qñq; in malam partẽ ſumitur.

Clericus tutor eſſe poteſt ſi vult.

1 Adde ad hoc gloſſ. in Auth. preſbyteros. C.

a ¶ Quis quam.] *In vulgatis codicibus ſequebatur vox,* clericos. *quæ in aliquot manuſcriptis, & apud Iuonem non habetur, ideoque ſublata eſt. Non enim hic clericos cum laicis, ſed extraneos cum ſanguine iunctis comparat.*

*Item ex concilio Arauſicano primo, c.5. & ſeq.*

Raba.p.r.c.22.
Burc.l.3.c.195.
Iuo p.3.c.112.
Ibidem c.6.

¶ Confugientes ad eccleſiam extrahere licet. Cap. VI.

EOs, qui ad eccleſiam [a] confugerint, tradi non oportere, ſed loci ſancti reuerentia, & interceſſione defendi. ¶ Si quis aũt mancipia clericorum pro ſuis mancipijs [b] ad eccleſiã confugientib. crediderit occupãda, per omnes [c] eccleſias diſtrictiſſima damnatione feriatur. ¶ In eccleſia quoque manumiſſos, & per teſtamentum [d] eccleſiæ cõmendatos, ſi quis in ſeruitutẽ, vel obſequm, vel ad colonariam conditionem reuocare tẽtauerit, animaduerſione eccleſiaſtica coerceatur † [e].

C.7.
Iuo p.3.cap.154. & 245.
Pann.l.c.84.2.
† *coercebitur*] orig.

*Item ex concilio Agatenſi, c.29.*

Iuo p.3.c. 159. & p. 16.c.51.
Pann.l.2.c.82.

¶ In libertate eccleſia tueatur libertos. Cap. VII.

2 LIbertos legitimè a dominis ſuis factos, eccleſia, ſi neceſſitas exegerit, tueatur: quos ſi quis ante audientiam aut peruadere, aut expoliare præſumpſerit, ab eccleſia repellatur.

*Item ex concilio Toletano 4.c.71.*

Burc.l.3.c.186.
Iuo p.6.c.246. & p. 16.c.52.
Pann.l.2.c.83.

¶ A ſacerdotibus defendantur liberti, ne in ſeruitutem reuocentur. Cap. VIII.

LIberti, qui a quibuſcunq. manumiſſi ſunt, & eccleſiç patrocinio commendati exiſtunt, ſicut regulæ antiquorum patrum conſtituerunt, ſacerdotali defenſione a cuiſlibet inſolentia protegantur, ſiue in ſtatu libertatis eorum, ſiue in peculio, [f] quod habere noſcuntur.

*Item ex concilio Arelatenſi ſecundo, c.32.*

EOs.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ qui ad eccleſiam cõfugiunt, propter loci reuerentiam debent ab eccleſia defendi. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi quis mancipia eccleſiæ occupauerit propter ſua, quæ ad eccleſiam confugerint, excommunicari debet. In tertia parte dicitur, ꝙ ſi quis vult reuocare in ſeruitutem, vel ad obſequium, vel ad colonariam conditionem manumiſſos in eccleſia, & eccleſiæ commendatos, cenſura eccleſiaſtica coerceatur.] Secunda pars incipit ibi, [Si quis autem.] Tertia ibi, [In eccleſia.

a ¶ Ad eccleſiam.] inf. 17.q.4. reum.

Manumiſſi ab eccleſia, ubi ſint conueniendi.

b ¶ Mancipijs.] De iſtis manumiſſis ab eccleſia, vel de commendatis eccleſiæ dicit Hu. ꝙ ſi poſtea imperantur ſuper libertate, ipſi coram eccleſiaſtico iudice debent reſpondere, vnde & ſi quis eos detinens nollet reſpondere, niſi ſub ſæculari iudice, poſſet ſtatim eccleſia ipſum excõicare, ſi verò non eſt manumiſſus in eccleſia, tunc primo debet conueniri, qui eos moleſtat, ſub ſæculari iudice, & ſi non vult ſatisfacere ꝑ eum, tunc eccleſia eũ cõpellet excõicando, vel alio modo. Laur. dicit ꝙ vbicunq; manumittantur, niſi manumittantur in eccleſia. 1 vt clerici fierẽt, vt ex. de ſer. nõ or. c. 1. in parte deciſa, ꝙ ſemper primo conueniendus eſt, qui eis litem facit ſub iudice ſuo ſæculari. Ioan. niſi hoc forte faceret laicus in fraudem. extra de iure patr. relatum. §. ad hæc. B. Sed quæro, ad quid ergo eccleſia recipit libertos ſub protectione ſua: cum illud ius ſit in alijs omnibus, ꝙ ſi aliquis nõ poteſt habere iuſtitiam corã iudice ſæculari, accedit ad iudicem eccleſiaſticũ, vt extra de foro comp. ex tranſmiſſe? Videtur ergo ꝙ liberti ſpectãt ad iudicium eccleſię, vt 11.q.1. Chriſtianis. Vel dic, ꝙ licèt iſtæ perſonæ, & aliæ, de qbus hic agitur, recipiãtur ſub protectione eccleſiæ: non tñ eximuntur a iudicio ſæculari, vt extra de priu. recepimus. & eſt expreſſum in iudicijs extra de foro compe. ex tenore.

1 Quidam. n.

manumittũtur in eccleſia, & chartam manumiſſionis legitur in ambone. 54.d. nulli, & tales generaliter eccleſia defendet, ſm Hu.

c ¶ Per omnes.] In vna excommunicet, in alijs denũcietur. Si dices, ꝙ nemo poteſt pluries excõmunicari, dic vt not. 3. q.4.c. vlt. & extra de ſenten. excommunica. officij.

d ¶ Et per teſtamẽtum.] Extra de ſeru. non ordinan. c.1.

e ¶ Coerceat.] niſi admonitus ſatisfaciat, & eſt arg. hic, ꝙ omne crimen eſt eccleſiaſticũ. 35.q.6. epiſcopus in ſynodo. ADDITIO. Argu. ad hoc inf. ca. prox. vbi Laur. idem ſentit dicens, quòd hoc etiã poteſt videri per auctoritatem domini, ſi peccauerit 2. q. 1. ſi peccauerit. extra de iud. nouit. De hac ma. le. & not. ext. de offi. ord. cap. 1. & de purg. cano. nos quidem. Archid.

Crimẽ qđ libet eſt eccleſiaſticum.

LIbertos.] Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dicitur, ꝙ eccleſia debet libertos defendere, præſertim eos qui eius patrocinio commendantur. Io. de Fan. CASVS. Hæc duo c. libertos, & liberti, vt dici Beneuen. loquuntur de libertis eccleſiæ commendatis quos ſi aliquis inuadere ſua auctoritate voluerit, vel in ſeruitutẽ reuocare, vel bona eorũ auferre conatur; & eccleſia, & epiſcopus debent eos diſpenſare.

Peculiũ ſeruus hr̃e põt, ſed non liber homo.

f LIberti.] Peculio.] Sed nunquid liber homo habet peculium? Non: quia ſicut ſeruus non habet bona, ita paterfamilias non habet peculium, ff. de verborum. ſignificatio. paterfamilias, ſed loquitur hic ſm tempus, quo ſeruus erat, vel peculium ſumitur hic improprie. argu. C. de inoffi. teſtam. l. vltima. ff. ad Trebellia. l. cogita. 1. rñ. De peculio autem ſerui, qui manumittitur, hoc in ſumma notabis, ꝙ ſi manumittitur inter viuos, dominus uidetur ei concedere peculium, niſi adimat expreſſe. Si autem in teſtamento libertas ei relinquitur

¶Expoſitos defendat eccleſia, ſi quis eorum calumniator extiterit. Cap. IX.

3 SI expoſitus[a] ante eccleſiam cuiuſcunque fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat † epiſtolam, vt ſi is qui collectus eſt, intra decē dies [b] quæſitus, agnituſque non fuerit, ſecurus habeat [c] qui collegit. Sane, qui poſt prædictum tempus calumniator extiterit, vt homicida, eccleſiaſtica diſtrictione dānabitur, ſicut Patrum ſanxit auctoritas.

Capit. l. 6. c. 142. cō cor. Vaſenſe 1. c. 9. Burc. l. 3. c. 201. Iuo p. 3. c. 23. Poly. l. 3. tit. 13.

† al. ponatur epiſtola.

## DISTINCTIO. LXXXVIII.

PRohibentur [d] *ergo clerici cupiditatis negotia ſuſcipere, non pietatis curam viduis, & orphanis impendere.*

*Vnde Melchiades Papa.*

¶ De eodem. Cap. I.

DEcreuit ſancta ſynodus nullum deinceps clericum aut poſſeſſionis conducere, [e] aut negotijs ſæculari-

In ſcripto de primitiua eccleſia, & munificentia Conſtantini ex conc. Chalcedon. c. 3.

linquitur peculiū apud hæredem remanet, niſi expreſſe ei concedatur. C. de pecu. eius qui li. me. l. vna.

SI expoſitus. Hæc eſt tertia pars diſtinctionis. in qua ponit de infantibus expoſitis Io. de Fant.

CASVS. Quæſitum fuit in concilio Toletano, quid fieri debeat cū aliquis colligit puerū expoſitū ante eccleſiam. Et reſpondet, quòd debet in publicū duci, vt cuiuſcūque ſit ille puer, ſiue ſit dominus ſiue pater, veniat intra decē dies, & puerū recipiat: ſi autem poſt decem dies, venerit, audiri nō debet: ſed tāquā homicida puniatur.

Exponens filium, vel ſeruum an poſſit illū recolligere.

a ¶ Expoſitus.] Exponit aūt aliqs a patre uel domino, uel ab extraneo. Si a patre vel domino, aut neceſſitate, uel ſponte. Si ſpōte, nunquā pōt recolligere eum poſtea: nec. n. ſuum dicere poterit quem pereuntem contempſit. C. de infan. expo. l. prima, & ſecunda. Si neceſſitate, repetit quandocunque, quia inuitus videtur expoſuiſſe. C. de infan. expoſi. l. 1. & in his caſibus locum non habet conteſtatio. quod tamen dixi de neceſſitate, videtur male dictum, nam dicit lex, quòd ſi ipſe non poteſt eum alere, debet eum in xenodochium. 1 mittere. C. de lati. li. tol. l. vna. §. ſed ſcimus. Sed quod dixi. 2 intelligas cū nullū talem locum inuenit: & intelligas maximè hoc de filijs: nam de ſeruo uidetur, quòd potius debeat eum vendere, quàm exponere, & eſt iſte caſus, in quo ſeruus habitus pro derelicto, ſtatim in libertatem eripitur, vt C. de lat. lib. tollen. l. una in authen. de nup. §. hoc amplius, & §. multo magis. coll. 4. aliàs occupanti conceditur. Si autem ab extraneo, & ſciente domino, vel patre; tunc locum habet quod hic dicitur. Si uerò ignorante, ſemper poteſt repetere quandocunque uoluerit, C. de infan. expo. l. 1. Hug. dicit, quòd tantum vſque ad decem dies auditur pater in hoc caſu, quod verius credo, 3 quia de ijs quæ publicè fiunt, non poteſt prætendi ignorantia, vt 17. diſt. quod dicitis. Idem poteſt dici quando pater propria uoluntate expoſuit. Ioannes. Hoc teneas breuiter, quòd ſi a patre infans exponitur, vel ab alio, eo ſciente, uel ratum habente, ſtatim liberatur a patria poteſtate, & ſi dominus idem facit; ſeruus ſtatim eripitur in libertatem, & libertus in ignorantiā. Idem eſt ſi alimenta fuerint iſtis languentibus denegata, aut ſi iſti languentes expoſiti fuerunt, cuiuſcunque fuerint ætatis: & qui eos ſuſcipiunt, nō habent aliquod ius in ipſis, ut extra de infan. uel languentibus expoſitis, c. 1. Bar.

1 Ideſt hoſpitale.
2 Scilicet de neceſſitate.
3 Adde de iſta quæſtione, & alijs in mate. expoſitorū no. in l. 1. & 2. p Albe. de Ro. C. de infan. expoſi. & gl. in l. nemini C. de epiſc. audien.

b ¶ Intra decem dies.] De his decem diebus dic, quòd currunt a tempore ſcientiæ, & ſunt continui, & ſi in tali loco eſt, quod uenire non poteſt, reſtituitur. per clauſulā generalē: argum. ff. ex quibus cauſis maiores. l. prima. Alij dicunt, quod ſūt utiles: cum. ſ. experiri poteſt, ff. de ædil. edict. cum ſex. & de diuer. & temp. præ. l. prima. Si uerò ille qui collegit expendit aliqua in puero erudiendo in aliqua arte repetit a recoligente, C. de infantibus expoſitis, l. 1. quod autem cauſa alimenti expendit, non repetit niſi in duobus caſibus, ſcilicet cum proteſtatus eſt, ff. de nego. geſtis, Neſennius, uel ubi collectus non vult ducere filiam ſuam in vxorem, C. de nuptijs patrem.

Expenſæ circa infantem expoſitū factæ an poſſint repeti.

c ¶ Habeat.] Non in ſeruum, C. de infantibus expoſitis. l. vltima, & ideo dicit iſte eum habere, quia alius iam non poteſt petere puerum, puer tamen bene recedet ab eo cum voluerit, & continebit epiſtola. ſ. quòd ſi quis in eo aliquid iuris ſibi uendicet, & exeat, & probet eſſe ſuum: aliàs non crederetur ei. Arg. Contra, extra qui filij ſint legitimi, tranſmiſſæ, vbi creditur patri, & matri dicentibus aliquem non eſſe filium ſuum, quia non eſt præſumendum aliquem denegare filium ſuum.

Pater, & mater filiū denegare non præſumuntur.

PRohibentur.] In hac diſtinctione prohibetur cupiditas, & mercatio omnibus clericis. Et diuiditur in duas partes: in quarum prima probat per decem auctoritates ſanctorum patrum, quòd clerici non debent eſſe mercatores. Secunda ibi, [ Neque apud Ioannes de Fant.

CASVS. Facta interpoſitione miſerabilium perſonarum in hac 88. d. redit Gratianus ad materiam ſuam. ſ. ad capitulum cupiditatis: cuius cupiditatis negocia clerici ſuſcipere prohibentur: ſed nō prohibentur opera pietatis orphanis, & uiduis impendere.

d ¶ Pohibentur.] Facta interpoſitione de uiduis, & libertis, & expoſitis, reuertitur in hac d. 88. ad propoſitū ſuum. ſ. ad illud capitulum, non cupidum, & oſtēdit clericos cauſa turpitudinis, & cupiditatis non debere opera exercere. tandem ſubijcit, q̄ nullus, presbyterum in teſtamento debet nominare tutorem, &c.

DEcreuit.] CASVS. Statuit Melchiades Papa in ſynodo ſua, q̄ clerici cauſa cupiditatis, & lucri non conducant poſſeſſiones, nec negotijs ſæcularibus ſe immiſceant: niſi in duobus caſibus. ſ. propter curam miſerabilium perſonarum, & propter curam eccleſiaſticam ab epiſcopi ſibi commiſſam, & q̄ curam talem debeant ſuſcipere clerici, ꝓbat duobus exemplis. ſ. Moyſi, & angelorum aſcendentium, & deſcendentium per ſcalam, quam vidit Iacob: ad inſtar quorum. prælati eccleſię debent aſcendere contemplando, & deſcendere curam ſubditorum habendo.

e ¶ Conducere.] Scilicet cauſa cupiditatis, ut notaui 89. d. cap. vlt. & ſemper intelligo cauſa cupiditatis hoc fieri, niſi neceſſitas probetur. argumen. q. 12. quęſtio. 1. cap. 1.

a ¶ Vbi

a ¶ Vbi liquido patet.] Ideſt, propter quod patet.
b ¶ Angelos.] Per angelos intelliguntur prædicatores qui pro ingenio auditorum debent ſe aptare, vt 8.q.1.c. oportet & diſtin.43. ſit rector. §. vlt. unde non propter Iacob, ſed ꝓpter angelos inducitur hæc auctoritas.

Prædicatores qñque dñr angeli.

† abſunt iſtæ duæ voces fere ab omnibus manuſcriptis.

bus ſe miſcere, niſi propter curam pupillorum, & † orfanorum ] ac viduarum, aut ſi fortè epiſcopus ciuitatis eccleſiaſticarum rerum ſolicitudinem habere præcipiat. Vbi liquido patet,[a] quia alia ſunt negotia ſæcularia, alia eccleſiaſtica. Nonne Moyſes in ſæculo erat: cum crebro tabernaculum intraret, & exiret; qui intus cõtemplatione raptus, foris infirmãtiũ negotijs vrgebatur? *& infra.* ¶ Sic & Iacob aſcendentes, & deſcendentes Angelos [b] vidit: quia videlicet rectores eccleſiæ non ſolum Deo contemplando ſuperna appetunt, ſed deorſum quoq; ad mẽbra fillius miſerando deſcendunt. Et Domini ſacerdotes horum facta imitantur, & ſe cuſtodiunt, & ſubditorum onera portant.

*Exod.33.*

*Gen.28.*

α ¶ Melchiades. ] *Caput hoc habetur inſcripto de primitiua eccleſia, & munificientia Conſtantini, quod in antiquis conciliorũ voluminibus continenter ſequitur poſt decreta Melchiadis (quamuis in recentiorib. cõcilium Neocæſarienſe ſit interpoſitum) & ex illa cõiunctione fortaſſe factũ eſt, vt hoc quoq; ſcriptum olim decreti Melchiadis adnumerari ſolitum eſſet, cum tamen in eo de Niceno concilio & alijs, quæ poſt Melchiadem geſta ſunt, mentio fiat: quod ex capite, ad futuram. infra 12. quæſt.1. apparet.*

*Item Gelaſius Papa ad epiſcopos per Lucaniam, c.17.*

¶ De eodem. Cap. II.

Concil. Aquiſgranen.ca.93.14.q.4.c. clerici.
Poly.li.4.tit.31.

CONſequẽs [c] eſt, vt illa quoq; de Piceni partibus nuper ad nos miſſa relatio nunciauit, nõ ꝓtereũda putaremus: ideſt plurimos clericorũ negociationibus inhoneſtis, & lucris turpibus imminere, † nullo pudore cernẽtes euangelicã lectionẽ, qua ipſe Dominus negotiatores è templo verberatos flagellis aſſeritur expuliſſe, nec Apoſtoli verba recolentes, quibus ait: [Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus.] Pſalmiſtam quoque Dauid ſurda diſſimulantes aure; cãtantem:[d] [Quoniam non cognoui negotiationes,[e] introibo in potẽtias Domini.] Proinde huiuſmodi aut ab indignis poſt hac quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuſlibet negotiationis ingenio,[f] vel cupiditate ceſſandum:[g] aut in quocũq; gradu ſint poſiti, mox à clericalibus officijs abſtinere cogantur; quoniam domus Dei, domus orationis & eſſe debet, & dici, ne per † officia negotiationis potius ſit latronum ſpelunca.

† *al.inhiare.*
*Matth.21.*

*2.Tim.2.*

*Pſal.* 70. vide infra ea.quoniam.

*Luc.19.*
† *ne officia negotiationis, & ſpelunca potius ſit latronum*] orig.

*Item ex ſeptimo canone, Apoſtolorum.*

¶ In ſacris ordinibus conſtitutus ſæculares curas aſſumere non debet. Cap. III.

[i] EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, nequaquam ſęculares curas [h] aſſumat; ſin aliter, deijciatur.

*Item Gregorius. Romano defenſori lib.8. epiſt.11.*

Epiſcopus ſæcularibus cauſis occupari non debet; Cap. IV.

Anſ.lib.6.c.279.

PErlatum eſt ad nos reuerendiſſimum fratrem noſtrũ Baſilium epiſcopum, velut vnum de laicis in cauſis

COnſequẽs.] CASVS. Clerici in Picenis partib⁹ turpibus negociationibus & lucris ĩhoneſtis immiſcebantur: ſed Gelaſius docet hoc non eſſe faciendum. & hoc probat exemplo Chriſti, q̃ negotiatores de tẽplo expulit. Et duabus auctoritatib⁹. ſ. Pauli, ut nemo militãs Deo, &c. & Dauid quoniã non cognoui, &c. Si q̃s aũt negotiari voluerit, officio carere debet. Sequẽs c. planũ eſt.

c ¶ Cõſequẽs.] Quia ſacerdotes erant inſtituti, vt 2.q.7. accuſatio. Lau.

d ¶ Cantantem.] ideſt, metrice deſcribẽtem.

e ¶ Negotiationes.] .i. falſam traditionẽ Iudæorum. quia ſcilicet credebãt ſe iuſtificari ex operibus legis, figuras legis ſectãtes, à gratia reſilientes: vel negociationis, i. vt uilius emẽt, & carius vẽdãt.

f ¶ Ingenio.] Argu. ꝙ nec ſub qualibet fraude excogitata poſsũt exerceri negotiationes. ergo nec cauſa neceſſitatis, ut quidã aſſerũt, nec cauſa lucri captãdi ad opus pauperũ. 1.q.3. ſi q̃s obiecerit. Arg. ꝯtra extra ne cle. vel mona. ca. 1. 91. d. clericus. La.

Negotiationes per clericos quacũque cauſa exerceri nõ debent.

g ¶ Ceſſandum, aut in, &c.] Videt̃ ergo, ꝙ i eius optione ſit an uelit abſtinere à q̃ſtu, aut ab officio. ff. d iure do. plerũq; §. vltimo: quod falſum eſt. Sed hic, aut, cõminatiuum. 1 eſt 11.q.1. placuit.

1 Et eſt ſenſus ſi moniti ceſſant: diſpenſatur cũ eis: aliàs abijciuntur à clero: & nõ minus à negociatione ceſſabunt.

h ¶ Piſcopus.] ¶ Curas.] Infra 21. q.3.c.1.2.& 3.& 11. quæſt.1. te quidem.

PEr latũ.] CASVS. Baſilius ep̃s tanquam aliquis laicus ibat extra ſuum epiſcopatum coram iudicibus ſæcularibus aduo-

Argu.3.q.3. c.1. & 81. diſtin. ſi quis.

ſæcularibus occupari,& prætorijs [a] inutiliter deſeruire. Quę res quoniam & ipſum vilem reddit,& reuerentiam ſacerdotalē annihilat;ſtatim vt experientia tua hoc pręceptum [b] ſuſceperit;eum ita ad reuertendũ diſtricta executione compellat,quatenus ei illic, te inſiſtēte, quinq; diebus,[c] ſub qualibet excuſatione, immorari nō liceat; ne ſi quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiſeris; cum ipſo, apud nos grauiter incipias eſſe culpabilis.

*Item ex concilio Carthaginenſi 4.c.18:*

¶Teſtamentorum tuitionem,& curam rei familiaris epiſcopus non ſuſcipiat. Cap. V.

Poly.lib.4.tit.5.

ij EPiſcopus tuitionem, [d] teſtamentorum non ſuſcipiat.

*Item ex eodem cap.20.*

¶De eodem. Cap. VI.

iij EPiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet;[e] ſed lectioni,& orationi,& verbi Dei prædicationi tantummodo vacet.

*Item ex eodem,c.17*

¶De eodem. Cap. VII.

iiij EPiſcopus gubernationem[f] viduarum,& pupillorum ac peregrinorum non per ſeipſum, ſed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat.

*Item Gregorius Quertino ex præfecto,epiſt.30.lib.10.*

¶Ratiociniorum cauſas clericus ſuſcipere non debet. Cap. VIII.

INutile, & valde laborioſum eſt, hominem literatum, ratiociniorum cauſas aſſumere,& in eis ſe, quod non expedit,obligare.

*Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum.*

aduocando. Quod cum audiſſet Gregorius', præcipit Romano defenſori, ut præfatum Baſilium intra quinque dies cogat reuerti: quoniam propter hoc dignitas epālis vileſcit. Nam ſi ibi amplius eum ſtare permiſerit, uterq. grauiter punietur. Sequentia capitula plana ſunt vſq.ad paleam: illam. [Eijciens.] quæ in ſcholis non legitur, ſed in ea ratio aſſignatur quare in domo, vel re conſimili non eſt vſura, ſed pecunia ſic: & hoc triplici ratione. Prima eſt: quia pecunia nō eſt diſpoſita niſi ad emēdum. Secunda eſt: quia ex agro cum arādo fructum capio,& ex domo vſum māſionis: & ideò domũ locando vel fundũ,videor quaſi permutare lucrum cum lucro,ſed ex pecunia repoſita nullum fructum capio. Tertia ratio eſt: qa ager, vel domus veteraſcit, ſed nō pecunia, & hoc eſt in prima columna,ubi dicitur, primo ꝗdē.

a ¶ Et prętorijs.] id eſt,locis iudicij tractandi. Quid ſit prætorium habemus.ff. de iuſt.& iur.l.pen.

b ¶ Præceptum.] Infra 23.q. 4. iuſtũ infra 14.q.4.clerici.

c ¶ Quinq; diebus.] Arg. morē poſſe purgari.[1] Item nota.inducias & expectationes quinque dierũ: & hoc à tēpore quo ſuſcepit literas. extra de ap.ſup eo 4.q.4.c.1.& q.5.c.j.quādoque duorum.5.q.2.c.præſenti.

d EPiſcop9 tuitionē.] Ideſt,apetitionem, vt ſcilicet corā eo non aperiantur: ſed coram magiſtro cenſus. C.de teſta.l.cōſulta. Vel dic tuitionē,ideſt, ꝙ ſit aduocatus. alias per eũ debet adimpleri[2] quod in teſtamentis relictũ eſt, extra de teſt.ſi.heredes.& ff. de pet. hæredita. in fi. Ioan. Dico ergo,ut dixi,non ſuſcipiet ex hoc officium aduocationis.

e EPiſcopus.] Ad ſe reuocet.] Principaliter, vel per ſe: & tunc non eſt contra 86.diſt.fratrem.

f EPiſcopus gubernationem.] Sed per archipresbyterum,nam partiri debet onera ſua.extra de offi. archipresby.c. vlt.arg. per alios nobis licere quæ nobis p nos non licent[3].arg.5.q.3.c.vlt.ar.12.q.1.pręcipimus. Et valet ad quæſtionem ꝙ eccleſia poſſit alicui concedere gladium[4]. licet. ei non liceat eo uti per ſe. 23. q. vlt.c.ſępè. Similiter inuenitur:quod licet nobis p alios, & per nos,vt diſt.95.illud ſuperfluum.& econuerſo,qđ non licet nobis per nos,nec per alios.46.diſt. ſicut. 23. q.vlt.his à quibus.& conſequitur quis per aliũ qđ non poteſt. poteſt per ſe.ff.de ſta.ho.Imperator.& id per ſe, quod non per alium.C.de ijs qui ve. æta.imp.l.2.ff.de adopt. poſt mortem.§.neque 23. diſt. quorundam. & quādoque plus per ſe valet factum quàm per alium. de conſec.diſt.4.illud. Io.Sol.generale eſt, quod qs poteſt per ſe quod poteſt per alium,& econtra. ſed in caſibus ſpecialibus fallit quandoque ratione perſonæ, quæ prohibetur per ſe facere, ut in hoc cap. ſed per alium non prohibetur: [5] vel ratione rei: quia in cauſa criminali aliquis

1 Adde an & qñ poſſit mora purgari, uel non: no.Bar.in l. ſi inſulā. ff. de verb.obl. Bald. in l. ſi poſt treſff.ſi quis cau. gl. & Doc.in c. potuit.de loca.

2 Dic ꝙ ubi pſona à teſtatore deputata eſt: illa exequit. 12. q.2.de laicis in fi. Archi. Poteſt qs p aliũ qđ non poteſt p ſe.

3 An hoc ꝓcedat regulariter.

4 l. Labeo. ff. de vſuc. Dy. in regula.ꝙ alteri.lib. 6. bonus text. & ibi Bar.& Bal.in l.1.§. ne aũt. C.de ead.tol. 4.63.diſ. Hadrianus 2.

5 Hic vide qđ le.& no. de conſec.d. 4.quando 2.

¶ Fugiendus eſt clericus negociator. Cap. IX.

Negociatorem [a] clericum,& ex inope diuitē ex igno bili glorioſum,quaſi quandam peſtem fuge.

*Item Auguſtinus in libro quaſtionum veteris,& noui teſtamenti,c.127.*

¶ Clerico negociari non licèt. Cap. X.

Iuo p.6.c.89. Pann.l.7.c.26.

Fornicari omnibus ſemper non licèt [b] : negociari vero aliquando licèt, aliquando non licèt. Antequam enim eccleſiaſticus quis ſit, licèt ei negoriari: facto iam, non licet [c].

*Item Ioannes Chryſt. ſuper Matthaum, [ideſt Auctor operis imperfecti,hom.38.c.21.Matt.]*

¶ De eodem. PALEA. Cap. XI.

Paulo aliter.

Eiiciens Dominus vendentes,& emētes de templo, ſignificat it,quia homo mercator vix,aut nunquam pōt Deo placere. Et ideo nullus Chriſtianus debet eſſe mercator:aut ſi voluerit eſſe,proijciatur de eccleſia Dei; dicente propheta: [Quia nō cognoui negociationes;introibo in potentias Domini.] (Pſalm.70.) Quemadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos ambobus placere volēs, & ſe cōmendare, ſine maliloquio eſſe nō poteſt(neceſſe eſt enim,vt iſti malè loquatur de illo, & illi malè de iſto)ſic qui emit,& vendit,ſine mendacio,& periurio eſſe nō poteſt, *& paucis interiectis.* ¶ Sed eſt nec ſtabilis ſubſtantia eorum, neque ad bonum proficit, quod de malo congregatur. Quemadmodum enim ſi triticum, aut aliud † tale cernas in cribro; dum huc & illuc iactatur, grana omnia paulatim deorſum cadunt;& tamen in cribro nihil remanet, niſi ſtercus ſolum;ſic de ſubſtantia negociatorum nouiſſimè nil remanet niſi ſolum peccatum. Sed omnes homines videntur eſſe mercatores. Oſtendam ergo,quis non eſt negociator; vt qui talis non fuerit,eū intelligas eſſe negociatorem. Quicunque rem comparat, non,vt ipſam rē integram, & immutatam vendat; ſed vt materia ſibi ſit inde aliquid operandi; ille non eſt negociator. Qui autem comparat rem,vt illam ipſam integram, & immutatam dādo lucretur;ille eſt mercator,qui de templo Dei eijcitur. Vnde ſuper omnes mercatores plus maledictus eſt vſurarius. Ipſe namque rem datam a Deo vendit,non comparatam, vt mercator; & poſt fœnus rem ſuam repetit,tollens aliena cum ſuis;mercator autem non repetit rem venditam. Adhuc dicit aliquis.Qui agrum locat,vt agrariam recipiat,aut domum,vt penſiones recipiat,nonne eſt ſimilis ei,qui pecuniam dat ad vſuram?Abſit Primum quidem, quoniam pecunia non ad aliquem vſum diſpoſita eſt,niſi ad emendum.Secundo,quoniam agrum habens,arando accipit ex eo fructum, habens domum,vſum manſionis capit ex ea. Ideo qui locat agrum,vel domum ſuum vſum dare videtur,& pecuniā accipere, & quodammodo quaſi commutare videtur cum lucro lucrum: ex pecunia repoſita nullum vſum capis.Tertio ager,vel domus vtendo veteraſcit: Pecunia autem cum fuerit mutuata,nec minuitur,nec veteraſcit: [Et mēſas nummulariorum ſubuertit,] (Matth.21.) Pecunia ſpiritualiter homines intelliguntur,quia ſicut nummus habet,

charagma.

*† aliquam bladi ſpeciem.*

aliquis agit per ſe,& non per aliū, vt 5.q.3. In criminalib. B. ADDITIO. Circa hoc dicas, ꝙ quādo aliquis poteſt aliqd facere ſua auctoritate:tūc nō eſt vis ſiue per ſe,ſiue per alium faciat, niſi ſpecialiter prohibeatur: ſed vbi ſua auctoritate nō poteſt facere, ſed alterius: tunc locum habet, ꝙ non poteſt alteri committere, extra de off. deleg. quoniam apoſtolica, vbi Innoc.ſic no. Archid.

a Negociatorē.] Sed nunquid licèt clerico habere tabernam [1]? videtur quòd ſic. C. de epiſco.& cler.l.2. ſed dicimus, quod licèt lex concedat, canon tamen non permittit.15.q.3.cū autem. Vel dic, quòd poteſt habere tabernā propter neceſſariā,& honeſtam negotiationem.

Clericus tabernā habere poteſt.

1 Adde qd veniat appellatione tabernę nota. in leg. tabernę. ff.de verbo. ſign. & in l. qui tabernas ff.de cōtrah.

b Fornicari.[¶ Sēper non licet.] Ideſt, nunquam.32.q.4. nemo. Ar.cōtra 31.q.1. hac ratione, ſed licèt aliquādo licētia pęnę.ſed licentia culpæ nō, qa nō euadit culpam. diſt. 4.c.denique.2.

2 Dic ꝙ fornicatio nulli vnq̄ impunè conceditur. 27. q.1. nubendi. Archidia.

c ¶ Non licèt.] Arg. quod propter mutationem ſtatus, quod ipſi erat licitum, fit illicitū,& cōtra. arg. d.31. c.lex continentiæ.Argu.contra 12. q.1.non dicatis.

Neque

charagma Cęſaris, ſic homo Habet charagma Dei. Et quemadmodum ſolidus, qui non habet charagma Cæſaris, reprobus eſt; & ita & homo, qui non oſtendit in ſe imaginem Dei, reprobus æſtimatur. Vnde Eſaias dicebat ad Hieruſalem: [Pecunia tua reproba eſt; caupones tui miſcent vinum cum aqua, &c.] Ideo ergo menſas numulariorum euertit, ſignificans, quia in tẽplo Dei non debent eſſe nummi, niſi ſpirituales, ideſt, qui Dei imaginem non diaboli portant. Aut certè menſas nummulariorum, ſacerdotum dicit ſcripturas. Nouo enim teſtamento ſuccedente priori, euerſæ ſunt ſcripturæ illorum. *Eſa.1.*

¶ *Hæc Palea (quemadmodum, & ſequens) eſt in aliquot vetuſtis exemplaribus, in quibus Paleæ raro habentur. Eſt autem ſumpta ex auctore operis imperfecti (cuius multæ ſententiæ partim reijciendæ, partim in bonam partem interpretandæ ſunt.) & quidem multis locis de induſtria, quod ibi plenius hic, in ſummam redactum eſt, incolumi ferè ſententia, Quamobrem ea tantum mutata aut locupletata ſunt; quæ valdè conducere viſum eſt. Quod etiam in ſequenti capite eſt obſeruatum.*

*Item ex verbis Auguſtini: [hinc inde collectis, & in ſummam redactis ad Pſal. 70. verſic. Quoniam non cognoui.]*

¶ De eodem. PALEA. Cap. XII.

QVoniam non cognoui literaturã.] aliqui codices habent: [negotiationes;] in quo diuerſitas interpretum ſenſum oſtendit, non errorem inducit. Ergo ſi propterea iſte tota die laudem Dei dicit, quia non cognouit negotiationes; corrigant ſe Chriſtiani, non negotientur. Sed ait mihi negotiator: Affero ex longinquo merces; mercedem laboris mei, vnde viuam, peto: dignus eſt operarius mercede ſua. De mendacio, de periurio agitur, nõ de negotio. Ego enim mentior, non negotium. Poſſem enim dicere; tãto emi tanto vẽdam; ſi placet, eme. Quomodo ergo reuocas a negotiatione? omnes artifices mentiuntur, ſutores, agricolæ. Vis, vt optem carum tp̃s, vt poſſim vendere annonam, quam ſeruaui? Sed non hoc faciunt, inquis, agricolæ boni: nec illa negotiatores boni. Quid enim? Etiam & filios habere malum eſt; quia, quãdo eis caput dolet, malę & infideles matres ligaturas ſacrilegas, & incantationes quærunt? omnia iſta hominum, non rerũ peccata ſunt. Quære ergo epiſcope (dicit mihi negotiator) quomodo pſalmiſtam intelligas, & noli me prohibere à negotiatione; negotiatio enim me nõ facit malum, ſed iniquitas mea, & mendacium meum. Quæramus ergo negotiatores, qui prę ſumunt gloriari ex ſuis operibus; ſi ſunt cõtra illam gratiam, quam hic pſalmiſta cõmendat, vt nemo de ſuis operibus glorietur. Et ſicut cõtra medicos ſuperbos ſalutis pollicitatores vigilat, hoc, quod dictum eſt: tota die ſalutem tuam.] ſic contra negotiatores de operibus ſuis gloriantes vigilat, hoc quod dictum eſt. [os meum annunciabit iuſtitiam tuam.] Vnde, & Dominus expullit illos de templo volentes ſuam iuſtitiam ſtatuere, & ignorantes iuſtitiam Dei. Merito dictum negotium, quia negat otium, quod malũ eſt, neque quęrit veram quietem, quæ eſt Deus.

*Luc.10.* *Pſal.17.* † *iuſtitiam tuam*] *ideſt non meam, &c.* Aug. *Pſal.70.*

*Item Caſſiodorus in eundem Pſal. 70 in eundem verſiculum.*

¶ De eodem. Cap. XIII.

QVid eſt aliud negotium †, niſi quæ poſſint vilius cõparari, carius velle diſtrahere? *& infra.* Negotiatores ergo illi abominabiles exiſtimãtur, qui iuſtitiam Dei minimè conſiderantes per immoderatum pecuniæ ambitum polluuntur, merces ſuas plus periurijs onerando, quàm pretijs. Tales eiecit Dominus de templo dicens; Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.

† *al. negotiari.* *Io.2.*

*Item Cyprianus ad clerum, & plebem Furnitanorum, lib.1 epiſt. 9.*

Nomine

NEque.]Hæc eſt 2.pars diſt.& eſt pars illius 21. q.3. Cyprianus.

CASVS.Statutum fuit in concil. Chalcedon.ſup.86.diſt. in cap. peruenit,vt nullus laicus clericum in teſtamento ad tutelam nominaret: contra quam conſtitutionem Victor mittuntur,ſed pluribus:ſic epiſcopus in eccleſiaſticis officijs obſeruabit, ſingula officia ſingulis cōmittendo:ita tamen,quod adminiſtrationem rerum eccleſiæ laicis nō committat. Et habet hæc diſtinct.quatuor articulos.

b ¶ Domui.] Hoc c.tractauit magiſter.ſu.47.diſt.§.neceſſe.Sed aliter hic,& aliter ibi.4.ibi.n.exposuit domui,ideſt, familiæ ſuæ:hic aliter, domui ſuæ, ideſt, eccleſiæ ſuæ, & illud eſt quaſi pparatorium ad iſtud vt in hoc §.īnuit G. Oſtēdit ergo in hac diſt.89.qualiter,prꝑlatus eccleſiaſtica beneficia debeat diſpēſare:quia plura non debet committere 5. vni: & quod non debet laicos œconomos cōſtituere in eccleſia,vel vicedominos 6, & ꝙ eccleſiaſtica officia propinquis nō cōcedat.La. inf.ead.decenter.

4 Qualiter ī ſtatutis, & qualiter in legib. capiatur hoc nomē, domus uide p Bart. in l.lex Cornelia.§.domū, ff. de iniur. & l. qui domū, & l. nec Labeo. ff. de adult.
5 Vt inf.c.1.
6 Vt inf. ca. quia & cap. ſeq.

¶ Nomine ſacerdotis careat,qui Dei miniſtros à ſuis auocat officijs. Cap. XIIII.

Iuo p.6.c. 393.

2 NEque apud altare Dei [a] meretur nominari in ſacerdotum prece,qui ab altari ſacerdotes,& miniſtros voluit auocare.Et ideo Victor,cum contra formam nuper in concilio a ſacerdotibus datam Geminium Fauſtinum presbyterum auſus ſit tutorem conſtituere; non eſt, quòd pro dormitione eius apud vos fiat oblatio; aut deprecatio aliqua nomine eius in eccleſia frequentetur: vt ſacerdotum decretum religioſè, & neceſſarie factum ſeruetur à nobis.

## DISTINCTIO LXXXIX.

1 Tit. 3.

1 Ys DOmui [b] *quoque ſuæ oportet epiſcopum bene eſſe præpoſitum, vt quædam inde quodam modo futuræ diſpenſationis argumenta ſumantur. In diſpenſatione verò eccleſiæ hanc regulam obſeruandam nouerit, vt nulli quantumlibet exercitatæ perſonæ duo ſimul officia committat: neque ſæcularibus viris res eccleſiaſticas gubernandas committat.*

*Vnde Gregorius ſcribit omnibus epiſcopis.*

Poly.l.4.tit.23.
Anſ.l.7.c. 108.
Iuo p.6.c. 344.

¶Vni perſonæ duo non committantur officia. C. I.

SIngula [c] eccleſiaſtici [d] iuris officia ſingulis [e] quibuſq; perſonis ſingulatim committi iubemus. Sicut enim

SIngula.] CASVS. Epi plura officia vni committebant perſonæ: ſed docet Greg.hoc nō eſſe faciendum.Nam ſicut in humano corpore ſingula mēbra ſuū habent officium:ita in eccleſia Dei(ſecūdū Pauli ſententiā) ſinguli ſingula' debent habere officia: nec vni pſonæ q̄tūcumque exercitatæ uno tempore ſunt plura officia committenda: & ſicut uarietas membrorum per officia diuerſa prꝑſtat corpori fortitudinem, & uenuſtatem, ſic perſonarum uarietas per ſingula officia diſtributa eccleſiæ prꝑſtat fortitudinem,& uenuſtatem: alioquin eſſet ibi confuſio.

Victor, cum moriebatur, presbyterum Geminium Fauſtinum in teſtamento ſuo,fecit tutorem: & ideo præcepit Cyprianus, vt pro eo nullæ orationes in eccleſia fiant,nec oblationes recipiantur.

a ¶ Dei. Et nonne accuſatur iſte poſt mortem, contra id.23.diſt.quorundam.C.ſi reus.vel accu. mor. ſue.l.1. & 2.Sol.dicunt quidā,ꝙ accuſari poteſt, quis poſt mortem per inſtrumentum,ſicut hic:quia apparebat per inſtrumentum, ideſt, per teſtamentum eum deceſſiſſe in mortali peccato.Sed H. dicit,ꝙ iſte non accuſatur: quia notorium erat eum impœnitentem deceſſiſſe 2.alias nō poſſet accuſari poſt mortem niſi de hæreſi. 23.quæſt.2. ſanè,& in illo caſu.Item & in alijs ſm quoſdam, ut 24. q.2.in ſumma.C.ad legem iul.ma.l. ult. Sed nonne dēt præſumi pro iſto:quia etiā in ultimo inſtanti potuit pꝑnitere,ut 26.q.6.qui recedunt,&c. cognouimus? Argu. contra.de pœn.d. 1.c.agite. Dicit ergo H.ꝙ cum mortaliter peccauerit, nec pœnituerit, non debet pro eo orari.13.q.ul.c.ul. & punitur hic in quo deliquit. 12.q.2. de uiro. uel hoc intelligas quo ad ſepulturam tantum extra de tornea.c.1.Io. Credo 3. hoc ad terrorem inſtitutum:nec modo locum habere. Quod ultimo dicitur, ſeruatur,de facto 86.diſt.c.ult. B.

Accuſari poteſt qs poſt mortem.
1 Adde quod regulariter non pōt. l.1. 2. & 3. C.ſi re.uel accuſ.
2 Fecerat. n. cōtra. id, qđ in concilio continet: & ita notoriū erat eum impenitentem deceſſiſſe, & ideo non fit pro eo oblatio in altari 13.q. 2. pro obeuntib. Arch.
3 Idem no. hic Lau. & idem credit Arch.

DOmui quoque ſuæ.] Hæc diſt.diuiditur in tres partes:in quarū prima dicitur, ꝙ uni perſonæ non debent committi duæ dignitates,uel officia. Secunda ibi. [Volumus.] Tertia ibi. Propinquis.]Ioan.de Fan.

CASVS. In hac 89.diſt.repetit illud ca. apoſtolicæ regulæ. Oportet ordinandum domui ſuæ eſſe bene præpoſitum.Et oſtendit ꝙ in hoc debet eſſe prouidus, ut ſicut in domo ſæculari diuerſa officia uni perſonæ non com-

c ¶ Singula.] Nota, ꝙ difficile eſt,ut unus uicem duorū obtineat 7.ff.de pact.ſi plures.C.de aſſeſſo.nemo.extra de teſt.ad hæc. C.de teſta. conſulta. ubi dr̄, ꝙ abſurdum eſt, ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia. Arg.contra inf.21.q. 1.ca.ult.& ff.quod cuiuſq;uniuer. ſicut.§.ult.Similiter lex dicit, quod non poteſt,quis per plures ciuitates plures habere poteſtarias. ff. ad munic. libertus.§.prꝑſcriptio.Solu. regulare eſt,quòd una perſona non ſuppleat uicem plurium 8. niſi in cauſa neceſſitatis,ut idem ſit carnalis, & ſpiritualis pater 9. 30. q.1.ad limina.Vel prꝑlatus in diuerſis eccleſijs. 10.q.3. unio. uel idem ſit eligens, & confirmans, extra de elec. cum inter.uel ut ipſemet tradat ſibi poſſeſſionem ff. de contrah.empt.fiſtulas. §.fundum. uel niſi cauſa utilitatis,ut cum duæ eccleſiæ uni committantur. 16. q. 1. & temporis,uel ut idem ſeruus uicem pluriū dominorum ſuſtineat.ff.de ſtipul.ſer.l.1.§.communis, uel, ut apud ſemetipſum aliquis emancipetur, uel adoptetur. ff. de adop.ſi conſul. Lau.

ADDITIO. Vbi de hoc, & extra de.proba. ex literis.ibi uideas.

d ¶ Eccleſiaſtici.] Non ordinum, ſed dignitatum,unus enim bene habet omnes ordines: licet ab uno tantum denominetur.

e ¶ Singulis.] Infra 21.quæſt.1.c.ult.contra.Sed illud ex ſpeciali priuilegio, hoc ex generali iure. 16. q. 1. hinc. Laur.

7 Ad hoc 2. qō.1.§. ſed ſciendum in fin. & ſimul ti.16. qō.1. pſbyteros. Vnus uicem plurium ſupplere nō poteſt.
8 Concor. tex.l. ſi plures. cum con cor.ibi addi. ff. de pac.
9 Ad hoc ff. de auct. tu.l. accipientis argu. ff. de ma. uin. ſi cogatur §. ult.licet uideatur. contra.ff. de off. conſul. l. 1. §. ſi. ſm Io. de Fant.

a ¶ Committendum eſt.] Alius habebit Archidiaconatum: alius autem archipresbyteratum: & ſic de alijs. 1 arg. infra 13. q. 1. c. 1. & 2. Laur.

1 Ad hoc plene facit qđ no. extra de conceſ. præbē. literas.

b ¶ Quantumlibet.] Arg. non eſſe derogandum iuri generali propter perſonæ prærogatiuam, ſupra diſtin. 61. miramur, ſupra diſt. 78. ſi quis Laur.

ADDITIO. Sed tamen propter perſonæ vtilitatem bene receditur. 1. q. ſi. tali. 15. q. vl. c. 1. Io. de Faut.

c ¶ Oculus.] id eſt, ſi omne officium attribuitur ei, qui dicitur in eccleſia oculus, vbi erit auditus, i. auris: i. officiū qđ ei attribuitur, qui dicitur in eccleſia auris? Per oculū intelligūtur maiores in eccleſia. q ſibi, & alijs ꝓuidēt. Per aurem in eccleſia diſcreti intelligunt & ſciētes. Vel referas hoc ad illud, qđ dixit, ꝙ diuerſitas officiorum ſit in eccleſia alias nō obſtare: qa ſi totū, &c. quaſi dicat, ſi omnes in eccleſia eſſent vnius officij, quō impleretur corpus eccleſiæ, cum diuerſis opus eſt?

Oculus, & auris quos in eccleſia ſignificant.

d ¶ Et pulchritudinē.] Singula quæq; locum teneant ſortita decenter. Laur.

VOlumus.] Hæc eſt ſecūda pars d. i qua ꝓbat, ꝑ quatuor c. ꝙ ī qualibet eccleſia debet eſſe œconom⁹. Io. de Fā.

CASVS. Paſchaſius epiſcopus nec vicedñm, nec maiorem domus in ſua eccleſia ordinabat, q cauſis intereſſet, & hoſpitibus prouideret. Quare Gregorius ꝑcipit Anthemio ſubdiacono, vt moneat Paſchaſiū quatenus vicedominū, & maiorē domus in ſua eccleſia ordinet. Si verò hoc negligat, clerus eccleſiæ eligat aliquos, quorū perſonæ ad hoc valent ordinari.

in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita in eccleſię corpore ſecundum veridicam Pauli ſententiam, in vno eodemque ſpiritu alij conferendum eſt hoc officium, alij committendum eſt [a] illud: neque vni, quantumlibet [b] exercitatæ perſonæ, vno tempore duarum rerum officia cōmittēda ſunt: quia ſi totum corpus eſt oculus[c], vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuerſa officia, & robur corporis ſeruat, & pulchritudinem [d] repræſentat; ita varietas perſonarū per diuerſa nihilominus officia diſtributa & fortitudinem, & venuſtatem ſanctæ Dei eccleſiæ manifeſtat. Et ſicut indecorum eſt, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio; ita nimirum noxium, ſimulque turpiſſimum, ſi ſingula rerū miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa.   *Rom. 12.*

α ¶ Gregorius.] *Caput hoc a collectorib. ita citatur, quaſi ſint verba alicuius epiſtolæ B. Gregorij. Verum a Ioanne diacono lib. 2. vitæ eiuſdem ſancti Pontificis, nu. 54. ſic referuntur.* Singula eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſq; perſonis ſingulatim committi debere dicebat; aſſerens, quia ſicut in vno, &c. *ex eo autem nonnulla ſunt emendata.*

*Item Gregorius Anthemio ſubdiacono, lib. 9. epiſ. 66.*

¶ Quilibet epiſcopus vicedominum, & œconomum habeat. Cap. II.

2 VOlumus, vt frater noſter Paſchaſio, & vicedominum [e] ſibi ordinet, & maiorem [f] domus: quatenus poſſit, vel hoſpitib. [g] superuenientibus, vel cauſis, quæ eueniunt, idoneus, & paratus exiſtere. Si verò, & negligētem eum proſpicis, & ea, quæ diximus, implere differentem; omnis clerus [h] eius adhiberi debet; vt communi cōſilio ipſi eligant, quorum perſonæ ad ea, quę prędiximus valeant ordinari.   Poly. lib. 4. tit. 22. Anſ. l. 6. c. 145.

*Hinc α colligi poteſt archidiaconi electionem a cūcto clero, ſi epiſcopus negligens, vel differens fuerit, canonice fieri poſſe. Officium vicedomini eſt epiſcopatum † diſponere.*   † *epiſcopum.*

*Vnde Gregorius Clementinæ patriciæ, lib. 1. epiſtol. 11. poſt alia.*

α ¶ Hinc.] *Verba hæc vſque ad verſ.* officium, *abſunt a pleriſq; vetuſtis exemplaribus.*

¶ Quid ſit officium vicedomini. Cap. III.

DIaconum verò Anatolium, quē ad nos dirigi popoſciſtis, hoc nos facere nō poſſe, cauſæ magis modus   Anſ. l. 7. c. 77.

e ¶ Et vicedominū.] Exponit H. i. œconomum rerum epiſcopalium, qui rebus epiſcopalibus, & hoſpitib. ſuperuenientib. ꝓuideat.

f ¶ Et maiorem.] id eſt, œconomum rerum canonicorum, & iſte intellectus habetur ex rubrica quadam. Vel maioratus eſt quædam dignitas quæ eſt in quibuſdam eccleſijs: vt Vercellis in eccleſia S. Mariæ.

Maioratus dignitas eſt in quibuſdā eccleſijs.

g ¶ Vel hoſpitibus.] Quia epiſcopus non poteſt in propria perſona tractare talia negotia. 5. q. 3. quia epiſcopus. & referas, quod dicitur de hoſpitibus, ad vicedominum.

h ¶ Clerus.] Arg. ꝙ ſi prælatus non vult, vel negligit facere ea, quæ debet, debent ſuppleri ꝑ ſubditos: & econuerſo, arg. inf. 9. q. 3. cum ſimus, & videtur ꝙ in talibus non ſit neceſſaria admonitio. 2 vt extra de ſup. ne præ. c. licet, extra de conceſ. præb. eccle. non va. quia in ſi.

Negligentia prælati ſuppletur per ſubditos.

OFFICIVM. CASVS. Hic eſt ſecundus articulus: in quo docetur, ꝙ officium vicedñi eſt epāatum diſponere.

DIaconum.] CASVS. Clementina patricia poſtulauit a Grego. Anatolium diaconū: ſed quia fecerat eum.

2 Argu. ad hoc ext. de accu. ſicut, & de foro competet ex tranſmiſſa. nam epſ ei eſt ꝓ admonitione C. de iure emaphy. l. 2. extra de locato, potuit. Archid.

cum vicedominum, Vt gubernaret tres epiſcopatus, nō potuit eum ſibi concedere: & magis propter hanc cauſam, quam propter aliquam aliam duritiam eum ſibi non conceſſit.

Vicedominus.

a ¶ Vicedominum.] Ex hoc cap. patet, ꝙ vice dominus eſt,

b ¶ Epiſcopos.] Vel etiam alios prælatos quilibet enim prælatus debet œconomum conſtituere. C. de epiſcopis & clericis. omnes. §. hoc nihilo minus arg. 9. qō. 3. cū ſimus. extra de offic. ordi. cum vos. De officio œconomi, ſyndici, actoris, not. 16. q. 7. quoniã. Arg. ꝙ epiſcopum poſſet corrigere œconomus res eccleſiæ diſpenſantem, ſicut & archidiaconus.[1] argu. diſt. 74. honoratus.

Eps œconomus corrigere poteſt.

1 Immo & patronus: & quilibet alius ſubditus. 16. q. 7. filius. argu. ſm Hu.

quàm rigoris auſteritas facit. Vicedominum [a] enim eum conſtituimus, cuius arbitrio epiſcopum commiſimus diſponendum.

*Item ex concilio chalcedonenſi, c. 26.*

¶ De eodem. C. IIII.

16. q. 7. quoniam in quibuſdam. Anſ. l. 6. c. 143. Poly. l. 4. tit. 22. Deuſdedit p. 4.

QVia in quibuſdam eccleſijs, ſicut ad nos peruenit, ſine œconomo epiſcopi res eccleſiaſticas tractant: placuit omnes eccleſias habentes epiſcopos, [b] etiam œconomum habere de proprio clero, qui gubernet eccleſiæ res cum arbitrio ſui epiſcopi, vt non ſine teſtimonia [c] ſit gubernatio ipſarum rerum eccleſiaſticarū, ex hoc eueniat res eiuſdem eccleſiæ diſpergi, & ſacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si uero quis hoc non obſeruauerit, diuinis ſubiaceat regulis.

*¶ Hic idem canon refertur infra 16. q. 7. c. quoniam in quibuſdam, ex uerſione Dionyſii. Hic enim eſt ex priſca, quæ extat in collectione Iſidori.*

*Item Gregorius Ianuario Carolitano epiſcopo, lib. 7. epiſt. 66.*

Sæcularibus viris res eccleſiaſticæ non committantur. C. V.

Anſ. l. 6. c. 146. † committentes.] orig.

INdicatum eſt nobis, quòd laici quibuſdam curam veſtri patrimonij commiſeritis, † qui poſtmodum in ruſticorum veſtrorum deprædationib. atque fatigationibus fuerint deprehenſi; & reddere res, quas indecenter retinēt habitas, quaſi ſuę ditionis, quippe veſtrę nō ſuppoſiti curationi, poſtponant, vobiſque deſpiciant actuū ſuorum reddere rationem. Quod ſi ita eſt, diſtricte à vobis diſcuti cōuenit, atq; inter eos, [d] eccleſiæque veſtræ ruſticos cauſā examinare ſubtilius. Et q̃dquid in eis fuerit fraudis inuētum, cum pœna [e] legibus ſtatuta reddere compellãtur. De cætero vero cauendum à fraternitate veſtra eſt, ne ſæcularibus viris, atque non ſub regula noſtra de gētibus, res eccleſiaſticæ committantur; ſed probatis de veſtro officio clericis. In quibus, ſi quid reperiri

eſt, qui habet poteſtatem ſuper res ipſius epiſcopatus. œconomus, qui ſuper res canonicorum: cui ſcilicet res eccleſiaſtica gubernanda mandatur. C. de ſacroſanct. eccle. iubemus. in Princip. Et ſicut epiſcopus diſpenſat res epiſcopales ſub teſtimonio vicedomini: ſic canonici res eccleſiaſticas ſub teſtimonio œconomi: & econuerſo. vt 16. q. 7. quoniã. & 12. q. 1. manifeſta. Iſte œconomus in quibuſdam eccleſijs appellatur præpoſitus.

QVia in quibuſdam.] CASVS. Dictum fuit in concilio Chalcedonen. ꝙ quidam ſine œconomis eccleſia gubernabant. præcepit ergo concilium, ut vnuſquiſque epiſcopus habeat œconomum de proprio clero qui arbitrio epiſcopi res eccleſiæ gubernet, ne propter abſentiam œconomi res eccleſiæ diſpergãtur, & epiſcopo infamia generetur; & qui contra hoc fecerit, diuinis regulis ſubiacebit.

c ¶ Teſtimonio.] epiſcopo enim ꝑhibent teſtimonium œconomi ſuæ adminiſtrationis: ſed cubicularij ſui perhibent teſtimonium ſuæ conuerſationis, vt 2. q. 7. cum paſtoris Io.

INdicatū eſt. CASVS. Ioan. epiſcopus Carolitanus cōmiſerat curā epiſcopatus in tēporalibus quibuſdā laici, qui ruſticos eccleſiæ ſuis bonis expoliauerūt: d quo ruſtici fuerūt Papæ cōqueſti. ꝑcipit ergo Papa Ioanni epiſcopo. vt rei veritatē inquirat: & ſi laici inueniãt in culpa cum pœna legali compellantur reddere vniuerſa, & de cætero non committat curā epiſcopatus laicis ſed clericis quos corrigere poſſit.

d ¶ Inter eos.] Sed nōne iſti erãt laici? ergo debēt cōueniri ſub ſęculari iudice, vt 11. q. 1. experiētia? Sed ideo cōueniuntur coram eccleſiaſtico,[2] q̃a rapuerunt bona eccleſię, vt ext. de foro compe. c. cū ſit generale. & eſt hoc cōtra rectores ciuitatū qui compellūt ruſticos eccleſiarum ſubire reſpōdere. 2 Alij dicūt ſeruos & libertos eccleſiæ ſeq. ſorū dominę id eſt, eccleſiæ, vt dixi 11. q. 1. c. 2. ruſticos autem non, ſed ſæculares: niſi eccleſia ab Imperatore conſecuta eſſet iuriſdictionem ſuper eos. argu. 63. diſt. c. ego. extra de app. ſi duobus verius dr̃ hic laicos iſtos conueniri in foro eccleſiæ ratione prædicta, & quia adhuc erãt in adminiſtratione, vnde ratione adminiſtrationis. ruſtici cōueniri poterant ſub epiſcopo. argu. 2. q. 6. c. ei qui. §. nulli quoq. poſt depoſitam adminiſtrationem non, niſi forte in breui, vel niſi fugerēt. in authē. vt iu. ſine quo quo ſuf. §. quis autem. & §. neceſſitatem. Alij dicunt, quòd iſte epiſcopus repr. henſus fuerat: quia œconomum fecerat aliquem de iſtis laicis, qui tãtum clericus eſſe debet: alias bene poſſet eis committere curam ruſticorum & aliorum bonorum ep̃atus. 77. diſt. c. 2. in fi.

Laici coram iudice eccleſiaſtico poſſunt quandoque conueniri.

2 Dicit hic Hug. & in hoc punctu ptãs Bono. voluit obtinere contra nō ep̃m. ſed non potuit. de hoc not. 16. q. 1. cap. gñaliter. §. nouarum. in ver. iuxta. Archi.

Concuſſionis pœna.

e ¶ Cum pœna.] Iſti committebant crimen concuſſionis: cuius pœna quadruplum eſt, vt 18. diſt. quoniam.

& hoc cum ciuiliter agitur. cum vero criminaliter punitur pro arbitrio iudicis, vt 1. q. 1. concuſſionis. & ſic eccleſia ſuum quandoque poteſt cum augmento repetere, ut 12. q. 2. c. in legibus. l. ſed argum. contra. ead. q. fraternitas.

per eos 1. q. 3. peruenit. & 10. q. 2. epiſcopus.

1 Si malum miſit imputatur, vt leg. & not. 3. q. 7. in grauib. in princ. De hoc ẽt no. in c. conſueuit ff. nau. caup. ſtab. l. fin. §. ſi ruorũ, Archid.

nuncio, eius eſt iam periculo cuius eſt nuncius, ſi nuncio rem dari voluit ſecus ſi miſit nuncium 1. vt eum admoneret, quod ei res mitteretur, & hæc colliguntur. ff. com. cum qui rem. §. ſi rem. & legibus duabus ſequentibus, & eſt arg. ff. de ſolu. ſi quis, & l. ſi ſoluturus. extra de pig. ſignificante.

c ¶ Duplici.] A clericis. ſ. & laicis, vel quo ad obedientiam in ſpiritualibus, & ſubminiſtrationem in temporalibus. Vel duplici. i. officio prædicãdi & ſumendi tympanum, ideſt, temporalia: iuxta illud. Sumite pſalmum, &c.

f ¶ Bene-

OLim.] CASVS. Nũc repetit Gratianus de dignitate presbyterorũ. Eſt ergo caſus. Infra oſtendit Hiero. in hoc ca. ꝙ olim idẽ erat presbyter qđ epiſcopus, & eccleſiæ regebantur communi eorũ conſilio. Poſtea vero cum ſchiſma ortum eſſet, & vnus diceret, ego ſum Pauli; ego ſum Cephæ, ego ſum Apollo: quaſi ſum melior te, quia ſũ baptizatus a meliori: ideo ſtatutum fuit, quòd vnus de presbyteris præeſſet omnibus ſicut ergo cõſuetudine, presbyteri epiſcopis ſubijciuntur, ita epiſcopi ſciãt ſe magis cõſuetudine quàm conſtitutione aliqua ꝓferri: nec ſine presbyterorum conſenſu diſponant eccleſias.

a ¶ Pauli.] ideſt, baptizatus baptiſmo Pauli 2.

2 Sub. & iõ sũ melior. Hæc dicebãt quidam credentes meritã baptizãtiũ aliquid operari in baptiſmo. ꝙ falſum eſt. de conſec. d. 4. ſi inter. & cap. baptiſmus. H.

b ¶ Tollerentur.] Et dicit lex. ꝙ cõmodiꝰ eſt ſingulas res ſingulis nominibus ſiue appellationibus diſtingui. inſ. q. mo. teſt. l fi. §. ſed qa diſtinctio nominũ differentiam rerum declarat, vt 21. d. cleros. ſic C. de codi. nec codicillos.

*Item Hieronymus ad caput primum epiſtolæ ad Titum, ad ea verba: [& conſtituas.]*

¶ Presbyter idem eſt qui epiſcopus, ac ſola conſuetudine præſunt epiſcopi presbyteris. Cap. V.

Anſ. l. 7. c. 127.
Poly. l. 2. tit. 39.
† *Idem ergo eſt presbyter.*] orig.
*1. Cor. 1.*

OLim † idem erat presbyter, qui & epiſcopus. Et antequã diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis: [Ego ſum Pauli [a], ego Apollo, ego autem Cephæ.] communi presbyterorum conſilio eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam verò vnuſquiſq; eos, quos baptizauerat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti; in toto orbe decretum eſt, vt vnus de presbyteris electus ſuperponeretur † cæteris ad quẽ omnis eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur [b]. *paulo poſt*. ¶ Sicut ergo presbyteri ſciunt ſe ex eccleſię conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubiectos; ita epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine [c], quam diſpenſationis † Dominicæ veritate presbyteris eſſe maiores, & in commune debere eccleſiam regere.

† *ſupponeretur.*] or.

† *diſpoſitionis.*] orig.

*Idem ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum de ſeptẽ gradibus eccleſiæ.*

Inter opera Hiero. tom. 4. vel 9.
† *al. non licet.*
Anſ. l. 7. c. 128.

¶ Coram epiſcopis, presbyteris docere licet, †. Cap. VI.

ECce [a] ego dico, præſentibus epiſcopis ſuis, atq; adſtantibus in altari presbyteros poſſe ſacramenta cõficere. *& infra*. ¶ Sed quia [d] ſcriptum eſt: [Presbyteri duplici [e] honore honorentur, maximè qui laborant in verbo Domini.] Prædicare eos decet, vtile eſt benedicere [f], congruum confirmare [g], conuenit reddere communionem; neceſſe eſt viſitare infirmos, orare pro inualidis, atque omnia [h] Dei ſacramenta complere, *& infra*.

1. *Tim.* 5.

Presbyter ſimplex, an poſſit benedicere epõ præſente.

c ¶ Cõſuetudine.] Nihilominus ex inſtitutione, vt ſupra d. 93. legimus, & ita exaudi quod ſequitur, magis cõſuetudine communi: argum. extra de his quæ fi. a præla. nouit.

ECce ego.] CASVS. Ruſticus Narbonen. epiſcop. non permittebat presbyteros prædicare, nec populum benedicere reprehendit ergo Hieronym. ipſum dicẽs ꝙ presbyteri prædicare poſſunt. & benedicere. Et hoc probat 4. rationibus: Prima eſt, quia presbyteri debent honorari duplici honore, ideſt, officio & beneficio. Secunda eſt, quia conceſſum eſt eis cõficere corpus Chriſt: cui nihil poteſt anteponi. multo fortius eis concedi debẽt quæ ſunt minora. Tertia eſt: quia ex hoc maxima calamitas creſcit in gregibus Domini. ſ. ſi ſacerdotes remoueantur tãquam vitioſi. Quarta eſt, quia ab initio presbyteri fuerunt mandati iudices. & etiam appellati ſunt epiſcopi. Quod probat 4. auctoritatibus. Prima eſt circa principium. Secunda ibi. [Etenim ab euntibus.] Tertia ibi. [Quis igitur hic rogo.] Quarta ibi, [presbypteri negociorum.]

d ¶ Sed quia.] Ita continua. Dico ꝙ præſentibus epĩs poſſunt conficere: quia non ſolum hæc, ſed alia poſſunt facere. Ex vi literæ, & etiam probationis videtur, ꝙ epiſcopi non prohibent presbyteros Miſſam cantare, ſed benedicere, & prædicare, & cætera quæ ſequuntur.

f ¶ Benedicere.] Cum epiſcopus abeſt. Sed hæc ſol. non valet, quia hic loquitur cum præſens eſt epſcopus. Vel intelligas iſtud, quãdo benedicit priuatim ſine ſolemnitate 3. alias contra 21. diſt. denique. item cõtra. 27. q. 6. miniſtrare. Sed & illud ſimiliter intelligitur de ſolẽni benedictione. Vel dic quòd quãdo cantat Miſſam præſente epiſcopo, debet innuere epiſcopo, vt ipſe benedicat, & ſi vult epiſcopus benedicere, non benedicet presbyter. argu. de conſecra. diſt. 1. cum ad celebrandas. aliter presbyter ſuo iure poteſt benedicere. nam eo ipſo quod ei dat poteſtatem benedicendi, ſupponitur ei tanquam minor: & poteſt ab eo benedici: arg. ff. de iuriſdi. omn. iud. l. eſt receptum, ff. ad Trebell. ille a quo, §. tempeſtiuum. Hug. Vel dic, quòd eo ipſo, quòd permittit ei Miſſam celebrare, per conſequens omnia quæ ſine Miſſa eſſe non poſſunt, vt extra de offic. delega. præterea.

3 Sed nec tales benedictiones licèt ꝑsbyteris dare in pñtia epõrum ſine licẽtia eorũ, vt in ca. hic alle. 21. diſt. denique ſecundũ Hug.

g ¶ Confirmare.] In fide. 11. quæſtio. 3. quòd prædeceſſor. vel inungere oleo infirmorum, vel chriſmate in vertice.

ADDITIO. Prima expoſitio præualet ſecundum Hug. & hoc patet per id Hieron. quod ſequitur, exhortentur. Archid.

4 Adde pro cõcordia huius gl. an & qñ verbum gñaliter prolatũ reſtringatur. glo. in l. 1. vnuſquiſque, Cod. de ſac. ſan. ecc. Bar. I l. 1. §. hoc autẽ. ff. de no. oper. nunc.

h ¶ Omnia.] Quæ ad eos pertinent. arg. vocabulum generaliter prolatum non omnia particularia cõprehendere. arg. contra 28. d. de Syracuſanæ 4.

a ¶ Bene-

a ¶ Benedicere.] Ideſt, abſoluere, uel priuatim reconcilia ri, non ſolemniter, ut 26. q. 6. c. 1.

b ¶ Non debet.] Argu. cui licet plus, licet, & minus, ut 16. q. 2. cap. 1. Sed maius tripliciter dicitur, efficacia, ut baptiſmus, ut 32. di. §. verũ. ſ. qa mortalia tollit & uenialia propter rẽ ſubiectã, & ſanctitatẽ, ut corpus Chriſti, ut hic auctoritate miniſtrãtiũ, ut q̃ ad e̅p̃os ſolos ptinẽt, ut inf. de cõſ. d. 5. manus. & quarto modo pp ſignificationem, ut matrimoniũ, quod ſignificat Chriſti, & eccleſiæ coniunctionẽ. extra de biga. debitum. quinto pp multitudinẽ cõuerſorũ 1. q. 1. iterrogo.

b ¶ Non

¶ Nemo hinc epiſcoporum inuidia diabolicę tentationis inflatus iraſcatur in templo, ſi presbyteri interdũ exhortentur plebẽ, ſi in eccleſijs prædicent, ſi plebibus, vt ſcriptum eſt, benedicant. Etenim abnuenti mihi iſta ſic dicam: qui nõ vult presbyteros facere, quæ iubẽtur a Deo; dicat quis maior eſt Chriſto? aut quid corporis eius, aut ſanguini poterit anteponi? Si presbyter Chriſtum conſecrat, cum in altario Dei ſacramenta benedicit, benedicere [a] populo non debet [b] qui Chriſtum etiam meruit conſecrare? *& paulo poſt*. ¶ Circa laicos, β ac mulieres iubẽtibus vobis, ò iniuſtiſſimi ſacerdotes, presbyter Dei, benedictionis perdit officium, amittit linguæ opus, non habet confidentiam prædicãdi, truncatus eſt omni parte virtutum, ſolum presbyteri nomẽ [c] habet, plenitudinem, ac perfectionem, quæ conſecrationi eius competit, non retentat. ¶ Quis hic, rogo, ò ſacerdotes, honor veſter eſt, vt damnum gibbi † inferatis [d]? Quoniam cum paſtoribus per potentiam veſtram aufertur Deo digna diligentia, contagium quoddam, & calamitas creſcit in gregibus; ac Dominici patrimonij [e] damna conquiritis, dum ſoli vultis in eccleſia potentari, *& paucis interiectis*.

¶ Presbyteri ab initio, vt legimus, negociorum [f] iudices eſſe mandati ſunt, presbyteri intereſſe ſacerdotum [g] cõcilio †: quoniam & ipſi presbyteri, vt legimus, epiſcopi nũcupantur, ſecundum, quod ſcriptum eſt ad epiſcopum δ: [Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum presbyterij & alibi ad maiores natu: [Qui vos poſuit epiſcopos regere eccleſiã Dei. *& infra*. ¶ Sed oderũt hoc ſacerdotes ſuperbi, in presbyteris nomẽ, qui nolunt eſſe hoc, quod Chriſtus, qui diſcipulorum pedes lauit, qui baptizatus eſt a Ioanne, licet baptizandum ſe Ioannes a Domino proclamaret. Propterea hæc ſcribo, vt ſi præteriti temporis error [h] non poteſt iam reuocari, vel ad præſens [i] in eccleſijs ſeruetur humilitas, vt presbyteri hoc in eccleſijs ſuis faciant, quod Romæ [k], ſiue quod in Oriente, quod in Italia, quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illyrico, quod in Hiſpania, quod in Britannia, quod etiam ex parte per Gallias, quod in omnib. locis, vbi humilitas perſeuerat. quod in cœlis fit (quod maius eſt) vbi ſedes angelorum † legis eſſe diſpoſitas.

† *gregibus.*] vera lectio.

*2. Tim. 3.*

† *conſilia.*] orig.

*1. Tim. 4.*

*Act. 20.*

*Ioan. 13.*
*Matth. 3.*

† *eorum.*

α ¶ Ecce ego.] *Principium huius capitis longe aliter legitur in libello de ſeptem gradibus, & additur negatio,* Nec ego dico præſentibus epiſcopis, atque adſtantibus altari, presbyteros poſſe ſacramenta conficere: ſed ſi forte vſus exegerit, vt venientes ad eccleſiam ſacerdotes eiſdem horis, quibus aut oblatio parata non ſit, aut nõ poſſit offerri, non debere epiſcopum repudiare Euchariſtiam presbyterorum, &c.

β ¶ Circa laicos. *In libello ſic legitur.* tamẽ credẽdũ eſt ſũmi ſacerdotis iudicio, & hoc faciendũ, quod iuſſerit, circa laicos, & mulieres. Iubẽtibus vobis iniuſtiſſime ſacerdotibus, non recte presbyter Dei, benedictionis, &c.

c ¶ Nomen.] Arg. C. de cura. fur. cũ alijs. in fin.

d ¶ Damnum gibbi inferatis.] i. remoueatis presbyteros a cõſecratione & prædicatione, ſicut illũ, q gibbũ hẽt, ut ſup. diſ. 69. hinc etenim, uel demũ gibbi, qa non p̄dicantib. preſbyteris incuruat populus in delictis, & quaſi gibbos⁹ efficit.

e ¶ Patrimonij.] i. rerum eccleſiæ, ſupra 21. d. in nouo.

f ¶ Negociorũ.] Ideſt, cauſarum, ut 11. q. 1 relatum. & 2. q. 5. ſi quis.

g ¶ Sacerdotum.] Ideſt, e̅p̃orum, ergo & omnes intererũt cõcilio metropolitani, ut 18. d. c. pen. & ul.

h ¶ Error.] Hic collige, ꝙ ea quæ ꝑ errorem ſtatuta ſunt, ex diuturna utentiũ approbatione ius faciunt. Io. qd̃ falſum eſt, cũ cõſuetudo debeat eſſe rationabilis, & præſcripta 1, ut extra de conſue. ca. ul. nec iſta litera cõtradicit. B. ut ratione multitudinis excuſẽtur a pœna, nõ a culpa, ut ſup. di. 4. denique, qd̃ eñi factũ eſt, infectũ eſſe nõ poteſt. in Auth. de æqua. do. §. 1. colla. 4. ff. de capt. l. in bello. §. factæ.

1 Adde quæ ſit conſuetudo rationabilis, & præſcripta in l. de quib. ff. de legibus.

i ¶ Vel ad præſens.] Ideſt, a modo.

K ¶ Quod Romæ.] Scilicet ubi minores exercẽt ſua officia p̄ſentibus maiorib.

Eſto ſubiectus.] CASVS. Quædam conſuetudo peſſima erat in quibuſdam eccleſijs.ſ.qđ presbyteri præſentibus epiſcopis non audebant prædicare, vel loqui. Sed Hierony. oſtendit, ꝙ ſubditi debent obedire prælato,& prælatus non debet ſubtrahere ſubditis debita, & hoc probat quinque rationibus. Prima eſt ibi, Scitũ eſt illud.] Secunda ibi, [Quod aũt Aaron.] Tertia ibi, vnus dominus.] Quarta ibi, [Recordemur.] Quinta ibi,] Sed ſi aliqđ, vt inquit,] Omnia capitula, quæ ſequuntur vſque ad diſt. plana ſunt.

g ¶ Reuelatum.] Supr. diſt. 8. fruſtra. C. de offic. rec. pro. l. potioris.
h ¶ Sedenti.] In loco inferiori.
i ¶ Taceat.] Deliberando in ſermone, cum non debeat interrumpere verbum eius.

γ ¶ Ac dominici.] *Ibidem eſt*, ac Deo noſtro non patrimonij ſui damna conquiritis, dum ſoli vultis in eccleſijs potentari?

δ ¶ Ad epiſcopum.] *Hoc loco longe plenior eſt orationi libello, & pro hac auctoritate Apoſtoli ad Timotheum, multa alia afferuntur.*

*Item ad Nepotianum, epiſt. 2.*

¶ Epiſcopi, & clerici inuicem ſibi honorem exhibeant. Cap. VII.

Eſto ſubiectus pontifici tuo, & quaſi animæ parẽtem ſuſcipe, *& paulo poſt.* ¶ Sed epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint, non dominos, honorent clericos quaſi clericos [a], vt & ipſis a clericis, quaſi epiſcopis honor deferatur [b]. ¶ Scitum eſt [c] illud oratoris Domitij, Cur ego te inquit, habeam, vt principem [d], cum tu me [e] non habeas, vt Senatorem. ¶ Quod Aaron, & filios eius, hoc epiſcopum, & presbyteros eſſe nouerimus. ¶ Vnus Dominus, vnum templum; vnum ſit etiam miniſterium. ¶ Recordemur ſẽper, quid Apoſtolus Petrus præcipiat ſacerdotibus: [Paſcite eum, qui in vobis eſt gregem Domini; prouidentes non coacte, ſed ſpontanee, ſecundum Deum; neq; vt turpis lucri gratia, ſed voluntarie; neque, vt dominantes in clerum, ſed forma facti gregi † ex animo, vt cum apparuerit princeps paſtorum, percipiatis immarceſcibilem gloriæ coronam.] Peſſimæ conſuetudinis eſt in quibuſdam eccleſijs tacere presbyteros, & præſentibus epiſcopis non loqui: quaſi aut inuideant [f]; aut non dignétur audire: [Et ſi alij, inquit Apoſtolus Paulus, fuerit reuelatum [g] ſedenti [h], prior taceat [i],] *& paulo poſt.* ¶ [Gloria patris eſt filius ſapiens.] Gaudeat epiſcopus iudicio ſuo cum tales Chriſto elegerit ſacerdotes.

Anſ. l. 7. c. 121.
1. Pet. 5.
† al. gregis.
1. Cor. 14.
Prou. 10. & 15.

*Item ex concilio Laodicenſi, c. 56.*

¶ Presbyteri epiſcopos non præcedant; ſed comitentur, vel ſubſequantur. Cap. VIII.

Non oportet [k] presbyteros ante ingreſſum epiſcopi ingredi, & ſedere [l] in tribunalibus [m], ſed cum epiſcopo ingredi; niſi forte, aut ægrotet epiſcopus, aut in peregrinationis [n] commodo α eum abeſſe conſtiterit.

α ¶ In peregrinationis commodo. *Sic priſca verſio: ſed Dionyſius longe propius ad verba græca,* niſi forſitan infirmitate detineatur aut proficiſcatur epiſcopus.

πλήν εἰ μὴ ἀρρωστοίη, ἢ ἀποδημεῖ ὁ ἐπίσκοπος.

Epi ſubditos debent fratres appellare.

a ¶ Quaſi clericos.] Hoc eſt cõtra ſuperciliumepiſcoporum q ſubditos appellãt filios cũ debeãt eos appellare fratres, vt 8. q. 1. quid aũt, vel ſocios, vt 10. q. 3. cauendum, caueant tñ clerici, ne cũ ſcribũt epiſcopo, vocẽt eum fratrem, prout dicit dominus Imperator q; iudices ſuperioribus honorẽ dẽnt facere in ſalutatione. C. de offi. diuer. iu. l. 2. arg. C. de off. præf. vr. l. 1. vbi hoc idem dicitur.

b ¶ Deferatur.] Sed pone, ꝙ epiſcopus aliter ſe habeat contra iſtum, quàm debeat: nũqđ iſte ſuo iure poteſt ei obedientiam negare? Videtur, quòd ſic, arg. 45. diſt. cum beatus. 22. q. 5. de forma. & fides non eſt ſeruanda nõ ſeruanti. 1. extra de iure iur. peruenit 2. ſecus tamen eſt. 2 cõſulo tamẽ ei, vt agat per ſuperiorem. arg. 11. q. 3. ſi epiſcopis 9. q. 3. nunc vero.

Frangenti fidem fides refrangatur, ei dem.

1 Ad hoc facit, qđ dr in gl. ſeq. argu. quod, &c.

2 Adde not. gl. in l. vt reſponſum, & ibi Bal. C. de tranſ. glo. in l. cũ proponas. C. de pact.

c ¶ Scitum eſt.] i. ſapienter dictum eſt. H. & ideo ſciri dignũ Lau. hoc eſt, ita ſe debet habere epiſcopus erga presbyteros, ſicut Aaron habuit ſe erga filios ſacerdotes.

d ¶ Vt principem.] Factum reſpicit. nam de iure tolerandus eſt prælatus vſque ad ſententiam 8. q. 4. nonne.

e ¶ Me.] Argu. ꝙ fruſtra petit debitum, qui quod debet non impedit, vt 28. q. 1. ſi infidelis. 32. q. 5. non mœchaberis, & c. ſi ductum ſu. diſt. o. neq; in fin. 10. q. 1. pla uit 22. q. vlt. de forma. 18. q. 2. abbatibus arg. contra. 11. q. 3. inter verba. 93. d. dominus. 33. q. 5. quod Deo. H.

Epi illiteratos ſecũ habeãt.

f ¶ Inuideant.] Arg. contra epiſcopos, qui malunt habere illiteratos quàm literatos circa ſe.

K ¶ Non oportet.] Tempore ſollennium officiorum, vel cum redeunt à proceſſione ad chorum.
l ¶ Et ſedere.] Cõiũgas igredi & ſedere, alias falsũ eſſet.
m ¶ In tribunalibus. Ar. C. de hære. & manichæ. cũcti.
m ¶ In tribunalibus.] id eſt, in ſede iudiciaria, vt iudicent ſine eo.
n ¶ In peregrinationis.] De licẽtia ſuperioris inf. de cõſe. diſt. 5. nõ oportet, & de cõſenſu ipſius eccleſiæ extra de vot. & vo. redemp. c. magnæ & etiam domini Papæ.

a ¶ Epi-

a EPiſcopus.] ¶ Non patiatur.] Ita ꝙ non liceat ei ſedere: niſi presbyter aſſumeret ſibi officium ſtandi C. de poſtula. quisquis. §. vlti.

b EPiſcopus.] ¶ Collegam. ſe.] Ita tamen ꝙ nō cōtēnatur. ff. de officio præto. obſeruandum. Ioan.

c PResbyter.] Non ſignet.] In vertice: quia in frōte non poteſt etiam auctoritate epiſcopi, vt de conſe. diſt. 4. presbyteri.

*Item ex concilio Carthaginenſi. 4. c. 34.*

¶Epiſcopus non dominum, ſed collegam ſe presbyterorum cognoſcat. Cap. IX.

Iuo p. 5. c. 337.

EPiſcopus in quolibet loco ſedens ſtare presbyterum non patiatur.[a]

*Item ex eodem, c. 35.*

¶De eodem. Cap. X.

In capitu. Martini Brac. c. 52. de conſ. diſt. 4. omni tēpore Mart. Bra. c. 56.

EPiſcopus in eccleſia, & in conſeſſu presbyterorum ſublimior ſedeat. Intra domum vero collegam ſe[b] presbyterorum eſſe cognoſcat.

*Item ex concilio Martini Papæ.*

Anſ. l. 7. c. 188. Burc. l. 5. c. 44. Iuo p. 2. c. 53. ἐν τῷ κυριακῷ.

¶Sine præcepto epiſcopi presbyter non ſignet infantes. Cap. XI.

PResbyter præſente epiſcopo non ſignet[d] infantes, niſi ab epiſcopo fuerit illi præceptum.

*Item ex concilio Neocæſarienſi,*[α] *c. 13.*

¶De eodem. PALEA. Cap. XII.

PResbyteri ruris, in eccleſia ciuitatis, epiſcopo præſēte vel presbyteris ipſius urbis, offerre nō poſſunt, nec panem ſacrificatum[β] dare, calicemque porrigere. Si vero abſentes hi fuerint, & ad dandam orationem[γ] vocentur ſoli, dare debebunt.

α ¶Neocæſarienſi. *Ante citabatur ex Genuenſi. Reſtituta eſt inſcriptio ex cæteris collectoribus. Eſt autem hæc fere Dionyſij verſio.*

β ¶ Sacrificatum.] *Alibi vbique legitur,* ſanctificatum, *Græcè eſt in conſilio impreſſo* ἄρτον διδόναι ἐν εὐχῇ. *Sed Apud Balſamonem* ἄρτον εὐχῆς *i.* panem myſticæ prædicationis.

γ ¶ Ad dandam orationem.] καὶ εἰς εὐχὴν κληθῇ μόνος, δίδωσιν; *i.* & ſolus ad myſticam precationem vocatus fuerit, dat.

## DISTINCTIO. XCVI.

ILlud autem[c] Honorij Augusti, quod de electione ſummi Pontificis ſupra cōſtituiſſe legitur, nullius eſſe momenti probatur: cū non ſolum de ordinibus, ſed nec etiā de rebus eccleſiaſticis legatur aliquando laicis attributa diſponendi facultas. Vnde quæcumque à Principibus in ordinibus, vel in eccleſiaſticis rebus decreta inueniūtur, nullius auctoritatis eſſe monſtrantur.

ſu. diſt. 69. c. ſi duo.

*Vnde Symmachus epiſcopus catholicæ eccleſiæ urbis Romæ ſynodo præſidens dixit.*

in ſyno. Rom. 3. ſub. Symmacho. c. 1. &

ILlud aūt In hac diſt. pbat, ꝙ cōſtitutiones laicorum nō præiudicāt eccleſijs, q̄a nihil iuris laicis de rebus eccleſiaſticis cōceſſum eſt, niſi ſola defenſio: & hoc probat per 12. auctor. Ioannes de Fant.

CASVS. Supra in di. 79. poſuit Gratia. cōſtitutionē Honorij latā ſuper electione Roman. Pontificis: ſed ne aliquis crederet, ꝙ laicis eſſet attributa poteſtas diſponēdi aliq̄d de rebus eccleſiæ, & faciēdi conſtitutionē ſuper ipſis, iō Gratianus nūc dicit, quod illa conſtitutio nullius fuit momenti, cum à laico facta fuerit: quia non habet poteſtatem aliquid diſponendi de rebus eccleſiæ: quare conſtitutio Baſilij nihil valebat, vt inf. ead. cap. 1. bene tamē dicit, quod cōſtitutio Honorij facta fuit auctoritate Papæ: ideo valuit.

d ¶ Illud autē.] Hic dipingitur 96. diſt. magiſter poſuit conſtitutionē Honorij Auguſti latā ſuper electione Romani pōtificis 79. d. ſi duo. Sed ne viderētur laici habere poteſtatē conſtituendi vel diſponēdi de rebus eccleſiæ; ideo reducit hic illam cōſtitutionem ad memoriam, vt oſtēdat ꝙ laicus nō habet poteſtatē ſuo iure conſtituēdi aliquid de rebus eccleſię bene tamē poſſunt laici rogati conciliis intereſſe. & de rebus eccleſiaſticis conſtituere: non tñ vt ualeat eorum cōſtitutio, quia ipſi cōſtituerūt; ſed q̄a ratum habet eccleſia, ut dicit Gratian⁹ infra diſtinctio. proxi. §. 1. &c.

Laici de rebus eccleſiæ nihil poſsūt conſtituere.

BEne quidem. ] CASVS. Symmachus Papa ęgrotans cum de ſalute corporis deſperaret, timens ſchiſma poſſe contigere poſt mortem ſuam, iniunxit Baſilio vt intereſſet electioni ſucceſſoris poſt mortem ſuam propter ſchiſma remouēdum. tempore procedente q-dam epiſcopi tractabāt de electione ſucceſſoris, Symmacho adhuc uiuente. quo audito Baſilius congregauit concilium & fecit cōſtitutionē ne liceret electionē Papæ fieri ſine eius pſentia; nec liceret Papæ alienare res eccleſię: & ſi alienatæ eſſent, reuocari deberet; & quædā alia, q̄ in capitulo recitantur, conſtituit. Symmach⁹ aūt poſtea recōualeſcēs poſt mortē Baſilij cōgregata ſynodo oīa poſt recitationē eorū retractauit. Et no. q̄ q̄n̄q; loquit̄ Symmachus, vt in pricipio: q̄n̄q; notarius, q̄ cōtinuat uerba diuerſorum p totū hoc capit. q̄n̄q; Synodus, q̄n̄q; Baſilius: quandoque aliqs de ſynodo: & ego cum Hugo. ad maiorem intelligentiam aliquātulum latius poſui caſum, quam bene. duo ca. ſeq. per te videbis.

a ¶ Bene. ] Symmachus Papa laborabat in extremis, & timuit ne ī electione ſui ſucceſſoris pp ſtrepitus hæreticorum ſchiſma interueniret: rogauit Patriciū Baſiliū, q̄ gerebat uices Odoacris regis, quòd ipſe intereſſet ī electione ſui ſucceſſoris. Baſilius ſtatim Symmacho uiuēte fecit quādā cōſtitutionē ſcilicet q̄ ſine ei⁹ cōſultatione nō fieret electio ſummi Pontificis. Pręterea, q̄ nō liceret alicui prędiū ipſius eccleſiæ alienare: q̄ conſtitutio retractatur hic; tū quia ibi quædam conſtituta ſunt, quæ à laico non poſſint conſtitui, tum quia res eſſet mali exempli, 63. diſt. §. uerū.

Baſilius à Symmacho rogatus interſuit electioni Papæ

f ¶ Inde diſputem. ] Non eſt diſputandum de eo de quo ſtatim conſtare poteſt. ſi ergo vxor petat ſibi virū reſtitui, & uir paratus eſt incontinenti probare conſanguinitatem, non eſt audienda. ff. ut in poſſeſſio. leg. ſi is a quo, arg. contra de reſt. ſpol. c. literas.

optatum ibi videas. Item adde in quibus caſib. requirat̄ ſubſcriptio not. B. in l. diuus. §. ſenatus. ff. de fal.

g ¶ Syno-

¶ De rebus eccleſiaſticis diſponendis laicis nulla facultas relinquitur. Cap. I.

BEne [a] quidē fraternitas veſtra eccleſiaſticis legibus obſecuta ſub diuini timore iudicij, quę erāt ſtatuēda definiuit; & ad iuſtitię cumulū peruenit, dū ſufficienter vniuerſa complectitur; nec adiectione indiget plenitudo, [b] maxime [c] de clericis, quos amor dominationis inuaſit, & iugum diſciplinę eccleſiaſticę fecit reſpuere, *& paulo poſt.* ¶ Quorū exceſſus enarrare difficile eſt: vnum tamē, quod occurit, venerādo ordini veſtro intimare nō differo, Dixerunt inter alia, ſcripturam quādam illuſtris memorię [d] Baſiliū, quaſi pro eccleſiaſticæ amore ſubſtantiæ, cōſcripſiſſe; i qua nullus Romanæ eccleſiæ, nec interfuit, nec ſubſcripſit [e] antiſtes, per quē potuiſſet ſortiri legitimam firmitatem. Ne uero ego inde diſputē, [f] vnde † poteſt ueſtrum iudicare concilium: requiratur, & deferatur in mediū, vt ex lectione cognoſcatis, cuiuſmodi poſſit habere ſubſtātiam. ¶ Sancta ſynodus [g] reſpōdit, deferatur in medium, vt cuiuſmodi ſit, poſſit agnoſci. Et dū diceret Hormiſda diaconus recitauit. [Cum & in † Mauſoleo, [h] quod eſt apud beatum Petrum apoſtolorum, reſideret † ſublimis, & eminentiſſimus vir præfectus prætorio, atque patricius, agens etiā vices præcellentiſſimi Regis Odoacris Baſilius, dixit: Quāquā ſtudij veſtri †, & religionis intersit, vt in epiſcopatus electione [i] cōcordia principaliter ſeruetur eccleſiæ: ne tamen † per occaſionem ſeditionis, ſtatus ciuitatis † vocetur in dubiū, admonitionē † beatiſſimi viri Papæ noſtri Symmachi † Simplicij, quam ante oculos ſemper habere debemus, hoc nobis meminiſtis ſub obteſtatione fuiſſe mandatum, vt propter illum ſtrepitū, & venerabilis eccleſiæ detrimentū, ſi eū de hac luce tranſire contigerit, non ſine noſtra cōſultatione, cuiuſlibet celebretur electio.] Hæc cum legerentur, Creſconius epiſcopus ciuitatis Tudertinę eccleſię ſurgens è cōſeſſu dixit. Hic perpēdat ſancta ſynodus, uti † prętermiſſis † perſonis religioſis, quibus maxime curæ eſt de tāto Pōtificē, electionem laici in ſuam redegerint poteſtatē: quod contra canones eſſe, manifeſtū eſt. ] ¶ Item Hormiſda diaconus legit: [Nā & cū quid confuſſionis, [k] atq; diſpēdij venerabilis eccleſia ſuſtineret. miramur, prætermiſſis nobis, quidquā de reb. eccleſiæ fuiſſe tētatum, cū etiā

† *ſed vt poſſit* ] orig.

† *in vnum apud beatum* ] orig. † *reſediſſent, ſublimes* ] orig. † *noſtri* ] orig.

Ibid. c. 2.

Verba Baſilij.

† *al. ne per.*
† *al, ciuitatis.*
† *al. tamen admonitione.*

† abeſt dictio [ Symmachi ] Symmachi ] ab orig. ſed auctori caſus, & gloſſæ habuit.

† *al. verum.*
† *prætermiſſas perſonas religioſas* ) codex can. verba. Baſilij.

b ¶ Plenitudo. ] Infra 6. q. 1. ſi omnia.
c ¶ Maxime. ] Bene diffiniuit, ſupple.
d ¶ Memorię. ] Ergo iam deceſſerat Baſilius tempore huius ſynodi.
e ¶ Vel ſubſcripſit. ] Arg. in contractibus rerum eccleſiaſticarum non ſufficere conſenſum clericorum: nec in alienationibus, niſi ſpecialiter ſubſcribant 1. arg. 10. q. 2. caſellas. 12. q. 2. abbatibus. &c. ſine exceptione.

Conſenſus clericorum non ſufficit in contractibus rerum eccleſiaſticarum.

De hoc no. 100. diſt.

g ¶ Synodus. ] Verba notarij.
h ¶ In mauſoleo. ] Verba ſunt ſcriptoris. Mauſoleum proprie eſt ſepulchrū principis. Et dicitur à Mauſoleo rege, cui uxor Arthemiſia pudicitiæ inſignis conſtruxit ſepulchrum miræ pulchritudinis. Vnde & alia ſepulchra ſic ſunt appellata.
i ¶ Electione. ] Non tamen, ut aliquid inde conſtitueres. & ita exceſſiſti finem mandati Baſilij.
K ¶ Nā & cū q̄d cōfuſſionis. ] Proſecutio legis, & cōtinuanē uerba ſic, non celebretur. de electione Papæ, &c. ac ne.

Mauſoleum quid ſit.

a ¶ Nihil

a ¶ Nobis debuiſſet. ] Hoc dicit propter quoſdam, qui viuente priore Symmacho tentauerunt alium eligere, vt diſt.79.ſi quis Papa.& c.nullus. Io.
b ¶ Præferentes. ]Ideſt,primo ſtatuentes.
c ¶ Ruſticum. ]Quid ſit ruſticum prædium, & quid ſit vrbanum

ne Papæ bene:argu.32.diſtin.§.verum.10.q.3.cap.vlti. Sed vtrum epiſcopus laico poſſit hoc committere, iam dicemus infra eadem, capit. quòd non. M. tamen dicit contra quia mucro eſt epiſcopi; immo nec presbyter hoc poteſt.

Laicus pōt excommunicare ex Papæ delegatione.

† *Veſtra ſanctitatis.*

ſacerdote noſtro ſuperſtite nihil ſine nobis debuiſſet[a] aſſumi. Quare ſi amplitudini veſtræ† vel ſanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri antiſtitis electionem reſpiciunt, religioſa veneratione ſeruemus, hāc legem ſpecialiter præferentes,[b] quam nobis, hæredibusq; noſtris, Chriſtianæ mentis deuotione ſancimus: ne vmquā prædium, ſeu ruſticum,[c] ſeu vrbanum, vel ornamenta, aut miniſteria eccleſiarū, quæ nūc ſunt, vel quæ ex quibuslibet titulis[d] ad eccleſiarum iura peruenerint; ab eo, qui nūc antiſtes ſub electione cōmuni fuerit ordinādus, & illis, qui futuris ſęculis ſequentur, quocumq. titulo, atque cōmento alienari liceat. Si quis verò aliquid eorum alienare voluerit; in inefficax, atq; irritum iudicetur; ſitque facienti, vel conſentienti, accipientique anathema. ¶ Maximus[e] epiſcopus Bleranæ eccleſiæ dixit. [Modo ſancta ſynodus dignetur edicere, ſi licuit laico[f] homini anathema in ordinem eccleſiaſticū dictare: aut ſi potuit laicus ſacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei non competebat cōſtituere. Dicite, vobis quid videtur? De me licuit laico legem dare?] Sancta ſynodus dixit, Non licuit? & adiecit, lege ſequentia. ¶ Hormiſda diaconus legit: [Et is, qui prædium ruſticum, vel vrbanum iuris eccleſiaſtici fuerit conſecutus, nouerit ſe nulla lege, vel præſcriptione munitum,[g] ſed ſiue is, qui alienauerit, ſiue qui eum † ſequetur; voluntate contraria prædium huiuſmodi alienatum reuocare ß voluerit, id cum fructibus reſtituat, quos† illic fuerit conſecutus.] ¶ Hæc cum legeret; Stephanus epiſcopus Venuſinæ eccleſiæ ſurgens è conſeſſu dixit, perlegatur.[h] Hormiſda diaconus legit: [Qua pœna placuit accipientis etiam hæredes[i] afficere. In qua re cuilibet clericorum contradicenti libera ſit facultas. Iniquum eſt enim, & ſacrilegij inſtar, vt quæ, vel pro ſalute, vel pro requie animarum ſuarum † vnuſquiſque venerabili eccleſiæ, pauperum cauſa contulerit, aut certe reliquerit,[k] ab his quo hæc maximè ſeruare conuenerat, in alterum † transferatur. Planè quæcumque in gemmis, vel auro, atque argento, necnon & veſtibus minus apta vſibus, uel ornatui videbuntur eccleſiæ, quæ ſeruari, ac diu manere non poſſunt, ſub iuſta æſtimatione vendantur[l] & erogationi † religioſę proficiant.[m]] ¶ Cumque lecta fuiſſet: Laurentius epiſcopus Mediolanenſis[n] eccleſię dixit: [Iſta ſcriptura nullum Romanę ciuitatis potuit obligare Pontificem: quia non licuit laicos ſtatuendi in eccleſia, pręter Romanum[o] Pontificem, habere aliquam poteſtatem: quos obſequendi

Verba Baſilij.

† *al. conſequenter.*
† *al. qui illud.*

c.3. verba Baſilij.

† *al. ſuarum.*

† *al. alienitatem.*

† *al. erogatio religioni proficiat.*

g ¶ Munitum. ]Nā ſi quis emit rem eccleſiæ, vel aliā rem in caſu illicito, nō pōt præſcribere. Nam dicit lex, ꝙ non eſt dubium eū male fidei poſſeſſorem, qui cōtra legum interdicta mercatur. C. de agricolis, & ceſi. l. 11. quemadmodum: nā nec iuris ignorantia pōt eum excuſare. ff. de iuris, & facti ignorantia. l. iuris. & hoc benigne ſtatuerat ſecus tñ eſt đ iure: quia bene pręſcribit laicus rem eccleſiæ cum fructib. etiam percipiendis, ſi ſit malæ fidei poſſeſſor. de reſtit. ſpol. grauis.
ADDITIO. Ad hoc extra de pręſcrip. ad audientiam iuxta finem. Super hoc videas quæſtionem B. q̄ incipit, eſto, ꝙ res eccleſiaſtica, &c. & q̄ꝫ no. inf. 16. qō. 3. vniuerſas in gl. non dicit Archid.
h ¶ Perlegatur. ]ff. de legi. & ſenatuſcōſ. l. inciuile.
i ¶ Hęredes. ] Turpia enim lucra ab hæredib. ſunt extorquenda ext. đ vſuris. tua. ff. de calū. ī hęredē. Sed & alienator poſſet conueniri, vt no. 12. q. 2. monemus.
K ¶ Reliquerit. ] In morte reliquēdi rā que verbum, &c. ff. de tabulis exhib. l. 1. §. vlt. 1
l ¶ Vendantur. ]Arg. C. de admi. tut. lex.
m ¶ Proficiant. ] Hic terminatur lex ipſa
n ¶ Mediolanenſis. ] Arg. Mediolanenſis prærogatiuam ſedis habere ante Rauennatē, cum ante eū reſpōdet, ſicut in alia ſynodo ante eū ſcripſiſſe legitur. ſupra diſtinct. 17. §. hinc, & §. illud igitur. G. tamen aliter hoc ſoluit. d. 17. §. illud.

Laicus vtrū rem eccleſiæ poſſit pręſcribere.

1 Et habet hoc qđ hic dicit. 16. q. 1. in canonibus. Archid.

vrbanum prædium, habemus ff. de ſer. ruſt. præd. & ff. de ſer. vrb. præd. per totum.
d ¶ Titulis. ]Siue donationis, ſiue emptionis.
e ¶ Maximus. ] Sic & iuriſperiti dicunt quid ſentiant. ff. de his, quæ in teſtamen. delen. l. proximè.
f ¶ Laico. ]Nā nō licuit laico iure ſuo. ſed ex delegatio-

Prædium eſt duplex.

o ¶ Præter Romanū. ]i. Papæ auctoritatem, & conſenſum eius. Sed contra. 16. q. vlt. in nona actione. Sed ibi non ꝓhibet, ꝙ epſ laico nō poſſit cōmittere officiū ſed epſ: ſed ne iuriſdictionem largiatur ei in perpetuum. Et eſt argumentū, Papam quamlibet cauſam eccleſiaſti-

Cauſa q̄libet eccleſiaſtica per Papam laico cōmitti pōt.

cam committere poſſe laico:arg.23.diſt. mulier. & 94. diſtin.valde.5.q.3.qui epiſcopus.contra.79.diſt.ſi duo. inf.ea.denique contra . Intelligẽdum eſt non ſua auctoritate.Sed nũquid auctoritate epiſcopi poteſt laicus aliquid conſtituere in eccleſia? videtur, ꝙ prȩdicare poteſt inuitatus à clericis,23 d.mulier. arg. extra de foro compet. nullus iudicium. Dic cũ Hug.ꝙ,nõ poteſt ex delegatione epiſcopi cauſas ſpirituales tractare nec excõicare , vnde nihil faciũt,qui per pueros excommunicant, & ꝑ ſeruiẽtes.Cauſam autẽ ciuilem laicis epiſcopus cõmittere poteſt,& ita intellige prȩdictã decretalẽ,in nona . Et qd dicit de prædicatione,ſpeciale eſt.Quid ergo dices de tẽplarijs?nonne ipſi poſſunt excommunicare fratrem ſuum ? Dici poteſt , quod ſic:quia ipſi nõ ſunt laici.ar.12.q.1.duo. Credo, ꝙ nõ poſsũt niſi ſint presbyteri. extra de ſenten. excom.canonica.

tione auctoritatis aliqua repelli,licet ſint bona.arg. 16. diſt c.1.1.qõ.1.principatus.ff.de re mili.l.3.§.in bello. arg.contra.1.q.1.Dominus declarauit.argum.contra.1. q.1.nonne Sodomitæ.

Laicus an epĩ auctoritate poſſit in eccleſia aliquid conſtituere.

a ¶ Actio-

manet neceſſitas,non auctoritas imperandi:[a] maximè cũ nec Papa Romanus ſubſcripſerit , nec alicuius ſecundũ canones metropolitani legatur [b] aſſenſus.] ¶Petrus epiſcopus Rauennatis eccleſiæ dixit : [ Scripturam quæ in noſtra congregatione vulgata eſt , nullis eam viribus ſubſiſtere manifeſtum eſt;quia, nec canonibus [c] conuenit,& a laica perſona concepta videtur:maxime,quia in ea nullus prȩſul ſedis Apoſtolicȩ interfuiſſe,vel propria ſubſcriptione firmaſſe monſtratur: [ ¶ Eulalius Epiſcopus Syracuſanæ eccleſiæ dixit ; [ Scripturam , quæ in ſacerdotali concilio recitata eſt, euidentiſſimis documentis conſtat eſſe inualidam. Primum quòd contra Patrum regulas a laicis,quamuis religioſis[d] (quibus nulla de eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi legitur vnquam attributa facultas)facta videtur:deinde,quòd nullius præſulis Apoſtolicæ ſedis ſubſcriptione firmata docetur. Quòd ſi cuiuslibet prouinciæ ſacerdotes intra terminos ſuos concilio habito, quidquid ſine metropolitani ſui auctoritate tentauerint, irritum eſſe debere [e] ſancti Patres ſanxerunt ; quanto magis,quod in Apoſtolica ſede, non † exiſtente præſule ( qui merito † [f] beati Petri Apoſtoli per vniuerſum orbem primatum[g] obtinens ſacerdotij ſtatutis ſynodalibus conſueuit tribuere[h] firmitatem)à laicis ( licet conſentientibus aliquantis epiſcopis , qui tamen Pontifici , a quo conſecrati † probantur prȩiudicium inferre non potuerunt)præſumptum fuiſſe cognoſcitur , viribus carere [i] non dubium eſt,nec poſſe inter eccleſiaſtica vllo modo ſtatuta cenſeri?] ¶Sãcta ſynodus dixit;Licet † ſecundum proſecutionem venerabilium fratrum noſtrorum Lauretij,Petri,Eulalij , Creſconij,Maximi,vel Stephani,[k] nec apud nos incertum habetur,hanc ipſam ſcripturam nullius eſſe momenti;veruntamẽ etiam ſi aliqua poſſet ratione ſubſiſtere, modis omnibus in ſynodali conuentu prouida beatitudinis veſtrȩ ſententia eneruari conueniebat,& in irritum deduci:ne in exemplum remaneret præſumendi quibuslibet laicis, quamuis religioſis,vel potentibus in quacũque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de eccleſiaſticis facultatibus;quarum ſolis ſacerdotibus diſponendi indiſcuſſe a deo cura commiſſa docetur.

inf.9.q.3.c.2.

† al.nunc.

† al.prærogatiua.

† al.conſecrati.

† al.liquet.

α ¶Cum in Mauſoleo.] *Hoc initium ſcripturæ Baſilij in tomis cõciliorum , & codice canonum ſic habet ,* Cum in vnũ apud beatum Petrũ Apoſtolũ reſediſſent, ſublimis, &c.*Omnino autem multæ ſunt huius capituli varietates in exemplaribus Gratiani,in varijs cõciliorum editionibus,& in codice canonum:ex quib.eæ tantum partim indicatæ,partim notatæ sũt,quæ maioris põderis ſunt viſæ.*
β ¶Reuocare.] *Sic eſt emẽdatũ ex oibus cõcilij exẽplarib. & impreſſis,& manuſcriptis,cũ antea legeretur,*retinere.
γ ¶ Qua pœna. *In omnibus editionibus conciliorum legitur* . Quàm pœnam placuit accipientis hæredes

a ¶ Imperandi.] inf. 16.q.vl. nõ placuit.
b ¶ Legatur.] Verũ eſt,ꝙ nõ legit aſſenſus metropolitanorum ſm canones, id eſt,legitimus:benetamẽ legitur cõſenſus epiſcoporum.ar. inf.ea.c. 1. illa autẽ determinatio , quæ præcedit , ſm canones.ſoluit contra.
c ¶ Nec canonibus.] Coniunctim accipe hec duo diuiſa.
d ¶ Religioſis.] Infra 16.q.vl.laicis.
e ¶ Debere.] Inf. 9. q.3.cap.2.
f ¶ Qui merito. Supra 40.diſ. non vos.
g ¶ Primatũ. Infra 9.q.3.nemo. & cap. antiquis.
h ¶ Tribuere.] Supra diſt.16.c.1.& 2.
i ¶ Carere.] Supra diſtin. 21. in tantum.
K ¶ Vel Stephani. ] Iſte ſcilicet Stephanus , nõ dixit, niſi perlegatur, & ſic per tale verbum intelligitur aliquis cõſentire, vt not.ſupra. 63.d. cũ Hadrianus.
l ¶ Ratione.] Ar.ra-

a ¶ Actione.] Dicitur prima actio: quia fiebat pro prima die in ſynodo, 16. q. 7. in nona.

b NOs.] ¶ Intereſſe. Similiter ſolebat intereſſe electioni Papæ propter hæreticorum ſcandalum. argum. diſt. 63. quia ſancta.

c ¶ In-

prohæredeſque reſpicere. *In codice vero canonum manu ſcripto non eſt dictio*, pro, hæredeſque.

*Vnde in ſexta actione* [a] *Chalcedonenſis concilij Martianus Imperator dixit inter cætera.*

Anſ. l. 3. c. 107.

¶ Imperatores ad fidem cõfirmandam, non ad potentiam oſtendendam ſynodo intereſſe debent. Cap. II.

NOs ad fidem confirmandam, nõ ad potentiam oſtẽdendam, exemplo religioſiſſimi principis Conſtantini ſynodo intereſſe [b] volumus; vt inuenta veritate [c], nõ vltra multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet.

*Item ex eadem ſexta actione, in fine.*

¶ De eodem. Cap. III.

Anſel. ibidem. Deuſdedit p. 3.

QVædam capitula ſunt, quæ ad honorem veſtrę reuerentiæ vobis ſeruauimus [d], decorum eſſe iudicantes à vobis hæc regulariter potius firmari per ſynodum, quàm noſtra lege ſanciri [e].

*Item Nicolaus Papa in epiſtola ad Michaelem Impe. quæ incipit:* [*Propoſueramus.*]

Anſ. l. 1. c. 75.

¶ Synodali conuentui Imperatores intereſſe non conuenit, niſi vbi de fide agitur. Cap. IIII.

VBi nam [f] legiſtis, Imperatores anteceſſores veſtros ſynodalibus conuentibus interfuiſſe [g], niſi forſitã in quibus de fide tractatum eſt, quæ vniuerſalis eſt; quæ omnium communis eſt; quæ non ſolum ad clericos [h], verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet [i] Chriſtianos?

Anſ. ibidem.

*Idem in eadem epiſtola.*

¶ De præſulibus diuinarum rerum, qui humanis rebus præſunt, iudicare non poſſunt. Cap. V.

su. d. 10. c. quoniam. Anſ. ibidem.

DEnique [k] hi, quibus tantum humanis rebus, & non diuinis præeſſe permiſſum eſt, quomodo de his per quos diuina miniſtrantur, iudicare [l] pręſumãt [m], penitus ignoramus.

*Idem paulo inferius.*

¶ Nec etiam Imperator iura Pontificis, nec Pontifex iura regia vſurpet. Cap. VI.

CVm [n] α ad verum [o] ventum eſt: vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomẽ

peratoris. Reprehẽdit ergo hic Nicolaus Imperatores, qui concilijs epiſcoporum intereſſe volebant, quod non eſt faciendum, niſi vbi de fide tractatur, quæ communiter pertinet ad omnes tam clericos quàm laicos.

f ¶ Vbi nam.] Hæc quatuor cap. 1. loquuntur, de materia Ignatij, de quo dicitur ſu. 21. d. ſubmittitur. Arg. omiſſum intelligi quod ſcriptũ nõ inuenitur. ar. 10. q. 1. hanc conſuetudinem. de conſ. d. 4. cum itaque, &c. ſeq. ff. de verb. obli. quid quid.

1 Scilicet iſtud, & tria ſeq.

g ¶ Interfuiſſe.] Niſi rogatos 2. 63. d. Hadrianus.

2 Et ſm hoc ceſſat cõtrarium. 35. q. 1. ad ſedem. Arch.

h ¶ Ad clericos.] Dic ꝙ hoc nomen, clericos, ſtrictè accipitur vnde per fidẽ. & ad omnes. &c. comprehendit Deo deuotos & tales perſonas. Vel dic prout ſonat.

i ¶ Pertinet.] Arg. ꝙ omnes tãgit, ab omnibus debere tractari, & approbari. 3. ac. d. 66. c. 1. C. de. au. pręſtan. veterem. de hoc extra de ijs, quę fi. à præla. c. fi.

Quod omnes tangit, dèt ab oib. approbari.

3 Concor. extra de his quæ fi. a pl. ſi. conſ. cap. ulti. ibi. uideas.

DEnique.] CASVS. Statuit hic Nicolaus, vt Imperatores, qui tantum rebus humanis præſident, ſe de rebus eccleſiaſticis nõ intromittãt, nec de clericis iudicent.

K ¶ Denique.] Arg. ꝙ epiſcopus in cauſis eccleſiaſticis laicum non poſſit præficere. Arg. cõtra. ſupra ea. bene quidẽ.

4 Concor. tex. in l. j. C. de ſum. trin. & in l. mercatores. C. de con. & merca. & in l. 2. cum gl. C. de eunuc.

l ¶ Iudicare.] Infra 17. q. 4. diffiniuit. cõtra. in fi. ſed ibi dic. principis, ideſt principalis perſonæ: vel ideſt epiſcopi. 35. d. eccleſiæ.

m ¶ Pręſumant.] Ar. ꝙ clericus diffinitionib. principũ & laicorũ nõ debeat ſupponi 4. niſi per reconuentionem.

c ¶ Inuenta veritate.] Et ita vr ꝙ poſſit de fide catholica diſputari ar. contra. C. de ſum. trini. nemo. 24. q. 3. cũ quibus. Reſpondeo: dubitando non licet diſputare de ea: quia dubius in fide hæreticus eſt, ext. de hære. dubius. alias diſputatur, infra ea. ſatis 23. quæſt. 6. vides. C. de epiſc. & cle. quoniam.

Diſputari vtrum poſſit de fide catholica.

QVædam.] Infra ea. ſatis.

d ¶ Seruauimus.] Confirmanda, & terminanda. Hugo.

e ¶ Sanciri.] q. d. volumus eam per noſtram legem ſiue conſtitutionem determinari & confirmari. H.

VBi nam. CASVS. Hæc quatuor cap. de ignatio loquuntur iniuſtè, depoſito auctoritate Michaelis Im

CVm ad verum.] CASVS. Michael Imperator. authoritatem præſtitit, & præcipit, vt Ignatius Conſtantinopolitanus patriarcha ab epis deponeretur: qđ factum eſt, ſed dicit Nicolaus Papa, quod hoc facere non potuit, nec debuit: nã cũ in veteri teſtamẽto eadem pſona Rex erat, & ſacerdos, & tpalia ſimul cum ſpiritualibus adminiſtrabat. Sed poſtq̃ Chriſtus venit in mundũ. pcepit vt Rex tm terrenis pſideret: Pontifex uero cęleſtia diſpenſaret: ne pp ſuperbiã dignitatis utriuſq; alteruter ſuphirer ſed ſibi inuicem (ſi neceſſe fuerit) auxilium prębẽãt.

n ¶ Cum.] Hoc cap. expoſitum eſt ſupra. 10. diſt. quoniam ideo hic non labores.

o ¶ Ad uerũ.] i. ad diſcuſſionẽ ueri: uel. i. ad tps Chriſti,

a ¶ Vſurpauit.] Arg. cum iſtæ poteſtates ſint diuiſæ. Imperator non habet gladium a Papa, ut inf. ea. in ſcripturis, & c. duo & c. ſi Imperator, & 93. diſt. legimus, & qa Imperium a ſo lo Deo eſt. 23. q. 4. quæſitum. Argu. contra. 63. diſt in cap. 1. & c. tibi domino. Item quia Petro ſũt datæ claues cæleſtis & terreni Imperij. 22. d. c. 1. Itẽ qa deponit Imperatorẽ ĩ 15. q. 6. alius, & c. iuratos, & 1. q. 4. qa præſulatus 2. quære. s de hac materia. 10. d. c. quoniam.

Imperator utrum hẽat iuriſdictionem à Papa.

1 Concord. tex. in Auth. ut ꝑpo. no. imp. ĩ prin. coll. 6.

2 In princ. ſed parum facit.

b ¶ Proprijs.] id eſt, Imperij & ſacerdotij: vel proprijs quo ad Chriſtũ q̃dã. n. geſſit tanquã Imperator: puta cum eiecit de templo, & c. 2. q. 7. accuſatio, & cũ coronam de ſpinis portauit, q̃d eſt ſignum regni. 12. q. 1. duo quædã geſſit, ut ſacerdos: quando ſe ipſum obtulit in ara crucis pro ſacrificio.

Chriſtus q̃dam, ut Imperator, & quædam ut Rex geſſit.

c ¶ Diſcreuit.] Imò uidetur contra: quia nõ diſcreuit, ſed cõfudit cum ipſe unus & idẽ utrumq; officiũ geſſit. Sed dic, ꝙ ideo ipſe utrũq; officiũ geſſit per ſe, ut notaret, ꝙ ex eodẽ fonte ꝓceſſerũt. 21. diſt. cleros in fin. nã dicit lex, quod ſumma nobis dona à Deo conceſſa ſunt, ſcilicet ſacerdotium & Imperium in Authẽ. quomodo oportet epiſcopos, ĩ prĩ. coll. 1.

Chriſtus officium ſacerdotis, & Imperatoris geſſit.

d ¶ Rurſus.] Primus per ſuperbiã cecidit. unde homines in infernũ demergebantur. Chriſtus autem nos humilitate ſua ſurſum erexit: ſed ſi haberẽt oẽs oĩa officia, ſuperbirent, ita, ꝙ iterũ demergerentur in infernum.

Chriſtus humilitate ſua omnes erexit.

e ¶ Pro æterna.] inf. de pœn. diſt. 1. multiplex.

Legibus an ſit utendum in cauſis ſpiritualibus.

f ¶ Temporalium.] Arg. ꝙ in cauſis ſpiritualibus (ut in matrimonio) non ſit utendum legibus Imperialibus, arg. 32. q. 2. inter hec 11. q. 1. continua arg de conſec. diſt. 3. celebritatem. Sed in alijs licet eis uti, (ſi nõ obuient canonibus 3. arg. d. 10. ſi in adiutorium, arg. d. 54. ex antiquis. Ber.

3 Adde quid quãdo cõtrariantur canonibus not. Cy. i l. fi. C. de iter. ma. inter. pu. & tuto. & in authẽ. caſſa. C. de ſacroſanct. eccl.

g ¶ Tantummodo.] Hoc aduerbium determinat tantum illud adiectiuum, temporalium, non illud uerbum uterentur: & ſic eſt falſum hic notatum ab Hug. arg. quod in cauſis ſpiritualibus, &c. Nam bene licet leges allegare in ſpiritualibus 35. q. 5. ad ſedem. 15. q. 3. §. cum autẽ Lau. 4. uel dic tantummodo, id eſt, maximè ſic econtra. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus.

4 Adde ad hoc Cyn. & Pet. de Bel. Perti. in l. 1. C. quæ ſit lõga conſuet. & in l. cum clericis. C. de epiſc. & cler.

Imperatorium vſurpauit[a]: quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus ſic actibus proprijs[b], & dignitatibus diſtinctis, & officia poteſtatis vtriuſq; diſcreuit[c], ꝓpria volẽs medicinali humilitate ſurſum efferri, non humana ſuperbia rurſus[d] in infernum† demergi, vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna[e] vita Põtificib. indigerent, & Pontifices pro curſu tẽporalium[f] tantummodoꝫ rerum Imperialibus legibus vterentur: quatenus ſpiritalis actio carnalibus diſtaret incurſibus: & ideò militans Deo minimè ſe negocijs ſæcularibus implicaret; ac viciſſim non ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet negocijs ſæcularibus implicatus.

† al. infernũ.

2. Tim. 2.

a ¶ Ad verum.] *Poſt vltima verba capitis antecedentis ſequitur continenter in eadem Nicolai epiſtola*. Fuerunt hæc ante aduentum Chriſti, vt quidam typice reges ſimul, & ſacerdotes exiſterent, Quod ſanctum Melchiſedech fuiſſe ſancta prodit hiſtoria; quodq; in mẽbris ſuis diabolus imitatus. (vtpote, qui ſemper quæ diuino cultui conueniunt; ſibimet tyrannico ſpiritu vendicare contendit) vt pagani Imperatores ijdem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum eſt, eundem Regem atq; Pontificem, vltra ſibi, &c. *Nihil autem mutatum eſt, & ob gloſſam, & quoniam eſt initium capitis. Nonnulla verò alia huc pertinentia notata ſunt ſupra diſt. 10. c. quoniam.*

Gen. 14.

*Idem in eadem paucis interiectis.*

¶ A ſæculari poteſtate Pontifex prorſus nec ſolui, nec ligari valet. Cap. VII.

Satis euidenter oſtenditur[h], à ſæculari poteſtate nec ligari prorſus, nec ſolui poſſe Pontificẽ; quem conſtat à pio principe Conſtantino (quod longè ſuperius memorauimus) Deum appellatum[i]: nec poſſe Deum ab hominibus iudicari manifeſtum eſt. Sed & Theodoſius minor *a* ſanctę ſynodo ſcribens Epheſinę primę[k], dixit: [Deputatus eſt igitur Candidianus magnificentiſſimus comes ſtrenuorum domeſticorum tranſire vſq; ad ſanctiſſimam ſynodum veſtram, & in nullo quidem ijs quæ faciendę ſunt de pijs dogmatibus quæſtiones, ſeu potius[l] expoſitiones, cõmunicare. Illicitum namq; eſt eum, qui nõ ſit ex ordine ſanctiſſimorum epiſcoporum, eccleſiaſticis inter-

Anſel. l. 2. c. 72.

Rufinus in hiſt. lib. 1. c. 2.

Satis.] CASVS. Oſtendit hic Nicolaus, ꝙ Ignatius auctoritate Michaelis Imperatoris deponi non potuit: & hoc probat duobus exemplis, ſcilicet Conſtantini, & Theodoſij Imperatorum.

h Oſtenditur.] In alia parte c. quæ hic non eſt.

i ¶ Appellatum.] Legitur. n. omnes clericos Deos appellaſſe, ut 11. q. 1. ſacerdotibus 12. quæſt. 2. futurã, ſecũdũ hanc rationem nec ab epiſcopo poſſent iudicari clerici, ſed hoc dixit, ut oſtenderet, quanti ſint habendi. ſi. extra de iudi. nouit.

K ¶ Epheſinæ primæ.] Quia ſecunda non eſt recepta in auctoritate.

l ¶ Seu potius.] Optimè corrigit ſe: quia quæſtiones non debent fieri ſuper fide dubitando, argum. n. extra de hære. dubius. Dogma autem per g, eſt doctrina in fide: ſine g, eſt angulus: unde illud ſedebat domare domus, 25. q. 2. ſi quis.

Dubitãdum nõ ẽ de fide. Dogma, & doma differunt.

Inſcri-

IN ſcripturis.] CASVS. Ludouicus Imperator quando audiebat ſacerdotem deliquiſſe, ſtatim erat paratus credere & punire. Sed Nicolaus docet, hoc non eſſe faciendum, ſed potius eſſe defendendum, & peccatum eorum celandum: quod probat duobus exemplis, ſcilicet Conſtantini, & exemplo filiorum Noë. ſcilicet Sem & Iaphet, qui verenda patris operuerunt.

a ¶ In ſcripturis.] 11.q.1. ... ſacerdotibus.

b ¶ Et cooperirem.] ff. de min. cum qui nocentẽ. cõtra. Sed hoc de occulto ꝙ nõ poſſet probari: quia talia non habẽt vindictam. & ſic ſolue cõtrarium illud 81.di.c.5. illud autẽ in manifeſtis, in quibus etiam nõ deberet eum prodere, vt no. 2.q.1.ſi peccauerit.

Crimina occulta vindictam no habent.

miſceri tractatibus †.] *& poſt pauca.* ¶ His itaque manifeſte repertis apparet comminiſtrum noſtrum Ignatium per Imperialem tantũmodo ſententiam, nullo modo potuiſſe prorſus expelli. In cuius damnatione, quia præſulum quoq; aſſenſus eſt ſubſecutus, apparet id cauſa fuiſſe patratum adulationis, non legitimæ ſanctionis.

† σκέμμασιν.

α ¶ Theodoſius minor.] *Verba hæc ſunt accepta ex epiſtola Thodoſii, ac Valentiniani Imperatorum ſynodo Ephe ſina per Candidianum miſſa, quæ eſt in extremo primæ actionis ipſius ſynodi. In verſione antiqua, quæ ſeruatur in bibliotheca Vaticana, & quæ Lutetiæ edita eſt, eadem planè hoc loco habentur verba cum his, quæ refert Nicolaus, & optime conueniunt cum Græcis.*

Habentur aliqua in ead. epiſt. ad Michaelem. Anſ. ibidem.

*Idem Ludouico Imperatori.*

¶ Facta Pontificum Imperator iudicare non debet. Cap. VIII.

IN ſcripturis ᵃ narratur Cõſtantinus Imperator dixiſſe: [Vere ſi proprijs oculis vidiſſem ſacerdotem Dei, aut aliquem eorũ, qui monachico habitu circumamicti ſunt, peccantem, chlamidem meam expoliarem †, & cooperirem ᵇ eũ, ne ab aliquo videretur.] In quibus deſideratiſſime fili neceſſariò cõmonemini, vt quemadmodum fide, & religione, ac honoris parilitate ei adæquari videmini: ita quoque humilitate, atq; deuotione æquiparari nihilominus anheletis: ita vt in nullo interior eo, ſed potior inueniamini poſt illius exempla, qui talẽ ſe exhibuit ante alia † prorſus exempla. Sed hoc quidam diximus cautos vos reddere cupientes, vt ſi de Domini ſacerdotibus, qui iure Patres dicuntur, aliquid contigerit vos audire, quod confuſionem pijs mentibus ingerat, nõ infrunitum, ſed pudoratos filios Noë imitantes paternam de reliquo verecũdiam contegatis ᶜ, vt affluenti, quemadmodum & illi benedictione repleri, moderante Domino mereamini.

† *explicaſſem, & cooperuiſſem eum.* ] Nicolaus in epiſto. ad Mich.

† *al. talia.*

*Gen. 9.*

*Item ex epiſtola Gregorij ſeptimi ad Hermanum Metenſem epiſcopum, lib. 8. epiſt. 21.*

¶ Regum & principum patres; & magiſtri ſacerdotes eſſe cenſentur. Cap. IX.

Anſ. li. 1. c. 84.
Iuo p. 5. c. 378.
Pann. li. 5. c. 108.

Concord. Alex. de Imo. in l. gñaliter col. 2. ff. de in ius voc.

QVis dubitet ſacerdotes Chriſti, regum & principũ omniumque fideliũ patres, & magiſtros cenſeri †. Nonne miſerabilis inſanię eſſe cognoſcitur, ſi filius ᵈ patrem, diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubiugare, & iniquis obligationibus illum ſuæ poteſtati ſubiicere, à quo credit non ſolum in terra, ſed etiam cœlis ſe ligari, poſſe, & ſolui?

In eodem epiſt. Gregor. vij.

*Item Gelaſius Papa Anaſtaſio Imperatori.*

Cap. li. 5. c. 167.
Conc. Parisſ. li. 1. c. 3.
Poly. li. 1. tit. 27.
Anſel. li. 1. c. 73.
Pann. li. 5. c. 109.

¶ Auctoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas, huius mundi gubernacula regunt. Cap. X.

DVo α.

c ¶ Contegatis.] Et tñ corripiatis 2. q. 1. ſi peccauerit hoc de occultis ĩtelligitur. nã de manifeſtis cogimur accuſare, præmiſſa tñ admonitione. 2. q. 7. quapropter. Ar. cõtra 1 ſ. 5. q. 2. c. vlt. & q. 5. c. 1.

QVis dubitet.] CASVS. Hermanus epĩs interrogauit, an põtifices regibus & principibus ſint ſubiiciendi. Et rñdet, ꝙ non; & hoc probat duob. ſimilibus, ſ. filij & diſcipuli: qui inſani reputantur, ſi velint ſibi patrem & magiſtrum ſubiugare.

† Scilicet ad textum capituli.

d ¶ Si filius.] 21. diſt. nolite. ſic in Auth. de nu. §. ſi vero. colla. 4. vbi dicit, ꝙ erubeſcit lex filios eſſe correctores patrum. ſit tñ pater caderet ĩ furorem, filius daretur tutor: vt eũ regeret. ff. de tut. & cura. da. ab his. l. his qui 6. q. 1. oues. & c. ſacerdotes.

Filius patrẽ corrigere nõ debet.

DVo ſũt. CASVS. Gelaſius Papa, & Anaſtaſius Imperator contendebant de præeminentia vnius ad alterũ, & de præeminentia dignitatum, ſed Gelaſius oſtẽdit hic, ꝙ auctoritas põtificalis longè maior eſt, quàm cuiuſĩ Imperialẽ. Et hoc probat duabus rationibus. Prima ratio eſt: quia Papa de anima Imperatoris & aliorũ reddituꝛus eſt rationẽ. Secũda eſt: quia colla regum & principum ſubmittuntur genibus ſacerdotum. Et hoc ꝓbaẽ duob. exẽplis, ſ. Innocentij, & Ambroſij: qui Arcadium, & Theodoſiũ propter

propter ſuos exceſſus excommunicauerunt. Prima ratio eſt ibi, In quibus tanto grauius.] Secunda eſt in fine. Exempla ſunt in medio.

a ¶ Duo ſunt.] In Authen. quomodo oportet epiſco. in princ. coll. 1. ſupra diſt. 1. humanum.

ADDITIO. Ibi ſoluitur. facit ad iſta 2. q. 8. §. item cum Dauid. Archid.

ſunt [a] quippe Imperator Auguſte; quibus [b] principaliter hic mundus regitur: auctoritas [c] ſacra Pontificum, & regalis poteſtas. In quibus [d] tāto grauius pondus eſt ſacerdotū, quāto etiā pro ipſis regibus † hominum, in diuino ſunt reddituri examine rationē [e]. † *& poſt pauca.* [Noſti itaque inter hæc ex illorum te pendere [f] iudicio [g]; nō illos ad tuam redigi poſſe † voluntatem.] ¶ Talibus igitur inſtitutis, talibuſque fulti auctoritatibus pleriſque Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicauerunt. Nam ſi ſpeciale aliquod de perſonis principum requiratur exemplum; beatus Innocentius Papa Arcadiū Imperatorem (quia conſenſit [h], vt ſanctus Ioānes Chryſoſtomus a ſua ſede pelleretur) excommunicauit [i] β. Beatus etiam Ambroſius, licet ſanctus, nō tamen vniuerſalis eccleſiæ epiſcopus pro culpa, quæ alijs ſacerdotibus nō adeò grauis videbatur [k], Theodoſium magnum Imperatorem excommunicans ab eccleſia excluſit: qui ēt in ſuis ſcriptis oſtendit; quòd aurū nō tam pretioſius ſit plumbo, quàm regia poteſtate ſit altior dignitas ſacerdotalis, hoc modo circa principium ſui Paſtoralis ſcribens, Honor, fratres, & ſublimitas epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si Regem fulgori compares, & principum diademati; longè erit inferius, quàm ſi plumbi metallum ad auri fulgorem [l] compares: quippè cum videas regum colla, & principum ſubmitti genibus ſacerdotum; & oſculata eorum dextera: orationibus eorū credant ſe communiri.

† *al. regiminibus.*

† *al. velle.*

Amb. de digni. Sacerd. c. 2.

α ¶ Duo ſunt.] *Caput hoc ſumptū eſt ex eadē epiſtola Gregorij ſeptimi, ex qua antecedens: & ab hoc initio vſque ad verb.* voluntatē, *ſunt verba ipſius Gelaſij ex epiſtola, quæ habetur impreſſa, citata a Gregorio ſeptimo.*

β ¶ Excommunicauit.] *Si hic interponatur caput*, Alius item *infra 15 q. 6. hac pars epiſtolæ integra habebitur.*

*Item Ioannes Papa.*

### Imperatores debent Pontificibus ſubeſſe, non præeſſe. Cap. XI.

SI Imperator catholicus eſt, (quòd ſalua pace ipſius dixerimus) filius eſt [m], nō prēſul eccleſiæ. quod ad religionē competit, diſcere ei conuenit, nō docere: [n] habet priuilegia ſuæ poteſtatis, quę adminiſtrādis legib. publicis diuinitus [o] cōſecutus eſt; vt eius bn̄ficijs nō ingratus

Poly. li. 1. tit. 19. Anſ. lib. 4. cap. 12. ex Ioanne viij.

b ¶ Quibus.] Vt ab eis. ſunt autem alia duo quibus aut per quæ regitur, vt ſ. d. 1. humanum genus.

c ¶ Auctoritas. Neuter pēdet ex reliquo & ita eſt ar. pro Imperatore; q̄a diuinitus cōſecutus eſt Imperiū. inf. ea. ca. pxi.

Imperator Imperiū diuinitus eſt conſecutus.

d ¶ In quibus.] Id eſt. per quos. nam dicit lex, ꝙ parum eſt ius in ciuitate eſſe. niſi ſint p quos ius reddat. ff. de orig. iu. l. 2. §. poſt originē.

e ¶ Rationē.] Infra 18. q. 2. cognouimꝰ.

f ¶ Te pēdere.] Quo ad ſpiritualia. inf. de pœn. d. 1. multiplex.

g ¶ Iudicio.] Zacharias quoq; Papa Regem Francorum depoſuit, & in locum eius Pipinum ſubſtituit, vt j. 15. q. 6. aliꝰ.

Regem Frācorum Papa deponere poteſt.

h ¶ Conſenſit.] Arg. cōſentientem maiori pœna adſtringi q̄ facientem. arg. 24. q. 3. qui aliorum. arg. ſup. 86. diſtin. tanta nequitia.

i ¶ Excōicauit.] No. principem poſſe excommunicari etiam à quouis epiſcopo ſ. diſt. 63. Valentinianus arg. inf. 11. q. 3. ſi autem vobis. videtur tamē, quod hoc fecerit ex delegatione ſynodi: quod innuitur ex illo, ꝓ culpa, q̄ ab alijs ſacerdotibus. &c. Sed primum eſt verum.

Princeps ēt ab epiſcopo excommunicari poteſt.

K ¶ Videbatur.] Sed malè: quia licet pro minimis cauſis non ſit quis excōicādus, vt 11. q. 3. epi. tn̄ q̄libet contumacia digna eſt excōmunicatione, immo tanto maior videtur contumacia, quanto ex re minori conſurgit, 2. q. 7. non poteſt.

Excōicādus quis nō eſt ꝓ minimis cauſis.

Cōtumacia tanto maior eſt, quanto ex re, minori conſurgit.

l ¶ Fulgorem.] Et quanta eſt differentia inter ſolem, & Lunam, tanta eſt differentia inter Imperium & ſacerdotium. extra de maio. & obed. ſolitæ.

Imperium minus eſt ſacerdotio.

SI Imperator.] CASVS. Imperator volebat iudicare de cauſis clericorū & ſacerdotum: Sed Papa probat, ꝙ hoc facere non debet: quia ipſe filius eſt eccleſiæ, & nō præſul: & quia Deus voluit ſæculi principes, ſi fideles ſunt eſſe eccleſiæ ſubiectos. Si verò contra hanc Dei diſpoſitionē facere voluerit Imperator tanquam ingratus perdat poteſtatem, quam ab ipſo eſt conſecutus.

m ¶ Filius eſt.] inf. 23. q. vlt. conuenior, qui tamen prælati eccleſiarum dicantur, dixi 11. q. 3. præcipuè.

n ¶ Non docere.] infra 16. q. 1. adijcimus.

o ¶ Diuinitus.] Non ergo à Papa. Nam Imperium à ſolo Deo eſt, vt 23. q. 4. quæſitum. nam à cœleſti maieſtate habet gladij poteſtatem. C. de vet. iu. enu. l. 1. in prin. quod concedo de vero Imperatore. Sed quis eſt verus Imperator? Dicunt quidam, ꝙ Cōſtantinopolitanus: ſed iſte alius procurator eſt ſiue defenſor Romanæ eccleſiæ. arg. de conſe. diſt. 5. in die. §. hinc. & huic Rom. eccleſ. cōcedit gladij ꝑtātem, & coronam. Sed contra extra de elect.

Imperator verus q̄s eſt.

Papa transtulit Imperiũ.

de elec. venerabilem. Dicitur ibi quòd Ro. ecc. tranſtulit imperium in occidentem a Græcis, & ita iſte Romanus eſt verus Imperator.

ADDITIO. Ad hoc extra de iud. ſignificauerũt. in prin. Archid.

a ¶ Quas. ] Ergo debet dici bona poteſtas eſt iſta.

b ¶ Ius. ] Supra d. 10. Imperium, & certum eſt 11. q. 1. ſi tributum.

c ¶ Beneficia. ] Arg. clericum ſtantem contra eccleſiam vnde habet beneficium debere illo priuari: niſi fortè pro talibus perſonis pro quib. licitum ſit ei contra quẽlibet agere: quas habes. ff. de poſtu. l. hi qui. & 3. q. 7. §. tria. in fin. ſ. in propria cauſa, vel parentum ſuorum, vel pupillorum ſuorum. Simile eſt inter vaſallum, & Dominum, vt infra. 22. quæſtio. vltim. de forma. Simile de aduocatis, C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. 2. C. de reuo. do. l. 1. & 7. q. 1. qa frater. & dixi de hoc 3. qõ. 1. nulli. Hoc tamen exaudio de eccleſia, ad quam intitulatus eſt, pro qua ſtare põt contra quãlibet eccleſiã, et in qua habet beneficium; quia ſaluum fuit ius primæ: immo ſi aliquod munus ei iniungitur ab eccleſia, nullã excuſationẽ poteſt prẽtendere, C. de excu. tut. libertos, 23. q. 1. in ſumma.

d ¶ Et diſcuti. ] Ergo antequàm eſſet aliqua cõſtitutio, etiã clerici nõ erãt de iuriſdictione ſeculari, vnde omnes conſtitutiones, quæ emanauerunt, quod clerici non ſunt iudicãdi, niſi ab epiſcopis, non ſunt niſi iuris declaratio. Ioan.

e ¶ Præſulibus. ] Hic benedicit: nam dicit lex, ꝙ ſi iudex ſecularis iudicauerit clericũ eſſe dãnandum, primo debet exui priuilegio clericali, vt 11. q. 1. ſi qs in Authẽ. vt cler. apud ꝓprios §. illud planè. coll. 6. licet illud hodie nõ teneat. ſi. ex. ꝺ iu. at ſi clerici, &c.

Clerici nunquã fuerunt ꝺ iuriſdictione ſæculari.

NVnquam. ] CASVS. Decreuit Io. Papa, vt de põtificib. & alijs clericis tñ eccleſia iudicaret, & nõ Imperatores; q ſubeſſe debẽt, & non præferri.

COſtantinus Imperator. ] CASVS. Palea iſta non legitur in ſcholis, in qua cõtinet priuilegiũ, ꝙ Cõſtãtinus ꝯceſſit Romanæ eccleſiæ, ſcilicet vt primatum inter omnes eccleſias obtineret, & in quo poſſeſſiones, & inſignia dignitatis ei conceſſit, & hoc fecit eo tempore, quo Cõſtãtinus ad partes Orientales ſe tranſtulit, cum in eodem loco duo Pontifices non bene morarentur. Et ſtatuit, vt nullus contra hoc priuilegium veniret, & pœnam minatur contrafacientibus.

contra diſpoſitionem cœleſtis ordinis nil vſurpet. Ad ſacerdotes enim Deus voluit, quæ eccleſię diſponẽda ſũt, pertinere, non ad ſeculi poteſtates, quas,[a] ſi fideles ſunt, eccleſiæ ſuæ ſacerdotibus voluit eſſe ſubiectas. Nõ ſibi vindicet alienum ius,[b] & miniſterium, quod alteri deputatum eſt: ne cõtra eum tendat abrumpi, a quo omnia cõſtituta ſunt, & cõtra illius beneficia[c] pugnare videatur, a quo propriam conſecutus eſt poteſtatem. Non a legib. publicis, non a poteſtatibus ſæculi, ſed a põtificibus, & ſacerdotibus omnipotens Deus Chriſtianæ religionis clericos, & ſacerdotes voluit ordinari, & diſcuti,[d] recipique de errore remeantes. Imperatores Chriſtiani ſubdere debent executiones ſuas eccleſiaſticis præſulibus,[e] non præferre.

*Item Gelaſius ad epiſcopos Orientales.*

¶ De eodem. Cap. XII.

In originali hæc pẽdent ex ſuperiorib. Polyc. ibidem. Anſ. l. 6. c. 157.

NVnquam de pontificibus, niſi eccleſiam iudicaſſe; nõ eſſe humanarum legum de talibus ferre ſñiam, abſque eccleſiæ principaliter cõſtitutis põtificibus, obſequi ſolere principes Chriſtianos decretis eccleſiæ, non ſuã præponere poteſtatem; epiſcopis caput ſubdere principem ſolitum, non de eorum capitibus iudicare.

¶ [De eodem.] PALEA. Cap. XIII.

Anſ. l. 4. c. 32. Deuſdedit l. 4. c. 1.

j COnſtantinus Imperator coronam, & omnem regiã dignitatem in vrbe Romana, & in Italia, & in partibus occidentalibus Apoſtolico cõceſſit. Nam in geſtis beati Sylueſtri (quæ beatus Papa Gelaſius in concilio 70. epiſcoporum a catholicis legi cõmemorat, & pro antiquo vſu multas hoc imitari dicit eccleſias) ita legitur.

¶ *Apud Anſelmum lib. 4. pro rubr. cap. 32. hæc habẽtur.* Quòd Conſtantinus Imperator Papæ conceſſit coronã, & omnem regiam dignitatem in vrbe Romana, & Italia, & in partibus occidentalibus. *In principio verò eiuſdem cap. 32. hæc leguntur.* In geſtis beati Sylueſtri, &c. *vſque ad finem huius, & ſeq. paleæ, quemadmodum etiã in collectione Deuſdedit.*

¶ [De eodem.] PALEA. Cap. XIV.

In edicto Conſtantini, quod eſt poſt cõc. Neocæſarienſe. Anſ. l. 4. c. 32. Deuſdedit ibi.

ij COnſtantinus[1] Imperator quarta die ſui baptiſmi priuilegiũ Romanæ eccleſiæ pontifici contulit, vt in toto orbe Romano ſacerdotes ita hũc caput habeãt, ſicut iudices Regẽ. In eo priuilegio ita inter cætera legi-

1 Concor. tex. in l. qui cum maior. §. pen. & ſi. cum ibi not. ff. de bo. l. b.

tur. [ Vtile ꝗ iudicamus vna cum omnibus Satrapis noſtris, & vniuerſo Senatu, obtimatibuſque meis, etiam & cuncto populo Romanæ gloriæ imperio ſubiacenti, vt ſicut beatus Petrus in terris Vicarius filij Dei eſſe videtur conſtitutus; ita & Pontifices, qui ipſius principis Apoſtolorum gerunt vices, principatus poteſtatem, amplius, quàm terrena Imperialis noſtræ ſerenitatis manſuetudo habere videtur, conceſſam a nobis, noſtroque Imperio obtineant, eligentes nobis ipſum principẽ Apoſtolorum†, vel eius vicarios, firmos apud Deum eſſe patronos. Et ſicut noſtram terrenã Imperialem potentiam, ſic eius ſacroſanctam Romanam eccleſiam decreuimus veneranter honorari. & amplius quàm noſtrum imperium, & terrenum thronum, ſedem ſacratiſſimam beati Petri glorioſe exaltari; tribuentes, ei poteſtatem, & gloriæ dignitatem, atque vigorem, & honorificentiam Imperialem. Atq; decernentes ſancimus, vt principatum teneat tam ſuper quatuor præcipuas ſedes Alexandrinam, Antiochenam, † Hieroſolymitanam, Conſtantinopolitanam, quàm etiam ſuper omnes in vniuerſo orbe terrarum eccleſias Dei; & Pontifex, qui pro tempore ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ extiterit, celſior, & princeps cunctis ſacerdotibus totius mundi exiſtat; & eius iudicio, quæque ad cultum Dei, vel fidei Chriſtianorum ſtabilitatem procuranda fuerint, diſponantur. *& infra.* ¶ Eccleſijs beatorum apoſtolorum Petri, & Pauli pro cõtinuatione † luminariorum, poſſeſſionum prędia contulimus, & rebus diuerſis eas ditauimus, & per noſtram Imperialem iuſſionem ſacram tam in Oriente, quã in Occidente, vel etiam Septentrionali, & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Aſia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuerſis inſulis noſtra largitate ei † conceſſimus; ea prorſus ratione, vt per manus beatiſſimi patris noſtri Silueſtri ſummi Pontificis, ſucceſſorumque eius omnia diſponantur. *& infra.* ¶ Beato Sylueſtro patri noſtro, ſummo Pontifici, & vniuerſalis vrbis Romæ Papæ, & omnibus eius ſucceſſoribus pontificibus, qui vſque in finem mundi in ſede beati Petri erunt ſeſſuri, de præſenti contradimus palatium Imperij noſtri Lateranenſe, deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri, ſimulque phrygium, † nec non, & ſuperhumerale, videlicet lorum, quod Imperiale circundare aſſolet collum; verum etiam, & chlamidem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta; ſed & dignitatem Imperialium pręſidentium, equitum, conferentes etiam, & Imperialia ſceptra, ſimulque cuncta ſigna, atque banda, & diuerſa ornamenta Imperialia, & omnem proceſſionem Imperialis culminis, & gloriam poteſtatis noſtræ. Viris autem reuerendiſſimis clericis in diuerſis ordinibus eidem ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſeruientibus illud culmen, ſingularitate, potentia, & præcellentia habere ſancimus; cuius ampliſſimus noſter ſenatus videtur gloria adornari, ideſt patricios δ, atque Conſules effici, nec non, & cæteris dignitatibus Imperialibus eos promulgamus decorari. Et ſicut Imperialis militia ornatur; ita & clerum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ornari decernimus. Et quemadmodum Imperialis potentia officijs diuerſis, cubiculariorum nempe, & oſtiariorum, atque omnium excubitorum ornatur, ita, & ſanctam Romanam eccleſiam decorari volumus. Et vt ampliſſimè pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, clericorum eiuſdem ſanctæ Romanæ, eccleſiæ, manipulis, & linteaminibus, ideſt candidiſſimo colore decorari equos, ita, & equitare. Et ſicut noſter ſenatus calceamentis vtitur cum ſ vdonibus, id eſt candido linteamine illuſtratis; ſic vtantur, & clerici vt ſicut cæleſtia, ita, & terrena ad laudem Dei decorentur. Præomnibus autem licentiam tribuimus ipſi ſanctiſſimo patri noſtro Sylueſtro; & ſucceſſoribus eius ex noſtro indicto, vt quem ζ placatus proprio conſilio clericare voluerit, & in religioſorum numero clericorum connumerare; nullus ex omnibus præſumat ſuperbe agere. Decreuimus itaque & hoc, vt ipſe, & ſucceſſores eius diademate, videlicet corona, quam ex capite noſtro illi conceſſimus, ex auro puriſſimo, & gemmis pretioſis vti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri geſtare. Ipſe verò beatiſſimus Papa, quia ſuper coronam clericatus, quam gerit ad gloriam Beati Petri, omnino ipſa ex auro non eſt paſſus vti corona; nos phrygium candido † nitore ſplendidum reſurrectionem Dominicam deſignans, eius ſacratiſſimo vertici manib⁹ noſtris impoſuimus, & tenentes frænum equi ipſius pro reuerentia Beati Petri, ſtratoris officium illi exhibuimus, ſtatuentes eodem phrygio omnes eius ſucceſſores ſingulariter vti in proceſſionibus ad imitationem Imperij noſtri. Vnde, vt pontificalis apex nõ vileſcat, ſed magis, quam terreni Imperij dignitas gloria †, & po-

*Margin notes:*

† *al. & eius ſucceſſores.*

† *Antioc. Alexand.*] orig. Impreſſum.

† *al. concinnatione.*

† *al. eis libertatè conceſſimus.*

Iuo p.5.c.49. Pan.l.4.c.1.

† *al. phrygiũ ideſt mitram.*

Suidas in hoc verbo *βάνδω.*

† *al. candidi nitoris ſplendidam.*

† *al. & gloria potentia.*

& potentia decoretur, ecce tam palatium noſtrum, vt prædictum eſt, quàm Romanam vrbem, & omnes Italiæ, ſeu occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates, præfato Beatiſſimo Pontifici noſtro Sylueſtro vniuerſali Papæ contradimus, atque relinquimus: & a ſucceſſoribus eius per hãc diualẽ noſtrã & pragmaticũ cõſtitutũ decernimus diſponẽda, atque iuri ſãctę Romanę eccleſię cõcedimus permãſura. Vnde cõgruũ perſpeximus noſtrũ Imperiũ, & regni poteſtatẽ in oriẽtalibꝰ trãſferri regionibus, & in Byzãtię prouincię optimo loco, nomini noſtro ciuitatẽ ędificari, & noſtrũ illic cõſtitui Imperiũ: quoniã vbi principatus ſacerdotũ, & Chriſtianę religionis caput ab Imperatore cœleſti cõſtitutum eſt, iuſtũ nõ eſt, vt illic Imperator terrenus habeat poteſtatẽ. Hęc verò omnia, quę p hanc noſtrã imperialẽ ſacrã, & per alia diualia decreta ſtatuimus, atque cõfirmauimus, vſque in finem mundi illibata, & incõcuſſa permanere decernimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare pręcepit, & corã terribili eius iudicio obteſtamur per hoc noſtrum Imperiale cõſtitutũ omnes noſtros ſucceſſores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas etiam, ampliſſimũ ſenatũ, & vniuerſum populũ in toto orbe terrarum, nunc & in poſterum, cunctis retro temporibus Imperio noſtro ſubiacentẽ, nulli eorũ quo quomodo licere hęc aut infringere, aut in quoq̃ cõuellere. Si qs aũt, quod nõ credimus, in hoc temerator, aut contemptor extiterit, ęternis condemnationibus ſubiaceat innodatus, & ſanctos Dei, Principes Apoſtolorum Petrũ & paulũ ſibi in pręſenti, & in futura vita ſentiat cõtrarios; atq; in inferno inferiori concrematus, cũ diabolo, & omnibus deficiat impijs. Huius verò Imperialis decreti noſtro paginã proprijs manibus roborãtes, ſuper venerãdũ corpus beati Petri principis Apoſtolorũ poſuimus. Datum Romę iij. Kal. Aprilis, Domino noſtro Flauio Conſtantino Auguſto quater, & Gallicano v.c. Coſſ.

¶ *Hæc palea in multis habetur exemplaribus, in quibus aliæ paleæ eſſe non ſolent.*

α ¶ Conſtantinus.] *Verba hæc vſque ad verſ.* In eo, priuil. *non ſolum habentur apud Anſelmum, & Deuſdedit, ſed etiam in geſtis B. Sylueſt. in his, quæ à Cõſtantino per octo dies poſt baptiſmum acta referuntur.*

β ¶ Vtile.] *Hinc vſque ad finem ſumpta ſunt ex geſtis, ſeu actis ſancti Sylueſtri, in quibus multa p̃cedunt ac multa deinceps plenius narrãtur. Sed hic ea tãtum videntur relata, quæ in collectionibus Anſelmi, & Deuſdedit habẽtur. Titulus ꝓprius huius partis in geſtis ipſis eſt huiuſmodi.* Priuilegium ſãctę Romanę Eccleſię, quod cõſtituit D. Conſtantinus Auguſtus ſancto Sylueſtro epiſcopo vrbis Romę, & omnibus ſucceſſoribus eius vſque in perpetuum, & obtulit ſuper corpus beati Petri Apoſtoli. *De quo itẽ priuilegio Leo nonus in epiſtola prima, ſeu libello aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Cõſtãtinopolitani, & Leonis Acridani epiſcoporũ, ca. 13. ſic loquitur.* Pauca ex priuilegio eiuſdem Conſtantini manu cum cruce aurea ſuper cœleſtis clauigeri venerabile corpus poſito ad medium proferemus. *De iiſdem geſtis, ſiue actis Gelaſius in cõcilio LXX. Epiſcoporũ (& refertur ſupra diſt. 15. in cap. ſancta Romana) ſic loquitur, vt ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & vſuardi in feſto Sãcti Sylu. legitur.* cuius actus clari hñr. *Inueniuntur verò etiã hodie peruetuſtis literis deſcripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatiæ Nouantulæ: quorũ interpres in proœmio hæc ait:* Hiſtoriographus noſter Euſebius Cæſareæ Paleſtinæ vrbis epiſcopus cum hiſtoriam eccleſiaſticam ſcriberet, prętermiſit ea, quę in alijs opuſculis ſunt, vel quę ſe meminit retuliſſe. Nam viginti libros omnium penè prouinciarum, paſſiones martyrum, epiſcoporum, & confeſſorum, & ſacrarum virginum, ac mulierum continere fecit. Deinde ſecutus, & ab Apoſtolo Petro, omnium epiſcoporũ nomina, & geſta conſcripſit, & earum vrbium, quę arcem pontificatus per Apoſtolicas ſedes tenere noſcuntur, vt vrbs Roma, Antiochia, Hieroſolyma, Epheſus, & Alexandria. Harum vrbium epiſcoporum omnium pręteritorum nomina vſque ad tempus ſuum, & geſta Gręco ſermone cõſcripſit. Ex quo numero vnum Epiſcopum vrbis Romæ ſanctum Sylueſtrum me de Greco in Latinum transferre præcipiſti domine ſancte, ac beate pater. *Quibus verbis quicũq; ſit auctor iſtius proœmij eadẽ geſta ab Euſebio Græcè ſcripta fuiſſe clarè profitetur. Quæ etiã in vetuſtiſſimis Põtificalibus, & codicibus in quibus ſanctorum vitæ ſunt deſcriptæ, in vita Beati Sylueſtri referuntur. Partem horũ actorum (quod ad baptiſmum Cõſtãtini, & imagines ſanctorum Petri, & Pauli ſpectat) refert Hadrianus Papa in epiſt. Cõſtãtino Imperatori, & matri Irenæ ſcripta, q̃ in ſc̃da actione ſeptima vniuerſalis ſynodi hẽtur. Ipſum autẽ priuilegiũ ferè integrũ refert Leo nonus loco ſuperius indicato, & Theodorus Balſamon in Photij nono canone, ti. 9. c. 1 quãquã alijs in rebus (quod Græci plerũque ſolent) Romanæ eccle-*

ſiæ

Sicut quamuis.] CASVS. Hoc cap. habet duas partes. In prima dr̄, ꝙ ſicut aliqua parua ciuitas non minuit ꝓrogatiuā regni, etiam ſi ſit ibi ſedes regalis; ſic Imperator prętogatiuā eccleſię minuere nō pōt. In ſecūda dr̄, ꝙ Pontifex quātūcunq; ſit malus: dummodo nō ſit hęretic⁹, ab Imperatore puniri nō poteſt: Secunda pars incipit ibi, [Semp eſt.]

a ¶ Sicut.] Sēſus eſt: ſicut parua ciuitas non poteſt regnum impugnare: ita nec Imperium ſacerdotium. Vel ſic, licet epiſcopus ſit in parua ciuitate. Rex tñ non pōt iudicare de clericis eius, ſecūdū hoc, dic diſpenſationis religioſæ, ideſt, epiſcopi cōſtituti in parua ciuitate.

Imperium non pōt ſacerdotiu impugnare.

b ¶ Humanitus.] ideſt, cōſuetudine humana, ideſt, fragilitate humanæ naturæ H.

c ¶ Non tamen contra religionem.] Nā in eo caſu poſſet à quocumque redargui. 40. diſt. ſi Papa. vel etiam ſi ſchiſma faceret. 23. q5. d Liguribꝰ. Et plures caſus in q̄bus laici habent iuriſdictionem ſuper clericos, dixi 23. q. 5. principes.

Laici ſuper clericos quāque iuriſdictionem habent.

d ¶ Nullatenus.] 63. diſt. Valentinianus.

Boni

*ſia non ſatis æquus. Hanc eandem donationem ante Gratianū recitarant Anſelmus, Deuſdedit, Iuo locis notatis: Quò ea ꝑtinēt, quæ Petrus Damianus in diſceptatione ſynodali inter regiū aduocatū, & Romanæ eccleſiæ defenſorē ſcripſit.* Lege, inquit, Cōſtātini Imperatoris edictū, vbi ſedis Apoſtolicæ conſtituit ſuper oēs in orbe terrarū eccleſias principatū. Nā poſtquā ſupra corpus beati Petri baſilicam fondator erexit, poſtquā patriarchiū Lateranēſe in beati Saluatoris honore ꝯſtruxit: mox ꝑ Imperialis reſcripti ſeriē Romanæ eccleſię cōſtituit dignitatē, vbi nimirū Beato Syluestro, ſuiſq; ſucceſſorib. obtulit, vt regali more, & aurea corona plecterētur in capite, & cæteras regij cultus infulas vſurparēt: Verū B. Syluester ornamēta, q̄ ſacerdotali ꝯgruere iudicabat officio, ī ꝓprios vſus aſsūpſit: coronā verò, vel cætera q̄ magis ambitioſa, quàm myſtica videbātur, omiſit. Cui ēt Conſtantinus Lateranēſe palatiū, qđ eatenus aula regalis extiterat, ꝑpetuò iure cōceſſit, regnū Italiæ iudicandū tradidit. Nā ipſius Regis hæc verba ſunt, Vnde congruū, inquit, ꝓſpeximus noſtrū Imperiū, & regni poteſtatem orіētalib. trāſferi, ac mutari regionibus, & in Bizantina ꝓuincia in optimo loco nomini noſtro ciuitatē ædificari, & noſtrum illuc conſtitui Imperiū: quoniā vbi principatus ſacerdotū, & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cœleſti conſtitutum, eſt iuſtum nō eſt, vt illic Imperator terrenus habeat poteſtatem. *De hac eadem reſcribit Ado Viennenſis in commentario ætatis ſextæ, & Goſfredus Viterbienſis in chronicis par 6. c. 2.*

γ ¶ Præſidentium equitum.] *Græcè eſt apud Balſamonem,* καὶ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων, *ideſt,* & dignitates Imperialium equorum.

δ Id eſt patricios. *Locus hic Græcè ſic hēt* καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα, καὶ μεγαλοσύνην, ἣν κεκόσμηνται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κόνσουλοι, ἢ τιοὶ ὕπατοι, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα. i. & illa hēre celſitatē, atq; amplitudinē, qua ornatus eſt magnus noſter ſenatus, ſiue patricij & cōſules, ſiue hypati, & reliq; dignitates.

ε ¶ Cū vdonibus] *Græcè totus hic locus hēt paulò aliter,* καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ὅτοι σανδάλια λῶ καὶ διὰ ὀθονίων, οὕτως, καὶ τὰ οὐράνια ὡς καὶ τὰ ἐπίγεια πρὸς αἴνεσιν τοῦ θεοῦ. Et quemadmodum ſenatus noſter fert calceos, ſeu ſandalia cum linteis albis; ita etiam cœleſtia, ſicut terreſtria ad Dei laudem.

ζ Quē placatus] ἵνα εἴ τις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετὰ ἰδιοθελόματος, καὶ εὐαρέστου γενέσθαι κληρικὸ, καὶ ἐν τῷ τῶν ἄλλων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι μήτις τολμᾷ ἀπάντων ἐμποδίζειν τόυω. i. vt ſi quis ex ſenatu ſponte ſua, quodque ita ipſi libeat, voluerit fieri clericus, & in ſanctorum clericorū numerum adſcribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire.

κ ¶ Hęc verò omnia.] *Hic quoq; eſt magna uerborū uarietas, ſed eadē fere ſnīa.*

*Item Gelaſius ad epiſcopos Dardaniæ.*

¶ Imperialis auctoritas religioſæ diſpenſationis menſuram non mutat. Cap. XV.

Sicut quamuis parua ciuitas prærogatiuam præſentis regni nō minuit, ſic Imperialis præſentia menſuram diſpenſationis religioſæ nō mutat. *& infra.* ¶ Semper a eſt effectum in ſacerdotali concilio de ſacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualeſcumque Pontifices ſint, & ſi errore humanitus b accidente, non tamen contra religionem c vllatenus excedentes, nullatenus d videantur à ſæculari poteſtate poſſe percelli.

BOni principis.] CASVS. Hic dicitur, ꝙ officium principis eſt, eccleſias deſtructas reſtaurare, nouas ædificare, & clericos potius defendere quàm deſtruere, vel aliquo modo ſubiugare.

a ¶ Contritas 25.q.1.diuinis,&c.

b ¶ Reſtaura-

α ¶ Semper.] *Mutatus eſt a collectore orationis ductus, ne quæ antecedunt, recitanda eſſent.*

*Item Marcellus Papa Maxentio* α.

α ¶ Maxentio.] *In impreſſis addebatur*, epiſcopo, *quæ vox abeſt ab omnibus manuſcriptis.*

Anſ.l.6.c.192.

¶ Eccleſias reſtaurare contritas, non Pontifices perſequi boni principis eſt. Cap. XVI.

† al. regis.

BOni principis eſt, ac religioſi †, eccleſias cõtritas [a] atque conſciſſas reſtaurare [b], nouas ædificare, & Dei ſacerdotes honorare, atq; tueri. Vnde ſanctos Apoſtolos, eorumq; ſucceſſores ſub diuina conteſtatione conſtituiſſe legimus, non debere fieri perſecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Dominico, neque expellere æterni regis diſpenſatores.

## DISTINCTIO XCVII.

† al. Pontificum.

Dist.79.ſi duo.

*HOc capitulo patenter [c] oſtenditur, quòd, nec Imperatori, nec cuilibet laico licèt decernere, vel de electione Pontificis †, vel de rebus eccleſiaſticis. Quæcũque autem ab eis conſtituta fuerint, pro infectis habenda ſunt: niſi ſubſcriptione Romani Pontificis fuerint roborata. Vnde illud Honorij [d] Auguſti, vt ſupra dictum eſt, vanum eſſe videtur, quod contra auctoritatem ſacrorũ canonum de electione ſummi Pontificis, decernere tentauerit. Sed ſicut ex eodem capitulo habetur, eccleſiæ precibus Imperator in præſumptores ualet decernere: ſicut pro defenſione fidei quondam decreuiſſe leguntur, ne hæretici [e] aliquid nomine eccleſiæ poſſiderent. Ab ea autem non inuitati [f] de rebus eccleſiaſticis aliquid diſponendi non habent facul atem. Honorius verò Auguſtus non ſua auctoritate, ſed beato Bonifacio ſupplicare, eccleſiaſticæ quieti conſulere, & concertantium ambitionem punire curauit.*

*Vnde idem Bonifacius epiſcopus ſupplicationis epiſtolam Honorio Auguſto deſtinauit, dicens.*

Epiſ.1.ad Honoriũ.

¶ Epiſtola Bonifacij ad Honorium Auguſtum. Cap. I.

ECcleſiæ [g] meę, cui Deus noſter meũ ſacerdotiũ, vobis res humanas regentibus, deputauit, nos cura cõſtringit ne cauſis eius, quamuis adhuc corporis incõmoditate detinear, propter conuentus [h], qui a ſacerdotibus vniuerſis, & clericis, & Chriſtianæ plebis pturbationib. agitãtur [i], apud aures Chriſtianiſſimi principis deſim. Si .n. ſecus quàm oporteat, eueniat; non vos id facere [k], qui cuncta æqua moderatione componitis, ſed nos per noſtrã tacentẽ † [l] deſidiam videbimur, quod ciuitatis quie-

† al. tacentes.

CASVS. Hic intitulatur 97. diſt. in qua concludit Gratianus ex illo capitulo, bene quidẽ. ꝙ nulli laico de rebus eccleſiaſticis iudicare licet ſine auctoritate eccleſiæ, & ſi aliter factum fuerit, irritum erit, niſi eccleſia ſubſcribat, vel auctoritatem præſtet. Et ideo videtur, ꝙ conſtitutio. q̃ fecit Honorius Imperator ſu. 79. di. ſi duo. non valuit, cũ fuerit a laico facta: poſtea ſoluit dicẽs, ꝙ ſi laicus inuitetur ab eccleſia vt de reb. eccleſiaſticis faciat conſtitutionẽ, ſicut fuit Honorius a Bonifacio inuitatus, valebit conſtitutio.

c ¶ Hoc capitulo.] Reſpicit ĩ hac d. 97. illud c. bene quidem 96. diſ. & aſſignat in hoc §. quãdam contrarietatẽ, & dat poſtea ſolũtionem.

d ¶ Honorij.] Supra d. 79. ſi duo.

e ¶ Ne hęretici.] ſu. d. 8. quo iure. & 23. q. 7. c. 1. & 2. & 27. q. 3. c. nimium.

f ¶ Inuitati.] ſup. d. 63. Hadrianus, & ca. in ſynodo.

ECcleſiæ.] CASVS. Hæc eſt epiſtola Papę Bonifacij in qua ſupplicat Honorio Imperatori. In prima parte oſtẽdit Bonifacius, ꝙ ipſe ẽ ſolicitus de eccleſiaſtico ſtatu, ne ſi negligens inueniatur, ſit redarguẽdus. In ſecũda rogat Honoriũ d̃ pace, & quiete eccleſiæ ſeruãda, et multipliciter applaudẽdo. In tertio rogat eũ, vt ſuos legatos honorificè recipiat. Secũda ibi. [Ipſa enim eccleſia.] Tertia incipit ibi, [Hẽc refugiũ.]

g ¶ Eccleſiæ inf. ca. proxi. victor. cõtra. Sed vt ibi dicitur: iſ erat in cõualeſcẽtia adhuc tamen erat debilis, vt hic.

h ¶ Conuentus.] .i. conuenticulas. C. de epiſ. & cle. conuenticulam.

i ¶ Agitãtur.] q. d. licet ad huc ſimus inualidi tñ cura eccleſiæ nos compellit, vt inuigilemus eccleſiaſticis negocijs, & pro eis intercedamus apud vos, quia multi clerici turbant eccleſiam Dei. Archidiaconus.

b ¶ Reſtaurare.] 27. q. 4. diffiniuit. 16. q. 1. ſtatuimus.

HOc capitulo patenter.] Hæc diſtinctio diuiditur in duas partes. Secunda ibi. [Sine ſignatis.] Io. de Fant.

K ¶ Facere.] .ſ. videmini.

l ¶ Tacentem.] Extra de teſta. quia ingredientibus, & 63. diſt. c. 1.

a ¶ Sub illis.] Vt 11. q. 1. ſacerdotibus.
b ¶ Formidentur.] A Chriſtianis.
c ¶ Virginē. Vt 27. q. 1. nuptiarū. in fi.
d ¶ Procellarum.] i. hæreticorum.
e ¶ Faciem.] Eccleſiæ.
f ¶ Præterita.] Scilicet beneficia. ſic intelligitur de cõſe. di ſtin. 2. panis, ꝙ. ſ. ꝓ omni munere debemus Deo gratias referre, præſenti. ſ. & ꝑterito: nõ futuro, q̃a nec Deus futurū peccatum indulget. inf. de pœn. diſtin. 3. ſane cauendum, nec pactum valet, ſi fiat ꝙ non agam de futura iniuria. ff. de pactis, ſi vnus. §. pacta.
g ¶ Repetit.] Ideſt, recolit, & ad memoriam reducit.
h ¶ Tibi.] Ne ſis ingratus.
i ¶ Euulſa.] Per effectum: ideſt, euellens.
K ¶ Proſequētibus.] Legationem noſtrã Arg. ad quæſtionem magiſtri P. ꝙ Archiepſ Bracaren. potuit eum ſpoliare.
l ¶ Poſtulatis.] Datiui caſus.

Peccatum futurum. Deus nõ indulget.

tem, & eccleſiæ pacem pēruertere valeat, admiſiſſe. Cum enim humanis rebus diuinæ cultor religionis domino fauente prouideas †: noſtra culpa erit, ſi non id ſub veſtra gloria (quam certum eſt diuinis ſemper rebus animo prõptiore fauiſſe) firmo, & ſtabili iure cuſtodiatur, quod per tot annorum ſeriem, & ſub illis [a] etiam principibus obtinuit, quos α nulla noſtræ religionis cura cõſtrinxit, ideſt, vt licita ſeruentur, & ſub veſtræ Imperio clementiæ minime, quæ ſunt illicita, formidentur [b]. ¶ Ipſa enim eccleſia deuotionem tuam Chriſtianiſſime Imperator, meo † quidem ſermone, ſed ſuo venerabili appellat affectu †, q̃ Chriſtus Deus noſter, veſtri fidus rector, & gubernator Imperij, vni deſponſatam ſibi, & intactam virginem [c] ſeruat: ne in eam aliquos patiamini inſidiantium procellarum [d] fluctus illidi, & quietam faciem [e] tempeſtatis inſolitę tumore turbari, glorioſiſſime, & tranquilliſſime Imperator Auguſte †. Ipſa ergo (quę vni deſponſata, noſtra † tamen mater eſt) Eccleſia, hac pietatem veſtram legatione, quam ſuis ſacerdotibus commiſit, appellat, pręterita [f] pręſentiaq; repetit [g]. Vobis, inquit, religioſe imperãtib. β creuit meus, qui modo tuus eſt, populus, tam fidus Deo, quam tibi [h], qui es princeps Chriſtianus. Ecce enim inter ipſa myſteria, inter preces ſuas, quas pro veſtri fęlicitate dependit Imperij, teſte (apud quem, & de cuius ſede agitur) ſancto Petro, ſolicitis pro religionis obſeruantia vocibus clamat; cum ſolicita petitione miſcetur oratio, ne humanas γ res ſolito tentatore occulte ſolicitante ſemel euulſa [i] diſcordia diſtrahat. Angeretur pluribꝰ, princeps chriſtianiſſime, mater Eccleſia; niſi apud te ſuarum eſſet cura † cauſarum †, & niſi in oppreſſionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum Imperio ſemper florente, viciſſet. ¶ Habet refugium, pium tuæ mãſuetudinis animum, cum ſuæ religionis veneratione coniunctum; cum quidquid huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus, & conſacerdotib. meis, probatiſſimis viris, a me, & ab omnibus (qui eccleſiam faciunt †) legatis: quibus (precamur,) ſacræ cauſam religionis proſequentibus [k], in vrbe veſtræ manſuetudinis hoc animo, quo poſtulatis [l] annuitis, in perpetuuum ſtatui vniuerſalis eccleſiæ conſulatis.

† al. præſideas.
† al. non meo.
† al. affectu.
† al. ſemper Auguſte.
† al. veſtra.
† ſecuri.] orig.
† Adde q̃d Imperator ē defenſor, & filius eccleſiæ. no. ĩ cle. Romani. de iureiur. & in auth. vt oēs obe. iu. prouin. §. & hos conſiderantes. coll. 5.
† faciunt iſtinſmodi.] orgi.

α ¶ Ideſt, vt licita.] *In epiſtola ipſa legitur,* ideſt, vt fidēs vtar licitis.

β ¶ Imperantibus.] *Additis aliquot ex epiſtola vocibus emendatus eſt hic locus,* creuit meus, qui modo tuus eſt, populus.

γ Ne humanas.] *In pleriſq; vetuſtis legitur,* ne hos in varias res ſolito, &c. *In originali verò,* ne hos, *alias,* vos, in varias res ſemel euulſa diſtrahat a cultu ſolito, tentatore ſolicitante, diſcordia.

Victor.] CASVS. Honorius nunc reſcribit Bonifacio: & primo ſalutat eũ referendo gratias Deo de ſanitate ſibi reddita, & deprecatur ipſum, vt debeat orare ꝓ ipſo, cõmēdans eum in ſolicitudine ſua, & ſignificat ei, ꝙ ad poſtulationem ſuorū legatorum, fecit cõſtitutionem, per quã ſatis putat eſſe prouiſum eccleſiaſticę quieti tandem rogat, vt cõſtitutionem illam publicet, quatenus oēs clerici ſciant ab ambitionib. apoſtolicæ ſedis eſſe ceſſandum, quia de cętero ad hoc nullæ diſſenſiones valebunt.
m ¶ Victor.] Sed quare ꝑmiſit hic Imperator nomē ſuũ. Forte hæc cõſuetudo erat olim. C. d. ſu. tri. inter claras. Papa tñ aliās ſibi ꝓponit. 12. q. 1.

Papa ſibi alio. præponit.

¶ Reſcriptum Honorij ad Bonifacium Papam. Cap. II.

Victor [m] Honorius inclytus triumphator ſemp Auguſtus Sancto, ac venerabili Bonifacio Papæ vrbis æternæ. Scripta Beatitudinis tuæ debita reuerētiæ gratulatione ſuſcepimus: quibus recenſitis egimus omnipotēti Deo Maximas gratias, quòd ſanctimoniam tuam poſt

quæſt.1.dilectiſſimis.Vel forte tunc nouella erat Eccleſia, & adhuc obtinebat illud. Quare fremnerunt gentes,& c.1. poſtea autem Imperator ſubiecit ſe Papæ, vt 23.q.4.diſplicet.

2.23.q.4.nõ inuenitur.

a ¶ Sua ſtudia.]Idem,conſpirationes, ſimile 61. diſtin. obitum.

olim.in fi.& C.de fide inſtru.l.vlt. Sed nunquid ſufficit mandatum ſine literis? Dico, ꝙ legato non ſufficit probare mandatum,C.de man.princ.l.1. quia legati non ſine periculo recipiuntur. Vnde maior eſt in eis facienda examinatio,vt 42.diſt.quieſcamus. Sed delegatus poteſt

longum incõmodum optatæ redditam didicimus ſanitati. Et ideo reuertentibus venerabilibus viris gaudiũ noſtrum ſacrorũ apicum atteſtatione ſignamus,ac petimus, vti quotidianis orationib.Apoſtolatus tuus ſtudium, ac votum ſuum circa ſalutem, atque Imperium noſtrum dignetur impendere.Illud autem pietati noſtræ ſatis placitum eſſe cognoſce, quod ſanctimonia tua de eccleſiarũ, aut populi perturbatione ſolicita eſt. Quæ, ne aliqua ratione poſſit euenire, ſatis clementia noſtra credidit eſſe prouiſum. Denique beatitudine tua prædicante id ad cunctorum clericorum notitiam volumus peruenire, vt ſi quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humana ſorte contigerit, ſciant omnes ab ambitionibus eſſe ceſſandum.Ac ſi duo, *vt ſupra, Et infra.* ¶ Vnde id obſeruandum eſt,vt omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex ſerenitatis noſtræ admonitione cuſtodiãt, nec aliquid ſeditioſis conſpirationibus tẽtare conentur: cũ certum ſit,nulli partium ſua ſtudia [a] profutura.

Diſt.79.ſi duo.

2 *Sine ſignatis apicibus non eſt mos Romanæ eccleſiæ vndecunque legationem ſuſcipere α.*

*Vnde Nicolaus Papa.*

α ¶ Suſcipere.] *In vulgatis ſequebatur*, neque mittere: *quæ abſunt a vetuſtis, neque conueniunt cum his, quæ ſequenti capite afferuntur.*

¶ Romana non conſueuit eccleſia ſine ſignatis apicibus legationem vndecunque ſuſcipere.

Cap. III.

NObiliſſimus [b] vir, atque ſtrenus veſtræ ſublimitatis legatus,licet nullam epiſtolam iuxta conſuetodinem a vobis noſtro Põtificio detuliſſet,licet nunquam Apoſtolicæ ſedis modus † fuerit abſque ſignatis [c] apicibus vndecunque legationem ſuſcipere; Nos tamen vos in illo honorantes, eiuſque grauitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoſcentes aſſertiones; nihilominus [d] eum,& ſicut decuit,ſuſcepimus, & ei,ſicut honeſtũ fuit, credidimus [e].

† al. mortis.

probare mandatum ſine literis,vt in authen. deliti, §.oẽm colla.9. & arg.extra de offi.dele. prudentiam,& extra de reſcrip.ex parte Ioan. Tan. & quidam alij dicũt, quòd in iudice delegato non ſufficit ꝓbare amiſſionem reſcripti, niſi oſtẽdat authenticũ, ut extra de offi. del. cũ ĩ iure.25.q.2.ſancim⁹,& extra de fid. inſt.c.1.Ita notat T. ſuper illa decre. cũ olim. Sed pone, ꝙ partes viderũt,& approbauerunt reſcriptum,& poſtea redactũ fuit in publicã formã per tabellionem nunquid amiſſo poſtea reſcripto iudex ꝓcedere poterit? Satis credo,ꝙ ſic Io.vt notaui in quæſtionibus 3. B. Sed cum hic indiſtincte dicat, ꝙ literæ debeant eſſe ſignatę,vi detur a quocunque ſint ſignatæ, ꝙ ſufficiat ad hoc, vt ſcriptura dicatur authẽtica, vt extra de appel.perſonas,& ext. de fideiuſſ. ꝑuenit. Nã & eps̃ ſigillat ſigillo eccleſię ſuæ,vt 73. diſt. in nomine Domini in fi. itẽ & alieno annulo põt qs ſignare teſtamẽtũ,ut Inſt.de teſt.§. poſſũt aũt. Itẽ & alienũ ſigillũ 4. etiã nõ iudicis ſui fidem facit,vt inf.d. prox.

Ipſe Ioan. & H. in præce. decr. de pri. ui. cũ. olim in gloſ. hoc eſt, ubi dicũt & Goff. cum eis hoc eſſe uerum niſi honeſtus, & notus eſſet, & tunc põt, & debet ei credi, ut in hoc cap.nobiliſſimus. Arch.

Delegatus mandatũ ſine literis ꝓbare poteſt.

3 Quæſtio dñicalis eſt & incipit: q dam impetrauit reſcriptum, &c. Literas eſſe a quocunq; ſignatas an ſufficiat.

4 Dum tñ ſit authenticũ. Argu. C. de bon.proſc.ſi qs intra. inſti. de Atti. tu.§.penult. Arch.

obitum,aliàs in bonam partem ead.diſt.ſtudij Io.

SINE.CASVS. Quia in ſuperiori ca. facta fuit mentio de ſignatis apicibus: ideo nunc vult oſtendere, ꝙ eccleſiæ Romanæ mos eſt non ſuſcipere legatum ſine ſignatis apicibus.

NObiliſſimus.] CASVS. Mandat Nicolaus Papa cuidam principi, quod licet mos ſit Romanæ eccleſiæ non recipere legatum alicuius ſine literis ſigillatis: tamen legatum illius principis ſine literis recepit honorifice: & verbis eius fidem adhibuit, honorans principem in perſona ipſius.

b ¶ Nobiliſſimus.] Arg. quòd ſine literis non eſt adhibenda fides legatis.11.q.2.Lugdunenſis.

Legato ſine literis ſuæ legationis credendum non eſt.

c ¶ Signatis.]Oportet ergo, ꝙ legatus exhibeat literas legationis ſuæ ad hoc,vt credatur ei,vt hic,& 63.diſt.lectis.C.de man.princ.l.vnica. Sed quid ſi perdidit literas, & vult probare 2. amiſſionem? Dico ꝙ poteſt, non tamen ſufficit probare tenorem literæ, niſi, & probetur,qđ illa litera fuerit ſine vitio, vt extra de priui.cum ca.1.& 2.Sed dic,ꝙ alienum ſigillum facit fidem, ſi nõ habetur proprium:aliàs non,vt extra de appel. ſignificauit,& 65.diſt.epiſcopus. Item literæ nõ dicuntur ſignatæ ſi legi non poſſunt characteres, vt extra de fide inſtr. inter. & ff. de teſt.ad teſtium. §. ſi ſigna. & §. ſignum. Item ſi filum ruptũ ſit, non dicuntur ſignatæ,ut extra de cri.fal.c.licet. Si autem filium ex toto non eſt fractũ, bene dicuntur ſignatæ, vt ff.de bon.poſſ.ſecundum tab. l.1.§.ſi linum.extra de fide inſtr.ſicut.

2 Quod dic, ut ẽt notat.

Cardinalino. ſine literis credi põt

d ¶ Nihilominus.] Ergo, & Cardinali,qui bene notus eſt in aliqua prouincia, credẽdum eſſet ſine literis:maximè cum non contingat Cardinalem unquam abeſſe niſi legationis cauſa.Ioan.

Voci unius qñq; credit.

e ¶ Credidimus.] Argu. ꝙ interdum uoci,& aſſertioni unius credendũ ſit,ſi ꝑſona ſit honeſta,& authen.5. ar. 8.q.3.c.1.Ar.contra 9.d. ego ſolis, ſic ẽ conuerſo ex ꝑſona ꝓferentis inſtrumentũ minus creditur inſtrumẽto, ut ff.de edẽ. ſi qs.§.1.ſic ſi malus aliquid dicat, nõ facile ei creditur,ut 24.q.1.quiſquis.Argu. contra 19.d. ſim

5 Concor. tex. ĩ l. ſi qs decurio. C. de fal. & ĩ l. Theopõpus. ff.de do.præ le.regulariter tñ eſt contra.

## DISTINCTIO XCVIII.

Q*Væ circa* [a] *ordinādos ſint obſeruanda, quæ in eorum electione diligenter ſint conſideranda, multorum auctoritatibus monſtrata ſunt. Sed quia veritas rei nonnunquam obſcuratur mutatione prouinciæ; decretum eſt ſacris canonibus, vt peregrini, niſi quinque, vel eo amplius ſuorum epiſcoporum fuerint commendati chyrographis, non ordinentur.*

*Vnde Sylueſter Papa generali concilio præſidens dixit.*

¶Niſi quinque epiſcoporum literis deſignatum tranſmarinum hominem ad clericatum nullus ſuſcipiat. Cap. I.

NVllus aliqua [b] ratione tranſmarinum hominem penes vos † in clericatus gradus ſuſcipiat, niſi quinque [c] aut † eo amplius ] epiſcoporum deſignatus ſit chyrographis.

In fine epilogi concilij Romani ſub Sylueſtro, ſed paulo aliter.
Poly.l.2.tit.31.
Anſ.l.7.c.23.
† *al. nec.*
† Abſunt ab originali & aliquot Gra. codicibus.

*Item Anaſtaſius I. vrbis Romæ epiſcopus ad omnes Germaniæ, ac Burgundiæ epiſcopos, epiſt.1.c.2.*

Poly. ibidem.
Anſ.l.7.c.24.
† *al. honore nolite ſuſcipere.*] orig.

¶De eodem. Cap. II.

TRanſmarinos [d] homines in clericatus honorē † nemo ſuſcipiat, niſi quinque, aut eo amplius epiſcoporum chyrographis [e] ſint deſignati: quia multa per ſubreptionem [f] ſolent euenire.

*Item Gregorius Romanæ eccleſiæ præſul Squillatino epiſcopo, lib.2.epiſt.25.*

¶De eodem. Cap. III.

AFros [g] paſſim, vel incognitos peregrinos, ad eccleſiaſticos ordines tendentes nulla ratione ſuſcipias [h], quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati; peregrini verò plurimi etiam in minoribus ordinib. conſtituti fortiores α [i] de ſe prætendiſſe honores ſæpè probati ſunt.

Polyc. ibidem.
Anſ.l.7.c.25.
Iuo p.6.c.351.

α ¶Fortiores.] *Sic legitur in vetuſtis Gratiani & B. Gregorij codicibus; verum in Frobeniana, ac Lugdunenſi eiuſdem B. Gregorij operum editione,* ad fortiores prætendiſſe honores.

---

QVæ circa ordinandos.] CASVS. Egit. ſu. Gr. diligēter de ordinatione, & electione clericorum: ſed quia per mutationē locorū veritas occultatur: ideo in hac di.98. oſtēditur, vt clerici peregrini non recipiātur, niſi cū l[...]s quinquæ epiſcoporum, cum a proprio epiſcopo fuerunt commendati.

a ¶ Quæ circa.] Hic depingitur 98.di. in cuius principio vtiť Gratia. tranſitu: in quo oſtendit, quid dixerit hactenus, & quid in hac dicturus ſit. Nam quia clerici ſæpè mittuntur de prouincia ad ꝓuinciam, breuiter oſtendit, ꝙ non ſunt recipiēdi in alia prouincia ſine literis epiſcoporum ſuorum.

Clerici ſine literis ſuorū epōrum non ſunt recipiēdi.

NVllus. CASVS. Dicit hic, ꝙ nullus epiſcopus debet recipere clericū trāſmarinū in ſua eccleſia, niſi habuerit literas ſigillatas quinque epiſcoporū, vel eo amplius fuerit cōmēdatus: qa multa per ſubreptionem ſolent euenire. Idem dicitur in ſeq. cap.

b ¶ Nullus aliqua.] Iſta c. introducta ſūt ad cautelā: vel legūtur de primitiua eccleſia: & ſic ſecus hodie.

c ¶ Niſi quinq;.] Cōtra 71. diſ. cap. 2. Sed hæc capitula loquūtur, quādo ita remoti ſunt, ꝙ ſigilla epiſcoporum, & etiā loca ignota ſunt: illud quādo epiſcopus ꝓpinquus eſt, & ei⁹ ſigillum bene cognoſcitur: & hoc colligitur extra de cler. pereg. tue. Sed pone, ꝙ nō habet literas: eſtne recipiēdus ſi probet ꝑ teſtes? ita. extra de cleri. pereg. c. vlt. Nam magis credendum eſt viuæ voci, quàm mortuæ, in authen. de fide inſtru. §. ſi verò. coll. 6. H. intelligit hæc capitula abrogata, olim enim habuit locum hoc capitulum propter multitudinem hæreticorum. Sed illud capitulum, tuæ, euacuat opinionem iſtam. Sed certè non vī recipiendus, & ſi mille ſigilla haberet ignota: quia nō plus fidei præſtant mille ignota, quam vnū ignotum, preterea in teſtamento ita inuenis, ꝙ cum ſigna ſunt ignota, conuocantur omnes illi: quorum dicuntur ſigilla, vt ſciatur an recognoſcant ſua ſigna: vt ff. quemadmodū teſtamenta aperiantur cū ab initio, ex hoc concedo, ꝙ niſi aliqualis habeatur notitia de ſigillis & de illis remotis eccleſijs, quod nō ſit eis credēdū, & ſi mille ſint: arg. ext. de fide inſtr. cap. quòd ſuper his

Voci viuæ magis credendum eſt, ꝙ̄ mortuæ.

Sigillis ignotis fides non eſt adhibenda.

d TRanſmarinos.] Idem intelligo de quolibet ignoto, quin ſigilla repræſentat ignota. Ioan. [1].

e ¶ Chyrographis.] Ideſt, literis, in quibus continebitur de vita, de moribus, de ordinibus, & de irregularitate ſua.

[1] Cōcor. no. per Bart. in l. Lucius. ff. de fide inſt. & l. ad teſtiū ff. de teſt.

f ¶ Per ſubreptionem.] Si extra, de procur. cap. i. & 3. q. 3. induciæ.

AFros. CASVS. Præcipit Grego. in hoc c. epiſcopo Squillatino, vt afros, & peregrinos clericos ad ordines non ſuſcipiat, quia quidam eorum ſunt hæretici: quidam ſunt rebaptizati: quidam verò ſunt peregrini: & ordines, quos non habent, ſe mentiuntur habere.

g ¶ Afros.] Ratione prouinciæ præſumitur contra aliquem, arg. 24. diſt. quando, ff. de ædil. edi. quòd ſi nolit, §. qui mancipia [2].

h ¶ Suſcipias.] Vt officient populum, alias bene; extra de cler. pereg. c. pen.

i ¶ Fortiores.] Hæc eſt vna ratio, quare non admittuntur, aliæ aſſignantur. 19. q. 2. duæ.

[2] Arg. contra ext. de iud. cū deputati. ext. de inſti. ad decorē. Arch.

Omnes.]

*Item ex concilio Eliberitano, c. 24.*

Iuo p. 6. c. 252. ¶ Non ſunt promouendi ad clerum, qui peregre fuerint baptizati. Cap. IV.

† al. in peregrinatione

OMnes,[a] qui peregre † fuerint baptizati, eo quòd eorum minime ſit cognita vita, placuit ad clerum nõ eſſe promouendos in alienis prouincijs.

## DISTINCTIO XCIX.

*DE primatibus [b] autem (quorum ſupra mentionem fecimus) quæritur, quem gradum in eccleſia obtineant, an in aliquo à patriarchis differant; quam obedientiam archiepiſcopi eis debeant. Primates, & patriarchæ diuerſorum ſunt nominum, ſed eiuſdem officij. Ab archiepiſcopis autem quoties neceſſe fuerit, epiſcopi ad primates appellant; ſed à primatib. ad archiepiſcopos appellare non licet. Debent ergo obedientiam primatibus archiepiſcopi in omnibus, quæ ſibi ab eis iuſtè fuerint impetrata.*

*Vnde Anacletus Papa ait ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 2.*

Iuo p. 5. c. 53. Pann. l. 4. c. 23. ¶ Quæ obedientia ſit exhibenda primatibus, & patriarchis. Cap. I.

PRouinciæ multo ante Chriſti aduẽtum [c] tempore diuiſę ſunt maxima ex parte, & poſtea ab Apoſtolis, & beato Clemẽte prędeceſſore noſtro ipſa diuiſio eſt renouata. Et in capite prouinciarum (vbi dudum primates legis † ſeculi erãt, ac prima iudiciaria poteſtas, ad quos qui per reliquas ciuitates commorabãtur, quãdo eis neceſſe erat, qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere nõ poterant, vel quibus permiſſum [d] non erat, [e] confugiebant pro oppreſſionibus, vel iniuſtitijs ſuis; ipſoſque appellabãt, quoties [f] opus erat ſicut in lege eorum præceptũ erat;) ipſis [g] quoq; in ciuitatib. vel locis noſtros † patriarchas, vel primates, qui vnam formã [h] tenent, licet diuerſa ſint nomina, leges diuinę, & eccleſiaſticę poni, &

† al. leges.

† al. noſtris.

OMnes.] CASVS. In hoc cap. ſtatuitur, vt illi qui in peregrinationes ſunt baptizati, non promoueãtur: quia eorum vita eſt incognita, & poſſunt eſſe irregulares.

a ¶ Omnes.] Hoc cap. loquitur de adultis. Sed nonne baptiſmus tollit omnẽ peccati maculam? Vtique ſic inf. de pæn. diſt. vlt. cap. vlt. hoc ergo ideo quia fortè iſti bigami vel aliàs. irregulares ſunt, quia ante baptiſmum fortè fuerunt bigami.

Baptiſmus omnẽ peccati maculam tollit.

DE primatibus.] Hęc diſtin. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, quòd vbi erant primates gẽtilium olim: ibi ſunt modo primates, id eſt, patriarchæ, qui idem habent officium, licet nomina ſint diuerſa. Secunda ibi: Nulli archiepiſcopi. Tertia ibi, Vniuerſitatis. Ioan. de Fant.

CASVS. Quia ſupra in 80. diſtinct. c. 1. Gratianus fecerat mentionem de primatibus & patriarchis, nec aſſignauerat differentiam, inter eos ideo ſupponit hanc 99. diſt. in qua oſtendit, quod primates & patriarchæ quo ad officia non differunt, ſed quo ad vocabula, ad quos primates uel patriarchas ab archiepiſcopis appellant epiſcopi. Oſtendit etiam quòd archiepiſcopi debent primatibus obedire in his, quæ iuſtè fuerint imperata.

b ¶ De primatibus.] Fecerat Gratianus. ſu. in diſtin. 80. mentionem de primatibus & patriarchis: ſed ne quis crederet propter nominum diuerſitatẽ aliquam eſſe realem differẽtiam: ideo oſtendit in hac diſt. differentiam eſſe tãtũ in nomine. Oſtẽdit etiam de reuerẽtia, quam debent archiepiſcopi ſuis primatibus. Oſtẽdit ẽt ꝙ nec Romanus Põtifex debet vniuerſalis appellari.

PRouinciæ.] CASVS. Quæſitum fuit ab Anacleto in quibus locis primates inſtituendi ſint: & an archiepiſcopi eis debeant obedire. Et reſpõdet ꝙ leges eccleſiaſticę iuſſerũt poni primates, vel patriarchas, q eãdẽ formã tenent. (licet diuerſa ſint vocabula) in capitib9 prouinciarũ, vbi olim erãt primates paganorũ: ad quos primates vel patriarchas ab archiepiſcopis appellari. In alijs vero ciuitatibus metropolitanis debent archiepiſcopi reſidere, qui debẽt pdictis primatib9 obedire, nec debẽt nominari primates, ſed archiepiſcopi vel metropolitani.

c ¶ Ante Chriſti aduentum.] Ergo ante tẽpus Gelaſij & Dionyſij diſtinctę erant prouinciæ, vnde reprobatur quædam ſolutio, quę ponitur 10. quęſt. 3. nec numerus. quòd ſcilicet tũc nõ erant prouincię limitatę. Sed dic quòd prouincię fuerunt diuiſæ, vt hic, ſed diœceſes non, niſi a tpe Dionyſii. 13. q. 1. c. 1. Vel ſolue per illam literam, maxima ex parte: quaſi dicat, non omnes.

Prouinciæ quo tempore fuerint diſtinctæ.

d ¶ Quibus permiſſum.] Quia modica erat ſumma. 2. q. 6. anteriorum. §. illud.

e ¶ Non erat.] Vt clericis, qui cauſis eccleſiaſticis non poſſunt appellare ad principem, vt inf. 11. q. 1. placuit

f ¶ Quoties.] Id eſt, bis ante ſententiam: vel poſt ſententiam ſecundum canones. Et no. ꝙ dicit, quoties, ſecundum leges ſed tamen non licet ſecundum leges appellare ad principem, niſi in caſu ante ſententiam: & ita eſt arg. ad expoſitionem illius 2. q. 6. omnis oppreſſus.

Appellare ante ſniam ſm leges nõ licet.

g ¶ Ipſis.] Repetit quod dixerat.

h ¶ Formam.] Arg. C. de codic. ſi idem. contra, quia diuerſitas nominum debet deſignare diuerſitatem rerum vt 21. diſt. cleros.

eſſe iuſſerunt ad quos epiſcopi, ſi neceſſe fuerit, confugerent, eoſque appellarent; & ipſi primatũ nomine fruerẽtur, & non alij. Reliquæ vero metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant (licet maiores † comitibus [a] eſſent) haberẽt metropolitanos ſuos, qui prædictis iuſte obedirent primatib. ſicut & in legibus ſęculi olim ordinatum erat: qui non primatum, ſed aut metropolitanorum, aut archiepiſcoporum nomine [b] fruerentur. † *al. maiorum comitib.*

¶ *Hoc caput integrum repetitur a Gregorio VII. lib. 6. reg. epiſt. 35. Rothomagenſi Turonenſi, ac Senonenſi archiepiſcopi ſcripta, ex qua & originali nonnulla ſunt reſtituta.*

*Item Anicetus ad epiſcopos Galliæ.*

¶ Non vocentur primates, niſi qui primas ſedes tenent. Cap. II.

NVlli archiepiſcopi primates vocentur, [c] niſi illi, qui primas [d] tenent ciuitates; † quarũ epiſcopos Apoſtoli & ſucceſſores Apoſtolorũ; regulariter patriarchas & primates eſſe conſtituerunt: niſi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur, [e] cui neceſſe ſit propter multitudinem eorum, † primatem cõſtitui. [f] Reliqui vero, qui alias metropolitanas ſedes adepti ſunt, non primates, ſed metropolitani nominentur.

Poly. l. 2. tit. 21. Iuo p. 5. c. 54. Pann. l. 4. c. 25. † *al. ſedes.* † *al. epiſcoporum.*

*Item ex concilio Africano. c. 6.* Et Carthag. 3. c. 26.

¶ Primæ ſedis epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotum, vel ſummus ſacerdos. Cap. III.

PRimę [g] ſedis epiſcopus nõ appelletur princeps ſacerdotũ, vel ſummus ſacerdos, aut aliquid huiuſmodi: ſed tantum primę ſedis epiſcopus.

Poly. l. 2. tit. 26. Burch. l. 1. c. 3. Iuo p. 5. c. 57.

3 *Vniuerſalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur.*

*Vnde Pelagius II. epiſt. omnibus epiſcopis illicite à Ioanne Conſtantinop. conuocatis, &c.*

¶ Nec etiam Romanus Pontifex vniuerſalis eſt appellandus. Cap. IV.

NVllus patriarcharum vniuerſalitatis † vocabulo vnquam vtatur; quia ſi vnus † patriarcha vniuerſalis dicitur, patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed abſit hoc, abſit à fidelis cuiuſquam mente, hoc ſibi vel velle quempiam arripere, vnde honorem fratrum ſuorum imminuere ex quantulacumque parte videatur. Quapropter charitas veſtra neminem vnquã ſuis in epiſtolis vniuerſalem nominet: ne ſibi debitum ſubtrahat, cum alteri honorem offert indebitum.

Poly. l. 2. tit. 20. Anſ. l. 6. c. 13. † *al. ſummus* ] orig. † *al. hoc tam profano vocabulo,* orig.

a ¶ Comitibus. ] Ideſt, comitantibus vel ſequentibus eos, vel comitatibus. ideſt epiſcopis. Committatus enim dicitur, 1 diſtrictus alicuius ciuitatis, ubi eſt epiſcopus. Vel hoc vult notare, ꝙ archiepiſcopus maiorem habet poteſtatem in prouincia & iuriſdictionẽ ꝗ primas, nã metropolitanꝰ eſt iudex ordinariꝰ oĩum epiſcoporũ prouincię: primas tantum archiepiſcopi, vnde ſecũdum hoc maior eſt patriarchis.

a ¶ Comitibus. ] Ideſt, propter cõmites & propter epiſcopos ſuffraganeos.

b ¶ Nomine. ] Ar. ex nominib. ſemp res nominum ideſt res ſignificatus p nomina debere attendit.

NVlli archiepiſcopi. ] CASVS. Queſitũ fuit ab Aniceto Papa, vtrum archiepiſcopi ſint appellãdi primates vel patriar. hę. Et reſpõdet ꝙ non, niſi multitudo populorũ intantum excreſcat, vt ꝗ archiepiſcopo fiat patriarcha.

c ¶ Vocentur. ] C. de lib. cau. iubemus. C. de proba. nec epiſtolis.

d ¶ Qui primas. ] Sicut Romanus, Antiochenus, Alexãdrinꝰ. ſupra 21. diſ. cleros. Quid de Veneto? dic ergo ꝗ eſt primas reſpectu inferiorũ extra de priuile. c. antiqua.

e ¶ Ad fidem conuertatur. ] Nam & ap s accreſcentes 7. q. 1. in apibus de cõſe. diſt. 5. nunquam. & iuuentus Romana excreſcẽs nouam ſibi ciuitatem ædificauit: argu. C. de ſac. ſan. eccl. iubemus. Et bene dicit, conuertatur: nam aliàs vix poſſet contingere, ꝙ in aliquo loco intantũ excreſceret populus, vt primate indigeret, ut 34. d. fraternitatis.

f ¶ Conſtitui. ] Arg. infra parochiam alicuius non debere cõſtitui eccleſiam, niſi multitudo fidelium excreuerit. Sed nunquid illo inuito cuius eſt parochia, poterit hoc fieri & irrequiſito? Nõ, vt 16. q. 1. multis cõcilijs, & 16. q. 1. felix, &c. ſeq. Sed ſi requiſitus nollet cõſentire: non minus tñ fieret per maiorem, ſcilicet per Papam, extra de eccleſi. ædi. c. 3. eius tamen conſenſu primo requiſito. Et not. ꝙ huiuſmodi requiſitio facienda eſt cum ille locus eſſet, in quo excreuit multitudo fidelium iam deputatus alicui epiſcopatui, alias non.

g PRimæ. Ideſt patriarchalis.

VNIVERSALIS. Hæc eſt tertia pars diſtinctionis: in qua dicitur, quòd Papa non debet vocari vniuerſalis.

lis. Ioan. de Fant.

NVllus patriarcharum. ] CASVS. Epiſcopi in ſuis epiſtolis appellabant patriarchas vniuerſales: quare ꝓhibet Pelagius omnibus epiſcopis vt neminem de cætero appellent vniuerſalem: quia ſi vnus appellatur vniuerſalis, cęteris honor debitus ſubtrahitur.

1 Adde ꝗ ſit cõmitatus, & ĩ quo differt à ciuitate, diſtrictu, vel territorio tex. in l. 1. C. quando impe. inter. pu. & vidu.

Metropolitani iuriſdictio.

Primatis iuriſdictio.

Multitudine creſcente multa fiunt.

Multitudine excreſcẽte an poſſit eccleſia, in alterius parochia ſine ipſius conſenſu conſt.

Ecce.]

Io.Dia.l.3.c.vlt.

*Item Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino, lib.7.epiſt 30.indic.1.*

Pol.l.2.tit.16. Anſ.l.6.c.131.

¶ De eodem. Cap. V.

ECce in præfatione epiſtolæ, quam ad me ipſum; qui prohibui, direxiſtis, ſuperbæ appellationis verbum, vniuerſalem me papam dicẽtes imprimere curaſtis. Qđ, peto, dulciſſima mihi ſanctitas veſtra vltra nõ faciat: q̃a vobis ſubtrahitur, [a] quod alteri plus quam ratio exigit, præbetur. [b] Ego enim non verbis quæro proſperari, ſed moribus; nec honorem eſſe deputo, in quo fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco, Meus namque honor, eſt honor vniuerſalis eccleſiæ: meus honor, eſt fratrum meorum ſolidus vigor. Tunc ego vere honoratus ſum, cum ſingulis quibuſque honor debitus non negatur[c]. Si enim vniuerſalem me papam veſtra ſanctitas dicit, negat ſe hoc eſſe, [d] quod me fatetur vniuerſum. Sed abſit hoc. Recedant verba, quæ vanitatem inflant, & charitatem vulnerant.

*Apud B.Gregorium, hæc ſequuntur.* Et quidẽ in ſancta Chalcedonẽſi ſynodo, atq; poſt a ſubſequẽtibus partib. hoc deceſſoribus meis oblatũ veſtra ſanctitas nouit. Sed tñ nullus eorũ uti vnquã vocabulo voluit, vt dum in hoc mũdo honorẽ ſacerdotum diligẽter omnium, apud omnipotentem Deũ cuſtodirent ſuũ. *Quam non etiã plenius exponit, li.4.epiſt.32. Refert autem B.Tho.in opuſc.cõtra errores Græcorum totam illam ſynodum ſancto Leoni ſic acclamaſſe,* Leo ſãctiſſimus Apoſtolicus, & ęcumenicus, i. vniuerſalis Patriarcha ꝑ multos annos viuat. *Et Leo ix. Michaeli Cõſtãtinopolitano archiepiſcopo de hac eadem appellatione ſcribens ait:* Licet magno Leoni prædeceſſori noſtro, & ſucceſſorib ipſius hoc ſãcta decreuit Chalcedonẽſis ſynodus. *Sed in multis quoq. libellis, q actione tertia eiuſdẽ ſynodi hñ, hæc eſt iſcriptio,* Sãctiſſimo, ac beatiſſimo vniuerſali Patriarchę magnę Romę Leoni. *Et in codicib. multarũ epiſtolarum ad Rom. Põtifices, quæ manuſcripta in Vaticana bibliotheca ſeruantur (quarũ multa exẽpla ſunt penes priuatos) ad Hormiſdam papam plus quam trecenti Archimandritæ, ac monachi ſecũdæ Syriæ ſic ſcribunt.* Sãctiſſimo, ac beatiſſimo orbis terræ patriarchæ Hormiſdæ cõtinẽti ſedẽ principis Apoſtolorũ Petri, dep̃catio, & ſupplicatio minimorum Archimandritarum, & cęterorũ Monachorũ ſecunnæ Syriæ. *Et in media ſua epiſtola.* Quoniã Chriſtus Deus noſter principẽ paſtorum, & doctorem medicũ animarũ cõſtituit vos noſtrum ſanctum Angelum, dignũ eſt paſſione, q̃ nobis contigerunt exponere, &c. *Auitus quoque Galliæ epiſcopus ad eundem Hormiſdam ſic ſcribit.* Dum religionis ſtatui, & plenis catholicę fidei regulis pſpicitis cõuenire, vt gregẽ p tota uobis vniuerſalis eccleſiæ membra cõmiſſũ, puigil cura me adhortationib. informat. *Et Ioã. ep̃s Nicopolitanus ad eũdẽ.* Decenter ad veſtras orationes cõcurro, ut iuxta cõſuetudinẽ Apoſtolicæ ſedis veſtræ cũctarũ eccleſiarũ curã, & Nicopolitanorũ habere dignemini, ſm antiq̃ ſpecialem diſpoſitionem veſtrã *Et in breuiario Liberati, c.22. epiſcopꝰ Pateræ hæc imperatori de Syluerto Papa ait,* multos eſſe i hoc mũdo reges, & nõ eſſe vnũ, ſicut ille Papa eſt ſup eccleſiam mũdi totius.

ECce.] CASVS. Eulogius Alexandrinus patriarcha in ſua epiſt. Gregorium vniuerſalẽ appellauit, ꝙ ipſe Gregorius ante prohibuerat, quare præcipit ſibi, ut hoc de cætero non faciat: quia nõ verbis, ſed moribus quærit proſperari, & ipſe vniuerſalis appelletur, nullus honor cæteris remanebit, quod ei non placet: quia tunc ipſe honoratur cũ alijs honor debitus non negatur.

a ¶ Subtrahitur.] arg. ꝙ papa per ſuũ mandatum non vult derogari iuri alicuius inf.25.q.2.quod vero dicitis.inf.9.q.3. nunc vero.inf.11.q.1.peruenit. ſup. 63. d.quanto.ſup.85. d. Arch. Florentinum in fi. 1. Arg. contra. 8.qu.3. Artald.9.q.3.conqueſtus. in fi. ſic ext.de offi. dele. ſuper eo. vbi dicitur, non eſt intentionis noſtræ alicui derogare per reſcriptum noſtrũ. & ita arg. quod uni attribuitur, alij ſubtrahitur.arg. 45. d. diſciplina.ff.de iud.cũ prætor. in fi. & ext. de.2 reſc. olim in fi. 85.d.archid.arg.nemini conſulendum cum alterius iactura, ut infra 9. q. 3. ſi quis vero. not. 22. q.2.primum. 14. q. 5.denique.

Papa per ſuũ mandatũ an iuri alterius derogari velit.

1 Adde ad hoc dubium tex. in l.nec auus. C. de eman.lib.& in l. 3. §. ſi quis a principe, ff. ne quid in lo. pub.

2 Alias ext. de præſcr.cũ olim.

b ¶ Præbetur.] Non enim debent plus eſſe ſubditi, quam expedit. 2. q. 7. admonendi. nec prælati ita humiles ut cõtemnãtur.86. d. qñ ff.de offic.præſi. obſeruandum.

Humilitas nimia prælatorum contemnitur.

c ¶ Non negatur.] C.de ead.tolen. l. 1. §.vlt.C.de nup. imperialis in prin. nec .n. publice prodeſt, & c.2.C. de ſenten. præf.præ.l.1.

3 Singulis legum adminicula denegari.Arch.

d ¶ Negat ſe hoc eſſe. .i.eſſe de vniuerſitate, cum tamẽ Romana eccleſia non ſit vniuerſalis, licet ſit de vniuerſitate. Ioan.

*Et Regino Germanus lib.* 11. *Chronicorũ de Nicolao primo loquens, ſæpe illum vocat vniuerſalem pontificẽ. Sed iſtius dictionis,* vniuerſale, *duæ ſũt notiones, quod Innoc. iij. li. 2. epiſ. 206. (quæ incipit,* Apoſtolicæ ſedis*) Patriarchæ Cõſtãtinop. ſcribens exponit his verbis.* Dicitur enim vniuerſalis eccleſia, quę de vniuerſis cõſtat eccleſiis, quę græco ſermone catholica nominatur, & ſecũdum hãc acceptionẽ vocabuli eccleſia Romana nõ eſt vniuerſalis eccleſia, ſed pars vniuerſalis eccleſiæ, prima uidelicet, & præcipua, veluti caput in corpore, quoniam in ea plenitudo poteſtatis exiſtit, ád cæteras autẽ pars aliqua plenitudinis deriuatur. Et dicitur vniuerſalis eccleſia illa vna, quę ſub ſe continet eccleſias vniuerſas. Et ſecundum hanc nominis rationem Romana tantum eccleſia vniuerſalis nuncupatur; quoniam ipſa ſola ſingularis priuilegio dignitatis cæteris eſt prælata, ſicut & Deus vniuerſalis dominus appellatur (non quaſi iam diuiſus in ſpecies aut ſpecialiſsimas, aut etiam ſubalternas) quoniam omnia ſub eius dominio continentur: Eſt enim vna generalis eccleſia, de qua ueritas inquit ad Petrum, & [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam.] *Math. 16.*

## DISTINCTIO C.

EPiſcopos [a] *autem ordinare ante pallium acceptum nec archiepiſcopo, nec primati, nec Patriarchæ licet. Quod ex auctoritate Pelagij Papæ (licet minus euidenter) datur intelligi. Ait enim Pelagius Papa.*

¶Intra tres menſes fidem ſuam exponere, & pallium poſtulare à Romana eccleſia quiſque metropolitanus ſtudeat. Cap. I.

QVoniam quidam metropolitanorum fidem [b] ſuam ſecundũ priſcam conſuetudinem ſanctæ ſedi Apoſtolicæ exponere detrectantes, vſum pallij neque expetunt, neque percipiunt, ac per hoc epiſcoporum [c]

Poly. l. 2. tit. 10.
Burc. l. 1. c. 25.
Anſ. l. 6. c. 92.
Iuo p. 5. c. 136.
Pann. l. 3. c. 11.

EPiſcopos.] Hęc diſtinctio diuiditur in quinque partes, & loquitur de pallio, quod eſt pontificalis officij plenitudo. & ideo poſuit in fine. In quarum prima parte dicitur, quod metropolitanus ſine pallio, ordinare epiſcopos nõ debet, & hoc probat per cap. ſeq. Secunda ibi [Priſca.] tertia ibi. [Cauſarum.] Quarta ibi. [pallium.] Quinta ibi. [priuilegia.] Io. de Fant.

CASVS. Supra tractatũ eſt de patriarchis & archiepiſcopis: ſed quia eorum dignitas eſt imperfecta ſine pallio, iõ ſupponit hic cẽteſimam diſtinctionem in qua ſpecialiter de pallio tractatur, oſtendens primo, ꝙ patriarchis, uel archiep. ſine pallio cõſecrare non licet. Secundo, ꝙ intra tres menſes a tẽpore conſecrationis pallium ſit petẽdum, ut inf. c. quoniam. Tertio oſtẽdit quib. palliũ ſit dandum. ſ. bene meritis, & inſtanter poſtulantib. ut inf. eo. c. priſca. Quarto quo tempore pallio ſit vtendum, ſ. tantũ in celebratione miſſæ, ut inf. ead. palliũ. Quinto uero, quod cum donatione pallij noua priuilegia conceduntur vel vetera cõfirmantur, vt infra eadem rationis.

a ¶ Epiſcopos.] Hic intitulatur 100. d. & quia fecerat mentionem de primatib. & archiepiſcopis, & eorum dignitas uidetur eſſe imperfecta ſine pallio, vt ext. de ele. ſignificaſti. ideo ſpecialiter tractat de pallio oſtendens, ꝙ niſi habeant pallium, non poſſunt epiſcopalia exercere officia. Ponit etiam intra quod tempus debeat peti & dari, quia intra tres menſes, & quibus, quia bene meritis, & fortiter poſtulantibus. 1 & quo tempore ſit eo vtendum, ut in alio tempore uti eo non poſſit: quia tantum in celebratione miſſæ, niſi plus ex priuilegio alicui conceſſum ſit, ut in alio tempore vti poſſit, & qualiter ſit dandum: quia cum donatione noui priuilegij, vel renouatione ueteris, inf. ead. optatum.

QVoniam quidem.] CASVS. Hoc c. in duas partes diuiditur. In prima dr̃, ꝙ ſi archiepiſcopus ultra tres menſes a tempore conſecrationis pallium petere diſtulerit, carere debet dignitate ſibi commiſſa, & alij metropolitani cum conſilio ſummi Pontificis viduatæ eccleſiæ prouidebunt. In ſecunda parte, quæ loquitur de epiſcopo, dicitur, ꝙ epiſcopus intra tres menſes a tempore electionis debet conſecrari. Sed ſi vltra mẽſes quinque diſtulerit, nec ibi, nec alibi in epiſcopum conſecrabitur, immo iudicio ſui metropolitani cedat; & ab renunciet, vel recedat. Secunda pars incipit ibi, [Si vero conſecrandi.

b ¶ Fidem.] i. fidelitatem. vel etiam ſymbolum, ut infra ead. optatum.

c ¶ Epiſcoporum.] Sed quare differunt per hoc conſecrationes eporum, cum eccleſia vacante comprouinciales epi aliquem conſecrare in eõm poſſint, ut 64. diſt. quia. ext. de elec. quia diligentia? Item etſi ipſe non hẽat pallium, tñ alijs mandare poſſet conſecrationem, ut extra de elect. ſuffraganeis 2. Ad hoc poteſt dici, ꝙ illud ca. loquitur quando electus eſt in mora petendi pallium. ſ. poſt tres menſes elapſos: vnde ipſe alijs non poteſt committere conſecrationem, nec etiam tunc ſuffraganei ſui poſſunt conſecrare aliquem, ut per hoc maior rubor incutiatur electo, cum uiderit ſuum ſuffraganeum conſecrari ab extraneis; quia nõ multum curaret, ſi a ſuis conſecraretur, ſed uſque ad tres mẽſes antequam ſit in mora petendi pallium ſatis vr̃, ꝙ comprouinciales epiſcopi poſſunt epiſcopalia iura ſupplere, cum ſemper vicini epiſcopi ſuppleatur defectum alicuius vacãtis eccleſiæ, ut

Palliũ quid refert, & qñ peti debet.

1 Vt in f. ea. c. priſca.

Archiepiſcopi palliũ nõ petentis negligentiam quis ſupplere debet.

2 Quidam dicunt qđ iſta decr. non tenet. Sed dic. ut nota. ext. de transla. c. 1. in gl. pen. Arch.

vt 7.q.1.pontifices.65.diſtin.ſi fortè.Sed ipſe electus licet ſit conſecratus, iura epiſcopalia non poteſt exercere ante receptum pallium:nec virgines conſecrare, nec ordinare clericos, nec ſynodum celebrare, vt ext.de elect. quod ſicut.in fi.ext.ca.ſignificaſti. Sed nunquid electus in

Electus in archiepiſcopũ, & confirmatus electos ĩ epiſcopos cõfirmat.

terminatio poſt ſecũdam, &c.determinat illud verbum careat.& ſecũdum hoc eſt hic arg. ꝙ mora põt purgari. Alij dicunt, ꝙ hæc admonitio debet fieri tantummodo a ſuffraganeis metropolitani,ad quos (vt dicunt) tranſlata eſt poteſtas,cum metropolitanus negligens exiſtat.

conſecratio viduatis [a] eccleſijs non ſine periculo protelatur;placuit, vt qſquis metropolitanus vltra tres mẽſes [b] conſecrationis [c] ſuæ ad fidem ſuam exponendam, paliumq; ſuſcipiendum,ad Apoſtolicam ſedem nõ miſerit,commiſſa ſibi careat dignitate,ſitque metropolitanis alijs licentia poſt ſecundam [d] & tertiam commonitionem viduatis eccleſijs cum conſilio [e] Romani pontificis ordinando epiſcopos,† ſubuenire.¶ Si vero conſecrandi epiſcopi negligentia prouenerit,vt vltra tres menſes [f] eccleſia viduata conſiſtat, communione priuetur quouſq; aut loco cedat,[g] aut ſe cõſecrandum offerre † non differat.Quòd ſi vltra quinque menſes per ſuam negligentiã retinuerit viduatã eccleſiam;neque ibi,neque alibi conſecrationis donum percipiat:immo metropolitani ſui iudicio cedat.

† al.epiſcop.
Inno.iij.l.1.epi. 117.
† al.præbere.

¶ *Burchardus, Anſelmus, & auctor Pannormiæ citant ex decr.Damaſi; Iuo uero citat,ut Gratianus,itemq; Innocentius ij.lib.1.epi.117. Bituricenſi archiepiſcopo (quæ incipit,* Ne ſi vniuerſi.) *refert paragraphum,* Si vero conſecrandi,*ex eodem Pelagio.*

*Item Gregorius Papa Brunichildæ Reginæ, lib. 7. epiſt.5.*

¶Honor pallij non detur,niſi meritis exigentibus,& fortiter poſtulanti. C. II.

Anſ.l.6.c.93.
Poly.l.2.tit.14.

2 PRiſca cõſuetudo obtinuit,vt honor pallij,niſi exigentibus cauſarum meritis,& fortiter [h] poſtulanti dari non debeat.

Io.Dia.l.3.c.5.

[*Idem Ioanni Corinthiorum epiſcopo, lib.* 4.*epiſt.*55. *ſeu c.*99.]

¶ De eodem. PALEA. C. III.

Anſ.l.6.c.90.
Poly.l.2.tit.1.
† *al.fraternitas veſtra.*] orig.

NOuit ſanctitas † tua;quia prius palliũ,niſi dato cõmodo,nõ dabatur. Quod quoniam incógruũ erat, facto cõcilio ante corpus beati Petri Apoſtolorum principis,tam de hoc, quàm de ordinationibus aliquid accipere ſub diſtricta interdictione vetuimus.Oportet ergo, vt neque per commodum, neque per gratiam, aut quo-

1.q.1.c. de ordinationibus.

Si ergo ſuffraganei poſt admonitionem neglexerint cõſecrare vel eligere, vicini metropolitani conſecrabunt conſilio Papæ.Sed quare auffertur capitulo poteſtas eligendi? Reſp. Quia neglexerunt admonere ſuum electũ,ad petendum pallium: aliàs dico reuerti ad eos ius eligendi. Sed quare deſcendit ad metropolitanum,cũ tantũ ad Papã deuoluãtur epiſcopatus, vt extra de conceſ. præben. & eccle. nõ va.dilectus? Sed hic ꝑciſe non deſcendit ad Metropolitanũ. ſed ad Papã cum eis: vel tũc deſcendit ad Papã, cũ aliquis eſt negligẽs in eligẽdo [1] Et eſt ſi.65.d.ſi forte.Io.Hodie ſolus Papa facit hoc ꝑ decre. illam dilectus B.

Prælati negligẽtia aufert capitulo ius eligendi.

[1] Hoc eſt falſum: vt ext. de elec. ne ꝓ defectu. vbi dr̃,ꝙ ad proximũ ſuperiorẽ deuoluitur in hoc caſu: qđ dic, vt extra lib. 6. eo.ti.quãquam.

e ¶Cum cõſilio.] Dicunt quidam hoc generale eſſe,ꝙ vbicũque per negligentiã vnius trãsfertur poteſtas ad aliũ,ille nõ procedet, niſi prius requirat auctoritatẽ ſuperioris: ſed hoc nego.& ẽ hic ſpeciale:alias, ſecus.6.qõ.3.cũ ſimus.arg.ff.de cõdit. inſtit.quę ſub conditione.§.vlti.

f ¶ Vltra tres menſes..] Sed quare non dantur niſi tres menſes archiepiſcopo, vt ſup.eo.c.quia maius periculum eſt in mora metropolitani 42.d.quieſcamus.

in archiepiſcopum, & confirmatus, poſt cõfirmare eos qui ſunt electi in epiſcopos? Dico, quod ſic. ext.de electio.noſti.& c.tranſmiſſam,de tranſl.cum ex illo immo & capitulum poteſt confirmare,quia ſupplet vicem prælati.arg.extra de hære.ad abolendam. & arg. de conceſ. præben.nulla. Sed dico, quod nec capitulum ſupplet in hoc defectum prælati, vt ex.ne.ſe.va. illa. licet ſit arg. quod ſolus Papa poſſit. 24. d.presbyteri. ext.de conceſ. præb.quia diuerſitatem.

Archiepiſcopũ negligentẽ circa pallij petitionẽ quis monere debet.

a ¶ Viduatis.] olim.nã poſt cõfirmationem electi iam eſt matrimoniũ inter eũ & eccleſiã. de tranſl. prælato: inter corporalia.Vel dic,ꝙ vidua eſt quo ad epiſcopalia.

b ¶Tres menſes.]Accuſatus de hoc corã Papa: alias nõ.

c ¶ Conſecrationis.] Id eſt,confirmationis,ſi ante erat epiſcopus.

d ¶ Poſt ſecundam.]Dicunt quidam faciendam ipſi metropolitano intra alios duos menſes antequam deponatur: ſicut poſt ſequitur de epiſcopis. quod enim dicitur de epiſcopis inf. hoc exaudi de metropoli.vnde hæc determinatio...

g ¶ Cedat.] Ergo metropolitanus poteſt deponere electum,contra.7.q.1.mutationes, & 3.q.6.quamuis. ext. de tranſl.inter.Sed hoc ſpeciale eſt vt confirmatum poſſit metropolitanus deponere,& hoc in odium negligentiæ. Alius eſt caſus 92.diſt. ſi quis epiſcopus per manus. Tertius 23.diſt.illud. Sed certe hic non deponitur niſi ab obtinendo, non ab ordine quem habet, vt extra de accuſa.c.ſuper his.

Cõfirmatus quãdoq; deponitur.

PRiſca.] CASVS. Docet hic Greg. Bɪnichildam Reginam, quòd pallium non datur niſi bene merito, & fortiter poſtulanti.

h ¶ Et fortiter.] Sed ſi fortiter poſtulet, nonne poteſt notari ambitio? Non:quia cum quis ſuo iure vtatur,ꝓdeſt inſtantia de pœn.d.1.importuna.72.d.c.1. & 2.q.6. poſt appellationem.

Petendi inſtantia prodeſt.

NOuit.] CASVS. Palea eſt, in qua præcipitur,vt pro recipiendo pallio nihil detur,ſicut olim conſuetudo erat,cum hoc habeat ſpeciem ſimoniæ.

CAVSA-

CAVSARVM. Hæc eſt 3. pars huius diſt. in qua dicitur ꝙ qui pallium accipit, obediẽtiam iurare debet, & quod canones ſeruet: quod niſi fecerit, pallium non habebit. & hoc probat tribus cap. Io. de Fant.

CASVS. In hoc §. exponit Gratianus quæ ſunt merita cauſarum, ſcilicet, vt is q poſtulat palliũ mereri recipere, & fidem ſuam iuramento adſtringat, vt apoſtolicis decretis & ſtatutis ſynodalibus obediat. Poſtea oſtendit ꝙ pall[io] non vtẽdũ niſi certis diebus & inter miſſarum ſolennia. & ad hoc probandum inducit ſequentia capitula.

licita, quæ prohibita ſunt in ſynodo ab eccleſia remouere. Item præcipit ei, vt omnem veritatẽ & ordinẽ de illa ſynodo ſcriptis planis & apertis debeat ſignificare. Capitulum quod poſtea ſequitur, planum eſt: in quo dicitur quando archiepiſcopus, & vbi pallio vti debet.

f ¶ Quod

rundam ſupplicationem aliquos ad ſacros ordines conſentiatis, vel permittatis adduci.

*¶ Hac palea habetur in pleriſque vetuſtis exemplaribus.*

3 *Cauſarum vero merita accipienda ſunt ut, & is, qui poſtulat mereatur accipere, & fidei ſuæ profeſſionem prius iuramento cõfirmet, & apoſtolicis decretis, atque ſynodalibus ſtatutis ſe obediturum nihilominus caueat. Pallio autem non niſi certis diebus, & intra eccleſiam ad Miſſarum ſolemnia cuiquam Metropolitano uti licebit.*

*Vnde Ioannes epiſcopus Vuliberto* a *Agrippinenſi epiſcopo.*

a ¶ Vuliberto] *Reſtitutũ eſt hoc nomen ex Anſelmo. Nã antea, erat, Giliberto Nam regnio in ea ætate, qua Ioannes octauus Romanæ eccleſiæ præfuit meminit Vuliberti epiſcopi Agrippinenſis: & inter epiſtolas Ioannis Papæ octaui, q̃ in bibliotheca Vaticana ſeruantur, eſt epiſtola alterius argumenti ad eũdem, & Deuſdedit refert integrã eiuſdem Ioannis epiſtolam ad eundem Vulibertum.*

¶ Niſi poſt conſuetam fidei profeſſionem pallium dari non debet. C. IIII.

OPtatum tibi pallium nũc cõferre nequiuimus: quia fidei tuę paginam minus [a] quàm oporteat, cõtinere reperimus: cũ videlicet in ea nullam ſanctarum vniuerſalium ſynodorum, in quibus fidei noſtræ ſymbolum cõtinetur, nec decretalium Pontificum Romanorum conſtitutorum ſecundum morem feceris mentionem: [b] ſed nec illam propria ſubſcriptione [c] muniueris, nec aliquẽ, [d] qui hanc iureiurando [e] firmaret, miſeris. Anſel. l. 6. c. 91.

OPtatum.] CASVS. Vulibertus Agrippinẽſis epiſcopus p ſuũ nũcium à Ioanne palliũ poſtulauit, ſed ei p p quatuor cauſas non conceſſit, ſ. quia fidẽ catholicam ad plenum in epiſtola ſua nõ expoſuit: & q a nec vniuerſaliũ cõciliorum nec decretalium Põtificum Romanorũ vllã fecerat mẽtionẽ & p̃terea in illa epiſtola non ſubcripſerat: item nec aliquẽ nũcium miſerat, qui pro eo iuraret.

a ¶ Minus.] Arg. totũ contractũ vel reſcriptum, vel inſtrumentũ nil valere, & eſſe irritãdum, ſi aliqua neceſſaria deſint in eo. arg. 38. diſ. quę ipſis. 1. qõ. 9. pura. & idẽ facit plus quod minus, vt 9. diſ. ſi ad ſcripturas ſacras. 1 arg. contra: quia ſuperflua non vitiant, vt de conſec. diſt. 4. ſi non ſanctificatur. ff. de regul. iuris. nõ ſolent.

1 Adde tex. in l. ſi qs ex argẽtarijs. §. ſi initium. ff. de codẽ. no. in auth. vt p̃po. not. imp. in prin. & §. ſi. qua. coll. 5.

b ¶ Mentionem.] De eis cõſeruãdis. Quid autem iurare debeat qui pallium petit, habes extra de iureiu. ego. & de elect. ſignificaſti. & notatur 23. diſt. quanquam.

c ¶ Subſcriptione.] Argum. donationem epiſcopi nihil valere, niſi eius ſubſcriptione firmetur, ſicut cum concedit aliquem locum, vel iuriſdictionẽ alicuius loci alicui loco vel hoſpitali arg. diſt. 96. bene. arg. 12. q. 2. ſine exceptione. & c. cum redemptor.

Epiſcopi donatio ſine ſubſcriptione nõ valet.

d ¶ Aliquem.] Arg. quem per alium iurare. ſup. diſtin. 93. tibi domino. inf. 17. q. 4. metuente.

e ¶ Iureiurando.] Extra de iura. calum. inhærentes.

*Item Gregorius Aregio Epiſcopo Francorum, lib. 7. epiſt. 111.*

¶ Qui pallium deſiderat accipere, prius a ſe remouere illicita promittat. C. V.

IN ea ſynodo, quam contra ſimoniacam hæreſim per fratrem, & coepiſcopum noſtrum Syagrium decreuimus congregari, ſanctitatem veſtram volumus intereſſe, atq; eidem fratri ita pallium, quod trãſmiſſimus, [f] tribui, ſi prius ſe promiſerit illicita, quæ prohibuimus, p defini- Anſ. l. 6. c. 90.

IN ea ſynodo quam.] CASVS. Gregorius præcepit Syagrio archiepiſcopo, vt deberet contra ſimoniacam hæreſim ſynodum congregare: Hinc ſynodo vult Aregium epiſcopum. Francorum intereſſe. præcipit ergo Grego. epiſcopo, vt illuc vadat, & pallium quod tranſmiſit Syagrio epiſcopo concedat, ſi prius promiſerit il-

f ¶ Quod tranſmiſimus.] Arg. pactionem in donatione ſpiritualium poſſe interuenire, conditiones argum. contra 1. q. 2. quam pio. Sed ibi intelligitur pactio & conditio illicita, ſed hæc eſt licita: cum ad eam nihilominus teneretur. Vel ante electionem nulla debet eſſe, ſed poſt electionem ante conſecrationem poteſt eſſe ſaltẽ licita, vt de rebus & conſuetudine eccleſiæ & fidei articulis, & huiuſmodi obſeruãdis. & hoc à maiori non à minori exigi poteſt: arg. 28. d. de Syracuſanæ, vt not. 8. q. 3. in ſumma, vel dic ꝙ hæc dictio, ſi, non notat hic conditionem, ſed quandam modificationem. arg. ff. de tutel. muto, §. ſecundo, ſic ponitur. extra de elect. ſignificaſti. 2 immo nec dicitur conditio, cũ ſub intelligatur. ff. de condi. & demon. conditiones. Arg. contra. quia conditio eſt. Nam ſi dico: date illi ſi iurauerit: hoc eſt dicere, non date illi niſi iurauerit. ff. de cond. & demõ. quibus diebus.

Actiones interuenire põt in ſpiritualium donatione.

Si, non ſemper cõditionem notat.

2 Immo ibi exponit pro quia, vt not. ext. de ſpondu. c. 1. in gl. ſi de fornicatio. Archid.

tioné ſynodicam à ſancta eccleſia remouere. De qua ſynodo omnem nobis ſubtiliter ordinem tuam fraternitatem volumus ſcriptis diſcurrentibus [a] nunciare: vt ipſe, cuius nobis ſanctitas valde experta eſt, nos reddas de omnibus certiores.

*Idem Virgilio epiſcopo Arelatenſi, lib. 4. epiſt. 51. ſeu cap. 95.*

¶ Non niſi ad Miſſarum ſolennia archiepiſcopo vti pallio licet. cap. VI.

Anſel. li. 6. c. 98. 4 PAllium tibi tranſmiſimus, quo fraternitas tua intra eccleſiam ad ſola Miſſarum [b] ſolennia vtatur.

[*Item Ioanni Rauennati epiſcopo, lib. 2. epiſt. 54. ſeu c. 93. indict. 11.*]

¶ De eodem. PALEA. Cap. VII.

Anſel. 6. c. 87. NOn multũ temporis interuallum eſt, ꝙ quædam nobis de tua fraternitate fuerunt nunciata, de quib. vobis veniente illuc Caſtorio notario ſanctæ, cui Deo auctore præſidemus, eccleſię, ſubtiliter nos indicaſſe meminimus. Peruenerat namq; ad nos quædam in eccleſia veſtra contra cõſuetudinis, atq; humilitatis [α] tramitem geri; quæ ſola, vt bene noſtis, eſt officij ſacerdotalis erectio. Quę ſi ſapientia veſtra manſuete, vel cũ epiſcopali ſuſcepiſſet ſtudio, non de illis accẽdi debuerat; ſed oportuerat te hæc eadem cum gratiarum actione corrigere. α ¶ Humilitatis.] *Reſtitutus eſt hic locus ex ipſa epiſtola. Antea enim legebatur*, contra vtilitatem eccleſiæ, & conſuetudinis tramitem geri: quę ſola vt bene noſtis, eſt officij ſacerdotalis ereptio.

*Item Ioanni epiſcopo Rauennati, in eadem epiſtola.*

¶ De eodem. Cap. VIII.

Anſel. li. 6. c. 95. Poly. li. 2. tit. 20. † al. correptio. COntra morem quippè eccleſiaſticũ eſt, ſi non patiẽtiſſime [c] toleratur, (quod à vobis abſit) etiã iniuſta correctio. † *& infra*. ¶ Illud frater chariſſime tibi non putamus ignotũ, quòd pene de nullo metropolitano in quibuslibet mũdi partibus ſit auditum, extra Miſſarum tempus, vſum ſibi pallij vindicaſſe. Et ꝙ bene hanc conſuetudinẽ generalis eccleſiæ noueritis, veſtris nobis maniſeſtiſſime ſignificaſtis epiſtolis: quib⁹ præceptũ beatę memoriæ deceſſoris noſtri Ioãnis Papæ nobis in ſubditis tranſmiſſis annexũ, cõtinẽs oẽs conſuetudines [d] ex-

bus. §. 1. Io. Ego credo, ꝙ honeſta & licita conditio apponi poteſt in collatione ſpiritualium, ut extra de ele. ſignificaſti. & extra de ſer. non or. eo libentius. B.

a ¶ Diſcurrentibus.] idest, cito directis.

PAllium tibi.] ¶ Intra tuam eccleſiam.] idest, eccleſiam quamcunque tuæ diœceſis extra de vſu pal. c. 1. non autem poteſt uti pallio alterius ut extra eo. cap. ad hæc, nec in alterius diœceſi. eo. tit. cap. ad honorem.

b ¶ Miſſarum.] Et in ſynodo etiam vti poteſt: ſed non poteſt ſynodum congregare ad ſuſceptionem pallij, vt extra de elec. ſignificaſti. tamen c. proxi. dicere videtur, quod tantum in eccleſia debeat uti pallio nec in proceſſione vtetur eo, ut ext. eo. cap. 1.

Archieps ante palij ſuſceptionẽ nõ conuocat ſynodum.

COntra. CASVS. Ioannes archieps Rauen. ext. Miſſarum ſolennia pallio vtebatur: ſuper quo cum à Gregorio reprehenderetur, defendebat ſe priuilegijs Apoſtolicorũ: in quibus omnes cõſuetudines ſuæ eccleſiæ erant confirmatæ. quare Papa ſcribit ei dicens: Aut defendit ſe conſuetudine generali, aut priuilegio. Generali conſuetudine ſe tueri non poteſt, quia alij archiepiſcopi hoc nõ faciũt. Si vero priuilegio ſe tuetur, neceſſe eſt, vt illud oſtẽdat, quod ſi oſtendere non poteſt à tali pſumptione de cetero ceſſet ne eius exẽplo alij archiepiſcopi talia ſibi velint vſurpare.

c ¶ Patientiſſimè.] Arg. ꝙ licet videat iniuſtum, quod præcipit prælatus, patiẽter tamẽ ferendum eſt s. d. 31. ante triẽniũ & di. 19. in memoriam. 23. q. 1. quod culpatur.

Prælati præceptũ etiam iniuſtum eſt faciendum.

e ¶ Conſuetudine.] Sed nunquid valet priuilegium ita generale? Sic ut 19. d. ſi Romanorum. Et eſt ſi. 9. quæſt. 2. epiſcopi. 23. diſt. præterea. ff. de leg. 1. l. ſi quãdo. tamen cum hoc priuilegiũ obſcurè loquatur: & faciat mẽtionem alterius priuilegij vel conſuetudinis, neceſſe eſt, vt illud exhibeatur. vt 76. diſt. ieiunium. in princip. & extra de verb. ſign. abbate vt not. s. d. 9. ut ueterum. Ad hoc dicũt quidam, ꝙ ſi in hoc priuilegio inſeritur totus tenor primi, non eſt neceſſe primũ exhiberi. extra de iur. ca. l. inhærentes. C. de do. ſi donatio. ff. de don. ex hac ſcriptura. ff. ď adm. tut. chyrographis. Sed certè illud non ſufficit. nam adhuc põt eſſe falſitas in bulla vel filo, vt ex. de priuil. cũ olim, in fi. Alij dicunt, ꝙ ſi auctoritate iudicis eſt reſcriptũ publicatũ, nõ eſt neceſſe exhiberi; ſecus ſi per tabellionẽ: quia publicatio facta coram iudice fidem facit, licet poſtea perdatur, ut C. de teſta. publicati. & iudex diligentius ſingula conſiderat quàm tabellio. Sed iſtis ob. extra de ſent. & re iud. cum inter 1. in fi. Ad hoc dico, quòd ſufficit ſi coram iudice eſt publicatum: ita ut non teneatur exhibere prius inſtrumentum niſi aduerſarius dicat ſe velle probare falſum tunc enim debet illud exhibere, licet prius fuerit ei fides impoſita: niſi iuret illud ſe perdidiſſe. ut C. de fide inſtr. l. ult. Io. Hoc hodie determinatur extra de fide inſtru. c. vlt. B.

Priuilegium exemplatim exhibere vtrũ ſufficiat.

1 In fine ver ueritate. vbi dr, ꝙ oia geſta præſumuntur per oĩa ritè celebrata, ſi geſta à tabellione ſcribuntur. Arch.

a ¶ Pri-

a ¶ Priuilegio.] Vide qualiter argumentatur: ex quo per priuilegium hoc uendicatur. non ergo de iure communi hoc poteſt vendicari quaſi ſimul nõ poſſit quis inniti priuilegio, & iuri communi, ut 16. q. 1. hinc eſt. & ff. ad munic. l. 1. ff. de leg. 1. ſi quando. Sed certè quandoque utitur qs & priuilegio & iure communi, ut ext. de conſue. cũ dilectus. nec renũciat quis priuilegio militari. licet vtatur iure cõmuni. vt ff. ď mili. teſtam. l. 3. ſic ff. de priuile. cre. l. antepe. 23. diſ. quanquam. in prin. Sic iuri cõmuni, & etiam conſuetudini poteſt quis initi, vt ext. de cenſi. c. ſopitæ. & 95. d. olim. Io. Sed certè quidquid dicat Io. non dr̃ priuilegiũ de eo, quod competit de iure cõmuni, cũ priuilegiũ ſit lex priuata. 1. di. 3. priuilegia. nec illa decre. de cõſue. cum dilectus cõtradicit: immo cõcordat: cũ cõfirmatio ad priuilegiũ, & electio ad ius commune pertinere dicatur. ext. de elect. cum inter. ad fi. B.

Priuilegio, & iuri cõi licet qſque inniti.

e ¶ Te comprobes.] Nonne præſcriptione poſſet iſte ſe tueri? Non, quia nullum ius proditum eſt, quo talia à talibus taliter poſſideantur. & quod de iure communi non poſſidetur, nec præſcriptione acquiritur, ut hic, & 93. diſt. illud, & cap. peruenit.

f ¶ Splen-

priuilegio [a] prædeceſſorum noſtrorum cõceſſas, vobis, eccleſiæque veſtræ debere ſeruari. Confitemini igitur, aliam eſſe generalis eccleſiæ conſuetudinem; poſtquam ea, quæ vos geritis, vobis ex priuilegio vẽdicatis. Nulla ergo vobis in hac re, vt arbitramur, poterit remanere dubietas. Aut enim mos omnium [b] metropolitanorũ etiã à tua eſt fraternitate ſeruandus: aut ſi tuæ eccleſię aliqd ſpecialiter dicis eſſe conceſſum, præceptumve à prioribus Romanæ vrbis põtificibus; ꝙ hæc Raueñati eccleſiæ ſunt conceſſa, a vobis oportet oſtendi. [c] Quòd ſi hoc non oſtenditur, [d] reſtat poſtquam talia agere neque conſuetudine generali, neque priuilegio vendicas, vt vſurpaſſe te comprobes, [e] quod feciſti, *& infra.* ¶ Decorari pallio volumus, forſan moribus indecori; dum nihil in epiſcopali ceruice ſplendidius [f] fulget, quàm humilitas. Oportet igitur fraternitatem tuam, ſi honores ſuos ſibi quibuſlibet argumentis ſtabili propoſuit mente defendere, aut generalitatis vſum ex non ſcripto [g] ſequi, aut ſcriptis † priuilegijs ſe tueri. [h] Quòd ſi poſtremò nihil horum eſt, alijs metropolitanis huius te præbere nolumus præſumptionis exmplum.

† *al. ſcriptis priuilegiis.*

5 *Priuilegia quoque cum vſu pallij ſemper debent concedi.*

*Vnde idem Gregorius Syagrio epiſcopo Auguſtodunenſi, lib. 7. epiſt. 112.*

## ¶ Cum vſu pallij aliqua priuilegia debent concedi. Cap. IX.

Poly. li. 2. tit. 21. Anſel. li. 6. c. 86.

RAtionis ordo omnino nos admonet, vt cũ vſu pallij aliqua ſimul, ſicut diximus, largiri priuilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento, cura [i] quoq; ſolicitudinis debet accreſcere, vt cultui veſtium, actio-

b ¶ Omnium.] Vide qualiter argumentatur, ex quo aliæ eccleſiæ vtuntur tali conſuetudine: ergo & iſta debet vti eadem. arg. ſi extra de cenſi. ex parte. Sed huic argumẽto poſſet reſpõderi, quòd cõſuetudo aliarum eccleſiarum nõ derogat conſuetudini iſtius, vt ſup. 12. d. illud. & ext. de capel. mo. dilectꝰ circa fi.

Conſuetudo eccleſiarum poteſt eſſe vniformis.

Tres regulæ notabiles.

c ¶ Oſtendi.] Hoc eſt contra tres regulas. Vnam, ꝙ tenetur poſſeſſor dicere titulum ſuæ poſſeſſionis hoc eſt contra id, 2. q. 5. 6. 1. Aliam, quòd ab eo, qui ius negat, non requiritur probatio, quod eſt contra id, ff. de prob. ab ea. Tertiam, quòd actore non probante reus non abſoluitur. 9. q. vlt. actor. 1. ſed hoc eſt ideo, quia præſumptio contra ipſum facit.

1 Concord. tex. in l. qui accuſare. C. de eden.

d ¶ Non oſtenditur.] Qui enim priuilegium allegat, debet probare & oſtendere: extra de priuileg. porro. & c. ſeq. & cap. paſtoralis. nullus tamen tenetur edere. niſi illum articulum, qui facit ad rem extra de fide inſtru. contingit licet aliàs nemo poſſet iudicare de priuilegijs ſedis Apoſtolicæ, extra de iudi. cum ueniſſent. tamen qui defendi per tales priuilegium, oportet ut illud exhibeat, ut extra de fi. inſtru. accipimus. Sic ergo canonicus, qui poſſidet duas præbẽdas. cum de iure non poſſit eas poſſidere: ſi contra eum agatur, ipſe tenetur probare qualiter habet. ſecus ſi conueniatur ſuper prima tantùm. Dicunt tñ quidam, ꝙ canonico indiſtinctè incumbit onus probandi, ſcilicet inſtitutionem ſuam. extra de app. perſonas. argu. extra de procura. ex inſinuatione. arg. 2. q. 1. legum.

Canonicus de cõi iure nõ põt duas præbendas poſſidere.

f ¶ Splendidius.] Sic nihil eſt ſplendidius in principe, quàm recta fides. C. de ſum. Trin. inter claras.

g ¶ Ex non ſcripto.] infra 25. q. 2. inſtitutionis, ſupra, diſt. 1. conſuetudo.

Fides recta in principe ſplendet.

h ¶ Tueri.] Supra diſtin. 11. catholica. arg. contra Sol. onus poteſt quis inducere ſibi ex conſuetudine, non honorem. 8. q. 1. in ſcripturis.

PRIVILEGIA. Hæc eſt quinta pars huius diſt. in qua oſtendit Gratianus, quòd priuilegia cum pallio ſunt cõcedenda.

RAtionis.] CASVS. Syagrius epiſcopus à Gregorio pallium poſtulauit. Gregorius verò palliũ ſibi largitus eſt, & priuilegia. Sed quoniam cum honore debet creſcere ſolicitudo: ideò præcipit ſibi, vt ſolicitus ſit circa curam ſubiectorum. Duo ſequentia capitula plana ſunt, & per te videbis.

i ¶ Cura.] Arg. ad quem pertinet honor, & onus, ut di. 56. Dominus noſter. diſt. 86. fratrem. diſt. 13. nerui. 40. diſtinct. ante omnia. diſtin. 35. eccleſiæ. nam dicit lex quòd vtilitas per dignitatem augmentatur. ff. de iudicijs. l. ſi longius. in fine, ff. de donationibus filius §. primo.

Dignitas augumẽtat vtilitatem.

a ¶ Subie-

a ¶ Subiectorum.] Supra 87.d.§.1.& c.diuinæ.

b PAllium. ¶ Vices.] Per priuilegium fecerat eum legatū ſuū, ſicut ſuus prædeceſſor fuerat. Vel ideo dicit, quia omnes vocantur ab eo in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis, vt 2.quæſtio.6.decreto. Vel prius erat legatus, ſed eſſe deſijt factus archiepiſcopus: arg.ff.de arbi.non diſtinguemus,§.1.

c SCriptorum veſtrorum.] Ordinatum.] A ſuis epiſcopis: nam hoc eſt regulare, vt a ſuis ſuffraganeis conſecretur archiepiſcopus.63. diſt.quanto, & pōt perpendi ex hoc c.& ſup.eod. quoniam & 44. d.quia quod metropolitanus etiam ſine licentia ſummi pontificis pōt conſecrari, & ad Papam non ſpectat (vt videtur) niſi datio palij. Alij dicunt iſtud obtinere, vbi metropolitanus habet primatem, vel cum hoc habet ex conſuetudine. hodie tamen vult Papa, quòd petatur ab eo confirmatio cum pallio, vt extra de elect. quòd ſicut, vt dixi 51.d.c.vlt.

d ¶ Atque priuilegia.] Iſta priuilegia fuerunt perſonalia, & tranſierunt cum perſona. ff.de regulis iur. priuilegia, & ext.de inſtit.cum veniſſent. Sed licet tranſeant cum perſona, tamen debent concedi ſucceſſori cum petierit: & fit iniuria ei niſi cōcedat ſibi: beneficium tamen eſt ſi ei cōceditur, ff.de aqua quotid.& æſti.l.1.§.pen. nam ſi impetraui, vt ducā aquā de flumine publico per prædium meum, & vendo tibi prædiū, priuilegiū non tranſit ad te 1. ſed tamē impetrabile eſt a te: & iniuria fit tibi ſi non concedatur. Sed tū multa pōt iudex & deberet facere, ad quæ cōpelli non poteſt, ff.de iudic.non quidquid, C.quō, & quando iudex.l.1.

Priuilegia quædā licet perſonalia trāſeunt ad ſucceſſores.

† Adde actionē hic capi. pro actu ſi. in l. 1. ff. de off. [illegible] vrb. Alex. & in l. trāſactiones C. de tranſa. & in auth. hoc ius. C.de ſacroſ. eccle-

nis † quoque ornamenta conueniant, oportet, vt enixius in cunctis ſe ſtudijs veſtra fraternitas exerceat, & circa α ſubiectorum [a] actus ſit cura vigilans, vt veſtrum illis exēplum inſtructio, & vita magiſtra ſit.

α ¶ Et circa.] *Locupletatus eſt hic locus ex originali.*

*Idem Ioanni epiſcopo primæ Iuſtinianæ Illyricæ, lib.4. epiſt.15. ſeu cap.59.*

Anſ.l.6.c.99.

¶ Vſus palij conceditur, & antiqua priuilegia innouantur. Cap. X.

PAllium vobis ex more tranſmiſimus, & vices [b] vos Apoſtolicæ ſedis agere iterata innouatione decernimus.

1 Concor. tex. in §. ſed quod princi pi. verſic. plane. cum glo. in ver. perſonales. inſtit. de iu. natur.

*Idem epiſcopis Epyri, lib.5. epiſ.7. ſeu c.107. indict.14.*

Anſ.l.6.c.100.

¶ De eodem. Cap. XI.

SCriptorum veſtrorum inſinuatio, fratres chariſſimi, patefecit Andream fratrem noſtrum Nicomedianæ ciuitatis epiſcopum, Deo propitio ſolemniter ordinatū [c]. *& infra.* ¶ Supraſcripto igitur Andreæ fratri, & coepiſcopo noſtro pallium nos direxiſſe agnoſcite, atq; priuilegia [d] atq; cuncta conceſſiſſe, quæ prædeceſſores noſtri eius prædeceſſoribus contulere.

IN vna autē.] CASVS. Quia ſupra facta eſt mētio de metropolitanis: ideo ſupponit hic diſtin. 101. in qua oſtēdit, quòd in vna prouincia duo metropolitani eſſe nō dēnt: quod verum eſt, niſi multitudo populi excreſcat, vt 16.q.1.præcipimus, & 99.diſtin. nulli. & hoc non poteſt fieri niſi de ſpeciali licētia Papæ, vt 7.q.1.mutationes.

PEruenit.] CASVS Relatum eſt in cōcilio Chalcedonēſi, quod quidā epiſcopi ſine auctoritate Papæ per imperialē conſtitutionem vnā prouinciā diuidebāt in duas: & ita duo metropolitani ī vna & eadem prouincia inueniebantur: quare cōciliū ſtatuit, vt epiſcopi, qui talia de cætero facere tentauerint, deponantur.

## DISTINCTIO CI.

IN vna autem prouincia duo metropolitani eſſe non debent: ſicut in Chalcedonenſi concilio, c.12. ſtatutum eſt.

¶ Duo metropolitani in vna, & eadem prouincia eſſe non debent. Cap. I.

Poly.l.2.tit.24. Iuo p.5.c.146. Burc.l.1.c.35.

PEruenit [e] ad nos, quòd quidam præter eccleſiaſticas ordinationes affectantes potentiam per α pragmaticum ſacrum [f], vnam [g] prouinciam in duas diuidant; ita vt ex hoc inueniantur duo metropolitani epiſcopi in vna [h] eademque prouincia eſſe. Statuit ergo ſancta ſynodus deinceps nihil tale attentari a quolibet epiſcopo;

Archieps ſuis ſuffraganeis conſecratur.

e ¶ Peruenit.] Supra diſt.10.c.1.

f ¶ Per pragmaticum ſacrum.] Ideſt principis reſcriptū: pragma.n.cauſa dicitur. vnde pragmatica ſanctio dicitur cauſa in conſiſtorio principis ventilata coram proceribus ſacri palatij: & conſtitutio principis facta ex cognitione cauſæ dicitur pragmatica ſanctio. Io.

Pragmatica ſanctio.

g ¶ Vnam.] Nam ex quo princeps diuidit, duæ ſunt prouinciæ, ff.de offi.aſſeſ.ſi eadem.

h ¶ In vna.] Quod fieri non debet niſi excreſcat moltitudo populi, vt ſupra 99.diſt.nulli. Io.

eos verò qui aliquid tale [a] attentauerint, cadere de proprio gradu.

a ¶ Tale.] Arg. quod licèt princeps legitimet aliquem I. non tamẽ erit legitimus quo ad ecclesiam: & ita erit legitimus quo ad vnum forũ non tamen quo ad aliud. ad hoc facit 10. d. c. 1. & 15. q. 3. cum autem.

i Sequuntur doc. in cap. p venerabilem text. ex. qui filij ſint legi. & Cin. In authẽ. ex cõplexu. C. de ince. nu. & Bart. in l. qui in prouincia. de ritu. nuptia.

α ¶ Pragmaticũ ſacrum.] *Verſiones priſca, & Dionyſiana habent*, per pragmaticam formam: *Gracè autem eſt*, διὰ πραγματικῶν, *quod in eodem capite paulo poſt dicitur*, διὰ γραμμάτων βασιλικῶν, *ideſt*, per literas Imperiales.

*Hactenus de electione, & ordinatione clericorum tractauimus. Nunc ad ſimoniacorum ordinationes trãſeamus. Et vt facile liqueat, quid ſuper hac hereſi ſanctorum patrum decreuit auctoritas, cauſa deducatur in medium: cuius negotium, & de ſcienter a ſimoniacis ordinatis, & de ignoranter a ſimoniacis cõſecratis, & de ordinationibus, quæ per pecunias fiunt, contineat.*

CAVSA

SECVNDA pars Decreti, quæ prolixa & iuridica ſexic cauſas cōplectitur triginta ſex: intermiſſo, de pœnitentia tractatu, ſeptem Diſtinctiones continente.

# CAVSA PRIMA.

*QVidam [a] habens filium, obtulit eum ditiſſimo cœnobio: exactus ab Abbate, et a fratrib. decem libras ſoluit, vt filius ſuſciperetur, ipſo tamen (beneficio ætatis) hoc ignorante. Creuit puer, & per incrementa temporum, & officiorum ad virilem ætatem & ſacerdotij gradum peruenit. Exinde ſuffragantibus meritis in epiſcopum eligitur. interueniente obſequio, & paternis precibus, data quoque pecunia cuidam ex conſiliarijs archiepiſcopi; conſecratur iſte in Antiſtitē, neſcius paterni obſequij, & oblatę pecunię. Procedente verò tēpore nonnullos per pecuniā ordinauit; quibuſdā verò gratis benedictionem ſacerdotalē dedit: tandem apud metropolitanum ſuum accuſatus, & conuictus ſententiam in ſe damnationis accepit.*

1.q. *Hic primum quæritur, an ſit peccatum emere ſpiritualia.*

2.q. *Secundo, an pro ingreſſu eccleſiæ ſit exigenda pecunia, vel ſi exacta fuerit, an ſit perſoluenda.*

3.q. *Tertio, an ingreſſum, vel præbendas eccleſiæ emere ſit ſimoniacum.*

4.q. *Quarto, an iſte ſit reus criminis, quod eo ignorante pater admiſit.*

5.q. *Quinto, an liceat ei eſſe in eccleſia, vel fungi ea ordinatione, quā paterna pecunia eſt aſſecutus.*

6.q. *Sexto, an illi, qui ab eo iam ſimoniaco ignoranter ordinati ſunt, abijciendi, ſint, an non.*

7.q. *Septimo, ſi renuncians ſuæ hæreſi, ſit recipiēdus in epiſcopali dignitate, vel non.*

## QVAESTIO I.

*QVòd autem.*

QVidam.] CASVS. Expedito tractatu de ordinationibus, promotionibus, & officijs clericorum: accedit Gratianus ad negotia, quorum quædam ſunt ciuilia, quædam criminalia, in quorum proſecutione maiora minoribus pręponit. Et quoniam omnia crimina reſpectu ſimoniæ nihil reputātur, ut inf. ea. q. 7. patet: ideo de ea pręmittit, quærens, an ſit peccatum ſpiritualia emere, de quo thema proponit, ſeptem eliciens quæſtiones.

Simoniæ definitio.

¶ Quidam.] Quia hic tractatur de ſimonia, uideamus quid ſit ſimonia, & unde dicat. quib. modis contrahit, quis ad accuſandum, uel teſtificandum in tali crimine admittatur, quæ pœna imponatur, quæ diſpēſatio circa tales admittatur. Simonia. n. eſt ſtudioſa, 1 cupiditas uel uolūtas emēdi, uel uēdendi, aliqd ſpirituale, ut inf. ea. qui ſtudet 2. nec oportet addi, uel annexum ſpirituali propter illud c. j. q. 3. ſi quis obiecerit, uidetur tamen, quod hoc addi debet. arg. ext. de iur. pat. de iure. licet quidam dicant iuſpatronatus ſpirituale eſſe, & male. De fructibus vero non eſt quæſtio, quia etiam dari porcis, & vendi poſſunt, ut extra ne præla. vt. s. cap. fi. & de empt. & vend. c. conſtitutus. Dicitur aūt ſimonia a Simone Mago, qui primo in nouo teſtamento huius ſceleris auctor extitit: Sicut enim Giezi in veteri teſtamēto vendere ſanitatē Naaman Syro regi, ſic & iſte voluit emere donū Dei, vnde Gieziticus eſt dicēdus, q uendit gratiam: Simoniacus, q emit. vnde ſimoniaci sūt appellandi emptores. Contrahit aūt trib. modis, a manu, ab obſequio, & a lingua, ut j. e. sūt nōnulli. Et cōmittitur qn̄q; ex parte dātis qn̄q; ex parte accipiētis, qn̄q; ex utraque, qn̄q. ex neutra. ext. de ſim. & ſi qōnes, & no. j. e. q. 5. c. 1. Admittitur aūt quilibet cōtra ſimoniacum, ſicut in crimine lęſæ maieſtatis. 15. q. 3. ſane ſi tā clericus accuſat, cū diſtinctione admittitur laicus, ſ. ſi eſt bonæ famæ, cōtra eū: non tamen ſm diſtinctionem: extra de ſi. per tuas. 2. q. 1. in primis, i ſi. Imponitur aūt eis pęna quadruplex, qn̄que excōicatio, qn̄que in monaſteriū detruſio, ut inf. eo. reperiuntur. qn̄q; ſpoliatio oīum bonorū, ut 23. q. 5. de Liguribꝰ, qn̄q; depoſitio, ut hic, & in multis capitulis. Clerici. n. deponuntur, ut j. ea. ſtatuimus, & sūt īfames, ut j. e. q. 3. c. fin. & accepta tenent̄ reſtituere. ext. d̄ ſim. de hoc j. e. qō. 3. ſi quis dator. Diſpenſatur aūt circa tales qn̄que, ut laicā habeant cōionem, ut inf. ea. q. 7. cap. 1. & miniſtrant qn̄q; in minorib. ordinib. conſtituti, ut j. ea. q. 5. c. 1. qn̄q. remanēt in acceptis, j. e. q. 7. ſaluberrimū. Quis aūt valeat diſpenſare; habes inf. ea. q. 5. c. fi. Ioan.

1 Hoc apponitur ad excludendū uoluntatē quæ ſignis exterioribus nō declaratur, quæ ab

QVod autem.] Hæc quæſtio diuiditur in 15. partes: in quarum prima probatur 16. auctor. quod pro miniſterijs eccleſiaſticis nihil debet dari. Ioan. de Fant. Secunda ibi. [Quia ergo.] Tertia ibi, [Sed obijcitur.] Quarta ibi, [Item opponitur.] Quinta ibi, [Sed obijcitur.] Sexta ibi, [Sed notandum.] Septima ibi, [Patet ergo.] [Octaua ibi, ] [Ex his.] Nona ibi, [Sed notandum.] Decima ibi, [Nemo.] Vndecima ibi, [Hoc ergo.] Duodecima ibi, [Ex his.] Tertiadecima ibi, [Sicut ergo] Quartadecima ibi, [Quia ergo.] Quintadecima ibi, [Quolibet.] Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur prima quæſtio, in qua quæritur an emere ſpiritualia ſit peccatum, & probatur, quod ſic, per ſequentia cap.

eccleſia non punitur, qa eius ꝓbatio nō habetur. 22. q. 5. c. ul.

a Adde, ꝙ vbicumque in ſpiritualibus quis inuitatur ad lucrum eſt ſimonia. not. Bart. in l. Titio centū. ff. de condi. & demonſt.

Simonia dr̄ a Simone Mago.

*ſpiritualia* [a] *emere peccatum ſit, probatur multorum au ctoritate.*

*Ait enim Leo Papa.*

¶ Simoniaci gratiam non præſtant, quam vendere quærunt. Cap. I.

tum H. tamen hæc auctoritas intelligitur de macula corporali, vt 49. diſt. hinc etiam, & ita ſophiſtice. inducitur §. non accedat. dum enim æſtuauerit in pectore precantis ignis alienus, qui exurit, & non ſatiat: non pôt digne accedere ad altare. de pœn. diſt. 3. cap. inter hæc hircum Vnde notatur hic, ꝙ quilibet ſacerdos ꝓ macula mortalis peccati ſuſpēſus eſt quo ad ſe, quoad accipiētes vero non, niſi vt notatur 32. diſt. §. verum, &c. nullus.

Sacerdos quilibet ꝓ mortali peccato ſuſpenſus eſt quoad ſe.

Euchariſtia eſt obſeruanda, ne in terram decidat negligentia miniſtrantis; quia vterq; reus eſt. ſ. q negligēter verbū Dei audit, & qui corpus Chriſti in terram cadere permittit, & ita ſacerdos non debet indigne miniſtrare. g ¶ Verbum.] Id eſt, prædicatio, quæ plures conuertit, & plus

Prædicatio eſt efficacior corpore Chriſti.

### Item Alexander, epiſt. 2.

¶ Tanto facilius ſacerdotes exaudiuntur, quanto apud Deum ſunt digniores. Cap. XCI.

IPſi ſacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt [a]; quia ſuis precibus, & oblationibus ea delent, atque conſumunt. qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro neceſſitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur.

Iuo p. 2. c. 69. & p. 6. c. 45.

### Item Gelaſius Elpidio epiſcopo.

¶ Non adeſt ſacramentis ſpiritus ſanctus, quæ per criminoſos miniſtrantur. Cap. XCII.

SAcroſancta [b] religio, quæ catholicā continet diſciplinam, tantam ſibi reuerentiam vendicat, vt ad eā quilibet, niſi pura conſcientia, non audeat peruenire. Nā quomodo ad diuini myſterij conſecrationem [c] cæleſtis ſpiritus inuocatus † adueniet [d], ſi ſacerdos, & † qui, eū adeſſe deprecatur, criminoſis plenus actionibus reprobetur?

Iuo p. 2. c. 50. & p. 6. c. 110.

† al. aduocatus.
† al. etiam.

### Item Gregorius in regeſto, lib. 1. epiſt. 24.

Et Paſt. p. 2. c. 2.

¶ Manus immunda, tacta inquinat, non mundat. Cap. XCIII.

NEceſſe eſt, vt eſſe munda ſtudeat manus, quę diluere ſordes curat: ne tacta quæq; deterius inquinet, ſi ſordida ipſa ſtercoris † lutum tenet: ſcriptum namq; eſt: [Mundamini, qui fertis vaſa [e] Dñi.] Domini etenim vaſa ferunt, qui proximorum animas ad interiora [f] † perducendas, in conuerſationis ſuæ exemplo ſuſcipiunt.

† al. in ſeq. Eſa. 52.
† al. in interna ſacrificia.)
† al. in æterna ſacraria.

### Item Auguſtinus, lib. 50. homiliarum, homil. 26.

¶ Aeque ſeruandum eſt verbum Dei, & corpus Chriſti. Cap. XCIV.

INterrogo vos fratres, vel ſorores: dicite mihi, quid vobis plus eſſe videtur, verbū Dei, an corpus Chriſti? Si verum vultis reſpōdere; hoc vtiq; dicere debetis, quòd nō ſit minus verbum Dei, quàm corpus Chriſti. Et ideo, quanta ſolicitudine obſeruamus, quando nobis corpus Chriſti miniſtratur, vt nihil ex ipſo de noſtris manibus in terram cadat tanta ſolicitudine obſeruemus, ne verbū Dei, quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde noſtro pereat: quia non minus reus erit, qui verbum [g] Dei negligenter audierit; quàm ille, qui corpus Chriſti in terram cadere [h] negligentia ſua permiſerit.

Iuo p. 2. c. 106.

### Item lib. 4. de Trinitate, c. 14.

a IPſi ſacerdotes.] 1 Comedūt.] Id eſt, oblata pro peccatis 1. vel dicuntur comedere peccata populi, quia delent, & ſic comedunt peccata populi ordinationibus ſuis, vel forte quia exemplo bonæ operationis, & verbo prędicationis corrigunt homines, & ita quātum in ſe eſt delent. 36. diſ. §. ecce ver. ex quibus. ſolus enim Deus delet peccatum, id eſt, peccati reatū 2. ſacerdos pœnam infligendā pro peccato orationibus minuit 3. pp qđ peccatū delere dicitur. 13. q. 2. animę. H. Vel illi dicūtur comedere peccata populi, q de ſuis poſſunt ſuſtētari, & tamen percipiunt de eccleſiaſticis 12. q. 2. illud. cū habenti dare, &c. 1. q. 2. paſtor.

Sacerdotes comedūt peccata populi. 1 Sic. 1. q. 1. quia.

2 Vt ſu. e. q. ꝑt euidēter.

3 Vt 13. q. 2. animæ.

b SAcroſancta.] Id eſt, religioſa ſacramentorum reuerentia, vel id eſt, Euchariſtia, vel quodlibet aliud ſacramentum. ſup. ea. vētum. c ¶ Cōſe. rationem.] q̄ diuinum miniſterium fecit. nō miniſtri adminiſtratio, vt inf. de conſ. diſtin. 4. non eſt aqua.

d ¶ Adueniet.] Adueniet quidē magis ad cōſcientiæ detrimētum, q̄ ad ſalutē, vt de conſec. diſt. 2. c. & ſancta.

e NEceſſe ē. Vaſa. i. ſubdito rū animas, qa Dñs i eis ſedet 4, vt 23. q. 4. Nabucudonoſor. 22. q. 5. ſi Paulus. quorum ſanguis requiritur de manibus noſtris. 3. d. Ephe ſijs.

4 al. iacet.

f ¶ Ad interiora.] Id eſt, ſpiritualia, & cæleſtia. Vel dic, id eſt, ad vitia, & tunc dic perducendas vapulaturas a primo mancipio gehennæ. 40. d. ſi Papa.

INterrogo.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ æquali diligentia audiēdum eſt uerbū Chriſti, ne de corde labatur, ſicut

plus facit compungi hominem, ita ut omnia peccata per eam tollantur, ſed per corpus Chriſti tantum venialia tolluntur, ut de conſec. d. 2. iteratur, & cap. quotidie, & ſic non ob ſupra eo. multi.

g ¶ Verbū.] Id eſt, id quod uerbo ſignificatur, uel per uerbum concipitur.

h ¶ Cadere.] De conſec. d. 2. qui bene.

Neque

NEque.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ad hòc, ut rite, & recte ſacrificium offeratur, debet ab honeſto miniſtrari, & a iuſto recipit, & hoc dicit litera. Pro quibus offertur, ſupple digne.

a ¶ Neque.] Nota, ꝙ tria dicuntur hic: ſcilicet ꝙ ſacramenta

quia offertur etiam pro habentibus mortalia ɀ.

f b Mundandis.] ideſt, uenialis peccati maculam habentibus.

CVM VITA. CASVS. Iſte, §. reſpicit illud capit. ſacerdotes, ubi dicitur, quod bona uita ſacerdotis neceſſaria eſt ad cōficiēdū corpus Chriſti. Modo ſoluit, & dicit, ꝙ intelligendū eſt hoc non de conſecratione. quia in veritate cōficit etiam malus ſacerdos, ſed de effectu conſecrationis, quia nihil prodeſt ſi ſumatur ab indigno, & ꝙ malus ſacerdos conferat gratiam digne ſumentibus, ſequenti c. probatur.

ɀ Scilicet, vt compungantur, & vt mitigetur pœna. 13. q. .. tpſ. Ioan. ce Faut.

## ¶ De eodem. Cap. XCV.

Iuo p. 2. c. 107.

NEque [a] poteſt id rite [b] offerri, niſi per ſacerdotē iuſtum & ſanctum, nec niſi ab eis accipiatur quod offertur pro quib. offertur [c]; atque id ſine vitio [d] ſit, vt pro vitioſis [e] mundandis [f] poſſit offerri. Hoc certe omnes cupiunt, qui pro ſe offerri ſacrificium Deo volunt.

*Cum vita [g] ſacerdotum Euchariſtiæ neceſſaria eſſe dicitur, non conſecrationi, ſed effectui intelligendum eſt. Non enim effectum ſalutis confert ei, quem merita faciunt indignum: potius completur in eo illud Apoſtoli;* (1. Cor. 11.) *[Qui manducat corpus Domini, & eius ſanguinem bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit.] Ergo contra eos, qui crebra oblatione ſacrificij ſe putant poſſe mundari non ceſſantes impie agere in legem Dei, intelligitur illud eſſe dictum Hieronymi.* (ſu. ea. ſacerdotes.) *Quod vero ſacerdos, etiam ſi malus ſit, tamen pro officio ſuæ dignitatis gratiam transfundat hominibus, teſtatur Auguſtinus in libro quæſtionum veteris teſt. c. 11.*

Iuo p. 2. c. 100. Pann. l. 3. c. 79. Num. 6.

## ¶ Sacerdotes nomen Domini inuocant Dominus autem benedictionem præſtat. Cap. XCVI.

DIctum eſt [h] à Deo in Numeris ad Moyſem, & Aaron ſacerdotes: [Vos ponite [i] nomen meum ſuper filios Iſrael: ego Dominus benedicam eos,] vt gratiam traditio per miniſterium ordinantis transfundat hominibus, nec voluntas ſacerdotis obeſſe, aut prodeſſe [k] poſſit, ſed meritum benedictionem poſcētis. ¶ Quanta autem ſit dignitas ordinis ſacerdotalis, hinc aduertamus. Dictū eſt enim de nequiſſimo Caipha interfectore Saluatoris, inter cætera: (Io. 11.) Hoc autem a ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet princeps ſacerdotum anni illius, prophetauit.] Per quod oſtēditur ſpiritum gratiarum non perſonam ſequi aut digni, aut indigni, ſed ordinationē traditionis, vt quamuis aliquis boni meriti ſit, non tamen poſſit benedicere, niſi fuerit ordinatus, vt officium miniſterij exhibeat. Dei autem eſt, effectum tribuere benedictionis.

*Quod verò [l] per hæreticos ſacramēta dignitatis miniſtrata dicūtur carere effectu, improbatur auctoritate Anaſtaſij Papæ, qui ordinationem Acacij, quamuis hæretici,*

g ¶ Cum vita.] Reſpicit hoc capitulū ſacerdotes, & bene ſoluit. & ad confirmandā ſuam ſolutionē inducit c. ſequenti.

DIctum eſt.] CASVS. Hic primo probatur p verba Domini, & exemplo Caiphæ, quod apud malos ſacerdotes vera ſunt ſacramenta, & quod ex officio ſuo gratiam hominibus trāsfundunt. Secundo, ꝙ tāta eſt vis ſacerdotij dignitatis, quod ſine eo etiā apud bonos non eſt auctoritas benedicendi.

h ¶ Dictū eſt.] Probat Aug. ꝙ benedicere non tantū meritum, ſed etiam ordinē requirit. In 1. ergo parte ponit auctoritatē Dñi, vſq; ibi, (Quāta.) In ſecūda probat intentionē ſuā, & auctoritate, & exēplo Caiphę.

i ¶ Vos ponite.) i. inuocate ɀ.

K ¶ Prodeſſe.) Hic colligit, ꝙ licet voluntas ſacerdotis nō ſit, vt proſit: prodeſt tamen, infra de conſec. diſt. 4. non illud te. Sed quid ſi cantet Miſſam, vt Deus perdat aliquos? conficiet reuera, ſed debet puniri, arg. 26. quæſt. 2. quicunque.

ɀ Et loquitur ſacerdotibus de his miniſterijs ſiue benedictionibus ubi ordo ſacerdotalis exigitur. Arch.

menta Domini non rite, vel recte conferuntur niſi a dignis conferantur, & a dignis ſumantur, & in forma eccleſiæ. Primū notatur ibi: Niſi per ſacerdotē) Secundum ibi, (Nec niſi.) Tertium ibi, (Atque id, &c. Quidā diuidunt c. in duas partes. In prima ſit mentio de ſacrificio, quod ab eo accipitur pro quo offertur, & hoc vſque ad illum locum. (Atque id.) In ſecunda ſit mentio de ſacramento. quod non accipitur ab eo, pro quo offertur: & dic, ſine vitio, ideſt, ſine peccato.

b ¶ Rite) Quo ad offerentem, & accipientem.

c ¶ Pro quibus offertur.) Supple, nec poteſt rite offerri niſi ab eis.

d ¶ Sine vitio) Ideſt, non ſit citra formam eccleſiæ, ſed in ipſa forma eccleſiæ.

e ¶ Vt pro vitioſis.) Expone vt rectè poſſit offerri p vitioſis, ideſt, Venialia habētib. Sed intellige generaliter,

QVOD VERO. CASVS. Dictum eſt ſup. in §. ſi ergo ſacramenta, quod ſacramenta dignitatis ab hæreticis collata non habent effectum, contra quod allegat Gra. auctoritatem Anaſtaſij. quam friuolam, eſſe oſtendit auctoritate Gelaſij, & Felicis, qui cum Hormiſda excommunicauerunt. Acacium antequam excommunicaſſent Anaſtaſium. Sed H. exponit antequam Anaſtaſium. i. antequam Anaſtaſius eſſet Papa: quia Acacius mortuus fuit ante Anaſtaſium. & Anaſtaſius ſucceſſit illi. Et ita cum ſucceſſerit Gelaſio, non fuit excommunicatus ab eo, nec a præcedentibus.

l ¶ Quòd verò.) Dictum eſt ſup. in §. ſi ergo, ꝙ ſacramenta

menta dignitatis ab hæreticis collata effectum non habentecontra quod allegat auctoritatem Anaſtaſii, quam oſtendit friuolam eſſe auctoritate Gelaſij, & Felicis.
a ¶ In tractatu.] Per hoc probatur, quod Gratianus non diuiſit per diſtinctiones hoc opus, argum. 11.q.3.§.euidenter.

tripliciter, per baptiſmum datum a laico, quod non iteratur, licet illud iniuſte detur per ſignum publicæ monetæ impreſſam ab eo, qui debuit imprimere, & per characterem militiæ, qui non repetitur 1.
d ¶ Dandi.] Scilicet ordinem.

e ¶ Ami-

1 Adde pro itellectu huius gl. ꝙ olī ſignabantur milites quadā nota ſeu figura in illius ab aliis diſcretionē. l. ſtigmata. C.de fab. li. 11. not.in l. pe.ff. ex qb. cau. maio.

IT EM OBIICITVR. CASVS. Dictum eſt ſup. in c. Arrianos, & ſup. in §. cum ergo Innocentius. ꝙ ſolum baptiſma ratum eſt apud hereticos contra qđ obijcitur modo in hoc cap.
b ¶ Item obijcitur.] ei. ſ. quod dictum eſt ſup. ead. §. cum ergo Innocentius, &c. Arrianos.

*ira ratam approbat, vt etiam eis, quos poſt damnationē ſuam baptizauit, vel ordinauit, in nullo ream perſonam nocuiſſe aſſerat. Sed hoc eum α illicite, & non canonice, imo contra decreta ſuorum prædeceſſorum feciſſe probant Fælix, & Gelaſius, qui Acacium ante Anaſtaſiū excommunicauerunt, & Hormiſda, qui ab ipſo Anaſtaſio tertius, eundem Acacium damnauit. Vnde etiam ab eccleſia Romana repudiatur, & a Deo fuiſſe percuſſus legitur in geſtis Romanorum Pontificum hoc modo: [Anaſtaſius ſecundus natione Romanus, &c.] Require retro in tractatu* [a] *decretalium epiſtolarum.*

Sup.d. 19.

α ¶ Sed hoc eum.] *Supra d. 19. c. Anaſtaſius, oſtenſum eſt immerito reprehenſum eſſe Anaſtaſium, & veriſſima eſſe, quæ ipſe de Acacio ſcripſit, & decreuit.*

*Item obijcitur* [b] *illud Auguſtini lib. 2. contra epiſt. Parmeniani, c 13.*

## ¶ Qui recedit ab eccleſia, nec baptiſma, nec ius dandi amittit. Cap. XCVII.

Sent.4. d. 25. Alg.l.3.c. 10. Pann. l.1.tit.2.c.80.

QVod quidā [c] dicunt, Baptiſma, quod α accepit, non amittit, qui recedit ab eccleſia; ſed ius tamē dādi [d] quod accepit, amittit [e], multis modis apparet fruſtra, & inaniter dici. ¶ Primo, quia nulla oſtenditur cauſa, cur ille, qui ipſum baptiſmum amittere [f] nō poteſt, ius dādi [g], amittere poſſit. Vtrumque enim ſacramentum eſt, & quadam cōſecratione vtrumque [h] homini [i] datur, illud, cum baptizatur; iſtud, cū ordinatur; ideoq; in catholica eccleſia vtrumq; non licet iterari. ¶ Nam ſi quando ex ipſa parte [k] venientes etiam præpoſiti pro bono pacis, correcto † ſchiſmatis errore ſuſcepti ſunt; & ſi viſum eſt opus eſſe, vt eadem officia gererent, quæ gerebant, non ſunt rurſus ordinandi †, ſed ſicut baptiſmus in eis, ita ordinatio manſit integra; quia in præciſione fuerat vitium (quòd vnitate † pacis eſt correctum) non in ſacramentis [l], quæ vbicunque ſunt [m], ipſa vera ſunt. Et cum expedire hoc videatur eccleſiæ, vt præpoſiti eorum veniētes ad catholicam ſocietatem, honores ſibi ſuos non adminiſtrēt,

Iuo p.2.c.97. Pann.l.1.c.77.

† *al. correpto.*

† *al. ordinati.*

† *al. vnitatis pace.*

Qvod quidam.] CASVS. Quidam dixerunt, quod catholici ab eccleſia recedētes retinēt poteſtatem conferendi baptiſma, ſed non poteſtatem conferēdi ordinem, ſed eam amittunt. Contra quod probat Auguſtinus quatuor rationib. hoc eſſe falſum. Primo, qa qua ratione perditur vnum, & reliquum, cum vtrumque quadam conſecratione conferatur. Secūdo, quia conſuetudo eſt eccleſiæ, ꝙ tales nō reordinātur cum redeunt, ne fiat iniuria ſacramento, retinet ergo vtrumq; ſed ad perniciē. Tertio, qa ſi aurū, vel argētum furtiue fuerit ſignatū, ſi fur poſtea depꝛehēditur a principe, punit, ſed ſignū monetæ non reprobat. Quarto, quia character militiæ non reiteratur circa redeuntem, cū miles ad gratiam principis reuocatur. Quinto, concludit ex præmiſſis, ꝙ non dēnt iterari ſcā ab eis collata, ne fiat iniuria ſacramento. Prima ratio eſt ibi, [Primo, quia.] Secunda ibi, [Nam ſi quando ex ipſa.] Tertia ibi, [Si enim aliqui.] Quarta ibi, [Si forte.] Quinto ibi, [De his qui.]
c ¶ Quod quidam.] CASVS. Opinio eſt quorundam, ꝙ ſacerdos, vel epiſcopus recedēs de eccleſia ad hæreticos, ſacramentū baptiſmi non amittit: ſed ſacramentum ordinis amittit. Iſtud improbat Auguſtinus multipliciter. Primo ſic: quia cum vtrumque ſit ſacramentum, non poteſt aſſignari ratio, quare potius perdatur vnū, quam aliud. Secundo ſic: quia conſuetudo eccleſiæ eſt, ꝙ cum tales redeunt, non ſolent reordinari, ſi eos eccleſia vult tolerare. Tertio dicit, ꝙ ſicut recedens ab eccleſia utrūque retinet: ſic vī, ꝙ vtrumque poteſt conferre alijs extra eccleſiam, licet male conferat, & cum quis recipit ſacra nēmini extra eccleſiam, ſi reuertitur ad eccleſiam, non eſt ſacramentum iterandum in eo. Et hoc probat

e ¶ Amittit.] Characterem enim non poteſt amittere, licet videatur aliter dici 12.q.3. ebiſcopus.
f ¶ Amittere.] Nam vbi eadem ratio, & idem ius, ff. ad leg. Aquil. illud. An tamen hoc ſit uerum, notatur 28.q. 1. ſic enim. 32.q.7. Apoſtolus, ſup. ea.q. §. cum ergo.
g ¶ Ius dandi.] Scilicet ordinem de conſec. diſt. 4. oſtenditur. Vel poteſtatem conferendi baptiſma, inf. 32.q.7. licite.
h ¶ Vtrumque.] Scilicet baptiſmus, & ordo.
i ¶ Homini.] Hoc de baptiſmo ſacerdotis, in quo poteſtas baptizandi eſt ſacrm: in laico eſt quædam licentia, non ſacramentum 2, argu. quod licentia * hæretici ualeat, & ligatio, & ſolutio, cū ius ligandi, iudicandi, atq; ſoluendi a tpe conſecrationis acceperit, ſup. d. 68. 3. c. 1.
K ¶ Parte.] Collectio enim hæreticorum rectiſſime pars appellatur, a partiendo, id eſt, diuidendo.
l ¶ Non in ſacramentis.] Fuit uitium ſcilicet.
m ¶ Sunt.] Quia a quocunque dentur, iterari non debent.

2 Scilicet eſt ius dādi, qa non hēt niſi ex pmiſſione: ſed ſi confert eſt uerū ſcim, quod dic, ut legit, & not. de cōſec. d. 4. ſanctum. Arch.

* *Hæretici nō poſſūt ligare, & ſoluere, & ſi fecerant, nihil actum, eſt quia iuriſdictionē nō hēnt S.Th. 2.2. qō. 39. ar. 3. & 4. d 19 q. 1. art. 2. q. 3. 3. Al. 68.*

bent, & ideo ipſa ſunt, ideſt, firma & uera ſunt, & bona.

a ¶ Manus.] Supra ea. q. e. manus impoſitio. contra. ſed hic de conſecratoria.

b ¶ Dandi.] i. conſecrandi. vel dãdi ipſam ordinationẽ.

c ¶ Aliud.] Argu. contra illud generale quod eſt extra de translatio. inter corporalia. & 7. q. 1. factus. ff. ſi quis cau. quoties. arg. 63. diſt. Salonitanæ. 45. diſt. de Iudæis. 7. q. 1. epiſcopus.

d ¶ Neceſſitate.] Hic apertè colligitur, ꝙ laici non habent ius baptizãdi: niſi largè dicatur ius vel poteſtas, id eſt ꝑmiſſio, vt in ſede cõſ. diſ. 4. conſtat. & cap. à quodam. & 30. q. 1. ad limina.

nõ eis tamen ipſa ordinationis ſacramenta detrahũtur, ſed manẽt ſuper eos. Ideoque non eis in populo manus[a] imponitur, ne non homini, ſed ipſi ſacramento fiat iniuria, *& infra*. ¶ Sicut autem habent in baptiſmo, quod per eos dari poſſit; ſic in ordinatione ius dandi; [b] vtrũque quidem ad perniciem ſuam, quam diu charitatem non habent vnitatis: ſed tamen aliud eſt, prorſus non habere; aliud pernicioſe habere; aliud [c] ſalubriter habere. Quidquid non habetur, dandum eſt, cum opus eſt dari: quod vero pernicioſe habetur, per correctionem depulſa pernicie, agẽdũ eſt, vt ſalubriter habeatur. Quãquã, & ſi laicus aliqua † pereuntis dederit neceſſitate [d] compulſus, quod cum ipſe acciperet, dandum eſſe addidicit; neſcio, [e] an pie quiſquã dixerit eſſe repetendũ. Nulla enim cogente neceſſitate ſi fiat, alieni muneris vſurpatio eſt. Si aũt neceſſitas vrgeat, aut nullũ, aut veniale delictum eſt. [f] Sed, etſi nulla neceſſitate vſurpetur, & à quolibet cuilibet detur; quod datum fuerit, non poteſt dici non datũ, quãuis recte dici poſſit & illicitè datũ. Illicitã ergo vſurpationem corrigit reminiſcentis, & pęnitentis affectus. Quòd ſi non correxerit, manebit ad pœnã vſurpatoris quod datum eſt, vel eius, qui illicitè dedit, vel eius, qui illicitè accepit: non tamen pro non dato habebitur. [g] Neque ẽ vllo modo per deuotum militẽ, quòd à priuatis uſurpatum eſt, ſignum regale violabitur. ¶ Si enim aliqui furtim, & extraordinariè non in monetis [h] publicis aurum, vel argentum percutiendo ſignauerint, cum fuerit deprehenſum, nonne illis punitis, [i] aut indulgentia liberatis cognitum regale ſignum theſauris regalibus cogetur inferri? *& paulo poſt*. ¶ Si forte illum militiæ charactere in corpore ſuo non militans pauidus exhorreuerit, [k] & ad clementiam Imperatoris cõfugerit, ac prece fuſa, & impetrata iam venia militare cœperit; nũquid homine liberato, atq; correcto, character ille repetitur? ac nõ potius agnitus approbatur? An fortè minus hærent ſacramenta Chriſtiana, quam corporalis hęc nota; cum uideamus nec apoſtatas carere baptiſmate, quibus vtique per pęnitentiam redeũtibus non reſtituitur, & ideo admitti non poſſe iudicatur? *& paulo poſt*. ¶ De ijs, [l] qui ab eccleſię vnitate ſeparati ſunt, nulla iam quæſtio eſt, quin & habeant, & dare poſſint, & quin pernicioſè habeant, pernicioſeque tradant extra uinculum pacis. *& infra*. Neutri ſacramento iniuria facienda eſt. *& infra*. ¶ Sicut non rectè habent, qui ab unitate diſcedunt, ſed tamen habent, & ideo redeunti non redditur; ſic etiam non rectè dat, qui ab unitate diſcedit; ſed tamen dat: & ideo, quod ab eo accepit uenienti ad unitatem non iteratur. *& infra*. ¶ Sicut redeunti non redditur, quod & foris habebat; ſic uenienti repetendum non eſt, quod etiam foris accepit. Vnde conſequenter intelligitur peruerſitatem hominum eſſe corri-

† *al. alieni pereunti.*

Baptizandi ius non habent laici.

e ¶ Neſcio. Ideſt, nõ approbo, ſi quis dixerit repetendum.

f ¶ Veniale delictum eſt.] Hic philoſophicum temperamentũ eſt, nã ĩ ueritate nullũ eſt. Et eſt ſimile. 22. q. 2. in quibus.

Philoſophicum temperamentum.

g ¶ Habebitur.] Arg. contra extra de iure patro. quod autem. in fine.

h ¶ In monetis.] Ideſt, ſignis, vel ſigillis, numiſmatibus vel inſtrumẽtis monetam cudendi.

i ¶ Punitis.] Iſti varijs pęnis puniũtur. C. de fal. mo. ꝑ totũ. parcitur tñ illi, q̃ formauit, ſi ante q̃ ſignũ imprimat pœniteat. ff. ad le. Corn. de fa. qui falſam, &c.

K ¶ Exhorreuerit.] Qui fortè fugit de bello publico: & ita infamis effectus eſt 16. q. 1. infames. & hoc intelligitur de militib. illis. qui iurauerunt ſe mortem non curaturos, pro republica, & iſti habebant ſtigmata, vel alia ſigna de aliquo colore, de quib. dictũ eſt. Milites noſtros arma ſcire volumus non leges. C. de iure del. ſãcimus. Vel ſẽſus eſt huius literæ, ꝙ ſi aliquis ꝑter auctoritatẽ principis adeptꝰ ẽ militię cingulũ, & poſt recõciliatꝰ ipſi prĩcipi, erit ne ĩ eo iterãdus character? quaſi dicat, ñ. ADDITIO. Et ſm iſtã lecturã dic, exhorruerit, ſ. quia à principe non acceperat. & no. hic militibus characterem imprimi. Io. de Fant.

Infamis eſt de bello publico fugiẽs. 1 Concor. tex. in l. nou oẽs. §. item qui deſertorum. cũ ibi no. ꝑ doct. ff. de re mil.

l ¶ De ijs. Repetit, quædam dicta ſunt, dubitat hic forte. §. ſed non eſt dubitandum: quia non eſt.

gendam ; ſanctitatem autem ſacramẽtorũ in nullo peruerſo eſſe violandam. Conſtat enim eam in peruerſis, & ſceleratis hominibus, ſiue in eis, q intus ſunt, ſiue in eis, qui foris ſunt, impollutam, atque inuiolabilem permanere, & quia dicuntur ea mali polluere, quãtum in ipſis eſt dicuntur; cum illa impolluta permaneãt: ſed in bonis ꝑmanent ad prẽmium; in malis permanent ad iudiciũ. & *infra.* ¶ Quomodo catholici non clarificant Deum. qui promiſſa eius nullis hominum ſceleribus, quo minus impleręntur impediri poſſe confidunt? qui ſacramẽta eius tam debita veneratione proſequebãtur, vt ea, ſi etiam ab indignis tractata fuerint, illis ſua peruerſitate damnatis, illa intemerata ſanctitate permanere demonſtrentur? Eod. 2. lib. 19.

α ¶ Quod accepit.] *Sic etiam Algerus licet paulo aliter habeat originale.*

β ¶ Neque vllo modo] *Hæc vſque ad uerbum*, violabitur, *addita ſunt ex originali, ex quo etiam alijs locis caput hoc locupletatum eſt.*

γ ¶ Vel argentum.] *In codicibus B. Auguſtini impreſſis ſequitur,* ſed æs, *in duobus autem manuſcriptis Vaticanis,* vel æs.

12 *Ex his [a] verbis Auguſtini conſtat, in omnibus tã apoſtatis, quã hæreticis, vel damnatis permanere Chriſti ſacramenta vera, quantũ ad ſe, & ſancta; & niſi pœnitẽtia, vel indulgentia ſubuentum fuerit, ad damnationem vſurpatoris peruenięt, vel habẽtis, vel dantis, vel accipientis. Quid ergo prodeſt, quòd vera & ſancta ſunt, cum vſurpatores ſuos æque perimãt, [b] ac ſi eſſent mala, & noxia? Craſſus aurũ ſitiuit, & aurũ bibit æque perijt vero auro, ſicut vero veneno. ¶ Item aurũ [d] æque verum eſt in arca furis, ſicut in theſauris regis. Sed à fure, quia illicite habetur, illicite datur, vel accipitur, a rege autem licite habetur, licite datur, & accipitur: ideo ipſe fur & communicator furti (niſi forte de conſcientia furti [e] ſe purgauerit) vt perhibet [f] Gelaſius ad Anaſtaſiũ Imperatorẽ. vterque iuſte, & digne damnabitur. ¶ Opponi-* Alg. l. 3. c. 13.

EX HIS. Hæc eſt duodecima pars huius quæſtionis in qua intendit probare, ꝙ ſacramentũ eccleſiæ tale eſt illi qui accipit, qualis eſt ille qui accipit: vel qualis eſt q ſacrificat, nec malitia dantis impedit bonitatẽ: & hoc probat per multas ſimilitudines, quas ponit in hoc §. & per nouem auctoritates. & hoc ꝓbat vſque ad cap. ſtatuiſſmus. 2. Io. de Fan. CASVS. Infert Gratian⁹ ex ſupradicto capitulo, ꝙ vera ſacramenta ſunt apud hæreticos quantum in ſe ſed ad damnationem ſunt dãtiũ, accipientium, vel habentiũ, niſi redeant ſicut verum aurum fuit Craſſo nociuũ. a ¶ Ex his.] Infert ex precedenti c. ꝙ ſacramẽta vera ſũt apud hereticos. Idiſtincte vſque ad §. opponitur. & ibi obijcit Augu. prout ipſe intelligit Aug. dicere vſq; ad §. ſed ne. ibi ponit vnã ſolutionem. vſque ad §. quamuis. ubi ponit aliam bonam & catholicam, ad quam probãdam inducit quatuor exẽpla, quæ notabo in litera. b ¶ Perimant.] Illa, id eſt, eorum abuſio [1] ab iſto loco dicit Io. de Fant. ꝙ uerba ſunt Augu. vſque ad §. opponitur, Hu. cõtra: immo Gratiani, vt in notula hic apparet. inf. ead. c ¶ Craſſus.] Iſte dictator fuit contemporaneus Iulio Cæſari, & Pompeio: & à Parthis auro feruenti interfectus eſt. ITEM AVRVM. CASVS. Dicitur hic, quòd æque verũ eſt aurum in arca furis, & in arca Regis, ſed à fure illicite datur, & illicite retinetur: & ideo fur & communicator furti puniuntur: niſi innocentiam ſuã allegauerint. Et eſt §. Gratiani ab illo loco, ex his. vſque ad cap. per Eſaiam, ſicut dicit H. d ¶ Aurum.] Cuius ope, vel conſilio furtum committitur, tenetur. ff. de com. fur. proinde. Eſt autem differentia inter furem. & communicatorem: quia communicator manifeſtus eſſe non poteſt. ff. de fur. is qui opem. e ¶ Furti.] Videtur ergo & tenetur quis ſe purgare de conſcientia. arg. inſt. de obli. q̃ ex delic. §. ſed hæ actiones. C. de fur. ciuile. arg. 1. q. 4. quia præſulatus cum ſuis concor. Et ita eſt arg. ꝙ quis poteſt, & tenetur indicare furem. arg. ext. de fur. qui cum fure cum concor. ibi poſitis. arg. contra. ff. de cond. ob tur. cauſ. idem & ſi ob ſtuprum. §. vlt. & ff. de præſcri. uet. l. ſolet. Nam in vtraque dicitur, ꝙ licite poſſum accipere a pecuniam à Domino, ut ſeruum iudicem fugitiuum. Ioan. Sol. in caſu iſto videtur poſſe dici, ꝙ ſecundum canones non eſt licitum accipere: ſecus ſecundum leges B.

f ¶ Vt perhibet.] Hic apparet potius hæc eſſe verba Gratiani, quàm Auguſt.

OPPONITVR. CASVS. Opponit hic Gratia. contra ſupradicta, ſcilicet ꝙ hæretici non poſſunt conferre ordines.

dines, etſi baptizare poſſint. Nam ſacerdos etiam depoſitus etſi baptizare poſſit, cõficere tñ non põt: nec eps depoſitus poteſt ordines conferre, etſi poſſit baptizare. Sed huic oppoſitione opponit duplicem ſolutionẽ. Prima hæc eſt. q̃ incipit ibi. [Sed ne.] ꝙ qui extremam manus impoſitionem recipiũt in eccleſia, eius potentiã retinẽt. & recedentes ab eccleſia ad ſimilitudinẽ characteris matrimonij, q poſt diuortiũ, vel votũ retinet. ſecus ſi extra eccleſiã. Ponit & aliã ſolutionẽ Grat. q̃ incipit ibi. [Quãuis.] vbi dicit, ꝙ ſacra hæreticorũ vera ſũt dũmõ in forma eccleſiæ ſint celebrata, ſed non hñt effectũ in male miniſtrantibus, & male ſuſcipiẽtib. Qđ ꝓbat quatuor rõnib. Primo ꝑ verã Euchariſtiã traditam proditori. S. do ꝑ verã pñiã Chriſti ĩ patria ſua, q̃ ibi nõ habuit effectũ; qa ibi fidẽ nõ inuenit. Tertio, ꝑ duplicẽ trãsfigurõnẽ Xpi, quatũ una incredulis nõ ꝓfuit. Quarto qa ita virginitatẽ habuerunt fatuæ virgines, vt prudentes. Demũ concludit, ꝙ vera ſunt hæreticorũ ſacra. in

[1] Iſta fuit expoſitio H. & L.

Marcus Craſſus, & Iulius Cæſar & Pompeius fuerunt cõtemporanei.

Concord. tex. in l. vxori. cum ibi not. ff. de vſufru. leg. fur. & cõicator differũt. Furem tenetur quis indicare.

a Sub. & ſi ræs accipiatur peccat accipiẽs ſm canones. & ſic etiã no. Vin. Lau. & Tan. & Ber. in dicto ca. qui cũ ſuis. Arch.

in ſe: ſed obſunt male ſuſcipientibus, & male miniſtrantibus. Et ad hoc inducit ſequens capitulum.

a ¶ Opponitur. ] Hoc modo procedit in hoc §. primo ponit obiectionem ſuam contra Auguſt. quam tangit vſque ad §. [ Sed ne. ] Ibi ponit quandam ſolutionem ſuam,

b ¶ Sententiæ. ] Cap. præcedētis. vbi dicit, ꝙ vtrumque quadam conſecratione datur, & ita videtur parificare ordinem, & baptiſmum.

c ¶ Pagano. ] Supra eadem quæſtio. ſi quis per ignorantiam. ſupra eodem, §. ecce. quando. infra de conſecratio. diſtin. 4. quos a paganis. inf. de cōſec. diſtinctio. 4. a quodam.

tur [a] autē huic ſententiæ [b] Auguſtini poteſtas dandi baptiſmū, & ius conſecrādi Dominicū corpus, & largiendi ſacros ordines, plurimū inter ſe differūt. Suſpēſo n. uel depoſito ſacerdote, nulla ei relinquitur ptās ſacrificandi. Sacramentum tamen baptiſmi, non ſolum a ſacerdote depoſito, uel laico catholico, verum ēt ab hæretico, vel pagano [c] ſi miniſtratum fuerit, nulla reiteratione uiolabitur: nulla aūt rō ſinit, ut inter ſacerdotes habeātur, qui de manib. laici, uel pagani oleum ſacræ (imo execrandæ) unctionis aſſumunt. Non ergo conſequēter [d] colligitur, ut ſi recedentib. a fide ius baptizandi relinquitur, poteſtas [e] ēt diſtribuēdi ad ſacros ordines relinquatur quãuis utrūque a conſecratione proueniat. Degradatus n. ēps poteſtatem [f] largiendi [g] ſacros ordines non hēt, facultatē tamē baptizandi non amiſit. [h] ¶ Sed ne [i] Auguſtinū in hac ſnīa penitus reprobemus; intelligamus; aliud eſſe poteſtatem diſtribuendi ordines ſacros, aliud eſſe executionem illius poteſtatis. Qui. n. intra unitatē [k] catholicæ eccleſiæ conſtituti, ſacerdotalem, uel epiſcopalem unctionem accipiunt, officium, & executionem ſui officij ex conſecratione adipiſcuntur. Recedentes uerò ab integritate fidei, poteſtatem acceptam ſacramēto tenus [l] retinent, effectu ſuæ poteſtatis penitus priuātur, ſicut coniugati ab inuicē deſcendentes, coniugium ſemel initum nō diſſoluūt, [m] ab opere tamē coniugali inueniuntur alieni. ¶ De his ergo, qui accepta ſacerdotali poteſtate ab unitate catholicæ eccleſiæ recedunt, loquitur Auguſtinus, nō de illis, qui in ſchiſmate, uel hæreſi poſiti ſacerdotalem unctionem accipiūt. Alioquin eſſe cōtrarius Chalcedonēſi [n] concilio, in quo ordinati a ſimoniacis, in nullo proficere iudicātur, & Innocētio, [o] qui ordinatos a cæteris hæreticis, per prauam manus impoſitionem ſolam damnationē, & capitis uulnus aſſecutos teſtatur. ¶ Quamuis [p] poſſit generaliter dici ſacramēta, quæ apud hæreticos non aliter, quam in eccleſia Dei celebrātur uera. & rata eſſe, quātum ad ſe, falſa uerò, & inania, quātum ad effectum, & in iis a quib. male tractātur, & in illis, a quib. male ſuſcipiūtur. Nec mirum. Ipſa. n. ſalus noſtra buccelam Iudæ dedit: ſtatim cum buccella non bonus, ſed malignus ſpiritus intrauit: quare: nō quia bonus non daret bonū, ſed quia malus male accepit bonum, ſicq; bonum, effectum bonū nō habuit quia ubi illud faceret, non inuenit. ¶ Item Dominus in patria ſua præſens, & uerus affuit: non per malum miniſtrum, ſed per ſe ipſum nihil potuit, quia fidem non inue-

ſup. ſi quis ēps ſup. ead. c. qui perfectionem.

Ioan. 13.

Matth. 13.

d ¶ Conſequenter. ] noli hic reprehendere magiſtrum: nam opponendo dicit hoc, vt patet ex ſolutionibus ſequentib. maxime ex ſecunda.

e ¶ Poteſtas. ] Ideſt, executio poteſtatis. & ſic uerum dicit. alias mentitur. nam poteſtas ſacrificādi, .i. ordo ſacerdotalis in eo remanet.

f ¶ Poteſtatem. ] Nō bene argumentatur quia ſi vocet poteſtatē ſacerdotalem ordinem, vel ſacramētum, nec hic, nec ibi amiſit poteſtatem: ſed ſi executionem, & hic & ibi amiſit.

g ¶ Largiendi. ] ſed cum hæreticus præciſus poſſet cōferre tam baptiſma, quā ordinem, quæ ſpecialitas erit in baptiſmo? Dic quod in caſu neceſſitatis non peccat baptizās. quod nunquam eſt in collatione ordinum.

h ¶ Non amiſit. ] In neceſſitate, & cū ſolemnitatibus. 50. diſtinctio. qui ſub gradu.

i ¶ Sed ne. ] Hoc dicit Gratianus ac ſi Aug. intellexiſſet, ius dandi habent. ideſt, executionem, & ita ſoluit.

K ¶ Vnitatem. ] Hic tāgit Gratian. opin. Ioan. de Fant. dicentis, quod qui recipit vltimam manus impoſitionem in Eccleſia, & c. 1. hęc opinio videtur expreſſe cōfirmari, ext. de ſchiſma. ca. 1. ſed expreſſe reprobatur. 9. quæſtio. prima. ordinationes.

1 Ideſt, ꝗ factus eſt ēps in eccleſia & poſt modum ſit hæretic⁹, ordinē confert. Sed qui ext. eccleſiā, recipit vltimam manus impoſitionē .i. ext. eccleſiam factus eſt ēps, ordines conferre non pōt: & qui a tali ordinatus eſt, nihil recipit ſm Hug.

ſuam, quæ protenditur vſque ad §. [ Quamuis. ] &c. ibi autem ponit aliam, quæ magis communis eſt, ad quam probandum inducit, quadruplex exemplum, primum ibi, [ Ipſa enim. ] ſecundum ibi, [ Item Dominus in patria, &c. ] Tertium ibi. [ Quod vt plane. ] Quartum de decē virginibus. quod incipit ibi. [ Sic & omnes. &c. ] Vltimo concludit ab alio loco: [ Sciendum verò, ] & ad probandam concluſionem ſuam inducit c. per Elaiam.

l ¶ Sacramento tenus. ] Ideſt, quia ſi ordinant, conferunt ordines, licet non debeant, & hoc eſt, quod ſequitur, ſine effectu. &c.

m ¶ Diſſoluunt. ] 32. q. 7. c. 2.

n ¶ Chalcedonenſi. ] Sup. ea. q. c. ſi quis epiſcopus.

o ¶ Innocentio. ] Sup. ea. ventum.

p ¶ Quamuis. ] Sol. vera eſt, quam & ſupittetigit, & quæ recitatur inf. 11. q. 1. in prin. & ſup. §. ſi. ergo.

*nit, pro perſidia aliorum non caruit ſua veritate, ſed effectus doni virtute.* ¶ *Quod, vt plane in omnibus ſacramentis oſtenderet, bis* [a] *eſt transfiguratus, cum eſſet in carne. In vna transfiguratione, ſicut ſol* [b] *apparuit mirabilis,* [c] *vt fides credentium augeretur ad contemplandã cæleſtem gloriam ſuper ſe eleuatã. In altera, vt peregrinus, & incognoſcibilis de ſe dubitantibus ire longius ſe finxit, & ne agnoſceretur, oculos eorum tenuit: ad quid aliud? niſi, vt quia per fidem non erat in cordib. eorum, longius ſe ab eis recedere oſtenderet, & quia ipſum nõ credebant eſſe, quod erat, uiderent & eum alium,* [d] *quam erat? Ecce in vtraque viſione, ſua erat præſentia, & veritas: ſed in vna exercebatur fides, ut magis crederent, quam credebant: in altera tenebatur incredulitas, ne ẽt agnoſcerent, quod videbant. Sacramẽtum ergo corporis, & ſanguinis ſui alijs eſt ad ſalutem, alijs ad iudicium. Fides etiam quamuis ſit vera, tamen ſine operib. mortua eſt. Sic & oẽs decem virgines æqualiter erant virgines: ſed ex his quinque erant fatuæ, & quinque prudentes. Aequa erat virginitatis veritas, ſed pro eiuſdem virginitatis intentione non omnib. æqua meriti identitas. Sic etiam eſt æs ſonans,* [e] *aut cymbalum tinniens martyriũ, vel eleemoſyna, quam neſcit charitas.* [f] *Si verò cæcus cæco* [g] *lucernæ miniſtret veritatem, neuter tamẽ ideo magis ſuam illuminat cæcitatem: Sic & malus miniſtrat malo vera ſacramenta; ſed non ideo dona ſpiritualia: quia malis eorum meritis ſpiritus ſanctus impeditur, ne in eis,* [h] *quod ſuum eſt operetur. Vnde Innocentius,* [i] *cum hæreticorum baptiſma concedat eſſe ratum: non tamen ex illo baptiſmate concedit habere ſpiritum ſanctum. Et Leo hos, qui formam baptiſmatis acceperunt, nõ ſinit rebaptizari; ſed iubet ſpiritum ſanctum, quem ab hæreticis nemo accipit, per eius inuocationem, & manus impoſitionem a catholicis ſacerdotib. conſequi. Sciendum verò eſt, quod ſacramenta hæreticorum dicuntur irrita, uel etiam damnanda, falſa, & inania, nõ quãtum ad ſe, cum ſint ſancta, & uera etiã ab hæreticis celebrata: ſed quia, cum illicita dantib. perfidis ſint ad iudicium, illicite ab eis accipientib. non conferunt ſpiritum ſanctum. Irrita, & non vera dicuntur; quia quod promittunt, & cõferre creduntur, non tribuunt: & ideo damnanda, ut ea dari, uel recipi ab hæreticis non approbetur, ſed interdicatur. Non. n. quãtum ad ſe polluta ſunt, quamuis ab hæreticis pollui dicantur. Vnde Gregorius communionem Arrij uocat execrationem, & Innocentius uocat Bonoſi ordinationem, damnationem; non quod ita in ſe ſint, ſed quia male dantib. uel accipientib. id efficiunt. Sic etiam Hieronymus in Oſeæ ſacrificia* [k] *eorum panem luctus uocat, non quantum* [l] *ad ſe, ſed quantum ad effectum; quod ipſemet oſtendit, ſubiungens:* [ *Quicunque comederit ex eo, cõtaminabitur, quia ſibi ad iudicium ſumet.* ]

Matth. 7.
Luc. 24.
Iac. 22: Matth. 25.
1. Cor. 13.
ſup. ea. c. Arrianos.
ſup. ea. c. hi qui.
ſu. ea. c. ſuperueniẽte. c. qui perfectionẽ c. uentum.
In c. 9. Oſeæ.]

*Hinc etiam Auguſtinus lib. 2. contra epiſt. Parmeniani, cap. 5.*

a ¶ Sed ne Auguſtinũ.] *Hic Gratianus ita uidetur loq. de B. Aug quaſi ipſius hac in re ſit dubia, aut incerta ſnia*

a ¶ Bis.] Quantum ad primã, vel quantum ad ſecundam, prout videbatur duobus diſcipulis in caſtellum Emaus euntib. Sed quare dicit in carne, cum etiam modo ſit Dñs in carne? ſed dicunt quidã in carne. ſ. mortali, ſed male nam in carne mortali ſemel tãtum transfiguratus eſt: poſt paſſionẽ uerò ẽt ſemel & iõ poteſt dici cũ eſſet in carne. i. inter carnales, vbi carnẽ aſſumpſit. Vel põt intelligi in carne ſ. mortali, & ſic ibi fiet punctus. bis trãsfiguratus eſt, cũ eſſet ĩ carne in vna trãsfiguratione. &c. quaſi diceret in carne mortali. i. in vna trãsfiguratione. ſ. in monte Thabor, in altera poſt reſurrectionẽ, in ſpecie. ſ. peregrini apparens.

Chriſtus bis in carne trãsfiguratꝰ eſt.

ADDITIO. ſ. duob. Diſcipulis ĩ Caſtellũ Emaus euntibus. H.

b ¶ Sol.] ſ. Chriſtus. & hoc eſt primum exemplum.

c ¶ Apparuit mirabilis.] Corã Iacobo, Petro, & Ioanne in mõte Thabor.

d ¶ Alium.] Ideſt, alterius modi.

e ¶ Sonans.] Quia ſe ipsũ conſtringit alij ſonum præſtans:

f ¶ Charitas.] ſu. ea. q. vide.

g ¶ Cæco.] Si Cæcus cæcũ conetur ducere ſecum: In foueã ductor primum cadet, inde ſecutor.

Cæcus cæco ducatũ præſtare nõ dẽt.

h ¶ Ne in eis.] Exiſtẽdo ĩ hæreſi, vel quo ad effectum: niſi in cauſa neceſſitatis, vel ignorãter. ſu. ea. q. ſuperueniente.

i ¶ Innocentius.] ſu. ead. q. qui perfectionẽ. inf. ea. q. 7. c. 5. §. itẽ. Inno. &c. quod pro remedio.

K ¶ Sacrificia.] Vt dicitur ĩ. ea. q. §. ſed hoc ſup. ca. illi., & c. Dominus. verſ. nos dicimus. & cap. ſi quis inquit.

l ¶ Non quantum.] d. 49. ſacerdotes. inf. ea. q. 3. ſaluator.

Per

PEr Eſaiam.] Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima parte ponuntur verba prophetæ. In ſecunda dicit Aug. ꝙ vbicunque malus offert ſacrificium, ſibi perniciem irrogat, ſed non illis, qui dignè aſſumunt. In tertia parte dicit, ꝙ Spiritus ſanctus diſciplinæ effugit fictum, nec operatur per eũ remiſſionem peccatorum. Secũda pars icipit ibi, [Quilibet.] Tertia ibi, [Spũs ſctũs.] CASVS. Primo ponuntur verba prophetæ. Secundo, dicit Aug. ꝙ vbicunq; malus Deo offert ſacrificium, ſibi perniciem irrogat, non dignè ſumenti. Tertio dicitur, quod ſpirit⁹ sãctus diſciplinę ſcilicet dator effugiet fictum, nam per eũ non operatur remiſſionem peccatorum, ſed per officiũ operatur, & de malis toleratis intelligitur, quod hic dicitur.

*cum tamen nemo ipſo melius, ac fuſius in libro contra Donatiſtas rem hanc expoſuerit, omnino quæ cum Chalcedonenſi concilio, & Innocentio concordet.*

¶ Sacramenta quamuis obſint indignè tractantibus, proſunt tamen dignè ſumentibus. Cap. XCVIII.

Iuo p.2. c.27.
*Eſa. 66.*

PEr Eſaiam Dominus dicit: [Facinoroſus, qui ſacrificat mihi vitulum [a], quaſi qui canem occidat: & qui coquit *a* [b] ſimilaginem, quaſi ſanguinem porcinum, & qui offert thus in memoriam, quaſi blaſphemus.] *& paucis interiectis.* ¶ Quilibet vbilibet offert ſacrificium tali † corde, vel factis, hoc † vt [c] mereatur audire [d]; perniciem ſibi infert, non illis bonis [e], qui accipiunt ab eis ſacramenta eadem, qui ſecundum prophetam Ezechielem gemunt, & mœrent peccata, quæ fiunt in medio eorũ, quãuis non ſe inde corporaliter ſeparent. *& infra.* ¶ Sacrificium impiorum eis ipſis oberunt, qui offerunt impie. Nam vnum atque idem ſacrificium propter nomen Domini, quod inuocatur, & ſemper ſanctum eſt, & tale cuique fit, quali corde ad accipiendum acceſſerit. [Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit.] non ait, alijs [f]; ſed, ſibi. *& infra.* ¶ Hoc penè in omnibus talibus quæſtionibus intelligẽdum admonemus, ſcilicet quia omnia ſacramenta cum obſint indignè tractantibus, proſunt tamen per eos dignè ſumentibus, *& infra.* ¶ Spiritus ſanctus in eccleſiæ propoſito, vel miniſtro ſic ineſt, vt ſi fictus non eſt, operetur per eũ ſpiritus ſanctus, & ad eius mercedem [g] in ſalutem ſempiternam, & eorum regenerationem [h], vel ædificationem [i]: qui per eum ſiue conſecrantur, ſiue euangelizantur. Si autem fictus eſt, quoniam veriſſimè ſcriptum eſt: Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, deeſt quidem ſaluti eius, vt auferat ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu: miniſterium tamen eius non deſerit [k], quo per eum ſalutem operatur aliorum.

† tale ? orig.
† al. hac.
*Ez. 9.*
eod.l.2. contra epi. Parme.c.6.
*1. Cor. 11.*
eod.lib. 2.c. 10.
Ibidem.c.11.
*Sap. 1.*

*a* ¶ Et qui coquit.] *Apud B. Auguſtinum legitur,* & qui ſimilaginem, quaſi ſanguinem porcinum, & qui offert thus, quaſi benedicat idolo, *& ſic etiã Iuo: niſi quod habet,* & qui ponit ſimilaginem, *ſicut etiam B. Auguſtinus contra literas Petiliani lib.2.cap.52. Lectioni Grecæ vulgatæ optimè reſpondet verſio B. Hieronymi ſecundũ* LXX. Iniquus autem, qui immolat vitulum, quaſi percutiens virum; ſacrificans de grege quaſi qui occidat canem: qui offert ſimilam, quaſi qui ſanguinẽ ſuillum: qui dat thus in memoriale, quaſi blaſphemus. *Vulgata autem Latina ex Hieronymo ſecundum Hebræum exemplar ſic habet:* Qui immolat bouem, quaſi qui interficiat hominem; qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canem; qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat, qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat idolum †.

*Conſtat* [l] *ergo, vt Innocentius ait, de cæteris hæreticis.*

† al. idola.
ſup.c.qui perfectionem.

a ¶ Vitulum.] Talis eſt, & ita agit, quaſi &c.

b ¶ Coquit.] Alias colit id eſt in cultu quaſi colendo in ſacrificio offert. Et eſt ſimilago flos farinę de quo fiebat panis propoſitionis.

Similago eſt flos farinæ.

c ¶ Hoc vt.] Quod dicit propheta.

d ¶ Audire.] Scilicet ſibi dictum eſſe.

e ¶ Non illis bonis.] Accipientibus ab eis ſacramenta.

f ¶ Non alijs.] Argumentum, ꝙ de vno, &c. vt d.45. diſciplina. ibi, meus nõ eſt. Arg. contra inf. 23. q.4. fortè.

g ¶ Mercedẽ.] Id eſt, retributionem æternam.

h ¶ Regenerationẽ.] Vt infantum.

i ¶ Vel ędificationẽ. Vt adultorum.

K ¶ Non deſerit.] Supra ea. c. remiſſionẽ.

CONSTAT ERGO.

CASVS. Superius in ca.1. huius q̃ſtionis dicit Leo, ꝙ ſimoniaci nõ accipiunt niſi ſpiritum mẽdacij & damnationem inc. fertur, dicit Greg. ꝙ ſimoniaci vulneratã habent animam lethali vulnere. In ca. ventum, dicit Inno. ꝙ ordinati ab hæreticis vulneratum habent caput. per quæ ca. infert Gratianus idem eſſe de hæreticis & ſimoniacis: ſed ſuæ concluſioni ſtatim obijcit ibi, [Sed obijcit.] Et ibi, [Immo.] Concludit tamen quòd ſacramẽta non debent ſimoniacè concedi.

l ¶ Conſtat.] Superius introduxit magiſter multa capitula per

la per quæ oſtendit de hæreticis, & ſimoniacis idem eſſe: ex quibus infert concluſionem ſuam in iſto. §. 1. ſed ſuæ concluſioni obijcit ſtatim dupliciter, ibi, ſed obijcitur, & ibi, immo.

a ¶ Sed obijcitur.] Ad hoc quod dixit de ſimoniacis locum habere, quod de alijs hæreticis dicit.

cet non deberem facere, arg. hic, & infra ea. placuit.

i ¶ Correxerint.] Relinquendo honorem, & perpetuo pœnitendo, vt infra ea. q. ſi quis neque. Ioan.

NVllus.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ nullus clericus a percipiente gratiam communionis pretium exigere

*ordinatos a ſimoniacis per prauam manus ſimoniacæ impoſitionem vulneratum habere caput. ¶ Sed obijcitur, quòd in ordinatione ſimoniacorum hoc ſolum* [b] *reprenſibile inueniatur, quòd gratia ſpiritus ſancti ſub pretio redigi putetur: alioſum autem in omnibus integra forma ſacramentorum ſeruetur. Cum ergo illicita ſacramenti vſurpatio per pœnitentiam correcta fuerit, vt gratia Spiritus ſancti gratuita, & non venialis exiſtimetur, integer debet adeſſe vnctionis effectus: Immo etiam, ſi non ſequatur pœnitentia, licet ſimoniacè tamen reuera conſecratus reputetur* [c]*: ſicut illi, qui quondam non, niſi pretio dato, nec ad ſacri baptiſmi regenerationem, nec ad ſanctæ communionis participationem admittebantur; licet ſimoniacè, tamen non ideo minus baptizati, vel ſacræ communionis participes reputati ſunt: ſed hoc tantum* † *ſacris canonibus conſtitutum eſt, ne de cætero Sacramenta Chriſti ſimoniacè diſtribuantur.* † al. tamen

*Vnde Gelaſius ad epiſcopos per Lucaniam, epiſt. 1. c. 7.*

¶ A baptizandis, vel conſignandis pretia non exigantur. Cap. XCIX.

Capit. 6. c. 180. Burc. l. 4. c. 71. Iuo p. 1. c. 72. & 265. *Math.* 10.

BAptizandis, conſignandiſque [d] fidelibus ſacerdotes pretia nulla prefigant [e], nec illationibus quibuslibet impoſitis exagitare cupiant renaſcentes [f]: quoniā quod gratis accipimus, gratis dare mandamur. Et ideo nihil à prædictis prorſus exigere [g] moliantur [h], quo vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione reuocati, redemptionis ſuæ cauſas adire deſpiciant: certum habentes, ꝙ qui prohibita deprehenſi fuerint admiſiſſe, vel commiſſa non potius ſua ſpontè correxerint [i], periculum ſubituri proprij ſint honoris.

*Item ex ſexta ſynodo, c. 21.*

¶ A percipiente gratiam † communionis pretium exigi non debet. Cap. C. † al. gratia.

NVllus epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus [k], qui ſacram diſpēſat communionem, à percipiente gratiam [a] communionis aliquod pretium exigat [l]. Neque enim vēditur gratia, neq; pro pretio gratiam Spiritus ſancti damus; ſed dignis munere ſine defraudatione participare concedimus. Si quis vero eorum, qui connumerantur in clero, ab eo, qui ſacram communionem diſpenſat, aliquod pretium exegerit, deponatur, ſicut imitator ſimoniacæ fraudis. Iuo p. 2. c. 12.

a ¶ Gratiam.] *Sic etiam Iuo. In vno vetuſto Gratiani codice eſt,*

b ¶ Hoc ſolum.] Quod non eſt in ordinatione hæreticorum.

c ¶ Reputetur.] Verum eſt, quātum ad characterem.

BAptizādis.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod nec pro baptiſmo, nec pro chriſmatione dēt pretiū exigi, ne propter paupertatem, vel indigētiam homines ſuam negligāt ſalutem, & qui hoc de cætero fecerit, deponetur.

d ¶ Conſignādiſq;] Id eſt, chriſmandis. idem eſt in quolibet ſacramento, ext. de ſim. cum in eccleſię.

e ¶ Præfigant.] Sic infra 10. quæſt. vlt. nec numerus, ſecundum quod ibi eſt in litera num. n. 15. eſt ſimile alias ſi eſt numerus, non eſt ſimile.

f ¶ Renaſcentes.] Id eſt, renaſci volentes volūtate ſua, vel parentum.

g ¶ Exigere.] Aliquid tamē ſponte oblatū recipi poteſt, vt ſup. diſtinct. 18. de eulogijs.

h ¶ Moliantur.] Sed quid ſi ſacerdos nullo modo vult baptizare, niſi ei detur pecunia? Dicunt quidā quòd ſi baptizād⁹ eſt adultus, nihil ei debet dare quia ſola fides ei ſufficit, de conſec. diſtinct. 4. baptiſmi, vel ipſemet baptizet ſe arg. ff. de adopt. ſi conſul. argu. contra, extra de baptiſmo, & ei⁹ eſt, debitum. Ioan. Sed certè ſi in neceſſitate tali aliquis ſeipſum baptizet: non eſt tamen baptizatus 2. licet ad patriam, ſi decederet, conuolaret, vt dicit decret. illa, debitum B. Si eſt puer, baptizet eum offerens, vel pater: ſed ſi illi ita debiles ſunt, uel neſciunt formam baptiſmi, uel nullus eſt alius, qui baptizet in neceſſitate, non ideo danda eſt pecunia, & committenda ſimonia potius permittatur mori ſine baptiſmo, argum. hic, & infra ea. placuit. Ego tamen potius darem pecuniam, quàm eum ſic dimitterem mori, & bene licet non deberem facere, arg. hic, & infra ea. placuit.

gere debet, quod ſi quis fecerit, deponetur.

K ¶ Diaconus.] inf. de conſ. diſt. 2. peruenit, contra ibi dicitur, quòd presbyter daret Euchariſtiam: ſed hoc in neceſſitate, 93. diſt. diaconis &c. præſente H.

l ¶ Exigat.] Cum effectu 3. uel etiam ipſe conatus puniendus eſt in deteſtationem criminis, ſupra ea. qui ſtudet, arg. 6. q. 1. §. uerum, arg. 47. diſt. quoniam. H.

Hæretici, & ſimoniaci æquiparantur 1. Quia ſu. c. 1. huius qō. dixit Leo, ꝙ ſimoniaci nō niſi ſpiritum mendacij accipiunt, & dānationem ſu. c. fert. Dixit Greg. ꝙ ſimoniaci vulneratam hēnt, aīam lethali vulnere. ſu. ea. ventū dixit Ian. ꝙ ordinati ab hæreticis vulneratū hēnt caput. vn̄ infert, & magiſter idē eſſe de ſimoniacis & hæreticis, fin H. ſed ſuæ concluſiōi, &c. vt ſequitur Pe. & Bart. Brix.

Baptizare ſe ipſum nemo poteſt.

2 Adde ad hoc ꝙ lo. & no. de cōſe. diſt. 4. baptiſmi, in glo. poterit.

3 Deeſt: exigendo recepit, ſic. ff. de rer. diu. l. ſi. aliàs con. d. pœn. diſt. 1. cogitationes. Arch.

Quidquid]

gratia cõmunis, *quod Græca lectioni magis conuenit:* παρὰ τοῦ μετέχοντος εἰς πρᾶξιν, τῆς τοιαύτης μεταλήψεως χάριν, ὀβολοὺς, ἢ εἶδος τό οἱονοῦν, i. ab eo qui percipit cõmunionem eiuſmodi participationis gratia, obolos, vel aliam quam quamuis ſpeciem exigat. *Sunt etiam alia nõnulla variætates non magni ponderis.*

*Item ex concilio Toletano, 11. c. 8.*

¶ Munera inuiſibilis gratiæ quæſtibus non ſunt comparanda. Cap. C I.

Iuo p. 1. c. 73. & par. 5. c. 126.
*Matth. 10.*

QVidquid inuiſibilis [a] gratiæ conſolatione β [b] tribuitur, nūquam quæſtibus γ [c], vel quibuslibet pręmijs venundari penitus debet, dicēte Domino: [Quod gratis accepiſtis, gratis date.] Et ideò quicunq; deinceps in eccleſiaſtico ordine conſtitutus, aut pro baptizandis, conſignandiſque fidelibus, aut collatione chriſmatis, vel promotionibus graduum pretia quælibet, vel præmia (niſi δ voluntarie oblata) pro huiuſmodi ambitione ſuſceperit: equidem, ſi ſciente loci epiſcopo tale quidquã à ſubditis perpetratum fuerit, idem epiſcopus duobus mēſibus excommunicationi [d] ſubiaceat, pro eo, quòd, ſcita mala contexit, & correptionem neceſſariam non adhibuit. Sin autem ſuorum quiſpiam, eodem neſciente, pro ſupradictis quodcunque capitulis accipiēdum eſſe ſibi crediderit [e]; ſi presbyter [f] eſt, quatuor menſium excommunicatione [g] plectatur, ſi diaconus, trium, ſubdiaconus verò, vel clericus [h] his cupiditatibus ſeruiens, & competēti ζ pœna [i], & debita excommunicatione plectendus eſt.

β ¶ Conſolatione.] *In concilijs olim Coloniæ, ac Lutetiæ impreſſis duobus ipſorum codicibus Vaticanis, vno regis Catholici, & apud Iuonem legitur,* collatione: *ſed ob gloſſam non eſt emendatum.*

γ ¶ Nunquam quæſtibus.] *In eodē codice Regio, legitur* nūmorũ quæſtu, vel quibuslibet pręmijs venundari penitus non debet: *in alijs verò ſupra citatis,* nunquã quæſtu.

δ ¶ Niſi.] *Ab eodem codice Regio abeſt dictio iſta,* niſi. *ita vt in his caſibus voluntarias etiam oblationes prohibeat; ſicut de baptiſmo in concilio Eliberitano eſt conſtitutum, infra ead. c. emendari & de ſacris ordinationibus in concilio Tridentino ſeſſ. 21. cap. 1. In alijs tamen codicibus eſt ipſa dictio,* niſi.

ε ¶ Quod ſcita.] *Antea legebatur,* in conſcientia mala. *Emendatum eſt ex codice Regio, & Iuone in concilijs verò impreſſis variè legitur.*

e ¶ Percellantur.] Scilicet in perpetuū. ſu. ea. q. 3. ſi quis & c. ſaluator. ſup. ea. q. 1. ſi quis epiſcopus.

f ¶ Conſuetudinis.] Arg. conſuetudinem longā non facere ad licentiā, vel excuſationem ſimoniæ, ext. de ſim. cum in eccleſiæ. Arg. contra in Auth. de ſan. epiſ. §. pro conſuetudinibus. coll. 9. q. 3. conqueſtus ſup. 100. d. cap. nouit. ſu. ea. q. 1. reperiuntur. ſup. d. 4. denique. Ar. cōtra

Conſuetudo non excuſat ſimoniam.

i NVllius.] Scilicet alterius. nam ſuum quandoque commaculat, vt de pæn. diſt. 2. ſciendum. 32. q. 7. quemadmodum. & ita non comprehenditur perſona, de qua ſit ſermo.

K ¶ Maculat.] Inf. 15. q. 1. mulier. & q. vlt. cum multæ. inf. 17. q. 4. miror. 34. d. ſi cuius. & 6. q. 1. §. uerum 24. q. 1. non turbatur. Ioan.

*Item in Africano concilio, c. 14. legitur.* | Et Cart. 3. c. 48.

¶De infantibus qui ab hæreticis baptizantur.

Cap. III.

PLacuit de infantibus, qui ab hæreticis baptizantur; ne, quod non ſuo fecerunt iudicio, cum ad eccleſiam Dei ſalubri propoſito fuerint conuerſi, parentum illos error impediat, quominus promoueantur [a] ſacri altaris miniſtri. | Paulo aliter in originali.

*Item in eodem, c. 24.*

¶De eodem. Cap. IIII.

QVi apud Donatiſtas paruuli [b] baptizati ſunt, nōdū ſcire valentes erroris eorum interitum, & poſtea quam ad ætatem rationis capacem peruenerunt, agnita veritate falſitatē eorum abhorrentes, ad eccleſiam Dei catholicam per vniuerſum mundum diffuſam, ordine [c] antiquo per manus impoſitionem recepti ſunt; tales ad ſuſcipiendum munus clericatus non debet impedire nomen erroris. | Deuſdedit p. 2.

*Item Leo quartus † Ebrunio, & Adelfrido epiſcopis.* | † al. tertius.

¶Conſanguineorum maleficia in nullo clericis obſunt, niſi conſcij fuerint. Cap. V.

QVia præſulatus noſtri (quod bene noſtris) magiſterium non ſolum de ſacerdotum: verū etiam de ſæcularium vtilitatibus debet eſſe ſolicitum; propterea fraternitatem veſtram ſcire volumus, hunc præſentem preſbyterum ad ſedem Apoſtolicam veniſſe, nobiſque violētiam, & excommunicationem ſuam per ordinem retuliſſe: quòd etiam ſine iuſto legis tramite illi ſua fuiſſet ablata [d] eccleſia, ſimiliter indicauit: quam alius dato munere ſacerdos zelo ductus inuidiæ vſurpare præſumpſit. Inde parentes eius magno dolore compulſi presbyterum illum, qui ſuam tenebat eccleſiam, mox comprehenderūt, & ei oculos eruerunt. Tamen ipſe ſæpe dictus ſacerdos dicit, quòd abſque ſua voluntate, [e] & ſine eius conſilio hoc ſit peractum. Quod ſi ita eſt, vt ipſe nobis ſuo ore teſtatus eſt, vobis magnopere prouidendum eſt, vt ſi canonice [f] ipſe excommunicatus non eſt, canonica ſuper eam fiat remiſſio. [g]

*Digeſtis tit. de pœnis, l. crimen.*

Cap. VI.

CRimen, vel pœna paterna nullam maculam filio infligere poteſt. Namq; vnuſquiſque ex ſuo admiſſo [h] | Lib. 48. tit. 9. l. 26.

PLacuit.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ illi non debent a ꝓmotione repelli, qui infantes perfidia parentum ab hæreticis baptizantur, ſi hæc ſuo iudicio non fecerunt, nec ex poſt facto conſenſerunt.

a ¶ Promoueātur.] ſup. ea. q. 1. ventū eſt, contra inf. ead. q. 7. q in qualibet. cōtra. Sol. illud ex nimio rigore: hoc ex diſpēſatione. Vel ibi de his, q poſtmodū in adulta ętate hęreſi conſentiunt: vel qui adulti ab hæreticis baptizantur: hic de iſtis, qui non acquieſcunt, vel qui pueri baptizantur ab hæreticis. [1]

QVi apud.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ paruuli ab hæreticis, baptizati, ſi tñ poſtquam ad diſcretionem peruenerint errori non conſenſerint, recepti ab eccleſia poterūt promoueri.

[1] Sub. quib. non nocet, ēt ſi a parentib. offeranī. arg. de cōſe. d. 4. quæris. dum tñ ſuppleatur, qđ eis deeſt. ſu. e. q. 1. §. ecce. de conſ. d. 4. ab antiqua. Io. de Fant.

b ¶ Paruuli.] i. doli non capaces, de conſecratio. diſt. 4. paruuli.

c ¶ Ordine.] Ideſt, ſm antiquam regulam eccleſiæ.

QVia pſulatus.] CASVS. Quidā pſbyter iniuſte fuit ſua eccleſia ſpoliatus, quam alius preſbyter ſimoniace acquirere nō erubuit, vñ conſanguinei primi pſbyteri dolore conuicti ſm presbyterū comprehendentes, ei oculos eruerūt: ꝓ quo facto primus presbyter fuit excōicatus. Sed quia primus ſacerdos (vt dicebat) nullo mō conſenſit: mādat de hoc Papa inquiri & ſi inculpabilis inueniatˢ abſoluatur. Sequēs lex, &c. quæ ſequūtur plana ſunt.

d ¶ Ablata.] Et ideo erat ei reſtituēda, licet hoc expreſſe nō dicatur: ſufficit. n. cōqueri de ſpoliatione, licet expreſſe nō petatur reſtitutio, vt 2. q. 1. notum. extra de cauſa poſ. cum eccleſia. hic tamen non reſpōdet ad hoc: ſed reſpondēdo eum innocētem, ergo & reſtituendum. arg. C. de diuer. reſcr. l. 1. ext. de coniug. lep. c. 2.

e ¶ Voluntate.] Arg. ꝙ nudam voluntatem teneatur qs purgare ſi ſuſpectus habetur: & alibi nuda voluntas legitur grauiter plectenda, ut inf. de pœn. d. 1. ſi quis eū, &c. ſi quis pulſatus & 32. q. 5. qui uiderit. Arg. cōtra de pœn. d. 1. cogitationis. Dicas igit. & pro ideſt. Vel dic de voluntate in actum producta, alias nō tenetur purgare eam. ar. 23. q. ult. c. ul. & eſt ſi. extra de hom. Petrus. ext. de teſti. conſtitutis.

Voluntas nuda eſt qñq; plectenda.

f ¶ Canonice.] Argu. ꝙ ſi conſanguinei alicuius clerici abſque eius conſenſu epiſcopum ſuum offenderēt, propter hoc epiſcopus non poteſt priuare clericum beneficio. arg. 34. q. 3. c. 1. ipſe tñ eps non debet conqueri de conſanguineis, ſi credit, ꝙ ita acerbe eum puniant. Sed nunquid tenetur eis remittere actionem iniuriæ, cum ſciat, ꝙ ſi non remiſerit, interficient eum fratres ſui? Num dum tamen ipſe eis nihil dicat: ſed rancorem tenetur dimittere. 90. d. ſi quis contriſtatus.

Eps beneficio priuare non pōt clericum, cuius parentes ipſum offendunt.

g ¶ Remiſſio.] Nullam enim pœnam patietur iniuſte excommunicatus, ut 9. q. 3. non debet. abſit enim, ut iniuſte. &c. C. de pœ. ſancimus.

CRimen.] ¶ Ex ſuo admiſſo.] Non enim debet aliquis

quis alieno odio prægrauari. C. de inoffi. teſt. ſi quis in ſuo. §. legis. & hoc eſt verum in pœnis: ſecus in vſu. capionibus: quia vitium tranſit ad hæredem. ff. de acqui. poſ. Pomponius. Item quod hic dicitur, regulare eſt, vt 56. diſt. vndecunque, & c. naſci, & c. ſatis. in caſu tamen quan-

b ¶ Genuit eum. ] Siue de natiuitate in vtero, ſiue de natiuitate ex vtero 1.

c ¶ Conſenſione. ] Sed nec tunc dicitur teneri peccato alterius: ſed ſuo, ſcilicet eum conſentit ad peccatum alterius ſu. diſt. 56. vndecunq; inf. 15. q. 8. c. 3. contra inf. 23. q. 4. ita, & c. ſi quis à catholica.

1 De conſe. diſt. 4. quæris & c. ſi ad matris, & hic uideas qđ not. ex. de tẽpo. or. quæſitũ. in glo. fi. infra, &c. Arch. In uia, & in inuio differunt.

ſorti ſubijcitur, nec alieni criminis ſucceſſor cõſtituitur. Idque diui fratres Hieropolitanis reſcripſerunt.

*Item ex concilio Toletano. 4. cap. 60.*

¶ Perfidia parentum filijs obeſſe non debet. Cap. VII.

Ezech. 18. IVdæi baptizati, ſi poſtea prȩuaricantes in Chriſtũ qualibet pȩna damnati extiterint, à rebus eorum fideles [a] filios excludi non oportebit: quia ſcriptum eſt: [ Filius non portabit iniquitatem patris. ]

*Item Auguſtinus ad Bonifacium, epiſt. 23.*

¶ Non imputantur peccata parentum ijs, qui ab eis perſonaliter diuiſi probatur. Cap. VIII.

Iuo p. 6. c. 417. IAm itaque cum homo in ſeipſo eſt, ab eo, qui genuit eum [b] [1], alter effectus peccato alterius ſine ſua conſenſione [c] non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum [d]: quia vnus [e] erat cum illo, & in illo, à quo traxit; quando, quod traxit, admiſſum [f] † eſt. Non autem trahit alter ab altero quando ſua vnoquoque propria vita viuente iam eſt, vnde dicatur; [ Anima [g], quæ peccauerit, ipſa morietur. ] Vt autem poſſit regenerari per officium voluntatis alienæ, cum offertur conſecrandus [h], facit hoc vnus ſpiritus, ex quo regeneratur oblatus.

† al. admixtum.

Ezech. 18.

*Hinc etiam Gregorius in lib. 26. Moralium, c. 8. in c. 35. Iob.*

¶ Ei qui imitatur, impietas alterius nocet. Cap. IX.

Iob. 35. HOmini [i], qui ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua; & filium hominis adiuuabit iuſtitia tua. ] Humana impietas ei nocet [k], quem peruertendo inquinat: & rurſus eum adiuuat noſtra iuſtitia, quẽ à prauis actionibus mutat. Nocere enim vel iuuare neſciunt ea, quæ [l] vel à bono corrumpere, vel à malo permutare non poſſunt.

Exo. 20. *Econtra Dominus ad Moyſem: [ Ego ſum Deus zelotes, qui viſito [m] peccata patrum in filios [n] vſq; in tertiã,*

d ¶ Reatum. ] Ideſt, cauſam reatus, ſcilicet originale peccatũ. ex hoc c. colligitur, quod aliud eſt in via, aliud ĩ inuio. nam nõ poteſt quis peccare per alium licet poſſit ſaluari per alium, vt de pe. diſtin. 1. tres, & de conſ. d. 4. quæris. & bonum ſimile eſt in lege. nã dicit lex, ꝙ ſi quis habet filium & poſtea creatur decurio; iſte non dicetur fili⁹ decurionis: ſed illi tantum, qui poſtea geniti ſũt C. de decur. l. vlt. ff. e. l. 2. §. in filijs.

e ¶ Vnus. ] Partus enim pars uiſcerum eſt, ut ff. de uent. inſpi. l. 1. §. 1. licet ſit arg. contra de conſec. diſtin. 4. ſi quidquid.

Partus eſt pars uiſcerum.

f ¶ Admiſſum. ] Id eſt receptum.

g ¶ Anima. ] Sicut Dominus, per Ezechielem ait, ut inf. 24. q. 3. ſi habes.

h ¶ Conſecrandus. ] Ideſt, baptizandus. Ioan.

HOmini. ] CASVS. Dĩ hic, ꝙ malitia alteri⁹ nõ nocet alij, ſi per eã non corrũpatur, ſed ſua tãtum. Et primo ponuntur uerba Iob uſq; ibi. [ Humana. ] Deinde ponunt uerba Grego. exponentis uerba Iob.

i ¶ Homini. ] Verba Iob ſunt uſque ibi, [ Humana. ] uerb. Grego. uerba Iob exponentis.

quandoque aliter inuenitur de temporali pȩna, ut 6. q. 1. §. uerum, & c. ex merito. 15. q. ult. cũ multæ. & 14. q. 3. §. is. ita. ſu. q. 1. fertur. 8. q. 1. audacter, & diſt. 48. §. ecce, cum multis alijs capitulis.

a IVdæi ] ¶ Fideles. ] Sed nihil ſpeciale conſtituitur hic circa Iudæos, idem enim fit in filijs aliorum damnatorum. C. de bo. dam. Auth. bona niſi in damnatis crimine læſæ maieſta. ut 6. q. 1. §. uerum. Præterea ſi conuertantur filij ad eccleſiam, non poſſunt eos parentes exhæredare. extra de Iu. Iudæi. Quid iuris ſit de filijs hæreticorum. dixi 23. q. 7. in princ. Io.

Iudæi filios ſuos ad eccleſiam conuerſos exhæredare non poſſunt.

IAm. ] CASVS. Dĩ hic ꝙ ex quo filius à patre ſuo diuiſus eſt, & alter effectus, patris delictum, filium nõ grauat, ſi filius non conſenſerit: ſed peccatum originale filius à patre contraxit; quia tunc non erat alter ab eo; immo unus cum ipſo: quod crimen contraxit ab Adam: & ſicut per alienum officium quis neſciens regeneratur, ita neſciens peccato originali coinquinatur.

K ¶ Nocet. ] Exemplo.

l ¶ Ea quæ. ] Sicut ſunt illa, ex quibus exempla non ſumimus, ut uenuſtas corporis, ægritudo.

ECONTRA. CASVS. Hactenus probauit. Gratia. peccata parentum filijs non nocere. Nunc probat Gratia. econtra auctoritate Moyſi, ꝙ filius pro peccato patris punitur. Sed ſtatim rñdet per Aug. dicentem, hoc non contingere propter inæqualitatem iudicij, ſed propter clementiam Dei, qui nõ punit alium pro alio etiam corporaliter, niſi tertia uel quarta generatio ueniat.

m ¶ Viſito. ] Ideſt, poſtea uiſitando ad pœnitentiam ex pecto uſque ad ſenium, ſ. quouſque uideatur tertia, & quarta generatio, quod eſt dicere, uſque ad finem uitæ ſic Aug. exponit, unde & ſic licet mihi exponere.

n ¶ In filios. Iſtud poteſt intelligi ad literam, & hoc ideo dicit, quia homines non conſueuerunt ultra uiuere.



Digitized by Google

*& quartā generationē,* ] *licet nō inæqualitate iudicij ſed magnitudine clemētiæ Auguſtinus aſſerit hoc dictū ita dicēs:* [*In tertia, & quarta generatione peccatū patrū ſe Dominus cōminatur in lege filijs redditurū*[a]*, nō inæquali tate*[b] *iudicij, vt alij peccēt, & alij puniātur, ſed magnitudine clemētiæ: dū sēper expectat ad pœnitētiā, & ꝙ in prima generatione delinquitur, nō prius corrigit, & emēdat, niſi & tertia, & quarta generatio venerit,*[c]] *Cum ergo*[d] *de baptizatis ab hæreticis Innocentius ſcribat:* ] *Lex eſt eccleſiæ ijs, qui ab hæreticis baptizati ſunt, per manus impoſitionem laicam tantum communionem præbere, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum ſubrogare.* ]*patet, quod infantes, qui ab hæreticis baptizati ſunt, ſola excuſat ignorantia*[e]*, vt iuxta illud Africani concilij ad ſuſcipiendum clericatus officium non eos impediat nomen erroris.* ſup. q. 1. ventum.

*Item ſicut Auguſtinus ſcribit ad Auxilium epiſcopum epiſt. 75.* ſup. ea. qui apud.

¶ De eodem. Cap. X.

NOn imputantur[f] filijs peccata parentū, quæ poſt eorum natiuitatem à parentibus cōmittuntur; nec ꝓ peccatis parentum ſpiritali pœna[g] filij ſunt plectendi. ¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus, & caput hoc, & ſequentia vſque ad finem quæſtionis coniuncta ſunt ſuperiori. Nam ſententijs hinc inde acceptis, verba ferre de ſuo (quod ſæpe facit) in his Gratianus affert. Et huius quidem partis ſententia eſt apud B. Auguſtinum loco indicato. Verba autem ipſa referuntur infra 24. q. 3. ſic habes.*

*Officio autem, vel beneficio eccleſiæ priuari, ſpiritualis pœna eſt: non igitur hanc ex peccato patris promeretur filius. Item ſi excuſatur*[h] *qui ignoranter à ſimoniaco ordinatur, vt ſupra in cap. Vrbani legitur, & iſte excuſandus eſt*[i]*, qui per ignorantiam ſimoniace ordinatur.*

2 *Sed obijcitur illud Gregorij a.* ſup. ea. q. 1. ſi qui à ſimoniacis.

a ¶ Gregorij. ] *In aliquot vetuſtis codicibus legitur,* Auguſtini. *Anſelmus vero citat ex Alexandro ſecundo.*

¶ De eccleſia quæ pactione conſecratur.
Cap. XI.

ECcleſia, quæ pactione[k] conſecrata fuerit potius execrata, quam conſecrata dici debet. Anſ. l. 5. c. 20.

vere. Vel poteſt intelligi miſtice, nam prima generatio dr̄ primi motus: & iſti non puniuntur, de quibus dictū eſt: Beatus qui allidet paruulos ſuos ad petram. Secunda generatio dicitur cogitatio, quæ non punitur, de pę. diſt. 1. cogitationis. Tertia dicitur conſentus: & iſte punitur, nam facientē. & conſentientē par. pœna conſtringit 2. q. 1. notum. Quarta eſt opus; & iſta ſimiliter punit̄ in filios cum ſint imitatores paterni ſceleris: alias nō ſu. ea. q. 1. cito turpem. Aliter numerāt̄ iſtæ quatuor generationes, de pę. d. 1. ſuper tribus.

a ¶ Redditurum. ] Id eſt, vſque in tempus filiorū, & vltra eos expectaturum ad pęnitentiam de peccatis ſuis.

b ¶ Inæqualitate. ] vt alij peccēt, & alij puniantur, prout ſequitur: & eſt vna dictio inæqualitate & hæc verba licet non inęqualitate, sūt uerba Aug. & auctoritas iſta facit ad propoſitum G. expoſitio vero contra eum.

c ¶ Venerit. ] Ideſt, niſi cum vitā finierit. Ioan.

CVM ERGO. CASVS. Dixit ſupra Gratia. ꝙ peccatum patris filijs imputari nō debet, & quod per ignorantiam excuſantur. Sed cum Inno. dicat, quod baptizati ab hæreticis ſcienter promoueri non poſſunt, patet, quod infātes ab hæreticis baptizati, cum ipſi iuxta Africanum conciliū valeant ꝓmoueri, ſola ignorantia excuſentur. Nā vt ait Aug. peccata parētū filijs non imputātur: nec ſpirituali pœna ꝓꝑ hæc puniuntur, quare ab officio, & beneficio eccleſiæ ꝓpter hæc priuari non debent, cum ſit pœna ſpiritualis præterea ſi excuſatur qui ignoranter à ſimoniaco ordinatur: ergo iſte de quo dictum eſt in themate excuſandus eſt: quia per ignorantiam ſimoniace ordinatur. Innoc. ſup. 1. q. 1. ventum eſt, in fin. Africanum concilium ſup. ead. q. placuit. Sicut Auguſ. 24. q. 3. ſi habes. Vrbani. ſup. 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis.

d ¶ Cum ergo. ] Hic oſtendit ꝙ ignorantia excuſat infantes ab hæreticis ordinatos: & à ſimili videtur excuſandus cui ignoranti pater eccleſiam adeptus eſt.

e ¶ Ignorantia. ] Sed non ſemper de pœn. diſt. 2. ſciendum, & inf. c. prox. turbatur. §. notandum.

f NOn imputantur filijs. ] Sup. ead. q. placuit.

g ¶ Pœna. ] Scilicet excommunicationis infr. 24. q. 3. ſi habes, ſed alia bene extra de fil. presb. c. 1. & inf. eo. q. 1. c. 1. & ideo ſophiſtice procedit de vna ad aliam. Argu. contra. 56. diſt. c. 1.

h ¶ Item ſi excuſatur. ] Vt ſup. ea. q. 1. ſi qui à ſimoniacis.

i ¶ Excuſandus eſt. ] Excuſantur a reatu criminis: ſed non quin priuentur beneficio, infr. ead. q. 5. capit. 1. & cap. præſentium.

SED OBIICITVR. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua probatur contrarium per tres auctoritates. Io. de Fant.

K ECcleſia. ] ¶ Pactione. ] Infra. 18. q. 2. Eleutherius. contra. Sol. aliud eſt non prius cōſecrare niſi aliquid ex pacto detur vel promittatur, quòd hic penitus reprobat, aliud eſt poſt dedicationem paciſci de annuo redditu

Delictorum qua druplex eſt generatio.

Conſecratio an poſſit fieri interueniente promiſſione.

redditu ex oblationibus eccleſię ſuggerente epiſcopo, & eius eccleſiæ presbyteris pro futuro quod ibi fieri permittitur. H. contra 7. q. 1. epiſcopus. 5. ca. q. 1. nõ nocet. Sed dic, ꝙ hic non fuit conſecrata in forma eccleſiæ: & ideo debet conſecrari. de conſec. diſt. 1. eccleſias. Vel dic in lucra ſunt ab hæredibus extorquenda. ff. de calum. l. in hæredem. Arg. contra. C. ne ex delect. defun. l. vnica. ſed de canonica æquitate ſemper tenetur, etiam ſi nihil ad eum peruenit ex maleficio, vt dixi 16. quæſ. 6. ſi epiſcopum.

*Ioſue 6. & 7.* *Item peccato [a] ciuiũ, theſauri Hiericho anathematizati leguntur: Vnde Achan, qui regulam auream, & quadam alia pretioſa furatus eſt, de anathemate dicitur tuliſſe.* *1. Reg. 15.* *¶ Item peccato Amalechitarum, animalia eorum iuſſa ſunt interfici: quib. quia Saul pepercit, audiuit à Samuele:* *Exod. 9.* *[Neſcis, quia peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere?* *1. Reg. 4.* *¶ Item peccato Aegyptiorum poſſeſſiones eorum grandini traditæ, iumenta, & primogenita eorum, mortem cõſumpta ſunt. ¶ Item peccato Iſraelitarum, arca Domini Philiſtæis tradita eſt. Si ergo quæ ſenſu carent, vt eccleſia, altare, arca Domini, lapides Hiericho, vel execrantur, vel peccatoribus traduntur, vel anathematizantur, vel grandine deuaſtantur; ſi ea, quæ vim intelligendi non habent, vt animalia Aegyptiorum, & Amalechitarum, peccatis hominum perduntur morte; patet quòd nullum excuſat ignorantia criminis; maximè cum ex eo vtilitas deferatur ignoranti; veluti ſi quiſpiam de latrocinio, & rapina filio ſuo ignoranti diuitias congreget, non excuſat filium ignorantia; quin poſt mortem patris cogatur reddere male acquiſita [b].* *Ioſue 7.* *¶ Item peccato Achan [c] plebs Iſraelitica in manibus hoſtium tradita eſt.* *1. Reg. 4.* *¶ Item peccato filiorum Heli, populus in manu [d] Philiſthinorum corruit.* *Pſal. 77.* *¶ Peccato quoque plebis electi eorum ſæpè ſunt impediti, & tandem cum eis propheta ducti ſunt captiui.*

3 *His ita reſpõdetur. Inſenſibilia, & irrationabilia peccato hoĩum vel execrantur, vel anathematizantur, vel morte perduntur, non participatione peccati, ſed cauſa ſacramẽti [e], vel deteſtatione peccati, vel flagello [f] delinquẽtium. Cauſa ſacramẽti, vt theſauri Hiericho [g], et animalia Amalechitarũ. Hiericho enim Luna interpretatur & ſignificat mundũ iſtũ; Amalechitæ interpretantur lingentes ſanguinẽ, & ſignificant cupidos, & auaros, & dæmones. Iſraelitæ interpretãtur viri videtes Deũ, & ſignificant multitudinẽ ſanctorum. Lapides ergo, & theſauri Hiericho anathematizãtur; animalia Amalechitarũ [h]*

c ¶ Achan.] Et nõ nẽ iam dixit de peccato Achan, ſic: ſed nõ de plebe.

d ¶ In manu.] Ideo repetit, vt addat de populo, de quo nihil dixerat.

HIS ITAQVE. Hęc eſt tertia pars q. in qua dicitur quod ſeptem de cauſis aliqui puniuntur propter aliorum peccata. Io. de Fant.

CASVS. Reſpondet Gratianus, ꝙ ita punitur vnus pro alio: hoc accidit vel ex cã ſacramenti, vel ex deteſtatione peccati, vel ex imperitia patientiæ, vel ꝑpter flagella eorum, qui deliquunt opere, vel conſenſu. Et ad hãc quadrimembrem diuiſionem pręmiſſas hiſtorias competenter adaptat.

e ¶ Sacramenti.] id eſt, figuræ.

f ¶ Vel flagello.] Aliter numerat hic iſtos modos: & aliter exequitur in litera.

g ¶ Hiericho.] Hiſtoria: Legitur in libro Ioſue, quòd Dominus anathematizauit vrbem Hiericho, & omnia quæ in ea erant, præter metalla, quæ in primitias operũ Dei conſeruabantur. Capta ciuitate, Achan filius Charmi furatus eſt clamydem coccineam, & centum ſiclos argenti, & regulam auream quinquaginta ſiclorum, & iratus eſt Dominus contra filios Iſrael. & cum Ioſue mitteret tria millia expugnatorum ad expugnandam ciuitatem Hai, ceciderunt ex eis xxxvj. homines & cæteri fuerunt in fugam conuerſi Relatumque eſt Ioſue proſtrato in terram quod populus aliquid tulerat de anathemate: & ideo illud acciderat populo. ſurrexit itaque ex præcepto Domini: & conuocato populo miſit ſortes per tribus: cecidit ſors ſuper tribum Iuda. Secundò per familias, & cecidit ſors ſuper familiam Zare. Tertio ſuper domos: & cecidit ſors ſuper domum Charmi. Quartò ſuper capita: & cecidit ſors ſuper Achan: & dixit ei Ioſue: Fili da gloriam Deo, ei confitendo quid feceris, cumque confiteretur, iuſſit eum lapidari à populo, & familiam eius, quam habebat comburi.

in odium conſecrantis hoc dici. ſimile 24. quæſtio. 1. pudenda. & ideo ita interpretatur Gratia. infra §. his ita. verſicu. in deteſtatione, quia reuera eſt conſecrata.

ITEM PECCATO. CASVS. Hic probat quòd vnus punitur pro alio temporaliter: & primo per hiſtoriam de Achan. Secundo per hiſtoriam de Achab. Tertio per plagas Aegyptiorum. Quartò per arcæ Domini captionem. Quinto per hiſtoriam filiorum Heli, quæ habetur 36. diſt in. legãt. Sexto per prophetas propter peccata populi captiuatos.

Punitur tẽporaliter vnus ꝑ alio. a ¶ Item peccato.] Hic probat quòd vnus punitur pro alio temporaliter, primo per hiſtoriam de Achan. ſecundo per hiſtoriam de Amalechitis. tertio per plagas Aegyptiorum. quarto per arcæ captionem. quinto per prophetas propter peccata plebis captos.

b ¶ Acquiſita.] Idem eſt de vſura. extra de vſu. cum tu & eſt ratio, quia in vitium ſuccedunt parentum. ff. de diuerſ. & tempo. præſcript. cum hæres, nam turpia

h ¶ Amalechitarum.] Hiſtoria legitur in 1. lib. Regum quod cum Saul ex præcepto Samuelis pugnaret contra Amalechitas, præcepit vt homines & animalia interfi-

*interfici iubentur ad examinãdam [a] cupiditatem Iſraelitica plebis, & vt ſignificaretur, ꝙ muri vitiorum, & huius mundi theſauri, qui per lapides, & theſauros Hiericho deſignantur, irrationabiles quoq; vitiorum motus, qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non debent tranſire in ſortem ſanctorũ. Animalia [b] vero Aegyptiorum [c], & poſſeſſiones eorum [d], & primogenita grandine, et morte conſumpta ſunt, vt in illis punirentur, quorum fœlicitate lætabantur: & vt daretur intelligi, quòd mundus peribit, & concupiſcẽtia eius. Sed & terra Iſraelitarum in ſalſuginem verſa eſt, & ſegetibus eorum imbres aduerſi ſunt, animalia eorũ ſterilitate, & morbo cõfecta ſunt; vt auctorem ſuũ, quẽ per beneficia cognoſcere noluerunt, ſaltem inter ſupplicia ſentirent. In deteſtationem verò peccati, pecunia Simonis damnata eſt, cui dictum eſt: [Pecunia tua tecũ ſit in perditionem: quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri.] In deteſtationem quoque eiuſdem criminis altare, & eccleſia [f], quæ per ſimoniam conſecrantur, nõ tam cõſecrari, quàm execrari dicuntur: quia qui interuentu pecuniæ oleũ conſecrationis effundit, non conſecrare, ſed execrare dicendus eſt. Hinc eſt, ꝙ B. Gregorius eccleſias ab Arianis cõſecratas iterum conſecrari præcepit: quia ſanctificationem [g] conſecrationis, quæ non niſi in fide Trinitatis perficitur, præſtare non poterant, qui fide carebant [h]. Arca vero, & prophetæ peccato ſuorum ciuium hoſtibus traditi ſunt. Electi quoque, qui murmure eorum impediti ſunt, non in pœnam criminis, ſed in experimentum, & exemplum patientiæ hæc paſſi ſunt. ¶ Item populus [i], qui peccato Achan, & filiorum Heli in manibus hoſtium traditus eſt ſignificat ſubditos corporaliter flagellari, vt inter ipſa flagella, peccata prælatorum feriantur: ſicut Acham ſorte deprehenſus, lapidibus obrutus eſt.*

1. Io 2.
Pſal. 106.
Act. 8.
De conſec. diſt. 1. Arrianorum.

*Sic et nauicula Ionæ [k] periclitatur, vt fugitiuus ſorte deprehenſus fluctib. immergeretur. Aliquãdo pro meritis [l] prælatorũ deprauatur vita ſubditorũ, vt prælatis ſuis ſubditi fauentes ad malum cum eis ſimul corruant ſicut filij Iſrael, diu portantes [m] peccata ſacerdotum, tandem cum eis ceciderunt in manibus hoſtium. Item Dauid populum*

Ionæ. 1.
2. Reg. vlt.

interficeret. percuſſit ergo Saul Amalechitas, & omne vulgus interfecit: & apprehendit Agag Regem pinguiſſimum: & pepercit ei, & omnibus gregibus ouium & armentorum, & vniuerſis quæ pulchra erant viſu: nec voluit diſperdere ea: quidquid fuit inutile, & reprobũ, hoc deſtruxit & demolitus eſt. Dixitq; Dominus ad Samuelẽ. Pęnitet me feciſſe Saulem Regem, venitque Samuel ad Saulẽ, & dixit: Quænam vox eſt gregum & armentorum, quę reſonat in auribus meis? Et ait Saul. Tulit populus oues & boues pingues ad ſacrificãdum, dixitque Samuel, peccaſti: q̃a melior eſt obedientia quàm victima & ait Saul peccaui, ſed hac vice ſupporta peccatum meum. Redijt ergo Samuel, cum Saule & iuſſit Agag adduci Regem pinguiſſimum, & interfecit eum, & in in fruſta conſcidit.

a ¶ Ad examinãdã.] ideſt, vt examinẽtur cupidi a nõ cupidis. Alia litera eſt, ad exterminandam.

b ¶ Animalia.] Hic de flagello delinquẽtium. ſimi. 16. q. 1. reuertimini.

a ¶ Ægyptiorũ.] Hiſtoria. Legit in Exodo, ꝙ cũ Pharao nollet dimittere populũ Iſraelẽ exire de Aegypto, percuſſit Dominus Aegyptum x. plagis, quæ in Exodo exponuntur.

d ¶ Eorum.] Simile 16. q. 1. reuertimini.

e ¶ In deteſtationẽ.] Hęc eſt deteſtatio criminis.

f ¶ Eccleſia.] De cõſ. di. 1. Arianorũ. & c. eccleſia. iſta duo ca. malè inducit Gra. q̃a Arianorũ eccleſię, non conſecrãtur à catholicis in deteſtationem criminis: ſed quia non fuerunt conſecratæ in forma eccleſiæ: ergo melius potuiſſet inducere. ſup. ca. q. eccleſia, quæ pactione.

g ¶ Sanctificationem.] Supra ea. q. 1. qui ſtudet.

h ¶ Carebant.] ideſt, extra formam eccleſiæ conſecrabant, aliàs falſum eſſet.

i ¶ Item populus.] Hic addit quartam.

SIC ET NAVICVLA. CASVS. Nunc redit Gratianus ad propoſitum, vt probet alios puniri pro peccatis aliorum. Et primo per exemplum Ionæ. Secundo per peccatũ Dauid populũ numerantis. Tertiò per paruulos Sodomitarum. Quartò per paruulos Dathan & Abiron. Quintò per Chanaam, qui patre peccante factus eſt ſeruus. Sextò per ſucceſſiunẽ Giezi. Septimò per reliquias Iudæorum. Octauò per quatuor ſucceſſores Achab. Nono per Idumæos, qui deſcenderunt ab Eſau.

K ¶ Ionæ.] Hiſtoria. Legitur in Iona, ꝙ cum uellet Dominus Ionã mittere in Niniuem, vt prędicaret: ſurrexit Ionas vt fugeret à facie Domini in Tharſis: & deſcẽdit in Ioppem, & intrauit nauem euntem in Tharſis, & deſcendit ad inferiora: & dormiuit ſopore graui. cum autem tempeſtas immineret, miſerunt ſortes, vt ſcirẽt cur hoc accideret: & cecidit ſors ſuper Ionam. At ille dixit ad eos: mittite me in mare: quia propter me hoc accidit vobis. & miſerunt. & ſtatim ceſſauit tempeſtas.

l ¶ Pro meritis.] infra 6. q. 1. ex merito, inf. 2. q. 7. c. 1.

m ¶ Portantes.] ideſt, tolerantes.

n ¶ Dauid. Hiſtoria. Legitur in ſecundo libro Regum, quod Dauid præcepit Ioab principi militiæ, vt populũ numeraret: numerauit ergo, & dedit numerum Regi. & factus eſt ſermo Domini ad Gad prophetam, dicens: Vade & loquere ad Dauid, hæc dicit Dominus; Elige vnum de tribus, quod uolueris: aut ſeptem annis veniet

Digitized by Google

veniet tibi fames in terra tua : aut tribus menſibus fugies inimicos tuos: aut tribus diebus erit peſtilentia in terra tua. Cum autem Dauid vltimum elegiſſet, miſit Dominus peſtilentiam in Iſrael a mane vſque ad tempus conſtitutum : & mortui ſunt de populo extra Hieruſa-

g ¶ Etiam reliquiæ eorum.] Ideſt, iſti addicti ſunt pœnæ propter mortem Chriſti.
h ¶ Addictæ.] inf. de pænit. d. 3. §. ecce.
i ¶ Achab.] Hiſtoria. Iſte Achab fuit Rex Iſrael maritus Iezabel nequiſſimæ mulieris: cuius filiam duxit in vxorem Ioram Rex Iuda filius Ioſaphat. cuius filius nepos & pronepos .ſ. Ochozias, Ioas, & Amazias, qui & ipſi ſuccedentes ſibi inuicẽ reges Iuda fuerũt, ĩ generatione Domini a Matthęo pręter mittuntur: ſed a Ioram tranſitum facit ad Oziam, qui fuit quartus poſt eũ. qa dictum fuit per prophetam in throno regni, quemquã nõ eſſe ſeſſurum de domo Achab vſque ad quartam generationem, quod intelligendum eſt de merito vitę, quia tres pręcedentes fuerunt reges, ſed tamen mali fuerunt.
k ¶ Poſteri eius.] Euangeliſta enim trãſitum facit a Iorã vſque ad Oziã, q fuit quart⁹ poſt eũ: qa dictum erat per Heliam prophetam in throno regni, quemquam non eſſe ſeſſurũ de domo Achab. niſi in quarta generatione. tamen illi tres qui omiſſi fuerũt bene ſederũt in throno: ſed dicũtur nõ ſediſſe ex merito vitę.

1 Vnde dic ꝙ excluſi. i. prętermiſſi à Matthæo in euangelio: vbi iſti inter alios non cõ numerãtur. Archid.

l ¶ Eſau.] Hiſtoria. Legit in Geneſi, ꝙ Dñs Iacob dilexit: Eſau autem odio habuit. Eſau autem dictus eſt Edom: vnde & Idumęi, q ab ipſo nati sũt: ad quos teſtante propheta Malachia, tranſiuit odium Domini.

*numerauit: quo peccato gladius Domini deſæuit in populũ. Sed in lata [a] gente gloria regis eſt, in diminutione plebis cõtritio principis.* Prou. 14. ſecundum 70. *Qui ergo de numeroſitate ſuæ gentis ſuperbiuit, iure in eius diminutione [b] punitus eſt. ¶ Itẽ paruulos. [c] Sodomitarum non excuſauit ignorantia, quin pro paterno ſcelere cæleſti igne conſumerentur: ſed igne hoc pœna illis diminuta eſt; quibus ſucceſſio paterni ſceleris eſt adẽpta.* Gen. 19. *Pariter [d] etiã demõſtratũ eſt peccatis parentũ, paruulos aliquando corporaliter flagellari. [e] Illud idem intelligendum eſt de paruulis, qui peccato Dathan, & Abiron viui deſcenderũt ad inferos.* Num. 16. *¶ Item Chã peccante, Chanaã filius [f] eius maledicitur:* Gen. 9. *Giezi delinquente, lepra tranſmittitur ad poſteros.* 4. Reg. 5. *Iudæis clamantibus (Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.) ẽt reliquiæ eorũ [g] pœnæ mortis Chriſti addictæ [h] sũt.* Matth. 27. *Achab [i] quoque peccãte, poſteri eius [k] regni ſoliũ amiſerũt:* 3. Reg. 21. *& qui de eius ſemine in regno Iuda nati sũt, vſq; ad purgatã labẽ illius familiæ, a genealogia Domini sũt excluſi.* Hiero. ad c. 1. Matth. *Odium quoq; Eſau [l] (vt Malachias teſtatur) trãſiuit ad Idumæos.* Malach. 1. *Ex qb. omnib. colligitur, ꝙ ignorãtia peccati nõ excuſat aliquẽ. ¶ Sed his exẽplis [m] nõ ꝓbãtur teneri peccato, aliorũ; niſi imitatores neqtiæ eorũ. Quicũq; n. de ſemine Eſau, & cæterorũ ad Deũ conuerſi paternam malitiam deteſtati ſunt: non odium, ſed Dei clementiam experti ſunt.*

*Item vt Ambroſius ait ſermone vndecimo.*

inf. 24. q. 1. non turbatur.

Cap. XII.

TVrbatur [n] nauicula Petri, in qua erat Iudas: quia, qui ſuis meritis erat firmus, turbatus eſt alienis.

*¶ Huius etiam capitis ſententia ſumpta eſt ex ſermone xi. Ambroſii, & lib. 5. c. 1. comment. ad c. 5. Lucæ. Ipſa autem verba habentur inf. 24. q. 1. c. non turbatur.*

*Ignorabat aũt Petrus peccatũ Iudæ. Non ergo ignorantia excuſauit illũ. Sed turbatio hæc nõ peccati coin-*

ruſalem lxx. millia hominum. cumque extendiſſet Angelus manum ſuam ſuper Hieruſalem, vt percuteret eã, aperti ſunt oculi Dauid, & videns Angelum exclamauit dicens: Ego ſum qui peccaui. conuertatur obſecro manus tua ſuper me, & contra domum patris mei. Tũc autem pepercit ei Dominus, & iuſſit Angelo, vt manum ſuam contineret.
a ¶ In lata.] Hoc ſoluit ſtatim.
b ¶ In diminutione.] Arg. ꝙ in eo punitur quis, in quo deliquit. inf. 17. q. 4. frater inf. 16. q. 1. reuertimini. inf. 22. q. 2. de viro, & c. qui, & humanis. ſup. d. 81. valet.
c ¶ Paruulos.] Hiſto iam habes 42. d. §. 1.
d ¶ Pariter.] Hic habetur alia reſponſio.
e ¶ Flagellari.] Licet etiam in eis crimen paternum non timeretur.
f ¶ Chanaam filius.] Et ideo maledixit Chanaam, & nõ Cham, quia Dominus benedixit ei. & ideo non fuit auſus ei maledicere, vel ratio in lege eſt, vt ff. quod metus cau. iſti quidem.

l ¶ Eſau.] Qui alio nomine dicitur Edom. Inde dicuntur Idumæi, quaſi Edomæi.
ADDITIO. Ad iſtos teſtãte propheta Malachia trãſiuit odiũ Domini. etenim de Eſau legitur ibidem, ꝙ Dominus dilexit Iacob: Eſau autem odio habuit. Archid.
SED HIS. CASVS. Reſpondet illos pro peccatis aliorum puniri, qui ſunt imitatores nequitiæ ipſorũ, aliàs non.
m ¶ Exẽplis.] .ſ. poſtremis de Chan, Giezi, Achab, Eſau, Ioan. de Fan.
TVrbatur nauicula.] CASVS. Adhuc oſtendit, ꝙ iuſtus punitur pro impio, vt Petrus pro Iuda: ſed illa turbatio non fuit peccati coinquinatio, ſed temporalis perſecutio, & ita prædictis auctoritatibus non probantur ſimoniaci, pro quibus ignorantibus pecunia data ſit.
n ¶ Turbatur.] inf. 24. q. 1. non turbatur. inf. 7. q. 1. aduerſitas. inf. de conſecr. d. 1. in ſancta.

NOTAN-

*quinatio,ſed corporalis perſecutio intelligitur; quia meritis malorum nonnunquam adeo præmuntur boni, vt eorum turbetur firmitas. Non itaq; his auctoritatibus ſimoniaci probantur,pro quibus ignorantibus pecunia data eſt. Non ergo poteſt probari iſte reus criminis, cuius non habuit conſcientiam.*

4 *Notandum quoq; eſt,ꝙ non omnis ignorantia[a] aliquẽ excuſat. Eſt.n.ignorãtia,alia facti,alia iuris,Facti,alia eſt eius facti,quod oportuit eũ ſcire:alia, quòd non oportuit eum ſcire.[Quod non oportuit eũ ſcire: ſicut Apoſtolus ait: [Si quis infidelium vocauerit vos ad cœnam,& vultis ire,quidquid vobis appoſitum fuerit,comedite,nihil interrogãtes.Si quis vobis dixerit[b] hoc idolis immolatũ eſt, nolite comedere[c].] Ecce quod vocatum ad cœnã nõ oportuit[d] ſcire carnes ſibi appoſitas fuiſſe idolis immolatas.Quod oportuit eũ ſcire,ſicut ignorantia Iudæorũ,[e] & reliquorũ infidelium,quia ea,quæ a prophetis de Chriſto fuerũt prænũciata, adhuc ignorant eſſe cõpleta nude a Iudæis adhuc expectatur věturꝰ.Hæc neminẽ excuſat. ¶Itẽ ignorãtia iuris,alia naturalis,alia ciuilis. Naturalis omnib. adultis damnabilis[f] eſt. Ius verò ciuile alijs[g] permittitur ignorare,alijs non. Iuris ciuilis ignorãtia nemini obeſt in damno vitando,ſi negotium[h] inde contigerit,vt ſi minor pecuniã dederit filiofamilias,[i] repetit:in*

1.Cor.10.

NOTANDVM. Hæc eſt quarta pars quæſtio.in qua diſtinguit inter ignorantiam iuris,& facti.Io.de Fan. CASVS. Hic innuit Gra.talem diſtinctionẽ. Ignorantia alia facti,alia iuris. Facti,quod ſcire non oportet, vt ſi apponatur tibi ignorantia idolothitum ad comedẽdũ: facti,quã ſcire oportet,vt eorum quę dicta sũt per ꝓphetas de aduentu Chriſti. Ignorãtia iuris, alia iuris naturalis,quæ omnĩb.adultis damnabilis ẽ. Alia iuris ciuilis,quæ in dãno vitãdo nulli nocet. In tali caſu, ſcilicet, ſi minor filio familias pecuniam dederit mutuã, repetit. ſed maior non repeteret, vel ſi talis caſus incidit, vt ſucceſſionẽ ſine iudice diuidas cũ alio, quem putabas cohæredẽ, cũ non ſit,vel ſi ſoluas per errorem,vel promittas pecuniã indebitã iure naturali tantum,vel tam iure ciuili, quàm naturali: ſed ĩ delictis ignorãtia iuris nullum excuſat.

Ignorantia eſt duplex. ſcilicet facti, & iuris.

a ¶Omnis ignorantia.]Eſt ignorãtia facti, & ignorantia iuris.Ignorantia facti ſemper excuſat,ſiue ignoret đ alieno facto, ſiue de ꝓpriis, dum tamẽ probabilis ſit. Ignorantia proprij facti excuſat, vt 34.q.2. in lectum,& 1.q.1.ſi quia ſimoniacis. magis tamen excuſat error in alieno facto quàm proprio,quia probabilis eſt ignorantia in alieno facto, vt ff.pro ſuo.l.vlt.ſed non eſt veriſimile, quòd quis dubitet ſiue erret de proprio facto,vel de propria re,vt C.de reſcin.ven.quiſquis.Licet autem ſit ignorantia de alieno facto dum tamen nõ ſit probabilis, non excuſat, vt 12.q.2.qui,& humanis. 16.d. quod dicitis ad hoc autẽ, vt quis probabiliter dicatur errare,non requiritur,ꝙ ſit nimis ſcrupuloſus,& diligens,& curioſus in inquirendo: nec quod ſit nimis negligens,& diſſolutus non inquirendo,vt ff.de iur.& facti ignor.nec ſupina.Ignorantia iuris,alia eſt iuris naturalis,alia iuris canonici ſiue ciuilis. Ignorantia iuris naturalis neminem excuſat, quia ibi nihil intereſt in vitio decipere,vel decipi,vt 16.q.1.ſi cupis.& C.de in ius vocan.l.2. & de hac iugnorantia dicitur: Ignorans ignorabitur.37.diſt.§.vlt.38.diſtin. qui ea 1. Ignorãtia iuris canonici ſiue ciuilis neminem excuſat, vt 38. diſt. ſi in laicis, & c.quæ ipſis, & hoc intellige cum ius tale eſt, quod aliquis de facili per ſeipſum ſcire potuit, vel etiam per alios, dum tamen habuerit copiam iuriſperitorum,vt ff.de iur.& fac.ign.regula.& ff.de bo. poſſeſ. in bonorum,vbi enim de bona fide agitur,non eſt de iuris apicibus diſputãdum,vt ff.man.ſi fideiuſſor.quædam,& hæc uera ſunt,niſi ſint milites, 2 ruſtici,minores,& mulieres iſtos enim excuſat iuris ignorantia Itẽ iuris ignorantia, ſi eſt de damno vitando,excuſat: ſi eſt de lucro captando non:vt.ff.eod. iuris. Si quæras ergo quæ ſit differentia inter has quatuor perſonas. & inter alias quantum ad ignorantiam iuris, cum nulli noceat in damno.vitãdo,vt d.l.iuris,dic,ꝙ licet omnibus alijs noceat in lucro,non tñ iſtis;aliter nõ eſſet aliquod ſpeciale in iſtis. Sed tamen not. differẽtiam inter iſtas quatuor,quia non concedo, quòd mulieribus, & ruſticis noceat in lucro,niſi vbi expreſſe inuenitur,qđ no.3 nam nocet quandoque,vt C.eo.ſi emancipata. alias vbi expreſſe inuenitur, ſed vbi non inuenitur expreſſum, non

Ignorantia iuris eſt duplex.

1 De hac materia no. 27. d.in ſum.

Ignorantia iuris quatuor gña perſonarũ excuſat 2 Sub.qui pp rem publ.occupantur in caſtris, quos magis arma vult ſcire Imperator, quã leges Arch.

3 Cum iſta glo. concor. l. fina. & ibi Barto. C. de iur. & facti igno.& Ful. in l.iuris.C. qui admi. & eſt de mente Bar.in l.1.in ver. quærit gl.C. de iur. & facti ign. & plenè per Doc. moder. in l.1.§. nũciatio. ff. de ope.no.nũc. poſt Bar. ibi in vlt.col.

non ſubuenitur eis.Subuenitur.n.eis ĩ Velleiano, & in alijs caſibus not.C.eod.l.vlti.Sed militibus,& minoribus vbique ſubuenitur,niſi ubi expreſſum inuenitur,ꝙ non ſit ſubueniendum.Item ignorantia iuris ciuilis ſiue canonici nocet omnibus in damno vitando, vt in tẽporalibus præſcriptionibus, quia præſciptio introducta eſt ad rigorem iuris conſeruandum. idem eſt in cõſtitutione. ſi quis in tantam.C.vnde vi.H.

b ¶ Dixerit. ]Ar.ꝙ ad dictũ vnius ſtatim aliquis teneatur,& poſſit credere,ut 22.q.4.innocens. De hoc no.23. q.4.quam magnum,& 11.q.3.non ſolum in prn.

c ¶Nolite comedere. ]Expreſſa ergo nocent,non tacita arg.ff.de cond.& demon.nõnunquam, & ff.de euic.ſerui venditor, diuerſa eſt.n.cauſa voluntatis expreſſæ, & eius quæ ineſt.ff.de ver.obli. eum qui certarum.

d ¶Oportuit.]Hæc nõ excuſat, cum ſit iuris naturalis. 38.d.quamuis.

e ¶Iudæorum.]Hęc ignorantia iuris etiam dici poteſt, eo ꝙ ignorabãt prophetas;quia ſi eos intelligerent, nõ ignorarent facta eorum,ideſt,Chriſtum natum.

f ¶ Damnabilis.]Velut de patronis abſq; uenia impetrata in ius non uocandis ab eorum libertis:nec.n.in ea re parcẽdum eſt ruſticitati, cum naturali rõne huiuſmodi perſonis honor debeatur,ut C.de in ius uoc.l.2.

g ¶ Alijs.Non in lucro captando,quia in damno uitando omnibus.ff.de iur.& facti igno.l. iuris ignorantia.

h ¶ Negotium.] Id eſt,ſi errat in contractu: nam aliter eſt in maleficio, in quo nec etiam minor excuſatur. 4 C.ſi aduer.delic.l.1.& 2.

i ¶ Filiofamilias.] Maiori.nam tunc poteſt repetere ff. de min.uerum.in ſi.Si autẽ filius familias minor eſſet. non repeteret, ſi conſumpta eſſet, uel deperdita. ff.eo. tit.ſi minor.

Liberti patronũ in ius ſine venia vocantis ruſticitatis parcẽdum non eſt

4 Sub niſi quatenꝰ miſeratio ætatis.&c.ff. de mino. auxilium.Archi.

a ¶Quaſi

a ¶ Quaſi delictum eſt.] ff. ad Maced. l. 2. & bene dicit, quaſi delictum, nam ſi verè eſſet delictum, nec minori ſubueniretur.

b ¶ Sine iudice.] Secus ſi per iudicem. ff. famil. ercifc. cũ putarem, & hoc cum fidem & confeſſionem eius iudex ſecutus

*maiore vero quaſi delictum eſt.*[a] ¶ *Item ſi ſucceſſionem etiam tibi maiori delatam cũ alio ſine iudice*[b] *diuidas, putans teſtamentum iure ſubnixum, cum non eſſet, ſolidam ſucceſſionem obtinebis: vel ſi id, quod nullo iure debuiſti, aut iure naturali*[c] *non debuiſti, ſed ciuili, tanquã ex chyrographo ſoluat, aut promittas, repetis*[d]*: non ita, ſi delictum. Nam ſi putat rem ſuam ſibi per legem licere rapere, incidit in conſtitutionem* α *illam codicis lib. 8. titulo, vnde vi.* tit. 4. l. c. 7.

α ¶ Conſtitutionem.] *In plerìſque vetuſtis codicibus legitur,* incidit in conſtitutionem, ſi quis in tantum, *reliqua vacant.*

*Imperator Valentinianus Auguſtus.*

PALEA. Cap. XIII.

SI quis in tãtã furoris audaciam peruenerit, vt poſſeſſionem rerum apud fiſcum, vel apud quoſſibet homines cõſtitutarum ante euentum † iudicialis arbitrij violenter inuaſerit: dominus quidem conſtitutus poſſeſſionem, quã abſtulit, reſtituat poſſeſſori, & dominiũ eius † rei amittat: Si verò alienarum rerum † poſſeſſionẽ inuaſit, non ſolum eam poſſidentibus reddat, verum etiam æſtimationem earundem rerum reſtituere compellatur.

† al. aduentum.
† al. eiuſdem.
† al. alienam poſſeſſionem.

*In hoc autem non fuit ignorantia iuris, ſed facti, & illius quod non oportuit eum ſcire. A reatu ergo criminis eum ignorantia excuſat paterni delicti: quod & ſi oportuiſſe ſcire, infirmitate tantum ætatis deprehendere non poterat.*[e]

## QVAESTIO V.

Q*Vod vero quinto loco, quæritur, an liceat ei eſſe in eccleſia uel fungi ordinatione quã paterna pecunia eſt aſſecutus; auctoritate Vrbani definitur, qui ſcribẽs de ſimoniacis ait inter cætera in concilio Placentino, c.5. & ſequentibus, item quæ in concilio Romano.*

ſecutus eſt. nam aliàs repetere poſſet. C. de iur. & facti ignor. ſi poſt.

c ¶ Iure naturali.] Cum quis ſoluit debitum, aut indebitum, eſt iure ciuili tantum: quare eſt illud, quod poteſt per Falcidiam retineri. C. ad legem Falci. error. hic ſuper ignorantiam facti ſoluit, repetit, C. de iur. & facti igno. cum quis. C. ad legem Falcid. error. Si per ignorantiam iuris ſoluit, nõ repetit, ut in legibus prædictis niſi à minore, vel muliere, vel alia perſona priuilegiata ſoluatur ff. de prob. cum de indebito, §. ſi autẽ. & ff. de cond. indeb. interdũ. aut alias indebitum. eſt de iure naturali tantũ, quale eſt illud ad quod per chyrographum obligamur, vt ſpe futuræ numerationis, aut indebitum vtroque iure. In his duobus caſibus quacunque ignorantia ſoluat, repetit. ff. de cond. indeb. indebitum, & ff. de probat. cum de indebito. aut per 1. exceptionem tantum & tunc ſi temporalis eſt exceptio: dum tamen ſit certum debitum, non repetit 2 ff. de cond. inde. ſub conditione. l. nam & maritus. Si autem eſt perpetua & fauorabilis, hic quacunque occaſione ſoluit, repetit, C. ad Vellei. quamuis. ff. de condi. indebi. quia exceptionẽ. Si eſt odioſa. vel ſciens ſoluit, vel ignorans: ſi ignorans aut ius, aut factum his duobus caſibus non repetit. ff. de condi. inde. qui exceptionem. alàs ſi rigore iuris conſeruandi gratia eſt excepti introducta: hic ſciens ſi ſoluit, non repetit. ff. de condi. indeb. Iulianus. ſi ignorans, repetit ſecundum Pileum. cum illa exceptio ſit perpetua, & non odioſa. Alij vero contra, nã & poſt ſententiam remanet debitum naturale: quia ſententia de iure ciuili eſt, & ideo ea, quæ iuris naturalis ſunt, tollere nõ poteſt: 3 quare ſi ſoluat, non repetit: ar. ff. de cond. indeb. Iulianus. Si autem dubitatur an temporalis, an perpetua, hic repetit. ff. de condi. indeb. ſufficit.

Indebitũ per errorem ſolutũ an poſſit repeti.

1 Sub debitum vtroq; iure, ſed indebitum per &c.

2 Sub. niſi ſolutum per errorẽ facti, non iuris. ff. de cõdi. ind. in diem. ff. man. fideiuſſor. §. non, male. ſectum Ioã. de Fant.

3 Inſti. de iure nat. §. vlt.

d ¶ Repetis.] Hoc tñ itra biennũ, & hoc cũ promittit ſpe futuræ numerationis.

e SI quis.] ¶ Poteſtat.] Et ita dupliciter eũ excuſat.

QVod verò. hæc quæſtio diuiditur in tres partes. In prima parte probat, qđ filij non poſſunt tenere beneficiũ emptum à patre cum erat puer. Secunda, ibi, Hoc autẽ. Tertia ibi, Ex hac.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur quinta quæſtio, qua quęrit an liceat ei eſſe i eccleſia, vel fungi ea ordinatione ꝙ paterna pecunia eſt aſſecutꝰ ignorãter. De primo caſu quid iuris ſit, dr̃ in primo capitulo. De ſecundo dicitur in capitulo, præſentium.

f ¶ Quod verò.] Huius quæſtionis duo ſunt articuli. Primus an liceat iſti eſſe in eccleſia quam paterna pecunia eo ignorante eſt aſſecutus. Secundus eſt, ſi pater ei non emit eccleſiam. ſed ordinem, an liceat ei illo ordine fungi. De prima quæſtione dicas, quod poſtquam eccleſiam dimiſit, ex gratia poteſt ibidem manere, vt inf. c. 1. & extra de ſimo. de regularib. In ſecũda dico, ꝙ ſi per patris pecuniam adeptus eſt ordinem, ita tamen quod ſimonia non fuit in ordinante, poſtquam ordini renunciat, poteſt eodem ordine ex miſericordia fungi, vt inf. e. c. vlt. ſi autem ipſe dedit, vel ſimoniæ conſcius fuerit, tunc diſtinguitur, aut accepit ordinem vel dignitatem aliquam, vel aliquod beneficium eccleſiaſticum. ſi ordinem vel prælationem deponitur, nec debet ſecũ diſpenſari, vt ſ. 50. q. 1. ergo & c. ſi quis neq; & 1. q. 7. ſi quis omnem. & c. requiritis. ſi verò eccleſiam, vel præbendam, vel ſimile beneficium, de iure deponitur, vt ſ. ea. q. 1. presbyter. ſed ex diſpenſatione poſt renunciationem poteſt in eodem beneficio manere, vt infra. cap. proxi. Ioan.

Eccleſiam a patre emptã vtrũ qs poſſit retinere. Ordine quẽ pater emit, an qs poſſit fungi.

Quicun-

¶De paruulis,qui cupiditate parentum eccleſias emunt. Cap. I.

Anſel. li.7.c.109. Cap.5.

QVicunq; ſanè cupiditate parentum,cum adhuc paruuli [a] eſſent,eccleſias vel eccleſiarũ partes [b] α per pecunias adepti ſunt,poſtquã eas omnino dimiſerint, ſi canonice in eis viuere voluerint pro magna [c] miſericordia ibidem poſſe eſſe cõcedimus: [d] neq; pro hoc facto à ſacris ordinibus remouemus,ſi aliàs digni inueniantur, Cap.6. ¶ Illi verò, qui ꝑ ſeipſos,cum iam maioris eſſent ætatis, nefanda ducti cupiditate eas emerunt, ſi in alijs [e] eccleſijs canonice viuere voluerint,ſeruatis ꝓprijs ordinibus pro magna miſericordia [f] ibi eos miniſtrare ꝑmittimus. Quòd ſi ad aliàs fortaſſis trãſferri nõ potuerint, & in eis canonice viuere promiſerint,minoribus ordinibus cõtenti ad ſacros ordines [g] nõ accedant;ſalua [h] tamen in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Cap.7. ¶Si qui tamen ante emptionem [i] catolicæ ordinati ſunt, cum ea, quæ emerunt, dimiſerint, & vitam canonicã egerint, in ſuis gradibus permittãtur: [k] niſi [l] forte eiuſmodi eccleſia ſit,vt ibi primum [m] locum debeant obtinere. Cap.8. Primum enim, vel ſingularem,vel præpoſituræ β locum in emptis [n] eccleſijs eos habere non patimur.

α ¶Partes.] *In concilio ipſo legitur,*beneficia, *ſed ob gloſſam non eſt emendatum.*

β ¶Præpoſituræ.] *In concilio ſubiungitur,*vel officij.

2 *Hoc autem eum non in præiudicium canonum, ſed ex miſericordiæ diſpenſatione dixiſſe, ex epiſtola eiuſdem colligitur miſſe Vitali presbytero in hac verba.*

¶ In dignitate ſeruanda ſimoniacis miſericordia poteſt impendi,ſi eos vita commendat. Cap. II.

EOs,qui eccleſiam emerũt,ſi perſona talis fuerit, quã vita commendet;videlicet,vt in canonijs,† vel monaſterijs regulariter viuat,in ſui honoris officio, miſericorditer condeſcendendo,miniſtrare concedimus,abſq; tamen [o] ſanctorum canonum præiudicio.

† *al. canonicis.*

¶*In libro manuſcripto decretorum Põtificum hic canon citatur ex Nicolao ad Vitalem presbyterum Pruuienſem.*

QVicunque.] CASVS. Hoc c. diuidit in tres partes. in prima dicitur,ꝙ quidam paruuli fuerunt, quibus ignorãtibus parentes emerunt eccleſias, de quibus dicit Vrbanus, quod poſt renunciationem poſſunt ex miſericordia in eiuſdem eccleſijs tolerari, & ſacris ordinibus propter hoc non debent repelli. In ſecunda dicitur, ꝙ q adulti ſibimet emerunt eccleſias,illis repudiatis de miſericordia poterunt in alijs eccleſijs in ſuis ordinibus miniſtrare, ꝙ ſi ad alias tranſire nõ poterũt in eis de miſericordia,poterunt. in minoribus ordinibus miniſtrare: ita ꝙ ad maiores nõ aſcẽdãt. In tertia dicitur ꝙ ſi ante canonicè ordinati poſtea eccleſias emũt,eis dimiſſis in eiſdẽ poterũt d miſericordia tolerari: ſed ĩ eis ꝑlaturas nõ habebunt. Secunda pars incipit ibi,[ Illi verò.]Tertia ibi,[Si quis tamẽ.] Sequẽs §.cum ſeq.c. patet.

a ¶ Paruuli.] Hic ꝑſumitur pro ætate. ſup.q.4.placuit.

b ¶ Partes.] ideſt.ꝑbendas, & ſic nõ eſt contra 1.q.2.ſicut. extra de præbẽ.maioribus.

c ¶ Pro magna.] Et de iure:cũ.n.nõ peccauerint iſti, nõ sũt priuandi ordinibus ſuis arg.ĩ.§. ex hac.

d ¶ Cõcedimus.] Vt & primũ locum ibi obtinere poſſint, & illud ibidẽ,nõ reſpicit niſi quod ſequit in fi.cap. ſecundum vnum intellectum.

e ¶ Si in alijs.] Hic præſumitur contra ætatem, vt infra ea. quæſt.7 qui in qualibet.ſupra d.81.valet. cõtra ſu.ea.q.1. ſi qui à pſeudoepiſcopis. ſed ibi illam eccleſiam licitè fuerat adeptus.

f ¶ Magna miſericordia.] Nam ex rigore iuris omnino deponi deberent,ut ſup.ea.q.1.presbyter.& 7.q.1.præſentium.& c. ſancitũ eſt,& uere de miſericordia.nã de iure non poteſt;& ideo hac miſericordia digni ſunt qui alieno laborant vitio. C.de natu.lib.l.legem.

g ¶Ordines.] ideſt,ad miniſterium ſacrorum ordinum quos tamen poſt emptionem eccleſiæ receperant,& ita grauatur eorum pœna in eccleſiarum emptione.

Delictũ ſuperueniens non vitiat legitimè factũ.

h ¶ Salua.]Vt ſcilicet Papa poſſit diſpenſare ſi uelit,vel hanc reuocet,ſi iterum ei uidebitur expedire.

i ¶Ante emptionem.] Arg.ſuperueniens delictum,vel nouam cauſam non vitiare legitimè factum. 30. qõ. 1. noſſe.& c.dictum. & ſup.diſt. 55. præcepta 32.q.7.c.2. qui infra ea.q.7.ſi quis omnem.contra.

k ¶Permittantur.] In eadem eccleſia.hęc eſt differẽtia inter iſtum caſum & ſecundum.

ADDITIO. Ad hoc.ff.de verb.obli.pluribus.§.vlt.

l ¶ Niſi.] Iſtud niſi,reſpicit duos articulos.nã in primo caſu bene poteſt ex diſpenſatione ſingularẽ locũ obtinere,

nere, ſed male dicit, qui hoc dicit:nã cũ ultimo magis diſpenſatur quò ad executionem ordinis, quàm cum medio,unde iſtud,niſi, refertur ad primum membrum ca. Ego cu H. dicit,ꝙ iſtud niſi, reſpicit omnes tres caſus prædictos.nam in nullo ipſorum primum,vel ſingularem locum, in empta eccleſia poterit obtinere,ut in fi.c. dicitur manifeſtè Phil.additio eſt.

m ¶ Primum.] Arg.ext.de ſim.ex inſinuatione.& intelligunt quidã hoc tantum de prælatione.H.intelligit de qualibet dignitate;qa nec archipresbyter, nec decanus.

n ¶ In emptis.] Si 12.diſt.nos conſuetudinem.

HOC AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars quæſt.in qua dicitur, ꝙ de rigore debent deponi ſimoniaci quocunque modo.Io.de Fan.

o EOs qui.] Abſque tamen.]ſup.diſt.55.priſcis.quaſi non de iure communi,ſed ex diſpenſatione.

EX

Ex HAC. Hæc eſt tertia pars qō. in qua dicitur, ꝙ ſi ordinatus fuerit inuitus ſimoniace eo ignorante, cum eo diſpenſatur. Io. de Fant.

CASVS. Infert Gratia. ex illa auctoritate, quicunque, ꝙ ignorantia excuſat tales, cum poſſint ad ſacros ordines aſcen-

3 *Ex hac itaque auctoritate colligitur, quòd ignorantia tales excuſat a reatu criminis, vt ſupradictum eſt, non in fructu emptionis; cum in eccleſiis, quas parentum pecunia adepti ſunt, non niſi poſtquam eas, omnino dimiſerint* [a], *& ex miſericordia, ibidem eis eſſe conceditur. In quo patet; quòd, & ſi illis ignorantibus ſimoniæ peccatum ſit admiſſum, fructum tamen paternæ emptionis reportare* [b] *non poſſunt. Quòd verò a crimine excuſentur, hunc patet, quia pro hoc facto a ſacris ordinibus non remouentur. Si enim illius criminis participes eſſent, ad ſacros ordines conſcendere non poſſent. Illud idem intelligendum eſt de eo; qui per pecuniam eſt adeptus ſacerdotij dignitatem, non epiſcopo, ſed cuidam ex principibus eius datam; vtroque tamen ordinatore videlicet, & ordinato, hoc ignorante.*

*Vnde Vrbanus ſecundus ſcribit Alberto Metenſi epiſcopo.*

¶ De quodam, pro quo incuria parentum pecuniam dedit non epiſcopo, ſed vni principum eius. Cap. III.

PRæſentium [c] portitorem, quem parentũ incuria [d] per pecuniam non epiſcopo, ſed cuidam [e] principũ eius datam, inuitum [f] ſacerdotij dignitatem obtinuiſſe ſignificaſti; licet ſancti canones deponendum eſſe teſtentur; † tamen, quia culpam [g] iſtam [h] neſciens, & coactus cõmiſit, & quia ab eodẽ ordine, vt deponeretur, ſupplicauit [i] vltroneus; ex conſideratione diſcretionis (quæ mater eſt omnium virtutum) magis, quàm ex rigore canonum, miſericordiæ viſcera adhibendo, ipſum in eodem ordine eſſe fraternitati tuæ conſulimus: ita tamen, vt ſi † eccleſia illa cui deſeruit † ſacerdotum penuriam non patitur, ſuſpenſus a ſacerdotali officio permaneat. Quòd ſi fortaſſe eccleſiæ vtilitas exegerit, vt curam regiminis aſſumat, liceat ex conceſſione ſui epiſcopi, fratrumque [k] obedientia ſacerdotali officio fungi.

† *al. quia.*
† *al. deſeruiuit.*

ſcendere; ſed a fructu emptionis non excuſantur. Idẽ intelligitur de eo, qui ſacrum ordinem habuit per pecuniam, eo, & ordinatore ignorantibus.

a ¶ Dimiſerint.] Hoc idem habes extra de ſimo. de regularibus.

b ¶ Reportare.] Nam ex alieno dolo alius lucrũ deportare non debet, ff. de eo per quem fac. erit. l. vt 4. reſ. & hoc verum eſt, niſi in caſu. extra de ſimo. nobis. ſ. per fraudem alterius.

PRæſentium.] CASVS. Data pecunia cuidam amico, vel familiari principi epiſcopi, quidam ordinatus eſt presbyter ab epiſcopo vtroque ignorante pecuniam eſſe datam, qui presbyter, ex quo factum cognouit, rogauit epiſcopum, vt eum deponeret, vnde Papa epiſcopo ſuper hoc conſulenti reſcribit dicens, ꝙ ex miſericordia (licet de rigore deberẽt deponi) toleretur in eodem ordine, & ſi eccleſia, in qua deſeruit, non habet penuriam ſacerdotum, a ſacerdotali officio ceſſet. Sed ſi vtilitas eccleſiæ exegerit, vt locum regiminis accipiat, poteſt de licentia epiſcopi ſacerdotale officium exercere.

c ¶ Præſentium.] Tria pro iſto faciunt: coactio accipiendi illum ordinem. ſ. ſacrum, ſpontanea confeſſio, renunciatio. Duo faciunt contra, deteſtatio criminis, & diſciplina eccleſiaſtica.

d ¶ Incuria.] Ideſt, negligentia, vel ſtultitia, vel ignorantia iuris.

e ¶ Cuidam.] Idem ſi epiſcopo ſupra. ea. q. 1. ſtatuimus.

f ¶ Inuitum.] Ideſt, coactum a parentib. vel inuitum poſtq̃ ſciuit.

g ¶ Culpam.] No. ſermonis improprietatẽ, nã exponitur culpam, ideſt, defectum ſup. d. 56. c. vlt.

h ¶ Iſtã.] Hic colligerationem cũ qs obijcit aliquid eſſe culpam, non ꝙ culpa ſit, ſed ſolet eſſe, ſic 15. q. 1. mulier.

i ¶ Supplicauit.] Vnde mitius cũ eo agẽdũ fuit inf. 12. q. 1. non dicatis. ſu. d. 50. quia te. C. ne tu. vel cura. vec. conducant l. vna. Sed nonne male rogabat, cum depoſitum ſequatur infamia. ff. de his qui not. infa. l. 2. §. ignominiæ. nec etiã quis deponi debeat niſi proximo crimine. 81. d. Apoſtolus. Dic ergo, rogauit, vt deponeretur, id eſt ab executione ſuſpenderetur.

Infamia ſequitur depoſitum.

K ¶ Fratrũque.] Et ſic epiſcopus in tali caſu diſpenſare non poteſt ſine conſenſu & auctoritate fratrũ ar. 15. q. 7. ep̃s nullus. nam in omni diſpenſatione conſenſus capituli requirendus eſt. preterea per c. iſtud not. diſpenſari circa ſimoniã cõmiſſam in ordine. nã ſi ipſe ordinatus dedit pecuniã, vel alius: dum tamen det epiſcopo, non poterit epiſcopus hoc caſu diſpenſare. & hoc notauit cum dixit, non epiſcopo. q. d. ſecus ſi epiſcopo eſſet data, vnde ſtrictior erit epiſcopi poteſtas diſpenſandi in ſimonia commiſſa in ordine, quã in beneficio. ſu. e. q. 1. ſed hoc non admitto, vnde dico, ꝙ ſiue ſimonia fuerit commiſſa in ordine, ſiue in beneficio, dum tamen ep̃o fuerit data pecunia, ꝙ epiſcopus nõ poſſit diſpenſare, ſed in hoc dico eſſe differentiam, ꝙ ſi epiſcopo data fuerit pecunia pro beneficio, tunc nõ ep̃s, ſed quilibet ſuperior poſſit diſpenſare ſiue in illo beneficio, ſiue in alio, ſecundum eum modum, qui traditur ſup. eo. c. 1. Sed ſi fuerit epiſcopo data pecunia pro ordine, tunc non poſſit ſecum diſpenſari niſi a ſolo Papa 1, vt ſup. q. 1. erga. & c. ſi quis neque, & infra q. 7. ſi quis omnem, &c. requiritis. Illud autem expeditum eſt, ꝙ epiſcopus, vel capitulum poteſt diſpenſare cum eo, qui ignoranter eſt adeptus beneficiũ et ſimoniace, vt extra de ſimo. ex inſinuatione. Io. Quid autem iuris hodie ſeruetur, dixi per decret. ſup. q. 3. multis. in vlt. gl. B.

Ep̃s an diſpẽſare poſſit i ſimonia ordinis, vel beneficij.

1 Ray. dicit cum eo qui recipit ſimoniacum beneficiũ, poſtquam reſignauit, in executione ordinũ poſt legitimã penitentiã pot ep̃s ſuus ſi ab illo ſit peccato immunis alioquin metropolitanus debita diſcretione adhibita in penitentiali iuditio diſpenſare. Arch.

Quid

QVid verò.] CASVS. Hic intitulatur ſexta quæſtio. Sed quia hæc quæſtio expedita eſt ſupra ea. quæſt. 1. ſi qui a ſimoniacis ideo ponit hic incidentem quæſtionem, quia quæritur de illis, qui dant pecuniam non pro ordinatione, ſe pro electione, vel vt decretum fiat electionis, vel vt confirmetur, vel vt non reſiſtatur electioni. Et dicit Gratianus, quòd tales iudicandi ſunt ſimoniaci, ſicut illi, qui pro conſecratione pecuniã dant.

a ¶ Quid vero.] Hæc quæſtio determinata eſt per c. quod G. inducit ſup. q. 1. ſi q a ſimoniacis.

b ¶ Nunc autem.] hic ponit incidentẽ quęſtionem, quę dubia non eſt.

c ¶ Rerum. Supra q. 3. ſi quis obiecerit.

d ¶ Per electionem.] ſup. d. 40. ſicut viri.

e ¶ Electione.] Si 1. 15. q. 3. ſanè.

K ¶ Maximi.] De iſto agitur ſecunda q. 5. quanto. 63. d. Salonitanæ.

l ¶ Exquiri.] Tunc tenetur prælatus inquirere, cum ad eum peruenit clamoſa querelatio. extra de ſimo. licet Heli.

m ¶ In-

## QVAESTIO VI.

QVid vero [a] de his fieri debeat, qui ignoranter a ſimoniacis ordinati ſunt (quod ſexto loco quæſitum eſt) ſupra, in capitulo videlicet Vrbani, quod ſic incipit: [Si qui a ſimoniacis, &c.] requiratur. Nunc aũt [b] de illis quæritur, qui non pro ordinatione pecunias offerunt; ſed pro electione, vel vt decretum electionis fiat, vel vt ſubſcriptione firmetur, vel vt electioni non reſiſtatur, aliquibus præmia largiuntur; an eorum electio vitioſa ſit iudicanda. Non enim videntur ſpiritus ſancti donum emere, qui non pro conſecratione, ſed pro electione munera largiuntur; cum nullius ſpiritualis gratiæ aliquos faciat electio participes. Sed ſicut eccleſiaſticarum rerum [c] emptores ſimoniaci iudicantur, quia eccleſiaſticis officijs ita adiunctæ ſunt, vt alterum ſine altero alicui non proueniat; ita quia per electionem [d] venitur ad conſecrationẽ perinde ſimoniacus habetur, qui pro electione [e] præmia largitur, ac ſi pro conſecratione munera dediſſet. (ead. q. 1.)

*Vnde Symmachus ſcribit Cæſario epiſcopo, epiſ. 1. c. 5.*

¶ De ijs, qui muneribus ordinationem faciunt. Cap. I.

SI quis autem epiſcopatum deſiderat, data pecunia [f] potẽtes perſonas minime ſuffragatrices [g] adhibeat: nec ad decretum ſibi faciendum clericos, vel ciues ad ſubſcribendum [h] adhibito cuiuslibet generis timore [i] compellat, vel præmijs quibuslibet exhortetur. (Poly. l. 2. tit. 1. Anſel. l. 6. c. 69.)

*Item Gregorius Salonæ † conſiſtentibus, lib. 3. epiſ. 26.* († al. Salonis.)

¶ Simoniacus eſt qui, vt eligatur, præmia largitur. Cap. II.

EGo autem, & veſtræ dilectioni prouidens, & meæ animæ omnipotentis Dei iudicium pertimeſcens, eiuſdem Maximi [k] cauſam ſubtiliter exquiri [l] deſidero; ſi nullis criminibus preſſus, quæ ſacro ordini contradicunt; ſi non per ſimoniacam hęreſim, id eſt, prẽmia quibuſdam ſe eligentibus præbendo, ad ſacerdotale pertingere officium conatur. Tunc enim liber pro vobis apud Dominum interceſſor erit; ſi non obligatus de ſuis ad locum interceſſionis [m] venerit. (Anſel. l. 6. c. 76. Poly. l. 2. tit. 3.)

*Item Gregorius Syagrio epiſcopo Auguſtodunenſi, & alijs epiſcopis. lib. 7. epiſt. 110.*

SI quis.] CASVS. Statuitur in hoc cap. vt nec aliquo timore, nec aliquo pretio, nec potẽtum ſuffragio epiſcopus cõfirmetur, aut electioni ſubſcribatur.

f ¶ Pecunia.] inf. 18. q. 2. c. 1.

g ¶ Suffragatrices.] ſu. e q. 1. eſtote 1. 16. q. 7. ſi quis epiſcopus ſup. d. 55. nullus.

h ¶ Ad ſubſcribẽdũ.] ſcilicet cum patroni ſunt: vel hoc cũ ſpecialiter vocantur laici ad electionem 63. diſtinct. Hadrianus. Vel dic, quod tactũ prohibet, non ideo dici[illegible] quod de iure ſubſcribere debeant ciues. argu. extra de elect. c. 1. ſubſcribere tamen debent ciues, nõ vt eligentes, ſed vt cõſentientes, vt inf. 7. q. 1. epiſcopus de loco.

i ¶ Timore.] Sed nũquid timor inducit ſimoniam? Dico, quod non, 1. peccat tamen mortaliter, qui per timorem obtinet beneficium. argu. contra, ſu. q. 3. res eccleſiæ, & eſt argu. quod non tantum timor mortis, vel cruciatus corporis, ſed etiam timor verborum vitiat electionem. arg. 23. q. 8. conuenior. Io.

Beneficium per timorẽ obtinẽs peccat mortaliter.

1 Idem dicũt hic Lau. Ber. & Io. de Fant.

EGo autem.] CASVS. Quidam nomine Maximus electus fuit in epiſcopum, de quo Papa conſultus reſpondet deſuper, quòd iuſte poterit pro vobis apud Deum intercedere, ſi non ſit ſimonia, uel alijs criminibus detentus, & obligatus, unde de hoc inquiri deſiderat.

m ¶ Interceſſionis.] inf. 3. q. 7. in grauibus. 25. diſtinct. cap. ult.

SIcut is qui.] CASVS. Dicitur, quòd ſicut is, qui inuitatus tenuit dignitatem, eſt promouendus: ſic qui ſe ambitioſe ingerit, eſt repellendus. Vnde ſtatuit Grego. ut in ſacerdotibus ordinandis, & eligendis, omnis uenalitas ceſſet. & omne ſuffragium uenditorum. Sequens §. planus eſt, & multum utilis eſt, & per te uidebis.

a ¶ Renun-

Digitized by Google

a ¶ Renuit.] Dum tamen non eſſet perſeuerans: quia ſi ſemper eſſet inuoluntarius, non eſſet cogendus, vt 74. d. iſta, ſed faciendum eſt, vt de nolente fiat volens 1. & ſic licite ordinatur, vt 23. q. 4. diſplicit 40. d. ante omnia. 8. q. 1. in ſcripturis, & 16. q. 1. vos autem.

1 De hoc 7. q. 1. ſcias ibi. uideas, & c. ẽps de loco.

b ¶ Re- ...tur. ex ſententia arg. contra, ꝙ quis poteſt petere honorem. ff. de decur. l. cos. & pecuniã pro eo date. ff. de eſſi. præ ſi. Barbarius, arg. 8. q. 1. qui epiſcopatum. ff. de mun. & honoribus. reus. Ad has leges reſpondent quidam, ꝙ publice peti poteſt, non in occulto. Alij, vt Py. dicunt, ꝙ meritis põt quis petere: alias non: qa lex Iulia de ambitu non habet locũ Romæ 3. ff. ad leg. Iul. de ambi. l. 1. Vel dic, quòd quõdam a populo potuerũt peti: modo verò ab Imperatore, vel aliud in dignitatibus ſæcularibus, vnde & militia ſæcularis emi poteſt. ff. de act. emp. l. creditor. §. interventorem. Multũ contradicit ſolutioni huic ex. de ſi. nobis. vbi ſemper nocet datio pecuniæ, niſi cũ data eſt ab aduerſario. Sed ideo hic excuſatur, quia nihilo minus erãt eum electuri. ſic extra e. & ſi qu. & hoc tenet. H.

Honor an peti poſſit.

3 De hoc ẽe no. 82. d. presbyter. ingl. & ita, &c.

¶ Sicut ordinatio, ſic electio, vel conſenſus ſine venalitate debet præferri. Cap. III.

Anſ. l. 6. c. 79. Poly. l. 2. tit. 1.

SIcut is, qui inuitatus renuit [a], quæſitus refugit [b], ſacris eſt altaribus admouendus: ſic qui vltro ambit, vel importunè [c] ſe ingerit, eſt proculdubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad altiora conſcendere: quid agit, niſi vt creſcendo decreſcat, & aſcendẽdo exterius, interius ad profunda deſcendat? Itaque fratres chariſſimi in ſacerdotibus ordinandis ſinceritas vigeat: ſit ſimplex ſine venalitate cõſenſus, pura præferatur electio, vt ad ſumma α ſacerdotij non ſuffragio venditorum prouectus, ſed Dei credatur eſſe iudicio.

Anſ. l. 6. c. 80.

α ¶ Summa.] *In vulgatis codicibus legebatur*, ad ſummum ſacerdotij, vel Pontificij, *Emendatus verò eſt hic locus ex originali, Anſelmo, Polycarpo, & pleriſque vetuſtis Gratiani exemplarib.*

*Si autem pecunia promiſſa fuerit, vel ſoluta, electo, vel ordinato penitus ignorante, nec eo modo ad electionem, vel ordinationem peruenerit, et nullatenus obeſſe videtur; nec ad reatum criminis pertinet, cuius conſcientiã non habuit: nec ad electionis, vel ordinationis caſſationem; ad quam alias non per prauam illorum cupiditatem perueniſſe docetur.*

## QVAESTIO VII.

N*Vnc autem de ſeptima quæſtione tractandum eſt; an renuncians ſuæ hæreſi ſit recipiendus* [d] *in epiſcopali dignitate.*

*De his ita ſcribit Cyprianus, lib. 2. epiſt. 1.*

¶ Qui redeuntes ab hæreſi in ſuis ordinibus recipiantur. Cap. I.

Deuſdedit p. 2. & 4. Anſ. l. 8. c. 39.

SI qui presbyteri, aut diaconi, qui vel in eccleſia catholica prius ordinati fuerint, & poſtmodum perfidi, ac rebelles contra eccleſiam ſteterint; vel apud hæreticos a pſeudo epiſcopis, & antichriſtis cõtra Chriſti diſpoſitionem profana ordinatione [e] promoti ſint, & contra altare vnũ, atq; diuinũ, ſacrificia forte falſa, ac ſacrilega offerre conati ſint; eos quoq; hac cõditione ſuſcipi cõuenit α cũ reuertuntur, vt communicent laici †, & ſatis habeant, quòd admittantur ad pacem, qui hoſtes pacis extiterint;

† al. laicis.

N Vnc autem.] Hæc quæſtio diuiditur in ſeptem parteš: in quarum prima probat duabus auctoritatibus, quòd non eſt cum talib. diſpenſandũ, Secunda ibi, [Conuenientib.] Tertia ibi, [ex hac.] Quarta ibi [Niſi rigor.] Quinta ibi, [Ecce quib.] Sexta ibi, [Breuiter.] Septima ibi, [Sancimus.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur ſeptima quæſtio, qua quæritur, an renuncians ſuæ hæreſi, ſit recipiendus in epiſcopali dignitate. Et idem intellige de quolibet ordine, & certe de rigore iuris ſunt deponendi, ſed ex diſpenſatione tolerandi, niſi in caſibus, qui conſueuerunt notari. 9. q. 1. in ſumma.

b ¶ Refugit.] Sed mirum eſt, quod hic dicitur, ꝙ fugere debet, cum alibi dicatur: Qui epiſcopatũ, &c. ut 8. q. 1. qui epiſcopatum, & c. nam ſi illud gerit in animo, & aliud exterius indicat, peccat. Nã ita mentitur quis ſimulatis operibus, ſicut ore. 2. 22. q. 5. cauete, & ꝙ peccet, patet 22. q. 2. cum humilitatis. Dicũt quidam, ꝙ iſtud mẽdacium non eſt mortale, licet non ſit benignitatis, uel iocoſitatis, quia caret dolo, & ideo non eſt mortale. Dico, ꝙ iſte debet eſſe nolens, & debet fugere, ideſt timere ne forte nõ ſit ſufficiens, ut 40. diſt. ante omnia. unde mentiri debet uires ſuas, ſu. 1. non eſt putanda. Vel dic, quod intelligitur fugere qui dignus eſt, ſi ſe nõ ingerit: qui quæritur, & non quærit.

Mentitur quis operib. ſicut ore. ca. ad hoc. de cõſe. d. 2. reuera. in fine.

c ¶ Vel importunè.] Nam eo ipſo, ꝙ ſe ingerit, eſt ſuſpectus. ff. de procur. quæ omnia, idem in tutore. ff. de teſt.

d ¶ Recipiendus. Non de iure, ſed de diſpenſatione, ſic 23. q. 4. ipſa pietas. Sunt tñ quidã caſus, in quib. eccleſia non cõſueuit diſpenſare, quos no. inf. c. q. 1. in ſumma. Et determinatur hæc q. inf. ca. §. ex hac auctoritate. Io.

Eccleſia diſpẽſat in aliquib. caſib.

SI qui presbyteri.] CASVS. Dicit in hoc c. Cyprianus, ꝙ ſi clerici in eccleſia catholica ordinati, poſtea hæretici facti, eccleſiæ reſtiterunt, uel apud eos promoti fuerunt, ſi reuertuntur ad eccleſiam, ad laicam tantum communionem admittantur, ut non retineant arma, quibus contra nos rebellauerunt.

e ¶ Ordinatione.] inf. 23. q. 4. ipſa pietas, contra, ſed illud ex pietate matris eccleſiæ, illud de rigore paternæ diſciplinæ, & ad hoc facit 50. diſt. ut conſtitueretur.

a ¶ Quibus. ] Nota puniri aliquem in eo in quo deliquit, ar. 12. q. 2. qui & humanis.

Clericus duas habens eccleſias, unã cõtra alterã ſuſtinere nõ debet.

b ¶ Contra. ] Arg. ꝙ ſi clericus beneficiatus eſt in duabus eccleſijs, non poteſt præſtare patrocinium vni contra aliam 1. argum. 96. diſt. ſi Imperator. 3. q. 1. nulli. ſi tamẽ habet adminiſtrationẽ in vna, poterit contra aliã ſtare 1. arg. ff. de in ius vocan. quæſitum. & 3. q. 7. §. ſi contra. in fi. 2 an.

1 Adde not. in l. q ſquis. C. de poſtu. 2 Facit etiã hoc neceſſitas officij. ff. de his q , ut indig. tutorẽ. cũ ſimi.

pœnitentiam, vt de pœn. diſt. 3. talis. nam in quacunq; hora ingemuerit peccator, & c. nec tibi dico ſepties, &c. de pœn. d. 2. adhuc inſtant.

g ¶ Et quod dixerit. ] Et ita ſynodus inducit hanc auctoritatẽ, ac ſi primo peccaſſet Dauid, & poſtea Dñs dixiſſet ei: inueni, &c. quod tamen ſecus fuit. ſed ſynodus nõ curauit de ordine, ſed de ueritate; quia Dominus ſic ei dixit, & ille pœnituit, nec tamen poſt pœnitentiam permiſſus eſt ædificare, in hoc facit ad propoſitum. Vel retulit ſynodus ad diuinam præſcientiam, ubi iã præſens erat futurum peccatum Dauid.

David etiã poſt pñiam non eſt permiſſus ædificare tẽplum

nec debere eos reuertentes ea apud nos ordinationis, & honoris arma retinere, quib. [a] cõtra [b] nos rebellauerint.

α ¶ Conuenit. ] *In originali non eſt verbum iſtud, ſed loco ipſius hæc huic capiti antecedunt.* Addimus plane, & adiungimus frater chariſſime, conſenſu, & auctoritate communi, vt etiam ſi qui presbyteri, &c. *Multa verò in hoc capite ex ipſo B. Cypriano ſunt emendata.*

*Item ex ſeptima ſynodo.*

¶ De ijs, qui pro muneribus ordinationem faciunt, & qui redeuntes ab hæreſi, in ſuis ordinibus recipiuntur. Cap. II.

SI quis α omnem [c] traditionem eccleſiaſticam ſcriptã, vel nõ ſcriptam violat, anathema ſit. ¶ Omnis [β] eps, vel presbyter, aut diaconus conuictus, quòd pro muneribus ordinationem dederit, vel acceperit, à ſacerdotio [d] cadat. ¶ Sed dicunt fortaſſe quidam, qui pœnitentiã agimus pro peccato, & Deus indulget [e] illud. Ita, & ego dico, quia omnẽ pœnitentiam [f] recipit Deus, & indulget per pœnitẽtiam peccata, quæ iam facta ſunt. Noui enim quòd Dauid fornicatorem, & homicidã per pœnitentiã receperit Deus, & ꝙ dixerit [g] de eo: Inueni virum ſecundum cor meum, qui faciet omnes volũtates meas: ] Noui rurſus eundem audientem a Deo: [ Non ædificabis mihi domum, quia vir ſanguinũ es. ] Scio Manaſſem [h] per confeſſionem dimiſſam impietatem ſuam. Scio meretrices, & telonarios per pœnitentiã receptos: nullum tamen eorũ, qui ante baptiſmũ peccauit [i], ſacerdotibus connumeratũ. Scio quoſdam, dum eſſent in mundo, in multa fornicatione mãſiſſe: monachos verò factos quaſi luminaria mũdi reſplenduiſſe, nullum tamen ad ſacerdotiũ aſcendiſſe. Quod [k] etſi raro [l] contigit, nulla [m] tamen lex [n] eccleſię

Ex actione 1. in 7. anathematiſ.
Deuſdedit p. 2.
Iuo. p. 4. c. 198.
Ex epiſ. Taraſij ad Ioannem.
Iuo p. 5. c. 121.
Anſ. l. 6. c. 87.

1. *Par. 22. & 28.*
2. *Paral. 33.*
*Actorum 13.*

*Matth. 21.*
*Mar. 2.*
*Luc. 5.*

SI quis oẽm. ] Hoc ca. ſeptem habet partes. In prima. 7. ſynodus præcipit oẽm traditionẽ eccleſiaſticam ſcriptã, vel non ſcriptam obſeruari. In ſecunda dicit, quod clericus conuictus de ſimonia deponatur ab ordine. Tertio reſpondet tacitæ obiectioni qñ quãuis Deus indulgeat peccatoribus per pęnitentiã, non tamen reſtituit primã prærogatiuã, quod probat exẽplo Dauid, & Manaſſe, & quorundã aliorũ, quib. Deus indulſit, & tñ nõ ſunt poſtea ſacerdotes facti. Quarto oſtendit lapſum in fornicationem poſt baptiſmũ a promotione repelli. Quinto replicat de ordinatione, quã ſimoniacã ſu. dixit, vt addat de electione loci religioſi. Sexto prohibet epm eſſe percuſſorẽ. Septimo ꝓhibet eccleſiã, vel ordinẽ p ſæcularem ptãtem obtineri. Secũda pars eſt ibi, [Omnis. ] Tertia ibi, [Sed dicũt. ] Quarta ibi, [Et ſi in fornicatione. ] Quinta ibi, [Item epiſcopum. ] Sexta ibi, Similiter percuſſor. ] Septima in fine capituli, & prima in principio.

CASVS. Intendit 7. ſynodus probare, ꝙ licet per pñiam ſubueniatur cuilibet peccatori: tñ poſt pniam non poteſt de iure promoueri, imò ſi poſt peccatum promotus eſt, vel poſt promotionẽ peccauit, deponendus eſt, & dicit hoc regulare fuiſſe tam ante inſtitutionem baptiſmi q̃ poſt, & hoc probat exẽplis tam veteris teſt. q̃ noui. & hoc ſonat litera illa: nullum tamen eorum, qui ante baptiſmum, &c. nam illi, qui ante baptiſmum peccãt, promoueri poſſunt, vt expreſſum eſt 26. d. deinde.

Factum legitime irritatũ delicto ſuperueniente.

c ¶ Omnem. ] Ideſt, aliquam de omnibus ſimile 15. q. 1. mulier.

d ¶ A ſacerdotio. ] Arg. ꝙ legitime factũ ſuperueniente delicto irritatur, inf. 27. q. 2. qui dormierit, inf. 10. q. 1. de eo. & c. ad limina contra, ſu. ea. q. 5. c. 1. contra inf. 32. q. 7. c. hi qui. & c. neq. contra ſup. d. 94. ſi quis inf. 25. q. ſi qui epiſcopi. 17. q. 4. frater inf. 12. q. 2. & humanis.

d ¶ A ſacerdotio. ] i. eccleſiaſtica dignitate, vt ſup. ea. q. 1. qui per pecuniam.

e ¶ Indulget. ] De pœnit. d. 1. verbum.

f ¶ Pniam. ] Et adeo hoc verum eſt, ꝙ ſi quis etiam perueniat ad ſummum malorum, ſubueniatur ei per

h ¶ Scio Manaſſem. ] Ezechiæ filium, qui acta pnĩa reſtitutus eſt ad regnum, arg. de pœ. d. 2. ſic enim inquit.

Baptiſmus, utrum tollat infamiam.

i ¶ Peccauit. ] Arg. per baptiſmũ nõ aboleri infamiam. cum etiam poſt baptiſmum Impediat promouendũ, qđ non eſt uerum: quia omnia crimina, & etiã ſequela peccati dimittuntur in baptiſmo, ut 25. d. primum. 26. d. deinde, & ſic nõ eſt obiectio de Paulo, qui ante baptiſmũ peccauit 3. & quod dicitur, refert ſe ad id, quod tunc accidit: quia tunc non fuit uiſum, ꝙ aliquis talium promoueretur ante baptiſmum. ſic uacat hic arg. notatum ab H. non aboleri infamiam per baptiſmum.

3 Vt teſtatur de ipſo. 1. ad Tim. 1. & in act. 9.

K ¶ Quod. ] Scilicet fuerunt promoti.

l ¶ Raro. ] Sicut in Matthæo, qui fuit telonarius, & tamen poſt fuit Euangeliſta.

m ¶ Nulla. ] Arg. ꝙ licet aliquid in eccleſia accidat: non tñ lex efficitur. inf. 77. monachus. ſup. d. 55. priſcis. ſup. d. 56. Cenomanenſem. ſup. d. 5a. multos.

n ¶ Lex. ] i. regula. uel ius cõe, alibi dĩ conſuetudo, ut ſu. q. 1. uentum eſt, ſimiliter dicitur, reg. 32. diſt. Nicena.

a ¶ Tra-

fui.tNouimus peccatricem prius Mariã: poſt conuerſionem, quamuis ſancta, & caſta, tamen inter diaconiſſas non eſt computata. Sed quid hoc dico? Sequens ſanctos Apoſtolos, & venerabiles patres, cum omni fiducia clamo. Qui per ſimoniam ordinatus eſt, ſiue epiſcopus, ſiue presbyter, ſiue diaconus, alienus eſt à ſacerdotio neque enim venalis eſt gratia ſpiritus ſancti. Caiphę traditio,[a] & adinuẽtio Simonis; à ſãcto ſacerdotio eſt aliena. ¶ Et ſi in fornicationem [b] lapſus eſt aliquis poſt baptiſmum, in ſacerdotium non recipitur. Canones enim hoc prohibent. Si quis vero cum hoc peccato ad ſacerdotiũ puectus eſt; cognitus degradetur. *Item paulo poſt.* ¶ Epiſcopum, qui per pecuniam ordinatus eſt, confiteor, quia per pœnitentiam recipitur. Deus enim bonus eſt in omnibus; & operta viſcera eius omni homini pœnitenti.[c] Sed quoniam iuxta Apoſtolum, oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe; quicunque per pecuniam, vel ordinauerit aliquem, vel ordinatus eſt, ab omni ſacerdotio [d] alienus ſit. ¶ Taraſius Patriarcha dixit. Quicunque per pecuniam vel ordinant, vel ordinauerunt, vel ordinati ſunt epiſcopi, vel presbyteri, vel diaconi, vel quilibet de numero ſacerdotali; repellantur omnino à ſacerdotali honore ſicut Simon magus à Petro. Quicunque per pecuniam ζ diſpenſationem, uel curam ſortiti ſunt monaſteriorum, vel eccleſiarum, vel religioſarum [e] domorum, gerontocomiorum, xenodochiorum, orphano trophiorum;[f] cum depoſitione expellantur a diſpenſatione illa, & cura. Qui poſt baptiſmum cadens in fornicationem ordinatus eſt, ſi poſtmodum cõfeſſus fuerit, ceſſet à miniſterio; ſi verò conuictus ab aliquo, deponatur omnino. Similiter percuſſor epiſcopus, aut presbyter; aut diaconus per ſe, vel per aliquẽ aliũ quaſi per hoc timeri [g] volens, deponatur. *Item* ¶ Qui per ſeculares [h] poteſtates ordinatus fuerit, aut eccleſiam obtinuerit; deponatur: ſi vero religioſam η domum, expellatur.

Can. 30. Apoſt.
Io. 11.
Act. 8.
Can. 16. Apoſt.
Cõ. Neocæſ. c. 9. 15. q. 8. c. 1.
1. Tim. 3.
In epiſ. Taraſij ad Hadrianum. & in 7. ſyn. ca. 5. ex cano. Apoſ. 30. In ea. epiſ. & c. 5. ex conc. Chal. c. 2. nouellat 23. c. 24. apud Iulianum anteceſ.
Con. Neocæſ. c. 9.
Can. 16. al. 28. Apoſto. d. 63. omnis elec.
Can. Apoſt. 29. al. 31. & i ſep. ſynodo, c. 3.

a ¶ Traditio.] Id eſt. adinuentitia machinatio, quia per ſimoniam ſacerdotiũ obtinuit à Romanis.
b ¶ Et ſi in fornicationẽ.] Hoc intelligit G. & M. cũ ipſo iure ĩfamis. eſt, puta depręhenſus in adulterio, & in alijs, quę infamãt. 6. q. 1. §. porro. argu. 25. d. primũ & hoc de rigore iuris. ſed de miſericordia ſecus, vt 34. diſt. fraternitatis, ut ibi no. Dicit tamẽ Hug. hoc eſſe verum, qđ dicitur hic, licet durum ſit 25. diſt. vlt.
c ¶ Pęnitenti.] C. de. ſum. trin. liquet igitur.
d ¶ Sacerdotio.] Id eſt clericatui. arg. extra de cohabi. cler. ſi quiſquam.
e ¶ Religioſarum.] Et ita ĩ hoſpitali cõmittitur ſimonia.
f ¶ Orphanotrophiorum.] Arg. ſimoniã eſſe dare pecuniam pro adminiſtratione pauperum, & hoſpitalis. inf. 23. q. 8. §. quãuis. in Auth. de ſanc. epiſco. §. ſed neque. coll. 9.
g ¶ Timeri.] ſup. 45. diſt. quid autem.
h ¶ Qui per ſæculares.] j. 16. q. 7. ſi qs de inceps.

α ¶ Si quis.] *Caput hoc ex magna parte collectum ex varijs locis ſeptimæ ſynodi, ſed non ex verſione Anaſtaſij bibliothecarij, qua alioqui ſepe vti ſolet Gratianus, Initium quidem eſt in actione prima anathematiſmo ſeptimo.*
β ¶ Omnis epiſcopus.] *Hinc vſq; ad uerſ.* Taraſius Patriarcha, *ſumpta sũt ex epiſtola Taraſij ad Ioãnem presbyterũ, omiſſis tamẽ interdum nõnullis uerbis: quæ qdẽ epiſtola ĩ verſione Anaſtaſij eſt poſt actiones, & canones ſeptimæ ſynodi: ſed in noua verſione ĩpreſſa in tomis cõciliorũ, eſt ante ipsã ſynodũ.*
γ ¶ Ante baptiſmum.] *Hoc quidem loco perſpicuũ erratum eſt, quod auctori gloſſa negotium exhibuit. οὐδένα δὲ τούτων εἰς ἱερωσύνην ἀριθμηθέντα εἰ μὴ πρὸ τοῦ βαπτίσματος τοῦτο πέπραχεν idest,* neminem vero horũ in ſacerdotio adnumeratum, niſi forte ante baptiſmum hoc admiſit.
δ ¶ Et ſi rarò.] *Lõge plenius in noua verſione.* Quòd ſi autem id ſemel, atque iterum factũ eſt, non tamen cõfeſtim legem in eccleſia præſcribit. *Græce eſt. εἰ δὲ καὶ σπανίως γέγονε, οὐ νόμος ἐκκλησίας τοῦτο.*
ε ¶ Taraſius.] *Hæc videntur ſumpta ex epiſtola Taraſij ad Hadrianum (de qua dictum eſt, ſupra q. 1. ad c.* eos qui. *aut ex quinto capite ſeptimæ ſynodi: quibus locis refertur canon trigeſimus Apoſtolorum.*
ζ ¶ Quicunque per pecuniam.] *Hæc habentur etiam nouella 123. c. 24. apud Iulianum anteceſſorem.*
η ¶ Si vero religioſam.] *Hæc non ſunt in canone Apoſtolorum.*

Conue-

Conuenientibus.] Hæc eſt ſecunda pars q. in qua ꝓbat ꝙ tales ſunt recipiendi de mera conſuetudine canonum. Ioan. de Fant. In prima parte huius cap. ponuntur verba notarij. In ſecundo dicitur ꝙ ſancti patres, in Nicæna ſynodo præſidentes, & de futuro ſtatu eccleſia inquirentes, decreuerunt ab hæreſi reuertētes ad ſtatum priſtinū eſſe reparādos, ita ꝙ per ſcripturam abnegēt hæreſim, & fidem catholicam confiteantur: illi tamē nō sūt recipiēdi, qui ſpōte ſunt ab hæreticis ordinati, vel q ſtudio ſe ad ſubuerſionem noſtræ fidei elegerūt ab hæreticis ordinari, & ad robur ſui ꝓpoſiti ſancti patres in ſynodo reſidētes multas auctoritates ſanctorum patrum induxerunt. Secūda pars incipit ibi, Dignum eſt. CASVS. Conuenerunt ſancti patres in ſeptima ſynodo, vt tractarent qualiter epiſcopi ab hæreticis venientes recipi debeant. In prima parte ponuntur verba notarij. In ſecunda dicitur ſic eos eſſe recipiēdos ſicut vj. vniuerſales ſynodi receperunt. poſtea auctoritatib. ſanctorum patrum probatur, ꝙ recipiendi sūt, niſi vbi ad fidei ſubuerſionē ſunt ab hæreticis ordinati.

a ¶ Conuenientib.] verba notarij, quib. credendum eſt. Arg. ff. quod metus cauſa metū. §. ſed quod prętor. nam ibi interlocutoria ſententia ius facit.

ADDITIO. Ad huius declarationē videas qđ no. Inn. extra de offi. dele. cum in iure. in gl. hic uidetur. & de ꝓb. quoniam in glo. ꝓpter hoc ſatis, &c.

domini Papæ, vel eius legati. Hic ergo colligitur iſta diſtinctio: ſynodorum alia vniuerſalis, alia localis: & eſt arg. ꝙ authenticæ ſunt locales ſicut vniuerſales.

g ¶ Scripto.] Hic colligitur. ꝙ illi qui ab hæreſi reuertuntur ad fidem catholicam, ſcripto debent negare hæreſim

mitti. 24. q. 3. cum quibus. ubi dicitur, ꝙ cum hæreticis non eſt ſynodus ineunda: ſed illud intelligitur de manentib. in hæreſi, hic autem de reuertentib. ab hæreſi. Arch.

[*Item ex concilio Meldenſi, c. 43.*]

¶De eodem. PALEA. Cap. III.

CAuendum eſt, & ſummopere ſtudēdum, †ac per virtutem Chriſti ſanguinis interdicendum & epiſcopis, & regibus, & omnibus ſublimiorib' poteſtatibus, atque cunctis fautoribus, & electoribus quorumcumque, atque cōſenſoribus, ſeu ordinatoribus in gradu eccleſiaſtico, vt nemo per ſimoniacam hæreſim, regiminis locū obtineat, quacunque factione, calliditate, promiſſione, ſeu commoditate, aut datione per ſe, aut per ſubmiſſam† perſonam.

Et copioſius in ſchedis, capitu. de quib. 22. q. 2. præcariæ. Burch. l. 1. c. 21. Iuo p. 5. c. 75.

†*al. præcauendum.*

†*al. emiſſam.*

*Item in eadem ſynodo ſeptima, actione prima.*

¶ Qui redeuntes ab hæreticis recipi poſſunt, vel non. Cap. IIII.

ij CОnuenientibus[a] apud Nicæā Bithyniæ, & cōſidētibus Petro archipresbytero, & Petro presbytero, & abbate monaſterij ſancti Sabæ, locū tenētibus Hadriani Papæ, & Taraſio archiepiſcopo Conſtantinopolis, & Ioanne, [b] & Thoma apochriſarijs [c] Apoſtolicarū ſediū orientalium, [d] cæteris epiſcopis; epiſcopi Siciliæ dixerunt: Dignū eſt, α vt de futuris inquiramus. ¶Item Baſilius [e] epiſcopus Ancyræ dixit: Conſtitutio eccleſiaſtica habet canonice tradita ab antiquo à sāctis Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorū, ſanctis patribus noſtris, & magiſtris & ſanctis vniuerſalibus[f] ſex ſynodis, & localibus ſynodis orthodoxis, vt q ab aliqua hæreſi reuertuntur, ad orthodoxam fidem, & traditionem catholicæ eccleſię, ſcripto,[g] negare debeant hæreſim ſuam, & confiteri catholicam fidem. ¶Item Taraſius patriarcha dicit: videtur vobis, vt ſedes ſuas recipiant, qui ab hæreſi reuertuntur? ¶ Religioſiſſimi monachi[h] dixerunt: ſicut receperunt vniuerſales ſex ſynodi ab hæreſi reuertētes, ita & nos recipimus. ¶ Sancta ſynodus dicit: placet omnibus nobis. Et iuſſi ſunt Baſilius [i] epiſcopus Ancyræ, & Theodorus epiſcopus Myrorum† ciuitatis, & Theodoſius epiſcopus Amorij ſedere in gradibus, & in ſedibus ſuis. ¶ Item Cōſtātinus γ eps Cypri dixit. nō oportet [k] nos qui epiſcopi

†*al. Myron.*

a ¶ Et Ioanne.] Qui dixit eſſe melius iurantem peierare, quam ſacramentū in fractione ſacrarum imaginum ſeruare, vt 22. q. 4. actione.

c ¶ Apocriſarijs.] apos nuncius, & criſis aurum, quaſi deaurati nūcij: tales hodie nō sūt Papæ, ſed apploſibarij.

d ¶ Orientaliū.] Alexādrię, Antiochię, & Hieroſolymis.

e ¶ Item Baſilius.] Non uidetur ꝙ ille Baſilius debebat loqui,1 quia erat hæreticus, ut inf. per 12. lineas. ibi, iuſſi ſunt, &c. Sed dic, ꝙ loquebatur vt excuſaret ſe. Vel forte adhuc de hæreſi non conſtabat. 2. q. 1. multi.

1 Immo, & videtur ꝙ non debuit intereſſe cōcilio nec ad aliud admitti. 24. q. 3. cum quibus.

f ¶ Vniuerſalibus.] Vniuerſales ſynodi dicuntur quibus intereſt Ro. Pontif. vel eius legatus Locales quas cōgregāt primates, vel metropolitani abſque præsētia

reſim ſuam, ut inf. ea. q. quoties. &c. ſi quis. inf. de cōſ. diſt. 2. ego Berengarius. in 26. q. 6. his qui tempore.

h ¶ Monachi.] Et ita monachi intereſſe debent ſynodo: quod uerum eſt in abbatibus, vt 18. diſt. epiſcopus non debet.

ADDITIO. Nota ſub nomine monachorum ſiue fratrum, abbates connumeri, vt patet extra de ſi. c. vlt. & de priui. cap. ex ore. Archid.

i ¶ Baſilius, &c.] iſti tres reuertebantur ab hæreſi.

K ¶ Oportet.] Sed ad quid reſpondet iſte ſic? Dic ꝙ reprehendit Taraſium, qui dixerat, videtur vobis, &c. & ideo ſtatim reſpondet iſte Taraſius reprehendendo Conſtantinum.

a ¶ Sed

† Concor. l. cū clericus. §. ipſe vero. C. de epiſc. & cler. & in auth. conſti. quæ de dig. §. cum namque.

ſumus, indigere doctrina, ſed aliorum[a] eſſe doctores. † ¶ Item Taraſius epiſcopus dixit: malorum δ doctorum mala eſt doctrina. Eccleſia de malis doctoribus ſacerdotes non recipit. ¶ Item Ioannes ε Apochriſarius orientalium ſedium dixit hæreſis ſeparat omnem hominē ab eccleſia. ¶ Item Taraſius epiſcopus dixit: Ecce multi canonici libri, & ſynodici, & paterni lecti sūt; & ab hæreſi reuertentes docuerunt nos recipere, ſi aliqua ζ alia[b] cauſa non eſt in eis. ¶ Item Petrus η Apochriſarius Papæ dixit: Romę exulatus[c] eſt Macharius[d] hęreticus a ſancta ſexta ſynodo, & quadraginta dierum inducias dedit illi pater noſter Benedictus Papa, & quotidie[e] mittebat[f] ad eum Bonifacium conſiliarium ſuum, & inſtruebat eum commonitorijs verbis ex diuina ſcriptura, & nullatenus voluit emendari. Hoc autem faciebat, vt eum reciperet in ordine ſuo. ¶ Item Taraſius epiſcopus † dixit: quid dicitis de Anatolio? nonne etiam in quarta ſynodo factus eſt princeps?[g] & ecce ab ipſo Dioſcoro ordinatus eſt? Et nos igitur ita recipiamus eos, qui ab hæreticis ordinati ſunt, ſicut & Anatolius receptus eſt. ¶ Item. Vere[h] vox Dei eſt, quoniam non moriuntur filij pro patribus? ſed vnuſquiſque in peccato ſuo morietur.[i] addatur, quoniā ex Deo eſt ordinatio.[k] ¶ Item Taraſius patriarcha dixit: audiuimus paterna mandata. Quid igitur? Oportet recipere ab hæreticis ordinatos?[l] ¶ Sancta ſynodus dixit: audiuimus domine; & oportet nos recipere. ¶ Taraſius patriarcha dixit; Plures eorum, qui in ſexta ſynodo conuenerunt, a Sergio, Pyrrho, Paulo, & Petro ordinati ſunt, qui fuerunt principes hæreſeos Monothelitarum quoniam iſti continuatim † in Conſtantinopolitana ſede ſederunt: & ab vltimo eorum, Petro ſcilicet, vſque ad ſextam ſynodum non fuerūt plures quam duodecim anni. Thomas verò, & Ioānes, & Cōſtantinus ab hæreticis illis archiepiſcopi facti ſunt, & tamen propter hoc non ſunt reprobati. ¶ Sancta ſynodus dixit, hoc manifeſtum eſt. ¶ Conſtantinus epiſcopus Cypri dixit: ſufficienter oſtēſum eſt, quòd ab hęreticis veniētes recipiendi ſunt. Si verò quis ſpōte ad hęreticum vadit, & accipit ordinationem non recipiatur.[m] ¶ Item Taraſius Patriarcha dixit: Et ego refuto eos, qui ob huiuſmodi cauſam ad fidei ſubuerſionem ordinati ſunt: & maxime cum præſentes eſſent orthodoxi epiſcopi, a quibus poterant ordinari. Sic eſt enim paternus intellectus. Si verò ſynodalis conſonantia fuerit, & vnitas eccleſiarum de orthodoxis, qui præſumpſerint ab immundis hæreticis ordinari, depoſitioni ſubiaceant. Sancta ſynodus dixit: hoc eſt iuſtum iudicium.

† al. patriarcha.

Ezech. 18. 4. Reg. 14.

† ἀμοιβαδόν.

¶ *Hoc etiam caput collectum eſt ex varijs locis primæ actionis eiuſdem ſeptimæ ſynodi, omninoque operæ pretium eſt integrā illam actionem perlegere: nonnulla tamen notabuntur.*

α ¶ Dignum ] *Locus eſt poſt recitationem nominum epiſcoporum qui conuenerant: ſed valde conciſe refertur: quod in alijs etiam locis huius capitis euenit.*

β ¶ Conſtitutio. ] *Verba quæ proxime huic parti antecedunt, ſunt hæc, ἀπόλις ἄλλον ἀνέγνω οὕτως idest, vt interpretatur*

a ¶ Sed aliorum. ] vt ſ. ea. q. 1. vniuſſimus. & eſt argu. cont. malos doctores. nam q alios docere debent, &c. ff. de edē. ſi quis ex argētarijs §. prior.
b ¶ Si aliqua alia. ] quę impediat diſpēſationem. ſu. q. 5. c. 1. in fi.
c ¶ Romę exulatus. ] Ideſt, per excōmunicationem exilio cōdemnatus. ſup. d. 16. ſexta.
d ¶ Macharius. ] Pronunciatus.
e ¶ Quotidie. ] ī. 24. q. 3. dixit Apoſtolus. ADDITIO. Nam ibi dicitur poſt ſecundā & tertiā admonitionem hęreticum eſſe vitandum. Sed illud intellige quātum ad ſecreta fidei noſtræ. nō quantū ad admonitionem. 42. diſ. in mandatis. Archid.
f ¶ Mittebat. ] ſu. d. 19. Anaſtaſius cont.
g ¶ Princeps. ] Ideſt, promulgator vel auctor canonum, vt d. 16. ſexta. uer. quarta. Ioan.
h ¶ Item vere. ] Quaſi dicat, licet parentes, ſ. epiſcopi hæretici fuerunt, non tamē filij in hæreſi ſuſcepti & ordinati cū ad eccleſiarum redierunt minus recipiēdi ſunt in ordinib⁹, vt ſ. d. 19. Anaſtaſi⁹.
i ¶ Morietur. ] Quaſi dicat, tandiu morietur, quamdiu pęnitētiam non agit, & ſic facit ad propoſitū.
k ¶ Ordinatio. ] Facta per hęreticos in forma eccleſię: & iō non eſt reiteranda, vt ſ. ea. q. 4. Iudæi. ī. 24. q. 3. §. his ita.
l ¶ Ordinatos. ] Arg. pro opinione dicentium, ꝙ ille, qui recipit vltimam manus impoſitionem extra eccleſiā, ordines cōfert, ꝙ eſt cōt. Ioan. de Fant. vt dixi 9. q. 1. ī ſūma nā recipiūtur hic in ordinibus ordinati ab illis, qui receperūt in hæreſi ep̄alem vnctionem, vt a Sergio, Petro, Paulo, Pyrrho.
m ¶ Nō recipiat. ] In caſu ſeq. vel de iure.

EX HAC. Hæc eſt tertia pars queſt. in qua dicitur, quod ſi moniacus in ordine in perpetuum eſt ſuſpenſus, & hoc probat per c. Leonis. Io. de Fan.

CASVS. Infert Gratian⁹ ex ſupradictis capitulis 7. ſynodi, & ex 1. c. huius qõnis, quod qui ſpõte ſunt ab hereticis ordinati, vel in ſubuerſionẽ fidei noſtrę, ab eis ordinem receperunt, vel q in eccleſia ordinati poſtea eccleſię rebelles fuerunt nõ ſunt in ſuis ordinib. recipiendi: ſed cũ ſimoniaci pdicta non faciãt, videtur aliud eſſe de eis dicendum. infert ſtã per multa capitula, ꝙ ſimoniaci reparari non debent Sed dicit Gratianus verũ eſſe hoc, niſi fiat ex diſpenſatione, quæ diſpenſatio propter multas cauſas hic enumeratas fieri poteſt. ſicut quandoq; diſpẽſatũ fuit. vt de monachis, vel laicis clerici aſſumantur.

a ¶ Auctoritate verò Cypriani.] Sup. eo. ſi qui presbyteri.

*Anaſtaſius*, ex libello legit ita. *Nõ enim ſententiã dicit nũc Baſilius, ſed abiurat hæreſim, in quã cum alijs lapſus fuerat: quam abiurationem, vna cum profeſſione catholica fidei oportuit ipſum ex libello, quod nunc etiam in more poſitum eſt, recitare. Libellus verò hic incipit*, Conſtitutio, &c.

γ ¶ Cõſtãtinus.] *Poſt receptionem Baſilij, Theodori, & Theodoſij acceſſerũt alij epiſcopi, qui in eandẽ hæreſim lapſi, admitti ſe a ſancta ſynodo eodẽ modo poſtulabãt, & cum vnus ipſorũ excuſationis gratia, dixiſſet, ſe a malis magiſtris ſeductum fuiſſe, Cõſtantinus epiſcopus Conſtantia, quæ in Cypro eſt, hoc ei exprobrauit. Exprobratio græcè ſic hẽt ἔδει ὑμᾶς ἐπισκόπους ὄντας μὴ διδασκαλίας δεῖσθαι ἀλλὰ διδασκάλους εἶναι ἑτέρων, quæ ſic Anaſtaſius vertit*, Oportebat vos, cum eſſetis epiſcopi, diſcendendi nullam neceſſitatem habere: ſed magiſtros eſſe potius aliorum.

δ ¶ Malorum.] *Cum Hypatius, & alij epiſcopi, qui a ſancta ſynodo admitti petebant, dixiſſent, a malis magiſtris malas ſe doctrinas accepiſſe, reſpondens ei Taraſius Patriarcha inquit:* ἐπειδήπερ εἴπατε, κακῶν διδασκάλων κακὰ τὰ μαθήματα, ἡ ἐκκλησία ἐκ κακῶν διδασκάλων ἱερεῖς δέχεσθαι οὐ προσίεται, *id eſt*. Quando quidem dixiſtis, malorũ doctorũ malæ diſciplinas: eccleſia, vt ex malis doctoribus ſacerdotes admittat, non facile adducitur. *Ex quo apparet Taraſiũ nõ contradicere Cõſtantino, vt auctor gloſſe putauit.*

ε ¶ Item Ioannes.] *Poſt recitata verba Taraſii cũ in ſynodus dubitaretur, an etiam hi, ſicuti tres priores recepti erant, ſtatim eſſent recipiendi, Ioannes Apocriſarius Patriarchæ Antiochiæ, & Conſtantinus epiſcopus Conſtantiæ Cypri, petierunt, vt canones, & ſanctorum Patrum libri eo ſpectantes legerentur, vt maturius poſſet conſtitui, quomodo redeuntes ab hæreſi ad eccleſiam catholicam eſſent recipiendi & cum de octauo canone primæ Nicanæ ſynodi (in quo de Chataris recipiendis agitur) differeretur. Ioannes hæc eſt interlocutus.*

ζ ¶ Si aliqua alia cauſa.] *Græcè eſt*, καὶ εἰ ἄρτις αἰτία πονηρὰ οὐχ εὕρηται ἐν αὐτοῖς, *quæ Anaſtaſius vertit*, niſi forte in eis maligna fuerit noxa reperta, & *paulo poſt*, ſi non eſt, in illis aliqua cauſa nefaria.

η ¶ Petrus.] *Poſt multos canones lectos, & multas ſanctorũ Patrũ auctoritates recitatas, cũ Taraſius ex illis collegiſſet, ab hæreſi reuertẽtes eſſe recipiẽdos in catholica eccleſia, Petrus legatus Hadriani Papæ, exẽplo Benedicti Papæ id cõfirmat.*

θ ¶ Vſque ad ſextam.] *Græcè eſt.* ἕως τῆς ἕκτης συνόδου ἐπὶ πλέον οὐ διῆλθον, ἢ δεκαπέντε *id eſt*, vſque ad ſextam ſynodum non interceſſerunt anni plures quam quindecim.

ι ¶ Si verò ſynodalis.] *Græcè legitur.* ἐὰν δὲ συνοδικὴ ἐκφώνησις γένηται καὶ ὁμόνοια τῶν ἐκκλησιῶν ἐπ' ὀρθοδοξίᾳ, τολμῶν ἀπὸ τῶν βεβήλων αἱρετικῶν χειροτονεῖσθαι, τῇ καθαιρέσει ὑποπεσεῖται. *Quæ Anaſtaſius vertit.* Si autem ſynodica promulgatio, & concordia eccleſiarum, cauſa orthodoxiæ, facta fuerit, qui præſumpſerit a profanis hæreticis ordinari, depoſitioni ſuccũbet.

3 *Ex hac auctoritate datur intelligi, quòd qui ab vnitate catholicæ fidei in hæreticorum ſocietatem tranſierit, vel de manibus eorum, eccleſiaſtica dignitatis ſacramenta percipiat; vel qui contemptis orthodoxis ab hæreticis ordinari deſiderauerit, & ſi poſtea ſua abrenuntians hæreſi ad eccleſiam redierit, officio tamen accepto fungi non poterit. Auctoritate verò Cypriani* [a] 1 *prohibentur adminiſtratione eccleſiaſtica, qui intra catholicam eccleſiam ordinati ad fidei impugnationem dilabuntur. Porrò ſimoniaci nec ab hæreticis ordinantur ad fidei ſubuerſionem. nec intra eccleſiam catholicam ordinati aduerſus fidem armantur. Quamuis enim nonnullos per pecuniam ordinent; non tamen ſi-*

1. ſup. ea. ſi qui preſbyteri.

1 Et ca.preſbyter ſi per pecuniam, &c. qui ſtudet, & q. 3. ſi qs dator, & c. ſi quis epus. H.

a ¶ Si quis.]Sup.ead.q.7. ſi quis 1.
b ¶ Et Innocentij.]Sup.ead.q.3.cap. vlt. ſup. ead.q.1. Arrianos.
c ¶ Et aliorum.]Sup.ea.q.1.ſi quis confugerit,cap.qui ſtudet,&c. ſi quis epiſcopus per pecuniam. Requi-

-bus, vt dixi 82. d. presbyter de ſimonia verò pœnitere nõ pt,niſi prius dimittat ordines.vt ſu.e.q.1.ſi qs neq;
g ¶ Subuenire.] Niſi gradibus ſuis, vel dignitatibus taliter adeptus prius an[illegible]ſis,vt ſu.ea.q.1. ſi quis omnẽ,& ſup.ea.q.1.ſi quis neq;inf.27.q.1.quæ Chriſto, &c.nec aliqua inf.32. q. 7. fidelis.
h ¶ Obuiare.]if.25. q.1.ſunt quidã,&c. contra ſtatuta.
i ¶ Sed in illorum.] vt ſ.de iure de ponẽtur,vt ſup.ea.ſi quis omnem.

1 forte ſu. ea. q.1.q per pecunias, aut q. 7.c. ſi quis omnẽ.§. quicumque per pecuniam.
2 ſup.ead.q.7. ſi qs q.3.ca.vlt.q.1. c.Arrianos.3.eo.q.1.c.ſi qs confugerit, & c. qui ſtudet,& c.ſi qs epiſcopus per pecuniam.

*dem impugnant, nec gratiam ſpiritus ſancti venalẽ prædicant. Vnde veraci pœnitentia, cum hæreſim ſuam deteſtati fuerint, præmiſſis auctoritatibus non prohibentur recipi in ſuis gradibus. Veruntamen capitulo illo Nicænæ ſynodi 1, ſi quis per pecuniam, & c. & illo alio ſeptimæ ſynodi 2, ſi quis [a] omnem traditionem, & c. & Innocentij [b], & aliorum [c] 3 multorum auctoritatibus irreparabiliter damnari iubentur.*

*Hinc etiam Leo 4. epiſcopis Britanniæ.*

¶ In ordine male accepto ſimoniaci pœnitentiam agere non poſſunt. Cap. V.

Iuo p.5.cap. 115.

REquiritis de ijs, qui turpiſſimo lucro columbas in templo Domini vendere [d] non pertimeſcunt, & ſua facta, improba temeritate Simonis hæreſi coniungunt, vtrum poſſint [e] in ordine [f] pœnitentiam agere, an tantummodo extra ordinẽ, & ſacerdotalem facere gradum. Quod nos quidem conuictis, & ijs, qui tam deteſtabile nefas (quod iam multis eſt damnatum cõcilijs) peregiſſe noſcuntur, nulla poſſumus pęnitentia ſubuenire [g], & tot ſpiritualibus patribus obuiare [h]; ſed in illorum [i] patrum me ſententia conuenire omnibus certum ſit.

¶ *Epiſtola huius Leonis, quarti ad epiſcopos Britanniæ magna pars (in qua etiam eſt hoc caput) habetur in codice peruetuſto.*

4 *Niſi rigor diſciplinæ quandoque relaxetur ex diſpenſatione miſericordiæ. Multorum enim crimina ſunt damnabilia, quæ tamen eccleſia tolerat pro tempore, pro perſona intuitu pietatis, vel neceſſitatis, ſiue vtilitatis [k], & pro euentu rei. Pro tempore: ſicut Gelaſius, qui cum neceſſitate temporis videret Italicam eccleſiam propter belli famiſq; incurſionem fere omnium clericorum officio deſtitutam, adeo vt pleriſq; [l] populis ſubſidia regendarum*

NISI RIGOR. Hæc eſt quarta pars quæſt. in qua probatur per 17.auctor. ꝙ diſpenſationes fiunt ſex modis. Io.de Fã.
K ¶ Vtilitatis.] Sicut etiã ius ciuile quædam admittit propter vtilitatem. ff. de pign. ſed an viæ.
l ¶ Vt pleriſq;.] Hic incipit tractare de diſpenſatione, vnde videndũ eſt quid ſit diſpenſatio, quid diſpẽſare, & quod ius ſit diſpenſabile, & quis poſſit diſpẽſare. Diſpẽſatio eſt iuris cõis relaxatio facta cũ cauſæ cognitione ab eo, qui ius hẽt diſpẽſandi. arg. 12.q.1. ex his. Diſpẽſare eſt diuerſa pẽſare. Nam omnia hæc de quibus fit mẽtio in hoc.§. pẽſare debet qui diſpenſare vult. Scias ergo, ꝙ vbicũq; decoloratur ſtatus eccleſiæ, non pt diſpẽſari, vt inf. e.& ſi illa. Dicũt qui dã indiſtincte, ꝙ cõtra quatuor concilia non poſſit diſpẽſari. ut ſup.15.diſt. ſicut. nec cõtra Euãgeliũ,

Diſpenſatio quandoque non poteſt.

Ordinũ emptores,& uẽditores qualiter pænitere debent.
2 Arg.inſti. de uſuc. §. furtiuæ.i ſi. & nota ſup. eo.q.1. ordinationes Ar.
3 Sub ut ſic per dignam pęnitẽtiam poſſint uel mereantur in ordinib. miniſtrare, an oĩno deij ci. Arch.

d REquiritis.] ¶ Vendere.] Ideſt, emere nam veteres indifferẽter utebãtur his uerbis.ff.de actio.emp. ueteres. Nam de uenditore non uidetur dubium quin remanere poſſit, unde loquitur de emptoribus, quia agere pœnitentiam non poſſunt in ordine empto, niſi purgetur uitium rei furtiuæ, ideſt, niſi dimiſſo, quod ſimoniace acquiſierunt 2, ſed uendentes poſſunt, ſi uitium occultum eſt. Vel indifferenter de emptoribus, & uenditoribus intelligitur, ꝙ non poſſunt agere pœnitentiam remanendo in ordinibus ſuis, niſi ex diſpenſatione, ſi crimen ſimoniæ ſit notum. Loquitur enim de conuictis, & quorum crimina ſunt publica. de talibus quidem interrogatus eſt Papa, & de talibus reſpondet.
e ¶ Vtrum poſſint.] Ideſt, utrum poſſint retinere ordines poſt pœnitentiam 3. & hoc notat ſequens litera, an tantummodo, &c.& exaudi de conuictis, ut inf. ſequitur, nam cum ſponte confeſſo mitius eſt agendum.
f ¶ In ordine.] Hinc collige ſubditum poſſe accuſare prælatum de ſimonia non pręmiſſa priuata admonitione arg. contra inf.ea.q.ult. patet. & hęc eſt ratio, quia de alij criminibus poteſt quis pœnitere, & eſſe in ordini-

uel præceptum Apoſtoli, ut 25.q.1. ſunt quidam, ut ibi notaui. De diſpenſatione epiſcoporum di[illegible], ꝙ ubicũq; non eſt eis prohibita diſpenſatio, ibi poſſunt diſpenſare 4. ut extra de cler.pug. in duel. ca. 1.& de ſen.ex. nuper. In quibuſdam tamen caſibus inuenio eis permiſſam diſpenſationem, in quibuſdam prohibitam, quandoque enim diſpenſant cum ſacrilego, ut 50.diſt.ſi quis presbyter: Item cum hæretico, 50.diſt. presbyteros,qui. Item cum adultero, ut extra de iud. ac ſi clerici. Item cum ſimoniaco diſpenſant, quandoque in beneficio. quandoque in ordine, ut ſup.ea.q.5.c.1.& cap.ult. Item cum ſchiſmatico, ut 50.d.ut conſtitueretur. In maioribus autem criminibus etiam diſpenſant in beneficijs, ſi ſunt occulta 5.ut 50. diſt. de his uero. Item cum homicida diſpenſant in beneficio, ut extra de cler. pug. in duel. Henricus, & de homi. interfeciſti, 50.diſt in. ſludeat, ſed non in officio, ut 50. diſt in. miror. Item quãdoque cum aliquo diſpenſant in matrimonio contrahendo, ut 3.q. 2. antiqui. Item in ordinibus, & dignitatibus, niſi tantũ in epiſcopatu, ut extra de elec. innotuit. Item diſpenſant cum excommunicato miniſtrante, ut 2. quæſ. 5.

4 Et idẽ no. 50.d. in ſumma, & c. miror. ext. de temp.ord.di lectus. Arc.
Eõi cũ multis diſpẽſãt.
5 Sic et notar Vin. ext. de iud.at ſi. & hoc ꝓ illud c. hic al[illegible] 1 g.de his ue ro. Archid.



Digitized by Google

quanto, licet ſit contrarium 11.q. 3. ſi quis epiſcopus. Fit autem diſpenſatio cum hoc requirit neceſſitas, vel vtilitas, infr. ea. tali. Itẽ fit quandoque diſpenſatio, quia timetur magis malum, ſicut cum Angelicis fuit diſpenſatum, vt 35.q.3. quod ſcripſit, &c. quædam lex. Item quandoque propter futurum bonum, vt quando diſpenſatur cũ hereticis, vt alij facilius reuertantur ad eccleſiam, vt 23. q.4. ipſa pietas. Item quandoque propter multitudinẽ, & propter ſcandalum vitãdum 50. diſt. conſtitueretur.

epiſcopus, ſup. ead. q. conuenientibus, arg. contra inſ. de pœn. diſt. 1. quem pœnitet, nam ibi dicitur, ꝙ viua voce debet confiteri. Sed illud verum eſt, ſed nihilo minus poſtea per ſcripturam debet confiteri.

i ¶ Vt fateantur.] Inf. 23. q. vlt. peſſimam.

*deeſſent animarum; conceſſit de monachis* [a] *vel de laicis clericos aſſumi, ita dicens epiſcopis per Lucaniam, epiſt. 1. c 1.*

¶ Pro tempore neceſſitate Apoſtolicæ ſedis decreta temperantur. Cap. VI.

NEceſſaria rerũ diſpenſatione cõſtringimur, & Apoſtolicæ ſedis moderamine cõuenimur ſic canonum paternorum decreta liberare, & retro præſulum, deceſſorumque noſtrorum præcepta metiri, vt quæ præſentium neceſſitas temporum in reſtaurandis eccleſijs relaxanda depoſcit, adhibita diligenti conſideratione (quantum poteſt fieri) temperemus. Poly. l. 7. tit. 15. Anſ. l. 2. c. 34. Iuo p. 3. c. 141.

*Item, Priſcis igitur, &c. [Require ſupra in tractatu ordinandorum.] Item Innocentius Papa cum pro neceſſitate temporis, ne nimium ſcandalum eſſet in eccleſia, ordinatos à Bonoſo hæretico ſuſciperet, ait in decretis ſuis, epiſt. 22. ad epiſcopos Macedoniæ, c. 5.* diſtin. 55.

¶ Ceſſante neceſſitate debet ceſſare quod vrgebat Cap. VII.

QVod pro remedio, ac neceſſitate temporis ſtatutum eſt; conſtat primitus non fuiſſe, *& infra.* Quod ergo neceſſitas pro remedio reperit; ceſſante [b] neceſſitate [c] debet vtique ceſſare pariter quod vrgebat [d] †: quia aliud α eſt ordo legitimus; aliud, quod vſurpatio [e] ad præſens fieri tempus impellit. ſup. ea. q. 1. quod ꝑ neceſſitate. Iuo in prologo.

α ¶ Quia aliud.] *In originali, & apud Iuonem, & in multis manuſcriptis Gratiani legitur*; alius eſt ordo legitimus; alia vſurpatio, quam ad præſens fieri tempus impellit.

ADDITIO. Et ſi ſoluitur aliud, quod vī contra. ff. de do. hoc iure. in prin. de hoc no. ſup. ea. q. 6. c. vl. Io. de Fan.

e ¶ Salarijs.] inf. 23. q. 1. militare ſup. d. 86. non ſatis. Ioā. de Fant.

f ¶ Arbitremur.] Argum. pro teſte prȩſumendum eſſe, quòd nolit pietate. ext. de teſt. cum tu fili. & dicit canon, quos ſcimus nolle peierare, & c. 2. q. 5. ſi mala fama. Sed licet præſumatur, eſt tamen notā dignū, quòd lex nō ſtat huic preſumptioni: immo ſubijcit pȩnam in peieratione. iſ. ea. ibi, quadrupli, &c.

g ¶ Publicū crimen.] inf. 6. q. 1. §. ult.

h ¶ Conuictus.] Nā poſt depoſitā adminiſtrationem debet eſſe præſens per 50. dies. C. vt omnes iudi. tam ciuil. quam mil. l. 1. & conuenitur ſub epiſcopo loci. in auth. vt iu. ſine quoquo ſuff. §. neceſſitatem collat. 2. Sed ex contractu nō poteſt iudex conueniri poſt depoſitam adminiſtrationē, ſi cōtractum aliquem fecit nomine ciuitatis, vt. ff. de admi. rerū ad ciui. perti. curatores. §. in eū. et ff. de euic. illud. §. 1. ſed procurator negotiorum bene conuenitur poſt. 2. depoſitum officium, vt de procu. procurator. Bar.

ADDITIO. De hoc not. extra de immun. eccleſ. aduerſus. §. ult. Et eſt ratio quare aliud in iudicio. aliud in cōtractu, quia qui contrahit, ſolam intuetur perſonam uēditoris: cum rem alienam uendere poſſumus. ff. de contrahen. emp. l. rem alienam. In iudicio autem potius pſona domini inſpicitur, ſecundum Io. de Fant.

PAtet.] CASVS. Cum omnia crimina ad comparationem ſimoniæ pro nihilo reputentur, patet ꝙ ſimoniaci ſunt ab omnib. reſpuendi, & ab extraneis poteſtatibus opprimendi, ſi non reſipuerint.

i ¶ Ab exteris.] id eſt, laicis, qui extra eccleſiam habent hanc poteſtatem, vt ſup. d. 17. nec licuit, inf. 23. quæſt. 5. principes.

K ¶ Pro nihilo.] Hoc in deteſtationē huius ſceleris dicitur, ſup. d. 90. neque. & ſup. ea. q. 1. cito, infra 32. q. 7. quid in omnibus, &c. non ſolum, & ext. de ſim. tanta.

l ¶ Reputantur.] Hoc dicitur in deteſtationem criminis, & ad terrorem: ſicut illud, Omnis peccator, &c. extra de ſimo. tanta. Vel eſt grauius, quia facilius dicitur hoc crimen committi in Deum. 3. quam aliud: quia donū Dei uolunt emere pecunia. ſu. 1. q. 1. eos. & ideo grauius dicitur argu. 17. q. 4. ſicut. 22. q. 1. mouet. Vel ideo hoc dicitur, quia nulla certa pœnitentia pro hoc crimine inducitur, niſi q. uſque ad mortem aſpere pœniteat, ſup. ea. q. 1. ſi quis neque. Ioan.

HIS BREVITER. CASVS. Tranſitu utitur, ſcilicet colore rhetorico, quo dicta dicendis continuat, & dicenda dictis, ſummatim dicenda perſtringens.

Dignitates & matrimonia non debent eſſe uenalia.

1 Conc. tex. in l. 1. ff. ad leg. Iul. & ibi glo.

Teſtis prȩſumitur nolle peierare.

2 Poſt falsū eſt niſi ſe nomine ſuo obligauerit, uel niſi ut doceat de mādato. quod negatur.

3 Sub. ſpāter. 1. ... ſpecialiter ... ſunt depu... ta & ded... ta. ſ. res & ... gnitates ... ſacia & ... cia eccleſ... ſtica. arg... q. 4. ſicut ... qō. 1. ... rum An... Simoniac... catum ... teris gra...

Quidam.]

# CAVSA SECVNDA.

*QVidam epiſcopus de lapſu carnis à laico impeditur. Duo monachi. vnus ſubdiaconus, & duo leuitæ aduerſus ipſum. teſtimonium ferunt. A metropolitano ſuo ſentit ſe prægrauari. In ipſa ventilatione cauſæ tres ex teſtibus deficiunt, ſiue promiſſione decepti, † ſiue canonica examinatione reprobati. Expoliatur tamen epiſcopus, quia crimen eius notorium erat.*

† al. collecti.

q. 1. *Hic primum quæritur, an in manifeſtis iudiciarius ordo ſit requirendus.*

2. *Secundo an expoliatus ab aliquo ſit iudicandus.*

3. *Tertio, qua pœna ſint feriendi, qui in accuſatione, vel teſtificatione defecerint.*

4. *Quarto, an duorum teſtimonio ſit condemnandus.*

5. *Quinto, ſi deficientibus accuſatoribus, ſit cogendus ad purgationem.*

6. *Sexto, ſi remedium ſit dandum ei, qui cauſa dilationis vocem appellationis exhibuerit.*

7. *Septimo, ſi laici, monachi, vel quilibet inferiorũ ordinum in accuſatione maiorum ſint audiendi.*

8. *Octauo, quomodo debeat fieri accuſatio, an in ſcriptis. an ſine ſcriptis.*

## QVAESTIO PRIMA.

1 ps *QVòd autem* a *nullus ſine iudiciario ordine damnari valeat, auctoritatibus multis probatur.*

*De eo namque ait Auguſtinus homilia quinquageſima, de vtilitate pœnitentiæ.*

QVidam. ] CASVS. In ſuperiori cauſa actum eſt de crimine ſimoniæ: & prius de eo, quod grauiſſimum eſt: ſed quia crimina ſine ordine iudiciario puniri non debent, ideo congruè hanc cauſam anectit, in qua de ordine iudiciario tractat, oſtendens quòd nemo condemnandus eſt niſi conuictus vel confeſſus, & quòd ſpoliatus præter iuris ordinem ſit reſtituendus. & qualiter puniantur qui in accuſatione deficiunt, qualiter obiecta crimina non probata purgentur, & qualiter ſententia releuetur per appellationem, & vtrum laici admittantur ad accuſationem clericorum, & qualiter ſit accuſatio facienda. Vt autem competentius agat, proponit thema, de quo octo elicit quæſtiones.

CASVS. Hic ponitur. prima quæſtio, in qua probatur. ꝙ præter iuris ordinem non eſt aliquis condemnandus præter quam in notorio crimine.

a ¶ Quod autem. ] Tu dicas, quod in manifeſtis requiritur ordo iuris 11. quæſtio. 3. eorum ſed non in notorijs, vt dicam infra. ea. manifeſta. & habes extra de iureiurand. ad noſtram 3. Et notandum, ꝙ quędam ſentẽtia eſt diffinitiua, quędam interlocutoria, quædam præcepti. Quælibet iſtarum requirit ordinem iuris, & ſi difinitiua ſententia fuerit lata, omiſſo ordine iuris, ipſo iure nulla eſt, vt infra ead. quæſtio. ſexta, §. diffinitiua. Hoc tamen ſcias, quod duplex eſt ordo iuris. Vnus qui eſt de natura, ſiue de ſubſtantia iudiciorum, ſcilicet, vt quis poſt citationem habeat inducias, vt fiat litis conteſtatio, & teſtes recipiatur, & quòd ſententia feratur in ſcriptis, ſi contra hunc ordinem feratur ſententia. non tenet, dicto §. diffinitiua. Eſt alius ordo. qui non eſt de ſubſtantia iudiciorum, ſcilicet vt ſententia non feratur ſub conditione, & non prius pronũcietur de poſſeſſione, quàm de proprietate. ſi tamen hoc non ſeruatur, nihilominus tenet ſententia, infra ea. quæſtio. 6. biduũ. & C. de appel. l. 1. Item ſententia interlocutoria ſiue ſit excommunicationis, vel ſuſpenſionis, vel miſſionis in poſſeſſionem, requirit ordinem iuris. De ordine excommunicationis ſententiæ, habes infra ead. nemo. & 34. quæſt. 3. de illicita. & melius extra de ſenten. excommun. ſacro. De ordine ſuſpenſionis habes infra ea. nomen. Si tamen iſte ordo non fuerit ſeruatus, tenet excommunicatio vel ſuſpenſio, vt 11. quæſtio. 3. ſi epiſcopus. Item in ſententia miſſionis in poſſeſſionem requiritur ſemiplena cauſæ cognitio, vt extra, vt lit. non conteſt. quoniam frequenter. in fi. Et ſiue talis ordo fuerit ſeruatus, ſiue non, ſi abſens poteſt probare ſe non fuiſſe contumacem ſententia talis retractatur, vt extra de ſen. & re iud. cũ Bertholdus. & ff. quib. ex cau. in poſ. ea. Fulcinius. §. quid ſit autem latitare, & ff. de priui. cred. Imperatores. Sententia præcepti eſt, cum iudex ſine cauſæ cognitione præcepit alicui, vt ſoluat alij decẽ, quæ petit. ſi ille ſoluat, & pecunia illa debita eſt, licet iudex præceperit a iniuſtè, tamen non poteſt repeti pecunia, ut ff. quod met.

QVòd autẽ. ] Hęc quęſtio diuiditur in quinque partes, in quarum prima probat per 13. auctoritates, ꝙ nullus ſine iudice debet damnari. i. niſi canonicè ſit damnatus Secunda ibi, [ His omnibus. ] Tertia ibi. [ Sed ſciendum. ] Quarta ibi. [ Quando vero. ] Quinta ibi, [ Quando autem. ] Ioan. de Fant.

Sententia eſt triplex.

Ordo iuris eſt triplex.

Snĩa miſſionis ĩ poſſeſſionem requirit ſemiplenã cauſæ cognitionẽ.

1 De iſta ſnĩa etiã hĩ ext. de verb. ſig. ex parte 1. in gl. vlti. ibi videas & de elec. dudũ 2. in glo. ſed pone, & 11. q. 3. in ſũma. Archi.

met.cau.l.vlt. A prædicta regula plerique doctores excipiunt infamatos, circa quos non requiritur ordo iuris. vt infra ead.q.5. presbyter, & extra de ſimon. quoties. quod non admitto, vt dicemus in loco ſuo in illo ca. presbyter, & in illa decret. quoties. habita fuit

interog.actio.de ætate. Ius ſit, extra de iud. at ſi clerici. Hoſtis. ff. de interrog.act.l.vlt. Nec natura neget. ff. de interrog.act.confeſſionib. Fauor. C.de libe.cā interrogatum. Et lis. ff.ad leg.Aquil.inde Neratius. §. vlt. Ius ve repugnet, ff.de paſt.ſi vnus, §. pacta. Melius, ff. de interro.

inf. ead.multi.

¶Damnari non valet, niſi aut conuictus aut ſponte confeſſus. Cap. I.

NOs in quemquam ſententiam ferre non poſſumus, niſi aut conuictum [a] aut ſponte confeſſum. [b]

In capitulis per. Hadrianum collectis, c.57.

*Item Conſtantinus Imperator.*

¶De eodem. Cap. II.

Capit.5.c.156.
Burch.l.16.c.6.
Pann.l.4.c.111.

IVdex criminoſum [c] diſcutiens, non ante ſententiam proferat capitalem, quàm, aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes [d] teſtes conuincatur.

¶ *Habetur caput hoc Cod. Theodoſ.l.9.tit.40.in legis prima interpretatione, itemque in capitulis Hadriani, cap. 57. & capitul.5.cap.156.*

*Hoc α Idem teſtatur Auguſtinus, & eiſdem verbis.*

α¶Hoc.] *Abſunt iſta ab vno ex per uetuſtis exẽplaribus.*

*Item Gregorius libro octauo, epiſtola 50.*

¶De eodem. Cap. III.

Anſ.l.3.c.30.

SIcut ſine iudicio quemquam nolumus condemnari, ita quę iuſte β [e] diffinita fuerint, nulla patimur excuſatione [f] differri.

β¶Iuſte.] *Abeſt vox iſta ab originali. In vna autem manuſcripto Gratiani eſt,* Iuſta ſunt diffinita ſententia.

*Item Eleuterius epiſcopus ad epiſcopos Galliæ.*

Anſ.l.3.cap.54.
Polyc.l.5.tit.1.
Pann.l.4.c.115.

¶De eodem. Cap. IIII.

† abſunt iſta ab originali.

NIhil [ cõtra † quemlibet accuſatum ] abſque legitimo, & idoneo accuſatore fiat: Nam & Dominus noſter Ieſus Chriſtus Iudam furem eſſe ſciebat: ſed quia non eſt accuſatus, ideo non eſt eiectus.

*Item Fœlix Papa 1. ad Paternum epiſcopum.*

cauſę cognitio. Item excipiũt dilapidatores, vt 3.q.2. qa ca. quod nõ eſt verum. quia hodie propter ſolã ſuſpicionẽ non remouetur quis ab adminiſtratione, vt extra de ſimo. licet Hely. Ioan. de Fant.

NOs in quemq̃.] CASVS. huius ca. eſt, quod non debemus aliquem condemnare, vel in aliquem ferre ſententiam, niſi probationibus vel confeſſione ſua conuincatur. Idẽ eſt caſus ſequentis cap.

Conuincitur qs quadrupliciter.

a ¶ Conuictũ.] Quatuor ſunt modi conuincendi, aut iure ſcilicet inſtrumẽtis vel teſtibus; aut facti euidentia, vt extra de coha.cle. tua. & infra eadẽ queſt. quæ Lotharius. aut iuris interpretatione, vt ſæpius citatum eſſe reum, vt 3. q.9. decernimus. aut violenta ſuſpicione ſeu præſumptione. 32.q.1. dixit. & C.de adulter. autheutica, ſi quis.

Sententia in confeſſum ferenda eſt.

b ¶ Confeſſum.] Habes ergo hic, ꝙ ſentẽtia ferenda eſt in cõfeſſum. hoc verũ eſt etiam ſi aduocatus alicuius cõfiteatur, nec reuocat cõfeſſionem ſuã, ut extra de ſen.e.olim. & eſt ferenda ſententia in confeſſum in cauſa ciuili, vt ff. de confeſ.l.Iulianus. & etiam in criminali, ut ff.de cuſto. & exhi. reo. ſi confeſſus. Niſi aliquis metu tormentorum aliquid confiteatur, dum eſt in carcere. tali enim confeſſioni non ſtatur, vt ff.de quæſtio.l.1.§. diuus. & §. ſi quis. ultro. niſi poſt tormenta in confeſſione perſeueret, ut ff.de quæſtioni.l.1.§. quæſtio. mentitur ergo lex: quæ dicit quod nullæ ſunt partes iudicis in conſitentem. ut ff. ad leg. Aquil. proinde. §. ulti. Sed dic quod nullæ ſunt, quantum ad examinationem cauſæ, ſunt tamen aliquæ quantum ad prolationem ſententiæ. Vel dic, quod ſi poſt receptionem libelli & inducias datas, reus confitetur, tunc iudex fert ſententiam, ſed ſine omni correctione libelli. Si ex abrupto confiteatur, tunc non eſt ferenda ſententia: ſed iudex ſimpliciter pręcipiat ei ut ſoluat. ff. de iud. ſi debitori. Quæ autem confeſſio præiudicet, his uerſibus collige.

Confeſſioni metu tormẽtorum factæ non ſtatur.

Confeſio confitenti non nocet, niſi multa concurrant.

Maior, ſponte, ſciens, contra ſe, ius ſit & hoſtis.
Nec natura neget, fauor & lis, ius ve repugnet.

Maior. ff.de confeſ.certum.in ſi. Sponte. 31.q.2. Lotharius. Sciens. C.de iur. & facti igno. error. Cõtra ſe. ff. de interro.act.l.ſi is cu ius. 32.q.1. ſolet quæri.

c ¶ IVdex criminoſum.] Id eſt, cauſam criminalem.

d ¶ Per innocentes.] Id eſt, bonos.

SIcut.] Caſum ſic pone. Sicut non debemus aliquem ſine ordine iudiciario, & cauſa cognita condemnare; ita & ſententia iuſte lata contra eum, ſtatum debet executioni mandari.

e ¶ Quæ iuſte.] Id eſt, ſecundum ordinem iuris. licet enim ſciat eam executionem iniuſtam quantum ad ius litigatoris, tamen eam exequitur. 1. ut extra de offi. dele. paſtoralis. niſi ſit lata per falſa inſtrumenta. C. ſi ex fal. inſtru. vel teſti.l. iudicati. extra de re iudic. de cætero. & de cri.fal. ſuper eo.

1 Nam quiſtum ad ipſos litigantes ius ex ſnia factum fuit poſt quã in rem tranſijt iudicatam. extra de re iud. cũ inter in ſi. Arch.

f ¶ Excuſatione.] Niſi incontinẽti obijciatur exceptio, ut extra de teſti. veniẽs 2 & ext. de reſt. ſpo. litteras. Dic ut notaui 11.q.3. cũ apud extra de of. le leg. quærenti. ADDITIO. Et not. extra de in inte. reſt. ſciſcitata. Archid.

NIhil.] CASVS. Dicitur hic in c. iſto. ꝙ nullus debet abſque accuſatore damnari & hoc probatur exemplo Domini, qui licet ſciret Iudam eſſe furem, tamen eum non eiecit, cum accuſatus non fuiſſet.

Primates.]

PRimates.CASVS.Dicitur hic, ꝙ ſi cauſa coram primatibus agitatur de crimine, ꝙ non dēt accuſatus condemnari niſi cōuictus,vel confeſſus. Quòd ſi aliter factum fuerit, ſnīa irritabitur & retractabit à ſynodo.
a ¶ Primates.]Ideſt,epiſcopi.5.q.2.ſi primates.
b ¶ Sen-

ri debet,alioquin eſt tolerādus: & loquitur hoc c.de Iuda,& c.ſuperius ſcilicet,[Nihil,&c.] Secunda pars incipit ibi,[Bene dixit.
d ¶ Vnus ex vobis.]Arg.qđ de vno dr, de alijs negatur vt 45.diſt.diſciplina.ſic.ff.de iud.cum prętor.ſup.25.d.qualis.C.de procur.maritus.

ſup.c. in ſū. ver. hoc tamen.Arch.

¶De eodem. Cap. V.

Et Zepherin⁹ epiſ. 1. ad epos Siciliæ, vſq; ad verſ.Aliter. Anſ.l.3.c.68. Burch.l.1.c.157. Iuo p.5.c.245. & 247. Pan.l.4.c.15. 11.q.3.irritam.

† ] Abeſt ab epiſ.Zepherini.

PRimates [a] accuſatum diſcutientes epiſcopum, non ante ſententiam [b] proferant damnationis: quam Apoſtolica freti auctoritate,α aut reum ſe ipſe confiteatur,aut per innocentes,& [canonice † examinatos regulariter teſtes conuincatur. Aliter irritam eſſe cenſemus; & iniuſtam epiſcoporum damnationem;& idcirco a ſynodo retractandam,[c] ita ut oppreſſis ab omnibus in cunctis ſubueniatur cauſis.

α¶Apoſtolica freti auctoritate.] *Hac addita ſunt ex epiſtola Fœlicis,& Zepherini. Nam damnari epiſcopi ſine conſenſu, & auctoritate Romani Pontificis nec tunc poterant,nec nunc poſſunt.3.q.6.c.diſcutere. & alibi.*

Zepherinus loco ꝓxime indicato.

*Item decreuit Zepherinus Papa.*

*Item Auguſtinus.*β

β¶ Auguſtinus.] *Sic in multis vetuſtis exemplaribus, quamuis uerba huius capitis apud ſanctum Auguſtinum non ſint inuenta.*

Multi per tolerantiam ſuſtinendi ſunt,quamuis ſententia diuini iudicij ſint condemnati. Cap. VI.

Matth.26.

VNus ex vobis [d] me traditurus eſt. ¶ Bene dixit, ex vobis,& non ex nobis.Ex vobis enim eſt,a quibus per iudiciariam poteſtatem confeſſus,aut conuictus,excluſus non eſt:A me verò, qui nullis indigeo argumentis,& omnia certiſſime noui,ſeparatus & diuiſus eſt:Tale enim eſt,ac ſi diceret; etſi ego eum per occulti iudicij ſententiam damnatum habeo; vos tamen adhuc illum per tolerantiam ſuſtinete. [e]

*Item Gregorius Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniã, lib.11.epiſt.50.*

¶Nullum ſeruetur iudicium,niſi rationabiliter habitum. Cap. VII.

Anſ.l.3.c.93.

IN pri-

e ¶ Suſtinete.] Etiã in publica cōione, vt ext.de off.ordi.ſi ſacerdos.& 6. q.2. ſi tantam epiſcopus.

IN primis.] CASVS. Presbyter q̃dam, & duo epiſcopi.ſ.Ianuarius &Stephanus dicebantur iniuſte cōdemnati: quare Dominus Papa committit negotiū iſtud Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniam. Diuiditur ergo c. iſtud in quatuor partes in 1. parte mādat inquiri de perſona presbyteri hoc modo, vt ſi inuenerit eum iniuſte damnatum, reſtituatur. Si autē aliquid obijcitur cōtra eū, cognoſcatur de hoc eo pſente, & pro ſe rōnem reddente, & quęratur diligēter, vtrū in exilio dēat demorari, vel an debeat ad ſuā eccleſiā reuocari.In 2. parte mandat Papa inquiri de perſona Ianuarij epi.vtrū cōmiſerit crimen dānatione dignum: & ſi nō cōmiſerit, eccleſiæ ſuę & honori ſuo reſtituat.Eps aūt, qui in loco eius ſubſtitutus fuerit, ab omni honore eccleſiaſtico deponatur,& tradatur eidē Ianuario cuſtodiendus,vel ad ſedē Apoſtolicā tranſmittat.Si uerò mortuus eſt,& alius loco eius ſubſtitutus, remoueat ab eccleſia:ita tamen,ꝙ in alia eccleſia poſſit eligi,nunquam ad illam reuerſurus,de qua remotus eſt.Ipſi verò q̃ ſubſtitutū ordinauerūt,per ſex mēſes in monaſterio detrudantur à communione ſuſpenſi, niſi in mortis articulo. Sed ſi metu ipſius principis,ſe dixerit feciſſe, tempus pœnitentiæ abbreuietur. Inſuper compellatur Comitiolus reſtituere omne damnum eidem epiſcopo,qđ ſcilicet per illius violentiam eſt paſſus,præſtito prius iuramento ab eodem Ianuario. In tertia parte mandat Papa inquiri de Stephano, vtrum crimina,quæ ei obijciebantur,eſſent uera,uel nō vera,& ſi ordo iudiciarius fuerit in eo ſeruatus, & quales accuſatores, & quales teſtes fuerunt,& qualiter ſententia lata fuerit. Si uerò crimina falſa fuerunt,eccleſię ſuę reſtituatur,& illi qui iniuſte damnauerunt eum,ſex menſibus in monaſterio detrudantur excōmunicati. De pœna ſubſtituti,& ordinantium eum, & de pœna Comitioli idem dicitur, qđ dictum eſt in perſona Ianuarij. In quarta parte probat,

b ¶ Sententiam.]Excommunicationis,quam ferre poſſunt in epm:ſed nō damnare,vt ſup.diſt.12.de his, 1 in fi.inf.q.3.ſi quis eps.inf.3.q.6.quamuis,&c.ſeq.niſi ſit ſynodus congregata auctoritate Papæ,vt 5.q.4.c.1.
c ¶ Retractandam.]Sed qualiter retractatur ſententia, quæ nulla eſt ipſo iure? nam nec in ſentētia excōicationis neceſſaria eſt abſolutio,ſi ſnīa nulla eſt,vt ex.de off. deleg.c.cum cōtingat.& extra de ſent.excom. per tuas. & id quod nullū eſt,rumpi nō poteſt.ff.de iniu.& rup. teſtam.nam & ſub cōditione.& vbi nulla eſt obligatio, ibi nulla eſt liberatio.ff.de ver.oblig.decem ſtipulatus. ſed hic retractatur de facto:a ſicut aliquis abſoluitur de facto.extra de appel.ad præſentiam, ſicut depoſitus de facto reſtituitur,ut 16.q.1.frater noſter.

VNus ex vobis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Dñi ad diſcipulos,ſcilicet. Vnus ex vobis me traditurus eſt.in ſecunda parte ponūtur verba Auguſtini exponētis verba Dñi quibus probat,ꝙ conuictus, uel confeſſus cōdēna-

Epm damnare quis pōt 1.al.pceptis. a Snia nulla an poſſit retractari. a Nam ſnīa lata contra iuris ordinē iudiciarium ipſo iure nulla & irrita ē, nec indiget retractatione maiore, q̃a noui eſt ſm Hug. & adde qđ no.



Oo 3

bat, ꝙ circa ea non fuit ordo iudiciarius obſeruatus. Nam ſacerdos tentum coram ſuo epiſcopo erat conueniendus, vt probatur cauſa 11. Similiter de Ianuario actum eſt contra leges, cum fuerit de eccleſia ſua violenter abſtractus. Nam qui hoc faciunt, capite puniũtur, vt probat lege ſeq. ſi quis in hoc. Deinde multipliciter probat, quòd circa perſonam Stephani nõ fuit ordo iudiciarius obſeruatus: qa fuit à non ſuo iudice cõdemnatus, & ſi metropolitanũ non habuit, erat ad ſedẽ Apoſtolicam remittẽdus. Item quia fuit a ſeruis accuſatus, qđ fieri non debuit etiã in crim. læſæ maieſtatis, cũ. ſ. fuerit bonæ opinionis, & qa eo abſente uiliſſimi teſtes contra eum recepti ſunt, nec etiã ſnia lata fuit in ſcriptis: quòd fieri non debuit. Et hoc ꝓbatur duab. legibus. & ſeq. c. Secunda pars incipit ibi. [ De epi perſona. Tertia ibi. [ Quam igitur Stephanus. ] Quarta ibi. [ De perſona presbyteri.

Cauſa pauperis eſt tractanda prius quã diuitis.

a ¶ In primis. ] Arg. ꝙ prius eſt cã pauperis tractanda quã diuitis, vt 16. q. 6. đ lapſis. & C. de epiſc. & cler. ſi quis ad declinãdã. Sed dic, ꝙ hic vltimo iubet tractari cauſa epiſcopi, ut eo melius memoriæ commẽdetur, vt inf. de conſ. d. 2. liquido.

1 Vel dic, ꝙ aliquis det eſſe ordo poſtulantium, ne ſi honori poſtulantiũ locus detur mediocres deſideria ſua non proſequãt. ff. de off. proc. nec q. l. quam. §. obſeruare. ſm. Laur.

1 Sed quare iubet inquiri. ſ. an ordo iuris fuerit ſeruatus, cum ipſi depoſiti eſſent a non ſuo iudice, unde ſtatim deberẽt reſtitui? Dic quòd hoc fuit propter ſcandalum Comitioli, & eſt ſi. 3. q. 6. hęc quippe.

non[a] requirendum eſt de perſona presbyteri dilectiſſimi† [b] fratris, & coepiſcopi noſtri Ianuarij, & ſi ita ſe veritas habet, ſicut eiuſdem epiſcopi petitio cõtinet, in eccleſia, atque in loco ſuo, modis omnibus idem presbyter reuocetur. Si autem dictum fuerit; quia contra ipſum cauſa aliqua mota, ſiue probata [c] eſt, ſubtiliter ipſo præſente, [d] & pro ſe rationem reddente, quærendum eſt & genus cauſæ, [e] & modus ꝓbationis, [f] vt ex hoc colligere valeas, vtrum adhuc in exilio α demorari, an certe in eccleſia ſua, & officio ſuo debeat reuocari. ¶ De epiſcopi ſupradicti perſona hoc ſtatuendum eſt, vt ſi nulla, contra eum criminalis cauſa, quæ exilio, vel depoſitione digna eſt, mota ſiue probata eſt, is qui eo ſuperſtite epiſcopus peruerſe, [g] ac contra canones in eccleſia eius ordinari præſumpſit, ſacerdotio priuatus, ab omni eccleſiaſtico miniſterio repellatur. [h] Qui etiam eidem dilectiſſimo Ianuario fratri, & coepiſcopo noſtro tradendus eſt, vt ab ipſo [i] in cuſtodia habeatur, aut certe ab eo ad nos per omnia tranſmittatur. Epiſcopi verò, qui eum ordinauerunt, vel ordinationi eius conſentientes interfuerunt; ſex menſibus [k] Dominici corporis & ſanguinis communione priuati, agere pœnitentiam decernantur in monaſterio, & ſupradictus Ianuarius loco, & ordini ſuo modis omnibus reformetur. Si verò communione priuatis, mortis contigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autem epiſcopi in præiudicium condemnationis, vel depoſitionis memorati Epiſcopi, ſe metu [l] iudicis conſenſiſſe, ac talia feciſſe non ſua ſponte, [m] faſſi fuerunt; & tempus eis abbreuiandum eſt, & modus pœnitentiæ temperendus. Si verò ille, qui locum eius inuaſit, de hac fortaſſe luce migrauit, & alter eſt ordinatus, quia leuioris† [n] culpæ videtur (cũ non quaſi iſti ſuperſtiti, ſed ſuc-

† forte legendum. ] & dilectiſſimi.

† al. lenior culpa.

c ¶ Presbyteri dilectiſſimi. ] Tranſitiue ponitur.

c ¶ Mota ſiue probata. Siue, pro &: & tũc planum eſt. non enim eo ſolo, ꝙ quis eſt accuſatus, reus eſt, ut 15. q. vlt. c. vlt. Vel dic, mota, ita ꝙ ſit infamatus, & in purgatione deficiat. hoc enim ſolum ſufficiat ad depoſitionẽ, vt ext. de ſim. de hoc. &c. inſinuatum. hoc uerum eſt, qñ crimen, in quo deficit, inducit depoſitionem.

d ¶ Præſente. ] Et intelligẽte. alias nõ diceret ꝓſẽs. ff. de ver. ſig. corã Io. Quid iuris ſit de hoc habes. 2. q. 9. in ſu.

e ¶ Et genus cauſæ. ] Scilicet an ſit ciuilis, an criminalis, quia alij teſtes admittuntur tam in una quam in alia, ut 14. q. 2. ſuper prudẽtia. Vel dic, genus cauſæ. i. an tale ſit crimen quod inducat depoſitionem, uel non quia non omne crimen inducit depoſitionẽ. d. 81. Apoſtolus. & 5. q. 4. in loco. 15. q. 8. in ſum.

Criminis ꝓbatio an ſẽꝑ remoueat promotum.

f ¶ Modus probationis. Non intelligas, vt inquiratur, an ciuiliter an criminaliter agatur. nam propter crimen ciuiliter probatum remouetũr quis a beneficio, ut ext. de off. cuſt. c. 1. extra de fideiuſſ. peruenit de iureiurand. querelam. Sed dic modus probationis. id eſt, an excipiẽdo, uel denunciando, uel alio modo probatũ ſit crimẽ? quia ſi excipiendo, uel denunciando, nõ eſt remouẽdus, vt ex. de acc. ſuꝑ his. Si aũt directo agatur de crimine, licet ciuiliter, bene remouetur ab adminiſtratione: ſed non a dignitate, vt extra de ſimo. per tuas. in fi.

g ¶ Peruerſe. ] Quod iuris de hoc ſit, habes 3. quæſt. 9. in ſumma.

ADDITIO. De hoc etiam no. extra de do. & contu. ueritatis. Et no. ꝙ pręſentia & abſentia dicitur multis modis, prout no. ff. de procu. præſens.

h ¶ Repellatur. ] Niſi feciſſet ignoranter, ut inf. 7. q. 1. præſentium. &c. cum qui.

i ¶ Ab ipſo. ] Non vt ab ipſo iudicetur, ut inf. .q. 5. quia ſuſpecti.

k ¶ Sex menſibus. ] Poſt hoc tempus forte ipſo iure reſtituuntur, arg. ff. de poſtu. l. Imperator. ſup. d. 50. ſi illic. contra, ſed ibi erant detruſi in monaſterium, ut ibi perpetuo eſſent.

Metus quãq; attenuat peccatũ. Fides mala defuncti, an noceat ſucceſſori.

l ¶ Metu. ] Metus hic attenuat peccatum, ut ext. quod met. cau. ſacris. quandoque penitus excuſat, ut 50. d. presbyteros, quandoque in nullo excuſat, ut inf. de conſec. d. 4. cos. & 11. q. 3. quiſquis.

m ¶ Sua ſponte. ] Arg. ꝙ mitius agit cũ ſpõte confeſſo, ꝙ cum conuicto, ut 50. d. c. 3. arg. ext. de elect. innotuit.

n ¶ Quia leuioris. ] Cum enim ſit ſingularis ſucceſſor, mala fides defuncti non nocet ſucceſſori. Secus ſi eſſet vni-

vniuerſalis ſucceſſor. C. de acquir. poſt. l. vitia. & ff. de di. & temp. pręſcr. l. an vitium, & l. cum hæres, purgatur ergo hoc vitium per ſucceſſorem. ſic extra de fil. preſbyter. ex tranſmiſſa, vnde dicit lex, ꝙ non videor vi poſſidere, ſi recipiam poſſeſſionem ab eo, qui poſſidet, licet ille.

ſuum, vt C. de fi. inſtr. l. vlt. eodem modo probat ſibi aliquas mobiles eſſe ablatas. C. vnde vi. ſi qn̄. extra, quod me. cau. c. vlt. Hoc tn̄ teneas pro certo, ꝙ nullus in principali cauſa condemnatur in expenſis poſtquam iurauit de calumnia, cum poſtea præſumatur bona fide litigare 2. vt ff. de leg. 2. qui ſolidū, & in hac opi. fuit Ioā. Cremonēſ. & alij doctores legū, unde dixit Bulgarus, exceptionem facit contumacia abſentis actoris, & iuſta ignorantia. Ioan. Et ita ſeruatur de facto in hac ciuitate Bononienſi. Sed in cā appellationis indiſtinctè quilibet cōdemnatur. ut 2. q. 6. omnimodo. Bart.

c ¶ Dato ſacramento.] Si aliter nequit probare. C. unde ui. l. ſi quando. Io.

d ¶ Accuſatores.] Id eſt, accuſator non n. plures accuſatores admittuntur 3. quia poſſet eſſe, ꝙ unus probaret, & alter deficeret in probatione: ſed ſi plures ſūt, iudex eliget magis dignū, ut ff. de acc. l. ſi plures tamen in accuſ. tantum præiudicabit eis, quod qui ſemel apparuerit inter accuſatores, non poteſt poſtea in illa cauſa teſtificari, ut

2 Contrariū tn̄ tenēt Pe. d Bel. & Cy. & Bar. in au. gn̄aliter. C. d̄ epiſ. & cl. & Bartol. & Imol. in l. q ſolidū. §. ēt. ff. de le. 1. & Batt. in l. cū quē temerè. ff. de iudi. & in l. 1. uer. uenio, & c. ad Tur. & Ioā. A. in c. calūniā de pœ. Idem tenet Gul. de Cu. ī l. 3. ff. de iu rein. & Bal. in dicta. auth. gn̄aliter, poſt Oldra.

3 Idem tenet gloſſ. & ibi Pet. de Bel. perti. & Cy. in l. ſi accuſatoribus. C. d̄ accuſ. Bar. in l. 3. §. ſi plures. ff. de ſepul. uiola. licet ſit cōtra ext. de col. detegen. c. 1. ubi de hoc. & extra de pur. cano. vbi de hoc. Arc.

ceſſiſſe defuncto videatur) epiſcopatus illi officiū in illa eccleſia tātummodo interdicatur, vt in alia eccleſia, quæ ſacerdote vacauerit, ſi electus fuerit, poſſit eſſe eps; ad Malachitanam tamē eccleſiam nunquā aliquo modo reuerſurus [a]. ¶ Glorioſus aūt Comitiolus; quidquid prædictus eps per violentiā, atq; inſecutionem ipſius expēdiſſe [b], vel damnū pertuliſſe dato ſacramēto [c] firmauerit, eidē epiſcopo reſtituere compellatur †. Si aūt aliter, quàm antefati epiſcopi petitio continet, actum eſſe forſitā perhibetur, ſubtiliter quærendū eſt, & veritate cognita, cū Dei timore, quod iuſtitiæ ordo ſuaſerit, iudicādū. ¶ Quia ergo Stephanus epiſcopus odio † ſui quædam ficta, & de falſis ſe capitulis accuſatum neque aliquid ordinabiliter factum, ſed iniuſtè ſe aſſerit condemnatum, diligenter quærendum eſt primo, ſi iudicium ordinabiliter eſt habitum, ideſt †, ſi alij accuſatores [d], atque alij teſtes fuerunt. Deinde cauſarum qualitas eſt examinanda; ſi digna exilio, vel depoſitione fuit; ſi eo † pręſēte [e], qui accuſatus eſt iureiurando contra eum teſtimonium dictum eſt, ſi ſcriptis actum eſt, vel ſi ipſe licentiam reſpondendi, & defendendi ſe habuit. Sed & de perſonis accuſantium, ac teſtificantium ſubtiliter quærendum [f] eſt, cuius conditionis, cuiuſve opinionis, aut ne inopes ſint, aut ne fortè aliquas contra prædictum epiſcopum inimicitias [g] habuiſſent: & vtrum teſtimonium ex auditu [h] dixe-

† al. condemnatur.

Iuo p. 6. c. 343.
Pann. l. 4. c. 82.
† al. in odio ſuo.

† al. aut ſi alij accuſatores, alij teſtes fuerunt.
† al. aut ſi.

ille uitiosè poſſideat, ut ff. uti po. l. ſi duo, & ſi extra de reſt. ſpol. cum ad ſedem, in fi. Ioan. Hodie tamen ſpoliatus poteſt conuenire quemlibet poſſeſſorem condictione ex canone, ut extra de reſt. ſpo. ſæpè contingit Ba.

ADDITIO. Ad huius glo. declarationem uide quod le. & not. extra de iud. quia. V.

a ¶ Reuerſurus.] Arg. ꝙ dignitas non conualeſcit in inuaſore, ſi eiectus moritur, arg. infra 21. q. 1. relatio.

b ¶ Expendiſſe.] De expenſis conſueuit notari extra de pœ. calumniam. immo melius de do. & contu. cum dilecti. ſed hic aliqua adijciam. Dico ergo, ꝙ omnes expenſæ ſoluuntur, quæ factę ſunt in eūdo, & redeundo extra de elec. ut pteritæ, ēt circa aduocatum, ut C. de iud. l. ſancimus. & hoc obtinet cum uictus ſuccumbit uictori; ſecus eſt ſi quis condēatur pro contumacia 1. tunc. n. tn̄ ſoluit expenſas factas à tempore contumaciæ, ut extra de do. & contu. cum dilecti, illas tn̄ expenſas dico deducendas, quas domi conſueuit facere, ut ff. ad exhi. ſed & ſi. §. 1. & ff. de pe. hæ. l. ſed & ſi. §. q̄d aūt. ff. de rei uendi. ſi res. nec illas petit, quæ caſu fortuito factæ ſunt, ut ff. mand. l. inter cauſas, §. non omnia. Item iſtæ expenſæ erunt mediocres. & non delicatæ, ut ff. de pig. ac. l. ſi ſeruos in fi. & ff. de dam. infec. inter quos 1. §. 2. & l. ſeq. ſolas enim illas præſtabit, quæ pp ipſam cauſam factæ ſunt, ut extra de ſeq. & po. & fructu ad hoc in fi. & ſolas neceſſarias non utiles præſtabit, ut extra de eo qui mit. in poſſ. cum ueniſſent, in fi. Illud aūt non obſtat ei, ꝙ minores facere potuiſſet, ut ff. man. l. ſi quis. §. impendia. Item iudex prius taxabit expenſas, quam pro eis iuretur, ut 3. q. 3. §. ſpatium, uer. quod fieri & eſt iſtud ſpeciale, quod probatur aliquid proprio iuramento, & hoc ideo eſt: quia res talis aliter nequit probari, ſic per ſacramentum ſuum probat ſe aliquis perdidiſſe inſtrumētū

Expēſarum materia.
1 Cōe eſt in quolibet cōtumace, ut ī expenſis cōdemnetur: ſiue uincat in cā pricipali, ſiue ſuccumbat. C. de iu. properādū. §. ſin aūt ex geſtis, & ſic no. Inn. ext. lib. 6. de ap. cordi. in fi. Archid. Iuſm de calumnia pſeruata cōdemnatione expenſarum.

extra de accuſa. c, cum P.

e ¶ Si eo præſente.] Teſtes iurare debent præſente utraque parte, uel altera p contumaciā abſente. extra de teſti. in nomine Domini, ſed teſtimoniū nō debent dicere coram partibus, exēplo Danielis, qui ſolus ſecrete quærebat a teſtibus 2. q. 7. §. his ita uer. item Daniel. Ego credo, ꝙ quæcunque pars uelit intereſſe interrogationib. 4 ꝙ poteſt, quia partes melius nouerunt quærere omnes circunſtantias, & hoc probatur. ff. de adul. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. ſed hoc ſciant partes, quod quæcūq; pars ſemel interfuit, a modo non poteſt alios teſtes producere ſuper illo articulo, ut extra de teſti. fraternitatis. in auth. co. 6. quia uero coll. 7. Ioan. Sed certe ſicut teſtimonium dicitur in ſecreto, ita & interrogationes fiūt in ſecreto, & dantur in ſcriptis: & ita ſeruatur de facto. Barth. Brix.

4 Iſtā gl. ſequitur Alex. de Imo. in l. 2. apud. col. 2. C. de edē. & adde In. in c. p tuas. de teſti. & Spe. in tit. de teſtib. §. iā de interrogatorijs.

f ¶ Quærendum.] Sed non uidetur hoc mō eſſe quærendum: cum exceptio, quæ teſti. eſt obijcienda, ante publicationem debeat opponi, ut extra de teſtib. præſentium. & quia non refert cuius opinionis teſtis ſit, dummodo eo tempore quo tulit teſtimonium, nihil fuit obiectum teſti, ut C. de teſti. l. 1. Reſpond. reus bene obijcit, ꝙ teſtes tales non eſſent admittendi, ſed iudex ſpretis iſtis exceptionibus admiſit eos 5. unde in hoc caſu poſt ſententiam debet inquiri de opinione teſtiū. 6. ut extra de teſtib. ex parte Adæ. uel reo abſente fuerunt ibi teſtes inducti: & cum iudex de ſuo officio deberet inquirere de opinione teſtium non quæſiuit.

Exceptio in teſtē qn̄ eſt obijcienda.

5 Adde Bal. in l. criminis. C. d̄ ac. & Alex. de Im. in l. ita demū. col. 2. de procur.

6 Vt ſ. ea. q.

g ¶ Inimicitias.] Capitales, ut extra de ſimo. per tuas & in auth. de teſti. §. ſi quis uero odioſus, inſtit. de excuſ. tuto. §. inimicitiæ, infra 3. q. 5. c. 2. 7. quærēdū.

h ¶ Ex auditu.] Inf. q. 9. teſtes, tamen de auditu, & de credulitate quæritur a teſte, extra de teſti. cum cauſam.

indicis.& ſi nollet epiſcopus diſpenſare, petet hoc à ſuperiore.& eſt ſi.extra de iure patro.nullus.

a ¶ Quod ex laicis.] Supra 77.diſt.monachus.ſup.59.diſtin.ſi officia. contra ſupra diſt. 61. quid proderit. contra,ſup.d.61.c.1.& 2.contra. Sol.ibi ius commune, hic diſpenſatio.

b ¶ Quia remiſſio.] inf. 23.q.4. eſt iniuſta in fi. cōtra, ſ.d. 93. peruenit. & 35. q.9.loci, ſ. 21.q. 2. placuit.Sol.ibi factū reſpicit, hic ius. & expone qđ ſeqtur.

c ¶ Non dat.] ideſt. nō debet dare. nam leges, quæ periuria puniunt,&c.C.de ind.vidu.l.2.arg.C. vnde vi,meminerit, inf.de conſ.d.4.quæris arg.de pœ.diſ.3. §.ſed verba.& c. ſanè.Sed aliud eſt impunitatis occaſionē amplius peccādi cōfidentiam ſumere: qđ ibi dicit, aliud pro vno cōceſſo reliqua ſimilia vſquequaque concedere: quod hic negatur. Vel dic non dat, id eſt, non dare debet. VDDITIO. Sub. & nō dēt qs inde ſumere audaciā,& cōfidentiam delinquēdi. Dic ergo, remiſſio,ideſt,impunitas: ideſt, dipēſa tio qua impune peccata dimittuntur, non dat licentiam,ideſt laxamentum delinquendi in ſimilibus.ſecūdum Io. de Fant.

MAximum.] CASVS. Maximus Donatiſta fuit: ſed poſtea conuerſus ad fidem ex laico eſt in epiſcopū promotus. Leo Papa eū tolerat: mandat tñ ſibi,vt in libello ad Papā miſſo ſe eſſe catholicū manifeſtet.Sequens c.patet.in quo tolerat Donatum cum ſua plebe conuerſum.mandat tamen ei, vt mittat libellū in quo confiteatur fidem, & abneget hæreſim illam. & mandat Leo,vt hoc de cætero non fiat.

randa.quędam vero penitus amputanda,Illos ergo,quorum prouectio hoc tātum reprehenſionis incurrit,quòd ex laicis[a] ad officium epiſcopale delecti ſunt,locū ſuum tenere permittimus, non præiudicātes Apoſtolicæ ſedis* ſtatutis,nec beatorum Patrum regulas ſoluētes:quia remiſſio [b] peccati non dat [c] licentiam delinquēdi: nec qđ potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impune committi:ne quod ad tempus β pia lenitate cōceſſimus, iuſta poſt hac vltione plectamus.

α¶Exigūt cauſę.] *In ipſa epiſtola Leonis hæc antecedūt,* Cum ergo inter vos tātum valuerint aut ſtudia popularium,aut ambitus ſuperborū,vt non ſolum laicos,ſed ēt ſecūdarū. *(ſic enim recte legitur in epiſtolis cū alijs beati Leonis operibus Coloniæ impreſſis nō* ſæculariū,*vt in tomis conciliorum)* vxorum viros, aut viduarum maritos ad officiū cognoſcamus paſtorale prouectos;nōne aptiſſime exigūt cauſæ,vt eccleſiæ,in quib.iſta cōmiſſa ſunt, iudicio ſeueriore purgentur, & non ſolum tales præſules, &c. *Eſt vero caput hoc multis locis in ſummam redactum,omiſſa narratione delictorū illorum, quibus minime ſanctiſſimus ille Pontifex ignoſcit.*

β ¶Ne,quod ad tempus.] *Hæc,quæ repetūtur infra,cap. Conatum ſumpta ſunt ex ſecundo capite einſdem epiſtola.*

*Idem in eadem epiſt.c.3.*

¶Donatiſtæ,& Nouatiani,quamuis reprehenſibiliter ordinati,tamen ex neceſſitate tolerantur. Cap. XIX.

MAximum quoque ex laico, [d] licet reprehēſibiliter, ordinatum,tamen ſi Donatiſta iam nō eſt,& à ſpiritu ſciſmaticæ prauitatis alienus, ab epiſcopali,[e] quam quoquo [f] modo adeptus,eſt nō repellamus dignitate: [g] ita vt & ipſo libello [h] ad nos directo † catholicum ſe eſſe manifeſtet. † *al. edito.*

*Idem ibidem initio,c.3.*

¶De eodem; Cap XX.

DOnatum autem Salicinenſem † ex Nouatiano cum ſua(vt cōperimus)plebe conuerſum,ita Dominico volumus gregi præſidere,vt libellū fidei ſuæ ad nos meminerit dirigendum:quo & Nouatiani dogmatis dānet errorem,& pleniſſime confiteatur catholicam veritaté. Quæ enim nunc certarum remiſimus cōſideratione cauſarum,[i] antiquis [k] deinceps cuſtodiēda ſunt regulis;ne, † *al. Seminacenſem.*

Salua Apoſtolica auctoritate.

2 Vt ſit glo. planior sub. ſic dēt enim lex eſſe perpetua & cōmunis. 4.di. erit. niſi ex aliqua illarū cauſarum 29.diſt. ſciēdum. facta fuerit. quo caſu ceſſante cā. &c. Io. de Fant.

d ¶ Ex laico.] Iſte fuerat factus epiſcopus non ſeruatis interſtitijs temporū in minoribus ordinibus. 1 & ideo dicit tex.ex laico.arg.ſuperficiale pro illiteratis.ſup.61. diſt.c.1.2.& 3.& c.quid proderit.contra.Io.

1 De quib. hř 77. diſt. in ſingulis. & cap., ſeq. Archid.

e ¶ Ab epiſcopali.] infra 16.q.vlt.inuentum.

f ¶ Quoquo.] ideſt,non legitimo,ſicut illud: Quos genuit quocunque thoro.

g ¶ Dignitate.] Quid ſi patronus labitur in hęreſim: an reuerſus recuperet ius pat.quod habebat? Argum.qđ ſic extra de elect.quia diligentia. ff. de in ius voc. l. ſed ſi. ff.de bo.lib. l.3.§.ſi deportatus.Ioan.tamen ſi lata fuiſſet ſententia cōtra eum de amiſſione iuris patronatus, amplius non recuperet extra de diuor. de illa. extra de conuer.coniug.cap vlt.Ber.

h ¶ Libello.] infra 7.q.1.§.ecce.& c.qualiter.ſup.ea.q. ſi qui voluerint.

i DOnatum autem.] ¶ Cauſarum.] Collige ex hoc intelligentiam eius quod dici ſolet in literis, ſalua apoſtolica auctoritate.

k ¶ Antiquis.] ideſt, ſecūdum antiquas regulas. & ita niſi exprimeretur hoc, videretur conſtitutio perpetua. arg.C. de pœn.ſeruus. 2 Sed tamen quid iuris ſit ſuper hoc,

hoc not.61.diſtinct.§.ex his omnibus.

SAluberrimum.]CASVS.Dicitur in hoc cap.φ ſi quis clericus ab hæreſi ad eccleſiam reuertatur, profiteatur in ſcriptis hæreſim ſuam cum auctore eius eſſe dãnatam, ne amplius corrumpatur, cum ſuæ profeſſioni non nem fidei adhæſerunt hæreticis 1. ſup.ea.q.conuenientibus.

SI quis.]CASVS.Si quis pro aliqua hæreſi excommunicatus fuerit,non debet ad communionem admitti, niſi prius cum debita ſatisfactione fuerit in concilio reconciliatus.

1 In iſtis caſib. Papa ſibi reſeruat diſpẽſationẽ: & ĩ caſu quẽ habes, ex.de apoſta.c.vlt. vbi de hoc Arch.

quod ad tempus pia lenitate conceſſimus, iuſta poſt hæc vltione pleƈtamus.

† al. Iuliano.

*Idem Ianuario † epiſcopo Aquileienſi, epiſt. 2.*

¶ Redeuntes ab hæreſi, poſt publicam profeſſionem, in ſuis ordinibus recipi poſſunt. Cap. XXI.

Idem epiſt. 83. ad Septimum. Anſ. l. 12. c. 59. Iuo p. 6. c. 97. 1. q. 1. omnis cuiuſlibet.

SAluberrimum enim, & ſpiritualis medicinæ vtilitate pleniſſimũ eſt, vt ſiue presbyteri, ſiue diaconi, aut cuiuſlibet ordinis clerici, qui ſe correƈtos videri volunt, atque ad catholicam fidem, quam iampridem miſerãt, rurſum reuerti ambiũt; prius errores ſuos, & ipſos auƈtores errorum damnari a ſe ſine ambiguitate fateantur: vt ſenſibus [a] prauis etiam peremptis nulla ſperandi ſuperſit occaſio, ne vllum membrũ taliuñ poſſit ſocietate violari: cum per omnia illis profeſſio [b] proprie cęperit obuiare. Circa quos etiam illam canonum conſtitutionem præcipimus cuſtodiri, vt in magno habeãt beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, in quo inueniuntur ordine, ſtabilitate perpetua maneant: ſi tamen iterata tinƈtione non fuerint maculati [c].

In c. Martini Braca.

*Item ex concilio Martini Papæ, c. 36.*

¶Ab hæreſi redeuntes, hæreſim, & eius auƈtores publicè deteſtentur. Cap. XXII.

SI quis epiſcopus, ſiue alicuius epiſcopi presbyter, aut diaconus in alicuius hæreſis opinionem oſtenderit, & ob hanc cauſam fuerit excõmunicatus; nullus epiſcopus eum in communionem recipiat, niſi prius in communi concilio [d], porreƈto fidei ſuæ libello [e], ſatisfaciat omnibus, & ita liberam ſuam teneat purgationem [f]. Hoc idẽ, & de fidelibus laicis ſit decretũ, ſi in aliqua hæreſis opinione [g] fuerint nominati.

5 *Ecce quibus de cauſis quædã in eccleſia tolerãtur, quæ eiſdem ceſſantibus pia ſeueritate vindicantur. Quando aũt toleranda ſint, quando reſecanda, Gelaſius Papa diſtinguit [h] dicens epiſcopis per Lucaniam, epiſt. 1. c. 11.*

¶Quando in eccleſia, aliqua ſint toleranda. Cap. XXIII.

ET ſi illa [i] nonnunquam ſinenda ſunt [k], quę, ſi cæterorum [l] conſtet integritas, nocere ſola nõ valeant: illa [m] tamẽ ſunt magnopere præcauenda, quę recipi, niſi manifeſta decoloratione [n] non poſſunt. Ac, ſi ea ipſa [o],

d ¶ Cõcilio.] Hodie ſufficit ſolus epiſcopus. extra de hæret. ad abolendam. §. qa vero.

d ¶ Concilio.] Sup. 50. d. de eo.

e ¶ Libello.] Sup. ea. q. ſi qui voluerint.

f ¶ Purgationem.] idem etiã ſi de ſimonia ſuſpeƈtus ſit ext. de purg. cano. quoties.

g ¶ Opinione.] Sup. d. 30. c. vlt.

ECCE QVIBVS. Hæc eſt quinta pars q. in qua querit, qualiter debeat diſpenſari, quod probat p c. ſequẽs. Io. de Fan.

h ¶ Diſtinguit.] Et protinus agit de illis, quę diſpenſari ſolent.

ET ſi illa.] CASVS. Hugo. ſic ponit hunc caſum. Quãuis diſpẽſabilia ex cauſa qñque relaxantur. indiſpenſabilia: tamen nulla cauſa ſunt relaxãda, & ſi illa nunquã relaxari debent, niſi ex magna cauſa, quãto magis illa ex nulla cã ſunt relaxanda? h ¶ Beneuenta.] ſic ponit caſum Quãuis toleremus, quæ per exempla non nocẽt, in illis tamen diſpẽſare non debemus, quæ ſcandalum, vel deformitatem inducunt. nam ſi in præmiſſis tãtum pro neceſſitate, vel vtilitate diſpenſamus: quare his cauſis abſentibus iura communia mutilamus, quæ niſi p neceſſitate mutilari non debent?

i ¶ Et ſi illa.] Vt diſpenſabilia.

K ¶ Sinẽda ſunt. Id eſt diſpenſanda 2: & ita cęterorum improprie ſumitur. arg. ff. de nuno. patri. 26. d. deinde.

2 Loquit. n. in prin. d his q̃ diſpenſari poſſunt loã. 2 Sub. de quibus non eſt in benigniorem partem interpretandum, cũ ſint manifeſta. Hug.

non poſſit de cætero obuiare, & pro magno beneficio habeat, ſi adempta omni ſpe promiſſionis, in quo inuenitur ordine permaneat: dum tamen iterata tinƈtione non fuerit maculatus.

a ¶ Senſibus.] Ideſt, opinionibus hæreticorum.

b Profeſſio.] C. de non nu. pecu. generaliter. inf. 2. q. 1. legum. inf. 27. q. 1. omnes fęminæ. ext. de app. perſonas.

c ¶ Maculati.] Idem eſt ſi fuerunt rebaptizati. ar. de cõſecr. diſtinƈt. 4. qui ius, & c. eos quos. Vel ſi ad ſubſcriptio-

l ¶ Quæ ſi cæterorum.] i. quæ diſpenſari poſſunt.

m ¶ Illa.] Hoc de illis, quæ diſpenſari non poſſunt.

n ¶ Decoloratione.] Puta ſi eſſet latro, vel ebrioſus 3, vt extra de reg. iur. ſtetc.

o ¶ Et ſi ea ipſa.] Et ſic forma conſtruƈtionem, ſi illa nullatenus ſunt mutilanda, quæ nullo detrimento, &c. quanto magis nec illa ſunt mutilanda, & eſt ſenſus: ſi in

in diſpenſabilibus non debet iudex diſpenſare niſi ex magna cauſa, quanto magis in ijs quæ ſunt indiſpenſabilia, nullo modo debet iudex diſpenſare 14.d.c.2.
a ¶ Vel rerum temporumque. Vel perſonarum. nam pro qualitate perſonarum, & actio formatur, & condẽnatio moderatur.ff.

Diſpẽſandũ ſt ceteris ex auſis.

h ¶ Auguſtinus.]Sup.ead.q.1.quod quidam.
i ¶ Reiterari.] Vt ſup ea.q.1.ventum.
DAibertum. CASVS. Nezelon ordinatus fuit ab hæreticis in epiſcopum præter formam eccleſiæ, & ſic ordinem epalem non recepit, qui poſtea Daibertum præ-

quę nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerum temporumq; [a] cogit intuitus, vel acceleratæ [b] prouiſionis reſpectus excuſat; quanto magis illa nullatenus mutilãda [c] ſunt, quę nec vlla neceſſitas, nec eccleſiaſtica prorſus extorquet vtilitas?

*Aliquando enim pro neceſſitate, vel vtilitate eccleſiæ mutilantur, & laxantur præcepta [d] canonica.*

*6 Breuiter oſtendimus, qui reuertentes ab hæreſi, in ſuis ordinib.[e] valeant recipi, vel qui non. Nunc autem quæritur de ijs, qui ab hæreticis ordinati ſunt, ſi ad vnitatẽ catholicæ matris eccleſiæ redierint; vtrum in eodẽ ordine [f] iterum valeant ordinari. Semel enim conſecratus (vt ait beatus Gregorius [g]) iterum conſecrari non debet. ¶ Item ſacramenta, quæ ab hæreticis in forma eccleſiæ miniſtrãtur (ſicut Auguſtinus [h] teſtatur) reiterari [i] non dẽt; ne homini, ſed ſacramẽto videatur iniuria fieri. ¶ Sed illud Gregorij de his intelligitur, qui conſecrationẽ ſacerdotalẽ, vel epiſcopalem acceperunt; qui aut per manus impoſitionem, cum ad eccleſiam redeunt, effectum ſuæ vnctionis † accipiunt, aut ab eius adminiſtratione perpetuo ceſſare iubentur. Similiter illud Auguſtini de eadem myſtica vnctione, & de ſacramento baptiſmatis intelligitur. ¶ Sunt autem in eccleſia alij ordines, qui ſine ſacramentali vnctione, ſola epiſcopi benedictione, cum quadam vaſorum, vel indumentorum diſtributione præſtantur, vt ſunt leuitæ, & cæteri infra eos conſtituti. Hi quãuis ab hæreticis ordinantur, tamen ad eccleſiam redeuntes in eodem ordine (ſi aliàs digni fuerint) ab eccleſia ordinantur; nec fiet in eis reiteratio muneris, cum ab hæreticis nihil doceatur eis fuiſſe collatum.*

ſup.d.6ę.c.1.

ſu.ea.q.1. quod quidam.

† al.ordinat enis.

*Vnde Vrbanus ſecundus ſcribit Petro Piſtorienſi epiſcopo, & Ruſtico abbatis Vallis Vmbroſſæ.*

¶Redeuntes ab hæreticis ſunt ordinandi.
Cap. XXIIII.

DAibertum [k] a Nezelone, licet ſimoniaco, nõ ſimoniace eiuſdem confeſſione reperimus in diaconũ ordinatum: & beati [l] Innocentij Papæ ſententia conſtat declaratum, quòd Nezelon (quem conſtat ab hæreti-

Pan.l.3.c.81.

ſup.1.q.1.ventum.

de neg.geſt. Pomponius in negotijs Habes ergo hic cauſas, propter quas eſt diſpenſandum, ſcilicet cauſa vtilitatis, & neceſſitatis. Sed nunq d ex cauſa probabili, vr̃ arg. ꝙ ſic.57.diſt. cap.1.quod concedit Alanus. Ego cõtra 1. Nec obſtat 57. d.c.1. qa ſi poſt fides eius appareat probabilis, aboletur irregularitas ibi p̃ſumpta, & promouetur de iure communi.

1 Iſtud fuit dictum L.& in hoc ẽt reſidet.Ioã. de Fant.

b ¶ Vel acceleratæ.] Nam quæ de nouo emergunt, &c. ff.de interrog. act.de ęta.
c ¶ Mutilanda.] Diſpenſationes, quas extorquet neceſſitas ceſſante neceſſitate mutilandę ſunt: quę vero regulariter fiũt non, vt inf.9.quęſ.1. ab excõicationis. ſu. d.50. placuit ĩ.7.q. 1.mutationes.

Diſpenſatio nes quędam mutilandæ ſunt.

d ¶ Præcepta. Quędam, non omnia.
BREVITER. Hæc eſt 6. pars q. in qua quæritur, ſi ordinati ab hæreticis ſint iterum reordinandi, & dic, quòd non, ſi fuerint ordinati in forma eccleſiæ, & hoc probat per tres auctoritates. Ioann.de Fant.
CASVS. Hic mouet Gratia. incidentem, quæſtionem, vtrum ſcilicet ordinati ab hæreticis debeãt iterum ordinari. Et primo probat, ꝙ nõ, auctoritate Greg. & Auguſ. & poſtea ſoluit, & male, dicens, vt circa baptizatos, & ĩ ordine ſacerdotali, vel epiſcopali inuentes, ſacramentum non reiteretur. Ea vero quæ cum quadam diſtributione vaſorum, vel indumentorum præſtantur interueniente epiſcopali benedictione, vt ordo leuitarum, & inf.eum, ordines poſiti, reiterari poſſunt, cum ab hæreticis conferuntur: nec dicitur aliquid iterari, cum nihil ab eis ſit acceptum: ad quod inducit ſequens c.
e ¶ Ordinibus. Scilicet illi, qui coacti ſunt, vel ignorãter ab hæreticis ordinati ſunt.
f ¶ Vtrum in eodem ordine. Et dic ꝙ non, ſi in forma eccleſiæ ordinati ſunt. extra de apoſta. ex literis nec bene ſoluit hic Gratianus.
g ¶ Vt ait beatus Gregorius.] Sup.d.78.c.1.

præter formam eccleſiæ, vel cum forma (non refert) in diaconum ordinauit. Sed quia illum ordinem conferre non potuit, Daibertus nihil accepit ab eo. vnde Vrbanus cum diſpenſaret cum eo fecit illum ordinari auctoritate Damaſi Papæ, & Innocentij.
K ¶ Daibertum.] Per hoc c. probat Io. opinionem ſuam: .ſ. ꝙ baptizatus ab eo qui recepit vltimam manus impoſitionem extra eccleſiam, nihil recipit. Nos qui dicimus cõtrarium, hoc intelligimus cum non ordinabat in forma eccleſiæ.
l ¶ Et beati.] Et ita cum facit hic mentionem de illo c. ſupra 1.q.1.ventum eſt, intelligendum eſt illud, ſicut & iſtud de non ordinatis in forma eccleſiæ.

a ¶Quia

a ¶ Quia nihil.]Sup.ea.q.1.gratia.inf.de conſ.d.4.quo modo.arg.ſup.ea.q.1.qui perfectionem.
d ¶ Dare.]Arg.qui nihil habet, nihil dare poteſt. Argu. contra extra de elect.ſuffraganeis 1.Item arg. ꝙ pro nõ dato habetur quod datur ab eo,qui de iure dare non poteſt.

f ¶ Per illicitam.]Ideſt,non iuſtam.
g ¶ Vulneratum caput.].i.mentẽ macula culpæ,infectã.
h ¶ Medicinam adhibere.].i.reiterari, ut ita, & illud intelligatur de ordinatis in forma eccleſiæ.
i ¶ Reiterari.] Not.hanc expoſitionem, &c.& hæc expoſitio eſt ſubintelligenda ſup. ead. q.1. ventum, vbi eadem ſunt verba.
K ¶ Legitimè.]Ar. ex hoc loco, ꝙ ſi poteſtas trãslata eſt in aliquẽ,vt eligat epiſcopum, & ipſe minus bonũ eligit,iterum poſſit eligere. ar.7.q.1.factus 8.d. quæ contra. nam reproba pecunia non liberat debitorem. ff.de pig.act.eleganter.§.qui reprobos. & eſt arg.ad hoc extra de elec. in cauſis in fi.3. Arg.contra. extra de off.dele. in literis.nã functus ẽ officio ſuo[ſ]. Nam ẽt ipſi canonici male eligẽdo priuãt ptãte eligẽdi.ex.de ele. cũ in cunctis.& no. 4.61.d.ſtudui.Quid iuris ſit.not.in quæſtionibus Bar.
l ¶ Quomodo.] Sup. 19.d. ſm contra. Sed illud cum auctoritate tua generaliter eſt prohibitum: iſtud ĩ eccleſia catholica cõfirmatum. nam pro non dato habetur, & c.extra de iure patron.quod autem & ff.ſi quis cau.l.quoties.Arg. cõtra.ext. de iure patro.conſultationibus.

Qui nihil habet nihil dat

1 Et ext. de ſu.neg.prę l.cap.1.ubi de hoc pro. & contra ibi uideas.

c. ſequenti per illicitam.

cis ordinatum)quia nihil [a] habuit,nihil dare [b] potuit ei, cui manus impoſuit.Nos igitur tãti Pontificis auctoritate firmati, & Damaſi Papæ teſtimonio roborati, qui ait: [Reiterari [c] oportet, quod male actum eſt;] Daibertum ab hæreticis corpore & ſpiritu digreſſum, atq; vtilitatib. eccleſiæ pro viribus inſudantem,ex integro [d](eccleſię neceſſitate ingruente)diaconum [e] conſtituimus.Quod non reiterationem exiſtimari cenſemus,ſed tantum integram diaconij dationem: quoniam, vt prædiximus, qui nihil habuit,nihil dare potuit.

α ¶ Nezelone.] *Marianus Scotus in vita Gregorij VII. mentionem facit archiepiſcopi Magdeburgenſis hoc nomine appellati.*

*Item Damaſus Papa,epiſt. 4.de chorepiſcopis.*

9.q.1.per illicitam.

¶ De eodem. Cap. XXV.

PEr illicitam [f] manus impoſitionem vulneratum caput [g] illi,qui videbantur aliquid accepiſſe,habebãt: & vbi vulnus infixum eſt, neceſſe eſt medicinam adhibere [h]:qua infixa ſanetur macula:ideſt reiterari [i] neceſſe eſt,quod legitimè [k] actum,aut collatum minimè probatur β. Nam quomodo [l] honorem poſſit retinere, qui ab illo acceperit, qui poteſtatem dare legitimè non habuit, inuenire non poſſum.

β ¶ Probatur.] *In originali hæc adduntur.* ſi perfectum eſſe debebit.

*Item libro nono Cod. titulo ad legem Iuliam repetundarum,Impp. Theodoſius, ac Valentinianus A.A. Florentio.*

3 Itẽ arg. ad hoc qđ not. ſup.prox.c.& gl.quoad ſpeciem. Itẽ ar. ad hoc.ff. de op.le.l.2. ꝑterea cũ non tenuit electio perinde eſt ac ſi non elegiſſet Ar.

4 Adde qđ not. Bart. & gl. in l. cum quidam. ff. de leg. 2.

Cap. XXVI.

† al. ſua.

SAncimus [m] eiuſmodi viros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris inſignia non ambitione [n], vel pretio, ſed probatæ vitæ,& amplitudinis tuæ† [o] ſolẽt teſtimonio promoueri: ita ſanè, vt quib.hi honores per ſedis tuæ, vel per noſtram fuerint electionem commiſſi, iurati [p] inter geſta depromant, ſe pro adminiſtrationib.

SAncimus.] Hæc eſt 7.pars q.ĩ qua ponitur pœna ſimoniacorũ, quæ eſt infamia, & depoſitio. & dãnatio pecuniaria.Ioan.de Fant.

teſt,vt extra de iure patro.quod autem,in fi.

c ¶ Reiterari.]Quo ad ſpeciem facti,non rei eſſentiam. Nã ſæpe, quod male fit,vel minus plene, ex integro eſt agendum:ſicut in ſatiſdatione. ff.qui ſatiſd.cog.de die. §.ſi ſeruus,& in iuramento.ff.de iureiuran.qui per ſalutem,& in libelli confeſſione.2.quæſt.vlt.c.vl.ar.ff.qui ſatiſ.cog.ſi ab arbitro.§.quod & ſi.Nam in his omnibus non eſt aliquid iterãdum:ſed quod omiſſum eſt, reſtaurandum ext.de ſacra.non ite.c.vno.Io. male dicit 2. Ioannes hic: cum quo ad rei eſſentiam ſit iterum ordinatio facienda:quia prima ordinatio non erat in forma eccleſiæ.Ber.

Quod min⁹ plene fit, eſt iterandum.

2 Idẽ ſentit hic Io.qui tenet quod ſequitur. Arc.

d ¶ Ex integro.]Sup.ea.q.1.ſi quis confugerit,infra de conſec.diſt.4. ſi nulla ext.de cenſi.ſcientes.
e ¶ Diaconum.] Iſte Daibertus extra formam eccleſiæ fuerat ordinatus a Nezelone.

PEr illicitam.]CASVS.Quidam fuerunt ab hæreticis præter formam eccleſiæ ordinati: vnde mandat Papa,vt iterum tales ordinentur, cum nihil acceperint ab hæreticis.

CASVS. Hanc legem inducit Gratianus ad probandum. ꝙ honores eccleſiaſtici per pecuniam dari non debent: quia pro honoribus ſæcularibus adipiſcendis dari pecunia prohibetur. Dicitur ergo in hac lege,quod ad prouincias regendas eligi non debent, niſi homines probatæ vitæ:& qui prætio,vel ambitione nõ adipiſcantur honores,qui cum electi fuerint, iurabunt ſe nihil dediſſe, & ꝙ non dabunt per ſe, vel per mediam perſonam pro adminiſtratione ſibi conceſſa, vel cõmiſſa: & ꝙ durãte adminiſtratione, vel poſt,occaſione ſui officij nihil præter ſalarium accipient. Et licet nullus immemor ſuæ ſalutis eſſe credatur: tamen ſi quis contra prædictum ſacramentum tam dator, quam acceptor de hoc cõuictus fuerit, pœna quadrupli puniatur.
m ¶ Sancimus.]Lex eſt canonizata.
n ¶ Non ambitione.] Sup.ea.q.1.nullus, itaque.
o ¶ Tuæ.] Loquitur præfecto.
p ¶ Iurati.]Sup.23.d.quamquam inf. 8.q.3.Artaldus. & cap. talia.



Digitized by Google

ſortiendis [a] neque dediſſe quidpiam, neque daturos vmquam poſtmodum [b] fore, ſiue per ſe [c], ſiue per interpoſitã perſonam in fraudem legis, ſacramentique, aut donationis, venditionis ve titulo, aut alio velamento cuiuſque [d] contractus: & ob hoc (exceptis ſalarijs) [e] nihil penitus tã in adminiſtratione poſitos, quam poſt depoſitum officiũ, pro aliquo præſtito beneficio tempore adminiſtrationis, quam gratuito meruerint accepturos. Et licet neminem diuini timoris, contemnendo iuſiurandum, arbitremur [f] immemorem; vt ſaluti proprie vllum commodum anteponat; tamen vt ad ſalutis timorem etiam neceſſitas periculi ſubiungatur, ſi quis auſus fuerit præbita ſacramenta negligere, nõ modo aduerſus accipientem, ſed etiam aduerſus dantem, accuſandi cunctis, tanquam publicum crimen [g], concedimus facultatem; quadrupli pœna eo, qui conuictus [h] fuerit, modis omnibus feriendo.

*Item Paſchalis Papa.*

### ¶ De eodem. Cap. XXVII.

PAtet ſimoniacos, veluti primos, & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus reſpuendos, & ſi commoniti non reſipuerint, ab exteris [i] poteſtatibus opprimẽdos. Omnia enim crimina ad comparationem ſimoniacæ hæreſis; quaſi pro nihilo [k] reputantur [l].

¶ *In tribus vetuſtis exemplaribus poſt caput,* Sancimus. *omiſſa inſcriptione Paſchalis, & capite iſto,* Patet. *ſequuntur cõtinẽter ſubiecta Gratiani verba,* His breuiter, &c.

*His breuiter præmiſſis ad ea veniamus, quæ eccleſia, ſeueritate diſciplinæ parata eſt vlciſci, oſtendentes, quibus accuſantibus, vel teſtificantibus, quilibet ſint conuincendi; quo iudice quiſque debeat condemnari, vel abſolui; ſi cauſa vitiata fuit, quo remedio poſſit ſubleuari; ſi accuſatores defecerint, an reus ſit cogendus ad purgationem. Et vt facilius pateat quod dicturi ſumus, exemplum ponatur ſub oculis, in quo auctoritates hinc inde controuerſantes diſtinguantur, & quid ſanctorum Patrum ſentiat auctoritas, liquido intimetur.*

a ¶ Sortiendis.] Dignitates enim non debent venales eſſe 1: ſicut nec matrimoniũ. ff. de don. inter vi. & vx. l. 2.

b ¶ Poſtmodum.] Sup. 1. q. 1. eos qui ſu. d. 46. ſicut non ſuo.

c ¶ Per ſe.] Extra de pecu. cler. inquirendum, extra de ſentẽtia excom. mulieres.

d ¶ Cuiuſque.] Sed vĩ cõtra. ff. de pol. l. 1. §. 1. Sed aliud eſt publice promittere aliqd Reipublicæ: aliud occulte alicui, vt eius ſuffragio promoueatur.

ADDITIO. Et ſi ſoluitur aliud, quod vĩ contra. ff. de do. hoc iure, in prin. de hoc no. ſup. ea. q. 6. c. vl. Io. de Fan.

e ¶ Salarijs.] inf. 23. q. 1. militare ſup. d. 86. non ſatis. Ioã. de Fant.

f ¶ Arbitremur.] Argum. pro teſte præſumendum eſſe, quòd nolit pierate. ext. de teſt. cum tu fili. & dicit canon, quos ſcimus nolle peierare, & c. 2. q. 5. ſi mala famæ. Sed licet præſumatur, eſt tamen notа dignũ, quòd lex nõ ſtat huic præſumptioni: immo ſubijcit pœnam in peierratione. if. ea. ibi, quadrupli, &c.

g ¶ Publicũ crimen.] inf. 6. q. 1. §. ult.

h ¶ Conuictus.] Nã poſt depoſitã adminiſtrationem debet eſſe præſens per 50. dies. C. vt omnes iudi. tam ciuil. quam mil. l. 1. & conuenitur ſub epiſcopo loci. in auth. vt iu. ſine quoquo ſuff. §. neceſſitatem collat. 2. Sed ex contractu nõ poteſt iudex conueniri poſt depoſitam adminiſtrationẽ, ſi cõtractum aliquem fecit nomine ciuitatis, vt. ff. de admi. rerũ ad ciui. perti. curatores. §. in eũ. et ff. de euic. illud. §. 1. ſed procurator negotiorum bene conuenitur poſt. 2. depoſitum officium, vt de procu. procurator. Bar.

ADDITIO. De hoc not. extra de immun. eccleſ. aduerſus. §. ult. Et eſt ratio quare aliud in iudicio, aliud in cõtractu, quia qui contrahit, ſolam intuetur perſonam uẽditoris: cum rem alienam uendere poſſumus. ff. de contrahen. emp. l. rem alienam. In iudicio autem potius perſona domini inſpicitur, ſecundum Io. de Fant.

PAtet.] CASVS. Cum omnia crimina ad comparationem ſimoniæ pro nihilo reputentur, patet quod ſimoniaci ſunt ab omnib. reſpuendi. & ab extraneis poteſtatibus opprimendi, ſi non reſipuerint.

i ¶ Ab exteris.] ideſt, laicis, qui extra eccleſiam habent hanc poteſtatem, vt ſup. d. 17. nec licuit, inf. 23. quæſt. 5. principes.

k ¶ Pro nihilo.] Hoc in deteſtationẽ huius ſceleris dicitur, ſup. d. 90. neque. & ſup. ea. q. 1. cito, infra 32. q. 7. quid in omnibus, &c. non ſolum, & ext. de ſim. tanta.

l ¶ Reputantur.] Hoc dicitur in deteſtationem criminis, & ad terrorem: ſicut illud, Omnis peccator, &c. extra de ſimo. tanta. Vel eſt grauius, quia facilius dicitur hoc crimen committi in Deum. 3. quam aliud: quia donũ Dei uolunt emere pecunia. ſu. 1. q. 1. eos. & ideo grauius dicitur argu. 17. q. 4. ſicut. 22. q. 1. mouet. Vel ideo hoc dicitur, quia nulla certa pœnitentia pro hoc crimine inducitur, niſi quod uſque ad mortem aſpere pœniteat, ſup. ea. q. 1. ſi quis neque. Ioan.

HIS BREVITER. CASVS. Tranſitu utitur, ſcilicet colore rhetorico, quo dicta dicendis continuat, & dicenda dictis, ſummatim dicenda perſtringens.

Dignitates & matrimonia non debent eſſe uenalia.

1 Conc. tex. in l. 1. ff. ad leg. Iul. & ibi glo.

Teſtis præſumitur nolle peierare.

2 Poſt falsũ eſt niſi ſe nomine ſuo obligauerit, uel niſi ut doceat de mãdato, quod negatur.

3 Sub. ſpãliter. i. his q̃ ſpecialiter ſunt deputata & dedicata. ſ. res & dignitates, & ſacra & officia eccleſiaſtica. argu. q. 4. ſicut. q. 1. nuptiarum Attic. Simoniæ peccatum cæteris grau.

Quidam.]

# CAVSA SECVNDA.

*QVidam epiſcopus de lapſu carnis à laico impeditur. Duo monachi. vnus ſubdiaconus, & duo leuitæ aduerſus ipſum. teſtimonium ferunt. A metropolitano ſuo ſentit ſe prægrauari. In ipſa ventilatione cauſæ tres ex teſtibus deficiunt, ſiue promiſſione decepti,† ſiue canonica examinatione reprobati.* † al. collecti.

*Expoliatur tamen epiſcopus, quia crimen eius notorium erat.*

q. 1. *Hic primum quæritur, an in manifeſtis iudiciarius ordo ſit requirendus.*

2. *Secundo an expoliatus ab aliquo ſit iudicandus.*

3. *Tertio, qua pœna ſint feriendi, qui in accuſatione, vel teſtificatione defecerint.*

4. *Quarto, an duorum teſtimonio ſit condemnandus.*

5. *Quinto, ſi deficientibus accuſatoribus, ſit cogendus ad purgationem.*

6. *Sexto, ſi remedium ſit dandum ei, qui cauſa dilationis vocem appellationis exhibuerit.*

7. *Septimo, ſi laici, monachi, vel quilibet inferiorũ ordinum in accuſatione maiorum ſint audiendi.*

8. *Octauo, quomodo debeat fieri accuſatio, an in ſcriptis. an ſine ſcriptis.*

## QVAESTIO PRIMA.

1 ps *QVód autem [a] nullus ſine iudiciario ordine damnari valeat, auctoritatibus multis probatur.*

*De eo namque ait Auguſtinus homilia quinquageſima, de vtilitate pœnitentia.*

QVidam. ] CASVS. In ſuperiori cauſa actum eſt de crimine ſimoniæ: & prius de eo, quod grauiſſimum eſt: ſed quia crimina ſine ordine iudiciario puniri non debent, ideo congruè hanc cauſam anectit, in qua de ordine iudiciario tractat, oſtendens quòd nemo condemnandus eſt niſi conuictus vel confeſſus, & quòd ſpoliatus præter iuris ordinem ſit reſtituendus. & qualiter puniantur qui in accuſatione deficiunt, qualiter obiecta crimina non probata purgentur, & qualiter ſententia releuetur per appellationem, & vtrum laici admittantur ad accuſationem clericorum, & qualiter ſit accuſatio facienda. Vt autem competentius agat, proponit thema, de quo octo elicit quæſtiones.

QVòd autẽ. ] Hęc quęſtio diuiditur in quinque partes, in quarum prima probat per 13. auctoritates, ꝙ nullus ſine iudice debet damnari. i. niſi canonicè ſit damnatus Secunda ibi, [His omnibus. ] Tertia ibi. [Sed ſciendum. ] Quarta ibi. [Quando vero. ] Quinta ibi, [Quando autem. ] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur. prima quæſtio, in qua probatur. ꝙ præter iuris ordinem non eſt aliquis condemnandus præter quam in notorio crimine.

a ¶ Quod autem. ] Tu dicas, quod in manifeſtis requiritur ordo iuris 11. quæſtio. 3. eorum ſed non in notorijs, vt dicam infra. ea. manifeſta. & habes extra de iureiurand. ad noſtram 3. Et notandum, ꝙ quędam ſentẽtia eſt diffinitiua, quędam interlocutoria, quædam præcepti. Quælibet iſtarum requirit ordinem iuris, & ſi diffinitiua ſententia fuerit lata, omiſſo ordine iuris, ipſo iure nulla eſt, vt infra ead. quæſtio. ſexta, §. diffinitiua. Hoc tamen ſcias, quod duplex eſt ordo iuris. Vnus qui eſt de natura, [b] ſiue de ſubſtantia iudiciorum, ſcilicet, vt quis poſt citationem habeat inducias. vt fiat litis conteſtatio, & teſtes recipiatur, & quòd ſententia feratur in ſcriptis, ſi contra hunc ordinem feratur ſententia. non tenet, dicto §. diffinitiua. Eſt alius ordo. qui non eſt de ſubſtantia iudiciorum, ſcilicet vt ſententia non feratur ſub conditione, & non prius pronũcietur de poſſeſſione, quàm de proprietate. ſi tamen hoc non ſeruatur, nihilominus tenet ſententia, infra ea. quæſtio. 6. biduũ. & C. de appel. l. 1. Item ſententia interlocutoria ſiue ſit excommunicationis, vel ſuſpenſionis, vel miſſionis in poſſeſſionem, requirit ordinem iuris. De ordine excommunicationis ſententiæ, habes infra ead. nemo. & 34. quæſt. 3. de illicita. & melius extra de ſenten. excommun. ſacro. De ordine ſuſpenſionis habes infra ea. nomen. Si tamen iſte ordo non fuerit ſeruatus, tenet excommunicatio vel ſuſpenſio, vt 11. quæſtio. 3. ſi epiſcopus. Item in ſententia miſſionis in poſſeſſionem requiritur ſemiplena cauſæ cognitio, vt extra, vt lit. non conteſt. quoniam frequenter. in fi. Et ſiue talis ordo fuerit ſeruatus, ſiue non, ſi abſens poteſt probare ſe non fuiſſe contumacem ſententia talis retractatur, vt extra de ſen. & re iud. cũ Bertholdus. & ff. quib. ex cau. in poſ. ea. Fulcinius. §. quid ſit autem latitare, & ff. de priui. cred. Imperatores. Sententia præcepti eſt, cum iudex ſine cauſæ cognitione præcepit alicui, vt ſoluat alij decẽ, quæ petit. ſi ille ſoluat, & pecunia illa debita eſt, licet iudex præceperit iniuſtè, tamen non poteſt repeti pecunia, ut ff. quod met.

Sententia eſt triplex.

[b] Ordo iuris eſt triplex.

Snĩa miſſionis ĩ poſſeſſionem requirit ſemiplenã cauſæ cognitionẽ.

1 De iſta ſnĩa etiã hẽ ext. de verb. ſig. ex parte 1. in gl. vlti. ibi videas & de elec. dudũ 2. in glo. ſed pone, & 11. q. 3. in sũma. Archi.

met.cau.l.vlt. A prædicta regula plerique doctores excipiunt infamatos, circa quos non requiritur ordo iuris. vt infra ead.q.5. presbyter, & extra de ſimon. quotieſ. quod non admitto, vt dicemus in loco ſuo in illo ca. presbyter, & in illa decret. quoties. habita fuit interrog.actio.de ætate.Ius ſit, extra de iud. at ſi clerici. Hoſtis,ff.de interrog.act.l.vlt.Nec natura neget. ff. de interrog.act.confeſſionib.Fauor.C.de libe.cã interrogatum.Et lis.ff.ad leg.Aquil.inde Neratius. §. vlt. Ius ve repugnet,ff.de paſt.ſi vnus. §. pacta. Melius, ff. de interro. inf. ead.multi.

¶Damnari non valet,niſi aut conuictus aut ſponte confeſſus. Cap. I.

NOs in quemquam ſententiam ferre non poſſumus, niſi aut conuictum [a] aut ſponte confeſſum. [b]

In capitulis per. Hadrianum collectis,c.57. Capit.5.c.156. Burch.l.16.c.6. Pann.l.4.c.111.

*Item Conſtantinus Imperator.*

¶De eodem. Cap. II.

IVdex criminoſum [c] diſcutiens, non ante ſententiam proferat capitalem, quàm, aut reum ſe ipſe confiteatur,aut per innocentes [d] teſtes conuincatur.

¶ *Habetur caput hoc Cod.Theodoſ.l.9.tit.40.in legis primæ interpretatione,itemque in capitulis Hadriani, cap. 57.& capitul.5.cap.156.*

*Hoc α Idem teſtatur Auguſtinus,& eiſdem verbis.*

α¶Hoc.] *Abſunt iſta ab vno ex per uetuſtis exẽplaribus.*

*Item Gregorius libro octauo,epiſtola 50.*

¶De eodem. Cap. III.

Anſ.l.3.c.30.

SIcut ſine iudicio quemquam nolumus condemnari, ita quę iuſte β [e] diffinita fuerint,nulla patimur excuſatione [f] differri.

β¶Iuſte.] *Abeſt vox iſta ab originali. In vna autem manuſcripto Gratiani eſt*, Iuſta ſunt diffinita ſententia.

*Item Eleuterius epiſcopus ad epiſcopos Galliæ.*

Anſ.l.3.cap.54. Polyc.l.5.tit.1. Pann.l.4.c.115. † abſunt iſta ab originali.

¶De eodem. Cap. IIII.

NIhil [ cõtra † quemlibet accuſatum ] abſque legitimo, & idoneo accuſatore fiat: Nam & Dominus noſter Ieſus Chriſtus Iudam furem eſſe ſciebat:ſed quia non eſt accuſatus,ideo non eſt eiectus.

*Item Fœlix Papa 1.ad Paternum epiſcopum.*

cauſę cognitio.Item excipiũt dilapidatores,vt 3.q.2.qa ca. quod nõ eſt verum. quia hodie propter ſolã ſuſpicionẽ non remouetur quis ab adminiſtratione, vt extra de ſimo. licet Hely.Ioan. de Fant.

NOs in quemq̃.] CASVS. huius ca.eſt,quod non debemus aliquem condemnare, vel in aliquem ferre ſententiam, niſi probationibus vel confeſſione ſua conuincatur. Idẽ eſt caſus ſequentis cap.

Conuincitur quis quadrupliciter.

a ¶Conuictũ.] Quatuor ſunt modi conuincendi, aut iure ſcilicet inſtrumẽtis vel teſtibus; aut facti euidentia, vt extra de coha.cle. tua. & infra eadẽ quęſt. quæ Lotharius. aut iuris interpretatione, vt ſæpius citatum eſſe reum,vt 3.q.9.decernimus,aut violenta ſuſpicione ſeu præſumptione. 32.q.1.dixit.& C.de adulter.authentica, ſi quis.

Sententia in confeſſum ferenda eſt.

b ¶Confeſſum.] Habes ergo hic,ꝙ ſententia ferenda eſt in cõfeſſum.hoc verũ eſt etiam ſi aduocatus alicuius cõfiteatur, nec reuocat cõfeſſionem ſuã,ut extra de ſen.c.olim.& eſt ferenda ſententia in confeſſum in cauſa ciuili, vt ff.de confeſ.l.Iulianus.& etiam in criminali, ut ff.de cuſto. & exhi. reo.ſi confeſſus. Niſi aliquis metu tormentorum aliquid confiteatur, dum eſt in carcere. tali enim confeſſioni non ſtatur,vt ff.de quæſtio.l.1.§. diuus. & §. ſi quis. ultro.niſi poſt tormenta in confeſſione perſeueret,ut ff.de quæſtioni.l.1.§. quæſtio. mentitur ergo lex::quæ dicit quod nullæ ſunt partes iudicis in confitentem.ut ff. ad leg. Aquil. proinde. §. ulti. Sed dic quod nullæ ſunt, quantum ad examinationem cauſæ, ſunt tamen aliquæ quantum ad prolationem ſententiæ. Vel dic, quod ſi poſt receptionem libelli & inducias datas, reus confitetur, tunc iudex fert ſententiam, ſed ſine omni correctione libelli. Si ex abrupto confiteatur, tunc non eſt ferenda ſententia: ſed iudex ſimpliciter pręcipiat ei ut ſoluat. ff. de iudi. ſi debitori. Quæ autem confeſſio præiudicet, his uerſibus collige.

Confeſſioni metu tormẽtorum factæ non ſtatur.

Confeſſio confitenti non nocet, niſi multa conueniant.

Maior,ſponte,ſciens,contra ſe,ius ſit & hoſtis.
Nec natura neget. fauor & lis. ius ve repugnet.

Maior.ff.de confeſ.certum.in fi.Sponte.31.q.2.Lotharius.Sciens.C.de iur.& facti igno.error.Cõtra ſe.ff.de interro.act.l.ſi is cuius.32.q.2.ſolet quæri.

c ¶IVdex criminoſum.] Id eſt, cauſam criminalem.

d ¶Per innocentes.] Id eſt,bonos.

SIcut.] Caſum ſic pone. Sicut non debemus aliquem ſine ordine iudiciario,& cauſa cognita condemnare; ita & ſententia iuſte lata contra eum, ſtatim debet executioni mandari.

e ¶Quæ iuſte.] Id eſt, ſecundum ordinem iuris.licet enim ſciat eam executionem iniuſtam quantum ad ius litigatoris,tamen eam exequitur.1.ut extra de offi. dele.paſtoralis.niſi ſit lata per falſa inſtrumenta. C. ſi ex fal.inſtru.vel teſti.l.iudicati.extra de re iudic.de cætero.& de cri.fal.ſuper eo.

1 Nam quantum ad ipſos litigantes ius ex ſniã factum fuit poſt quã in rem tranſijt iudicatam. extra de re iud. cũ inter in fi.Arch.

f ¶Excuſatione.] Niſi incontinẽti obijciatur exceptio, ut extra de teſti.veniẽs 2 & ext.de reſt.ſpo.litteras.Dic ut notaui 11.q.3.cũ apud extra de of. de leg.quærenti. ADDITIO. Et not. extra de in inte.reſt. ſciſcitata.Archid.

NIhil.] CASVS. Dicitur hic in c.iſto,ꝙ nullus debet abſque accuſatore damnari & hoc probatur exemplo Domini,qui licet ſciret Iudam eſſe furem, tamen eum non eiecit,cum accuſatus non fuiſſet.

Primates.]

PRimates. CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi cauſa coram primatibus agitatur de crimine, ꝙ non dēt accuſatus condemnari niſi cōuictus, vel confeſſus. Quòd ſi aliter factum fuerit, ſnīa irritabitur & retractabit à ſynodo.
a ¶ Primates.] Ideſt, epiſcopi. 5. q. 2. ſi primates.
b ¶ Sen-

ri debet, alioquin eſt tolerādus: & loquitur hoc c. de Iuda, & c. ſuperius ſcilicet, [Nihil, &c.] Secunda pars incipit ibi, [Bene dixit.
d ¶ Vnus ex vobis.] Arg. qđ de vno dr, de alijs negatur vt 45. diſt. diſciplina. ſic. ff. de iud. cum prętor. ſup. 25. d. qualis. C. de procur. maritus.

ſup. e. in ſū. ver. hoc tamen. Arch.

¶ De eodem. Cap. V.

Et Zepherin⁹ epiſ. 1. ad epos Siciliæ, vſq; ad verſ. Aliter. Anſ. l. 3. c. 68. Burch. l. 1. c. 157. Iuo p. 5. c. 245. & 247. Pan. l. 4. c. 15. 11. q. 3. irritam.

† 1 Abeſt ab epiſ. Zepherini.

PRimates [a] accuſatum diſcutientes epiſcopum, non ante ſententiam [b] proferant damnationis; quam Apoſtolica freti auctoritate, α aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes, & [canonice †] examinatos regulariter teſtes conuincatur. Aliter irritam eſſe cenſemus; & iniuſtam epiſcoporum damnationem; & idcirco a ſynodo retractandam, [c] ita ut oppreſſis ab omnibus in cunctis ſubueniatur cauſis.

α ¶ Apoſtolica freti auctoritate.] *Hac addita ſunt ex epiſtola Falicis, & Zepherini. Nam damnari epiſcopi ſine conſenſu, & auctoritate Romani Pontificis nec tunc poterant, nec nunc poſſunt. 3. q. 6. c. diſcutere. & alibi.*

*Item decreuit Zepherinus Papa.*

Zepherinus loco ꝓxime indicato.

*Item Auguſtinus.* β

β ¶ Auguſtinus.] *Sic in multis vetuſtis exemplaribus, quamuis uerba huius capitis apud ſanctum Auguſtinum non ſint inuenta.*

Multi per tolerantiam ſuſtinendi ſunt, quamuis ſententia diuini iudicij ſint condemnati. Cap. VI.

*Math. 26.*

VNus ex vobis [d] me traditurus eſt. ¶ Bene dixit, ex vobis, & non ex nobis. Ex vobis enim eſt, a quibus per iudiciariam poteſtatem confeſſus, aut conuictus, excluſus non eſt: A me verò, qui nullis indigeo argumentis, & omnia certiſſime noui, ſeparatus & diuiſus eſt: Tale enim eſt, ac ſi diceret; etſi ego eum per occulti iudicij ſententiam damnatum habeo; vos tamen adhuc illum per tolerantiam ſuſtinete. [e]

*Item Gregorius Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniā, lib. 11. epiſt. 50.*

¶ Nullum ſeruetur iudicium, niſi rationabiliter habitum. Cap. VII.

Anſ. l. 3. c. 93.

IN pri-

e ¶ Suſtinete.] Etiā in publica cōione, vt ext. de off. ordi. ſi ſacerdos. & 6. q. 2. ſi tantam epiſcopus.

IN primis.] CASVS. Presbyter quidam, & duo epiſcopi. ſ. Ianuarius & Stephanus dicebantur iniuſte cōdemnati: quare Dominus Papa committit negotiū iſtud Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniam. Diuiditur ergo c. iſtud in quatuor partes in 1. parte mādat inquiri de perſona presbyteri hoc modo, vt ſi inuenerit eum iniuſte damnatum, reſtituatur. Si autē aliquid obijciatur cōtra eū, cognoſcatur de hoc eo pſente, & pro ſe rōnem reddente, & quęratur diligēter, vtrū in exilio dēat demorari, vel an debeat ad ſuā eccleſiā reuocari. In 2. parte mandat Papa inquiri de perſona Ianuarij epī, vtrū cōmiſerit crimen dānatione dignum: & ſi nō cōmiſerit, eccleſiæ ſuę & honori ſuo reſtituat. Eps aūt, qui in loco eius ſubſtitutus fuerit, ab omni honore eccleſiaſtico deponatur, & tradatur eidē Ianuario cuſtodiendus, vel ad ſede Apoſtolicā tranſmittat. Si uerò mortuus eſt, & alius loco eius ſubſtitutus, remoueat ab eccleſia: ita tamen, ꝙ in alia eccleſia poſſit eligi, nunquam ad illam reuerſurus, de qua remotus eſt. Ipſi verò q ſubſtitutū ordinauerūt, per ſex mēſes in monaſterio detrudantur à communione ſuſpenſi, niſi in mortis articulo. Sed ſi metu ipſius principis, ſe dixerit feciſſe, tempus pœnitentiæ abbreuietur. Inſuper compellatur Comitiolus reſtituere omne damnum eidem epiſcopo, qđ ſcilicet per illius violentiam eſt paſſus, præſtito prius iuramento ab eodem Ianuario. In tertia parte mandat Papa inquiri de Stephano, vtrum crimina, quæ ei obijciebantur, eſſent uera, uel nō vera, & ſi ordo iudiciarius fuerit in eo ſeruatus, & quales accuſatores, & quales teſtes fuerunt, & qualiter ſententia lata fuerit. Si uerò crimina falſa fuerunt, eccleſię ſuę reſtituatur, & illi qui iniuſte damnauerunt eum, ſex menſibus in monaſterio detrudantur excōmunicati. De pœna ſubſtituti, & ordinantium eum, & de pœna Comitioli idem dicitur, qđ dictum eſt in perſona Ianuarij. In quarta parte pro-

b ¶ Sententiam.] Excommunicationis, quam ferre poſſunt in epm: ſed nō damnare, vt ſup. diſt. 12. de his, 1 in fi. inf. q. 3. ſi quis eps. inf. 3. q. 6. quamuis, &c. ſeq. niſi ſit ſynodus congregata auctoritate Papæ, vt 5. q. 4. c. 1.

Epm damnare quis pōt 1. al. ꝑceptis.

c ¶ Retractandam.] Sed qualiter retractatur ſententia, quæ nulla eſt ipſo iure? nam nec in ſentētia excōicationis neceſſaria eſt abſolutio, ſi ſnīa nulla eſt, vt ex. de off. deleg. c. cum cōtingat. & extra de ſent. excom. per tuas. & id quod nullū eſt, rumpi nō poteſt. ff. de iniu. & rup. teſtam. nam & ſub cōditione. & vbi nulla eſt obligatio, ibi nulla eſt liberatio. ff. de ver. oblig. decem ſtipulatus. ſed hic retractatur de facto: 2 ſicut aliquis abſoluitur de facto. extra de appel. ad præſentiam, ſicut depoſitus de facto reſtituitur, ut 16. q. 1. frater noſter.

2 Snīa nulla an poſſit retractari.

a Nam ſnīa lata contra iuris ordinē iudiciarium ipſo iure nulla & irrita ē, nec indiget retractatione maiore, qa nulla eſt ſcdm Hug. & adde qđ no.

VNus ex vobis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Dñi ad diſcipulos, ſcilicet. Vnus ex vobis me traditurus eſt. in ſecunda parte ponūtur verba Auguſtini exponētis verba Dñi quibus probat, ꝙ conuictus, uel confeſſus cōdēna-

nis [a] requirendum eſt de perſona presbyteri dilectiſſimi † [b] fratris, & coepiſcopi noſtri Ianuarij, & ſi ita ſe veritas habet, ſicut eiuſdem epiſcopi petitio cõtinet, in eccleſia, atque in loco ſuo, modis omnibus idem presbyter reuocetur. Si autem dictum fuerit; quia contra ipſum cauſa aliqua mota, ſiue probata [c] eſt, ſubtiliter ipſo præſente, [d] & pro ſe rationem reddente, quærendum eſt & genus cauſæ, [e] & modus ꝓbationis, [f] vt ex hoc colligere valeas, vtrum adhuc in exilio *a* demorari, an certe in eccleſia ſua, & officio ſuo debeat reuocari. ¶ De epiſcopi ſupradicti perſona hoc ſtatuendum eſt, vt ſi nulla, contra eum criminalis cauſa, quæ exilio, vel depoſitione digna eſt, mota ſiue probata eſt, is qui eo ſuperſtite epiſcopus peruerſe, [g] ac contra canones in eccleſia eius ordinari præſumpſit, ſacerdotio priuatus, ab omni eccleſiaſtico miniſterio repellatur. [h] Qui etiam eidem dilectiſſimo Ianuario fratri, & coepiſcopo noſtro tradendus eſt, vt ab ipſo [i] in cuſtodia habeatur, aut certe ab eo ad nos per omnia transmittatur. Epiſcopi verò, qui eum ordinauerunt, vel ordinationi eius conſentientes interfuerunt; ſex menſibus [k] Dominici corporis & ſanguinis communione priuati, agere pœnitentiam decernantur in monaſterio, & ſupradictus Ianuarius loco, & ordini ſuo modis omnibus reformetur. Si verò communione priuatis, mortis contigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autem epiſcopi in præiudicium condemnationis, vel depoſitionis memorati Epiſcopi, ſe metu [l] iudicis conſenſiſſe, ac talia feciſſe non ſua ſponte, [m] faſſi fuerunt; & tempus eis abbreuiandum eſt, & modus pœnitentiæ temperendus. Si verò ille, qui locum eius inuaſit, de hac fortaſſe luce migrauit, & alter eſt ordinatus, quia leuioris † [n] culpæ videtur (cũ non quaſi iſti ſuperſtiti, ſed ſuc-

† forte legendum. ] & dilectiſſimi.

† al. lenior culpa.

bat, ꝙ circa ea non fuit ordo iudiciarius obſeruatus. Nam ſacerdos tantum coram ſuo epiſcopo erat conueniendus, vt probatur cauſa 11. Similiter de Ianuario actum eſt contra leges, cum fuerit de eccleſia ſua violenter abſtractus. Nam qui hoc faciunt, capite puniũtur, vt probaẗ lege ſeq. ſi quis in hoc. Deinde multipliciter probat, quòd circa perſonam Stephani nõ fuit ordo iudiciarius obſeruatus: qa fuit à non ſuo iudice cõdemnatus, & ſi metropolitanũ non habuit, erat ad ſedẽ Apoſtolicam remittẽdus. Item quia fuit a ſeruis accuſatus, qđ fieri non debuit etiã in crim. læſæ maieſtatis, cũ. ſ. fuerit bonæ opinionis, & qa eo abſente uiliſſimi teſtes contra eum recepti ſunt, nec etiã ſnĩa lata fuit in ſcriptis: quòd fieri non debuit. Et hoc ꝓbatur duab. legibus. & ſeq. c. Secunda pars incipit ibi. [ De epĩ perſona. Tertia ibi. [ Quia igitur Stephanus. ] Quarta ibi. [ De perſona presbyteri.

Cauſa pauperis eſt tractanda prius quã diuitis.

a ¶ In primis. ] Arg. ꝙ prius eſt cã pauperis tractanda quã diuitis. vt 16. q. 6. đ lapſis. & C. de epiſc. & cler. ſi quis ad declinãdã. Sed dic, ꝙ hic vltimo iubet̃ tractari cauſa epiſcopi, ut eo melius memoriæ commẽdetur, vt inf. de conſ. d. 2. liquido.

1 Vel dic, ꝙ aliquis dẽt eſſe ordo poſtulantium, ne ſi honori poſtulantiũ locus detur mediocres deſideria ſua non profeꝛãt. ff. de off. proc. nec q̃. l. quam. §. obſeruare ſm. Laur.

1 Sed quare iubet inquiri. ſ. an ordo iuris fuerit ſeruatus, cum ipſi depoſiti eſſent a non ſuo iudice, unde ſtatim deberẽt reſtitui? Dic quòd hoc fuit propter ſcandalum Comitioli, & eſt ſi. 3. q. 6. hęc quippe.

c ¶ Presbyteri dilectiſſimi. ] Tranſitiue ponitur.

c ¶ Mota ſiue probata. Siue, pro &: & tũc planum eſt. non enim eo ſolo, ꝙ quis eſt accuſatus, reus eſt, ut 15. q. vlt. c. vlt. Vel dic, mota, ita ꝙ ſit infamatus, & in purgatione deficiat. hoc enim ſolum ſufficiat ad depoſitionẽ, vt ext. de ſim. de hoc. &c. inſinuatum. hoc uerum eſt, qñ crimen, in quo deficit, inducit depoſitionem.

d ¶ Præſente. ] Et intelligẽte. alias nõ diceret pſẽs. ff. de ver. ſig. corã Io. Quid iuris ſit de hoc habes. 3. q. 9. in ſu.

e ¶ Et genus cauſæ. ] Scilicet an ſit ciuilis, an criminalis, quia alij teſtes admittuntur tam in una quam in alia, ut 14. q. 2. ſuper prudẽtia. Vel dic, genus cauſæ. i. an tale ſit crimen quod inducat depoſitionem, uel non quia non omne crimen inducit depoſitionẽ. d. 81. Apoſtolus. & 5. q. 4. in loco. 15. q. 8. in ſum.

Criminis ꝓbatio an ſẽp remoueat promotum.

f ¶ Modus probationis. Non intelligas, vt inquiratur, an ciuiliter an criminaliter agatur. nam propter crimen ciuiliter probatum remouetur quis a beneficio. ut ext. de off. cuſt. c. 1. extra de fideiuſſ. peruenit de iureiurand. querelam. Sed dic modus probationis. id eſt, an excipiẽdo, uel denunciando, uel alio modo probatũ ſit crimẽ ꝗ quia ſi excipiendo, uel denunciando, nõ eſt remouẽdus, vt ex. de acc. ſuꝑ his. Si aũt directo agatur de crimine, licet ciuiliter, bene remouetur ab adminiſtratione: ſed non a dignitate. vt extra de ſimo. per tuas. in fi.

g ¶ Peruerſe. ] Quod iuris de hoc ſit, habes 3. quæſt. 9. in ſumma.

ADDITIO. De hoc etiam no. extra de do. & contu. ueritatis. Et no. ꝙ pręſentia & abſentia dicitur multis modis, prout not. ff. de procu. præſens.

h ¶ Repellatur. ] Niſi feciſſet ignoranter, ut inf. 7. q. 1. præſentium. &c. cum qui.

i ¶ Ab ipſo. ] Non vt ab ipſo iudicetur, ut inf. [illegible] q. 5. quia ſuſpecti.

k ¶ Sex menſibus. ] Poſt hoc tempus forte ipſo iure reſtituuntur, arg. ff. de poſtu. l. Imperator. ſup. d. 50. ſi ilte. contra. ſed ibi erant detruſi in monaſterium, ut ibi perpetuo eſſent.

l ¶ Metu. ] Metus hic attenuat peccatum, ut ext. quod met. cau. ſacris. quandoque penitus excuſat, ut 50. d. presbyteros. quandoque in nullo excuſat, ut inf. de conſec. d. 4. cos. & 11. q. 3. q. uiſquis.

Metus quãqꝫ attenuat peccatũ. Fides mala defuncti, an noceat ſucceſſori.

m ¶ Sua ſponte. ] Arg. ꝙ mitius agit cũ ſpõte confeſſo, ꝙ cum conuicto, ut 50. d. c. 3. arg. ext. de elect. innotuit.

n ¶ Quia leuioris. ] Cum enim ſit ſingularis ſucceſſor, mala fides defuncti non nocet ſucceſſori. Secus ſi eſſet vni-

vniuerſalis ſucceſſor.C.de acquir.poſſ. l. vitia. & ff. de di.& temp.preſcr. l.an vitium,& l.cum hæres,purgatur ergo hoc vitium per ſucceſſorem. ſic extra de fil. preſbyter.ex tranſmiſſa,vnde dicit lex,ꝙ non videor vi poſſidere,ſi recipiam poſſeſſionem ab eo, qui poſſidet,licet ille.

ſuum,vt C.de fi.inſtr.l. vlt.eodem modo probat ſibi aliquas mobiles eſſe ablatas.C.vnde vi.ſi qñ. extra, quod me.cau.c.vlt.Hoc tñ teneas pro certo, ꝙ nullus in principali cauſa condemnatur in expenſis poſtquam iurauit de calumnia,cum poſtea præſumatur bona fide litigare 2.vt ff.de leg.2. qui ſolidũ,& in hac opi.fuit Ioã.Cremonẽſ. & alij doctores legũ,unde dixit Bulgarus, exceptionem facit contumacia abſentis actoris,& iuſta ignorantia.Ioan. Et ita ſeruatur de facto in hac ciuitate Bononienſi. Sed in cã appellationis indiſtinctè quilibet cõdemnatur.ut 2.q.6. omnimodo. Bart.

ceſſiſſe defuncto videatur) epiſcopatus illi officiũ in illa eccleſia tãtummodo interdicatur, vt in alia eccleſia,quæ ſacerdote vacauerit, ſi electus fuerit, poſſit eſſe eps; ad Malachitanam tamẽ eccleſiam nunquã aliquo modo reuerſurus [a]. ¶ Glorioſus aũt Comitiolus; quidquid prædictus eps per violentiã, atq; inſecutionem ipſius expẽdiſſe [b], vel damnũ pertuliſſe dato ſacramẽto [c] firmauerit, eidẽ epiſcopo reſtituere compellatur †. Si aũt aliter, quàm antefati epiſcopi petitio continet, actum eſſe forſitã perhibetur, ſubtiliter quærendũ eſt, & veritate cognita, cũ Dei timore,quod iuſtitiæ ordo ſuaſerit,iudicãdũ. ¶ Quia ergo Stephanus epiſcopus odio† ſui quædam ficta, & de falſis ſe capitulis accuſatum neque aliquid ordinabiliter factum, ſed iniuſtè ſe aſſerit condemnatum, diligenter quærendum eſt primo,ſi iudicium ordinabiliter eſt habitum,ideſt†, ſi alij accuſatores [d],atque alij teſtes fuerunt. Deinde cauſarum qualitas eſt examinanda; ſi digna exilio,vel depoſitione fuit,ſi eo† preſẽte [e],qui accuſatus eſt iureiurando contra eum teſtimonium dictum eſt, ſi ſcriptis actum eſt,vel ſi ipſe licentiam reſpondendi,& defendendi ſe habuit. Sed & de perſonis accuſantium, ac teſtificantium ſubtiliter quærendum [f] eſt, cuius conditionis,cuiuſve opinionis, aut ne inopes ſint, aut ne fortè aliquas contra prædictum epiſcopum inimicitias [g] habuiſſent: & vtrum teſtimonium ex auditu [h] dixe-

† *al. condemnatur.*

Iuo p.6.c. 343.
Pann.l.4.c.82.
† *al. in adio ſuo.*

† *al. aut ſi alij accuſatores, alij teſtes fuerunt.*
† *al. aut ſi.*

c ¶ Dato ſacramento.] Si aliter nequit probare.C.unde ui. l.ſi quando. Io.

d ¶ Accuſatores.] Id eſt,accuſator non. n. plures accuſatores admittuntur 3.quia poſſet eſſe. ꝙ unus probaret, & alter deficeret in probatione:ſed ſi plures sũt, iudex eliget magis dignũ, ut ff. de acc. l.ſi plures tamen in tantum præiudicabit eis, quod qui ſemel apparuerit inter accuſatores, non poteſt poſtea in illa cauſa teſtificari, ut extra de accuſa.c. cum P.

2 Contrariũ tñ tenẽt Pe. de Bel.& Cy. & Bar.in au. gñaliter. C. de epiſ. & cl. & Bartol. & Imol. in l.q ſolidũ.§.ẽt. ff.de le. 1.& Bart. in l.eũ quẽ temere. ff.de iudi. & in l.i.uer.uenio, & c.ad Tur. & Ioã. A. in c.calũniã de pœ. Idem tenet Gul. de Cu. in l. 3.ff.de iu reiu. & Bal. in dicta. auth. gñaliter, poſt Oldra.

3 Idem tenet gloſſ. & ibi Pet. de Bel. perti. & Cy. in l.ſi accuſatoribus.C.de accuſ.Bar.in l.3.§. ſi plures.ff. de ſepul.uiola. licet ſit cõtra ext. de col. detegen. c.1. ubi de hoc. & extra de pur. cano. vbi de hoc. Arc.

4 Iſtã gl. ſequitur Alex. de Imo. in l.is apud. col. 2. C.de edẽ. & adde In. in c. p tuas. de teſti. & Spe. in tit.de teſtib. §. iã de interrogatoriis.

ille uitioſè poſſideat,ut ff. uti po. l. ſi duo, & ſi extra de reſt.ſpol.cum ad ſedem, in fi.Ioan.Hodie tamen ſpoliatus poteſt conuenire quemlibet poſſeſſorem condictione ex canone,ut extra de reſt. ſpo. ſæpè contingit Ba.

ADDITIO. Ad huius glo.declarationem uide quod le. & not.extra de iud.quia. V.

a ¶ Reuerſurus.] Arg.ꝙ dignitas non conualeſcit in inuaſore,ſi eiectus moritur,arg.infra 21. q.1. relatio.

b ¶ Expendiſſe.] De expenſis conſueuit notari extra de pœ.calumniam.immo melius de do. & contu.cum dilecti.ſed hic aliqua adiiciam. Dico ergo, ꝙ omnes expenſæ ſoluuntur,quæ factę ſunt in eũdo,& redeundo extra de elec.ut pteritæ,ẽt circa aduocatum,ut C. de iud.l.ſancimus.& hoc obtinet cum uictus ſuccumbit uictori: ſecus eſt ſi quis condẽatur pro contumacia 1. tunc. n. tñ ſoluit expenſas factas à tempore contumaciæ, ut extra de do. & contu. cum dilecti, illas tñ expenſas dico deducendas,quas domi conſueuit facere, ut ff.ad exhi. ſed & ſi.§.1.& ff.de pe.hæ.l.ſed & ſi.§.qđ aũt.ff.de rei uendi.ſi res.nec illas petit,quæ caſu fortuito factæ ſunt, ut ff.mand.l.inter cauſas,§.non omnia.Item iſtæ expenſæ erunt mediocres.& non delicatæ,ut ff.de pig.ac l.ſi ſeruos in fi.& ff.de dam.infec.inter quos 1. §. 2. & l. ſeq. ſolas enim illas præſtabit, quæ pp ipſam cauſam factæ ſunt,ut extra de ſeq.& po.& fructu ad hoc in fi.& ſolas neceſſarias non utiles præſtabit, ut extra de eo qui mit. in poſſ. cum ueniſſent, in fi. Illud aũt non obſtat ei, ꝙ minores facere potuiſſet,ut ff.man. l.ſi quis. §. impendia.Item iudex prius taxabit expenſas, quam pro eis iuretur,ut 3.q.3.§.ſpatium,uer. quod fieri & eſt iſtud ſpeciale,quod probatur aliquid proprio iuramento, & hoc ideo eſt:quia res talis aliter nequit probari,ſic per ſacramentum ſuum probat ſe aliquis perdidiſſe inſtrumẽtũ

Expẽſarum materia.

1 Cõe eſt in quolibet cõtumace, ut ĩ expenſis cõdemnetur:ſiue uincat in cã pricipali, ſiue ſuccumbat. C.de iu. properãdũ. §. ſin aũt ex geſtis, & ſic no.Inn. ext. lib. 6. de apcordi. in fi. Archid.

Iuſm de calumnia pſer uata cõdemnatione expenſarum.

e ¶ Si eo præſente.] Teſtes iurare debent præſente utraque parte, uel altera p contumaciã abſẽnte. extra de teſti.in nomine Domini,ſed teſtimoniũ nõ debent dicere coram partibus,exẽplo Danielis,qui ſolus ſecrete quærebat a teſtibus 2.q.7.§.his ita uer.item Daniel.Ego credo,ꝙ quæcunque pars uelit intereſſe interrogationib.[4] ꝙ poteſt, quia partes melius nouerunt quærere omnes circunſtantias,& hoc probatur. ff. de adul.l. ſi poſtulauerit.§.quæſtioni, ſed hoc ſciant partes, quod quæcũq; pars ſemel interfuit,a modo non poteſt alios teſtes producere ſuper illo articulo, ut extra de teſti. fraternitatis.in auth.co,§.quia uero coll.7.Ioan.Sed certe ſicut teſtimonium dicitur in ſecreto,ita & interrogationes fiũt in ſecreto, & dantur in ſcriptis:& ita ſeruatur de facto. Barth. Brix.

f ¶ Quærendum.] Sed non uidetur hoc mõ eſſe quærendum:cum exceptio,quæ teſti.eſt obijcienda,ante publicationem debeat opponi,ut extra de teſtib præſentium, & quia non refert cuius opinionis teſtis ſit, dummodo eo tempore quo tulit teſtimonium,nihil fuit obiectum teſti,ut C.de teſti. l. 1.Reſpond. reus bene obijcit,ꝙ teſtes tales non eſſent admittendi, ſed iudex ſpretis iſtis exceptionibus admiſit eos [5]. unde in hoc caſu poſt ſententiam debet inquiri de opinione teſtiũ, [6]. ut extra de teſtib. ex parte Adæ. uel reo abſente fuerunt ibi teſtes inducti: & cum iudex de ſuo officio deberet inquirere de opinione teſtium non quæſiuit.

Exceptio in teſtẽ qñ eſt obijcienda.

5 Adde Bal. in l. criminis. C. de ac. & Alex. de Im. in l. ita demũ.col.2. de procur.

6 Vt ſ. ea.q. 7. quærẽdũ.

g ¶ Inimicitias.] Capitales, ut extra de ſimo. per tuas & in auth. de teſti. §.ſi quis uero odioſus,inſtit. de excuſ.tuto.§.inimicitias,infra 3.q.5.c.2.

h ¶ Ex auditu.] Inf.q.9.teſtes,tamen de auditu,& de credulitate quæritur a teſte,extra de teſti. cum cauſam.

iudicis.& ſi nollet epiſcopus diſpenſare, petet hoc à ſuperiore.& eſt ſi.extra de iure patro.nullus.

a ¶ Quod ex laicis.] Supra 77.diſt.monachus.ſup.59.diſtin.ſi officia. contra ſupra diſt. 61. quid proderit. contra,ſup.d.61.c.1.& 2.contra. Sol.ibi ius commune, hic diſpenſatio.

reuerſus recuperet ius pat.quod habebat? Argum.quod ſic extra de elect.quia diligentia. ff. de in ius voc. l. ſed ſi. ff.de bo.lib.l.3.§.ſi deportatus.Ioan.tamen ſi lata fuiſſet ſententia cōtra eum de amiſſione iuris patronatus, amplius non recuperet extra de diuor. de illa. extra de con-

b ¶ Quia remiſſio.] inf. 23.q.4. eſt iniuſta in fi. cōtra, ſ.d. 93. peruenit. & 35. q.9.loci, ī. 21.q. 2. placuit.Sol.ibi factū reſpicit, hic ius. & expone qđ ſequitur.

c ¶ Non dat.] ideſt. nō debet dare. nam leges, quæ periuris puniunt,&c.C.de ind.vidu.l.2.arg.C. vnde vi,meminerit, inf.de conſ.d.4.quæris arg.de pœ.diſ.3. §.ſed verba.& c. ſanè.Sed aliud eſt impunitatis occaſionē amplius peccādi cōfidentiam ſumere: qđ ibi dicit, aliud pro vno cōceſſo reliqua ſimilia vſquequaque concedere: quod hic negatur. Vel dic non dat, id eſt, non dare debet. ADDITIO. Sub. & nō dēt qs inde ſumere audaciā,& cōfidentiam delinquēdi. Dic ergo, remiſſio,ideſt,impunitas: ideſt, dipēſatio qua impune peccata dimittuntur, non dat licentiam,ideſt laxamentum delinquendi in ſimilibus.ſecūdum Io. de Fant.

Maximum.] CASVS. Maximus Donatiſta fuit: ſed poſtea conuerſus ad fidem ex laico eſt in epiſcopū promotus. Leo Papa eū tolerat: mandat tn̄ ſibi,vt in libello ad Papā miſſo ſe eſſe catholicū manifeſtet.Sequens c.patet.in quo tolerat Donatum cum ſua plebe conuerſum. mandat tamen ei, vt mittat libellū in quo confiteatur fidem, & abneget hæreſim illam. & mandat Leo,vt hoc de cætero non fiat.

randa.quędam vero penitus amputanda,Illos ergo,quorum prouectio hoc tātum reprehenſionis incurrit,quòd ex laicis[a] ad officium epiſcopale delecti ſunt,locū ſuum tenere permittimus, non præiudicātes Apoſtolicæ ſedis ſtatutis,nec beatorum Patrum regulas ſoluētes:quia remiſſio [b] peccati non dat [c] licentiam delinquēdi: nec qđ potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impune committi:ne quod ad tempus β pia lenitate cōceſſimus, iuſta poſt hac vltione plectamus.

α¶Exigūt cauſę.] *In ipſa epiſtola Leonis hæc antecedūt,* Cum ergo inter vos tātum valuerint aut ſtudia popularium,aut ambitus ſuperborū,vt non ſolum laicos,ſed ét ſecūdarū. *(ſic enim recte legitur in epiſtolis cū alijs beati Leonis operibus Coloniæ impreſſis nō* ſæculariū,*vt in tomis conciliorum)* vxorum viros, aut viduarum maritos ad officiū cognoſcamus paſtorale prouectos;nōne aptiſſime exigūt cauſæ,vt eccleſiæ,in quib.iſta cōmiſſa ſunt, iudicio ſeueriore purgentur, & non ſolum tales præſules, &c. *Eſt vero caput hoc multis locis in ſummam redactum,omiſſa narratione delictorū illorum, quibus minime ſanctiſſimus ille Pontifex ignoſcit.*

β ¶Ne,quod ad tempus.] *Hæc,quæ repetūtur infra,cap. Conatum ſumpta ſunt ex ſecundo capite eiuſdem epiſtolæ.*

*Idem in eadem epiſt.c.3.*

¶Donatiſtæ,& Nouatiani,quamuis reprehenſibiliter ordinati,tamen ex neceſſitate tolerantur. Cap. XIX.

MAximum quoque ex laico, [d] licet reprehēſibiliter, ordinatum,tamen ſi Donatiſta iam nō eſt,& à ſpiritu ſciſmaticæ prauitatis alienus, ab epiſcopali,[e] quam quoquo [f] modo adeptus,eſt nō repellamus dignitate: [g] ita vt & ipſo libello [h] ad nos directo † catholicum ſe eſſe manifeſtet. † *al. edito.*

*Idem ibidem initio,c.3.*

¶De eodem; Cap XX.

DOnatum autem Salicinenſem † ex Nouatiano cum ſua(vt cōperimus)plebe conuerſum,ita Dominico volumus gregi præſidere,vt libellū fidei ſuæ ad nos meminerit dirigendum:quo & Nouatiani dogmatis dānet errorem,& pleniſſime confiteatur catholicam veritatē. Quæ enim nunc certarum remiſimus cōſideratione cauſarum,[i]antiquis [h] deinceps cuſtodiēda ſunt regulis;ne, † *al. Seminacenſem.*

Salua Apoſtolica auctoritate.

2 Vt ſit glo. planior ſub. ſic dēt enim lex eſſe perpetua & cōmunis. 4.di. erit. niſi ex aliqua illarū cauſarum 29.diſt. ſciēdum. facta fuerit. quo caſu ceſſante cā, &c. Io. de Fant.

d ¶ Ex laico.] Iſte fuerat factus epiſcopus non ſeruatis interſtitijs temporū in minoribus ordinibus. 1 & ideo dicit tex.ex laico.arg.ſuperficiale pro illiteratis.ſup.61. diſt.c.1.2.& 3.& c.quid proderit.contra.Io.

1 De quib. hī 77. diſt. in ſingulis. & cap. ſeq. Archid.

e ¶ Ab epiſcopali.] infra 16.q.vlt.inuentum.

f ¶ Quoquo.] ideſt,non legitimo,ſicut illud: Quos genuit quocunque thoro.

g ¶ Dignitate.] Quid ſi patronus labitur in hęreſim: an

conuer.coniug.cap vlt.Ber.

h ¶ Libello.] infra 7.q.1.§.ecce.& c.qualiter.ſup.ea.q. ſi qui voluerint.

i DOnatum autem.] ¶ Cauſarum.] Collige ex hoc intelligentiam eius quod dici ſolet in literis, ſalua apoſtolica auctoritate.

k ¶ Antiquis.] ideſt, ſecūdum antiquas regulas. & ita niſi exprimeretur hoc, videretur conſtitutio perpetua. arg.C. de pœn.ſeruus. 2 Sed tamen quid iuris ſit ſuper hoc,

hoc not.61.diſtinct.§.ex his omnibus.

SAluberrimum.]CASVS. Dicitur in hoc cap. quod ſi quis clericus ab hæreſi ad eccleſiam reuertatur, profiteatur in ſcriptis hæreſim ſuam cum auctore eius eſſe dānatam, ne amplius corrumpatur, cum ſuæ profeſſioni non

nem fidei adhæſerunt hæreticis 1. ſup.ea.q.conuenientibus.

SI quis.]CASVS. Si quis pro aliqua hæreſi excommunicatus fuerit, non debet ad communionem admitti, niſi prius cum debita ſatisfactione fuerit in concilio reconciliatus.

quod ad tempus pia lenitate conceſſimus, iuſta poſt hæc vltione plectamus.

† al. Iuliano.

*Idem Ianuario † epiſcopo Aquileienſi, epiſt. 2.*

¶ Redeuntes ab hæreſi, poſt publicam profeſſionem, in ſuis ordinibus recipi poſſunt. Cap. XXI.

Idem epiſt.83.ad Septimum. Anſ.l.12.c.39. Iuo p.6.c.97. 1.q.1. omnis cuiuſlibet.

SAluberrimum enim, & ſpiritualis medicinæ vtilitate pleniſſimū eſt, vt ſiue presbyteri, ſiue diaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui ſe correctos videri volunt, atque ad catholicam fidem, quam iampridem miſerāt, rurſum reuerti ambiūt; prius errores ſuos, & ipſos auctores errorum damnari a ſe ſine ambiguitate fateantur: vt ſenſibus [a] prauis etiam peremptis nulla ſperandi ſuperſit occaſio, ne vllum membrū taliū poſſit ſocietate violari: cum per omnia illis profeſſio [b] proprie cęperit obuiare. Circa quos etiam illam canonum conſtitutionem præcipimus cuſtodiri, vt in magno habeāt beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, in quo inueniuntur ordine, ſtabilitate perpetua maneant: ſi tamen iterata tinctione non fuerint maculati [c].

In c.Martini Braca.

*Item ex concilio Martini Papæ, c. 36.*

¶ Ab hæreſi redeuntes, hæreſim, & eius auctores publicè deteſtentur. Cap. XXII.

SI quis epiſcopus, ſiue alicuius epiſcopi presbyter, aut diaconus in alicuius hæreſis opinionem oſtenderit, & ob hanc cauſam fuerit excōmunicatus; nullus epiſcopus eum in communionem recipiat, niſi prius in communi concilio [d], porrecto fidei ſuæ libello [e], ſatisfaciat omnibus, & ita liberam ſuam teneat purgationem [f]. Hoc idē, & de fidelibus laicis ſit decretū, ſi in aliqua hæreſis opinione [g] fuerint nominati.

5 *Ecce quibus de cauſis quadā in eccleſia tolerātur, quæ eiſdem ceſſantibus pia ſeueritate vindicantur. Quando aūt toleranda ſint, quando reſecanda, Gelaſius Papa diſtinguit [h] dicens epiſcopis per Lucaniam, epiſt. 1. c. 11.*

¶ Quando in eccleſia, aliqua ſint toleranda. Cap. XXIII.

ET ſi illa [i] nonnunquam ſinenda ſunt [k], quę, ſi cæterorum [l] conſtet integritas, nocere ſola nō valeant: illa [m] tamē ſunt magnopere præcauenda, quę recipi, niſi manifeſta decoloratione [n] non poſſunt. Ac, ſi ea ipſa [o],

---

non poſſit de cætero obuiare, & pro magno beneficio habeat, ſi adempta omni ſpe promiſſionis, in quo inuenitur ordine permaneat: dum tamen iterata tinctione non fuerit maculatus.

a ¶ Senſibus.] Ideſt, opinionibus hæreticorum.

b Profeſſio.] C.de non nu.pecu.generaliter.inf.2.q.1. legum.inf.27.q.1.omnes feminæ. ext.de app.perſonas.

c ¶ Maculati.] Idem eſt ſi fuerunt rebaptizati.ar.de cōſecr.diſtinct.4.qui iur, & c.eos quos. Vel ſi ad ſubuerſionem fidei adhæſerunt hæreticis 1. ſup.ea.q.conuenientibus.

d ¶ Cōcilio.] Hodie ſufficit ſolus epiſcopus. extra de hæret. ad abolendam. §.quia vero.

d ¶ Concilio.] Sup.50.d.de eo.

e ¶ Libello.] Sup.ea.q.ſi qui voluerint.

f ¶ Purgationem.] idem etiā ſi de ſimonia ſuſpectus ſit ext. de purg. cano. quoties.

g ¶ Opinione.] Sup.d.10.c.vlt.

ECCE QVIBVS. Hæc eſt quinta pars q. in qua quærit, qualiter debeat diſpenſari, quod probat per c.ſequēs. Io.de Fan.

h ¶ Diſtinguit.] Et protinus agit de illis, quę diſpenſari ſolent.

ET ſi illa.] CASVS. Hugo. ſic ponit hunc caſum. Quāuis diſpēſabilia ex cauſa quandoque relaxantur. indiſpenſabilia: tamen nulla cauſa ſunt relaxāda, & ſi illa nunquā relaxari debent, niſi ex magna cauſa, quāto magis illa ex nulla cā ſunt relaxanda?

h ¶ Beneuenta.] ſic ponit caſum Quāuis toleremus, quæ per exempla non nocēt, in illis tamen diſpēſare non debemus, quæ ſcandalum, vel deformitatem inducunt. nam ſi in præmiſſis tātum pro neceſſitate, vel vtilitate diſpenſamus: quare his cauſis abſentibus iura communia mutilamus, quæ niſi pro neceſſitate mutilari non debent?

i ¶ Et ſi illa.] Vt diſpenſabilia.

K ¶ Sinēda ſunt.] Id eſt diſpenſanda 2: & ita cęterorum hic proprie ſumitur.arg.ff.de muno.patri, 26.d.deinde.

l ¶ Quæ ſi cæterorum.] i. quæ diſpenſari poſſunt.

m ¶ Illa.] Hoc de illis, quæ diſpenſari non poſſunt.

n ¶ Decoloratione.] Puta ſi eſſet latro, vel ebrioſus 3, vt extra de reg.iur.eſtote.

o ¶ Et ſi ea ipſa.] Et ſic forma conſtructionem, ſi illa nullatenus ſunt mutilanda, quæ nullo detrimento, &c. quanto magis nec illa ſunt mutilanda, & eſt ſenſus: ſi in

1 In iſtis caſib. Papa ſibi reſeruat diſpēſationē: & 1 caſu quē habes, ex.de apoſta.c.vlt. vbi de hoc Arch.

2 Loquitur.n. in prin.de his quæ diſpenſari poſſunt loā.

3 Sub. de quibus non eſt in benigniorem partem interpretandum.cū ſint manifeſta. Hug.

in diſpenſabilibus non debet iudex diſpenſare niſi ex magna cauſa, quanto magis in ijs quæ ſunt indiſpenſabilia, nullo modo debet iudex diſpenſare 14.d.c.2.

a ¶ Vel rerum temporumque. Vel perſonarum. nam pro qualitate perſonarum, & actio formatur, & condēnatio moderatur. ff. de neg. geſt. Pomponius in negotijs Habes ergo hic cauſas, propter quas eſt diſpenſandum, ſcilicet cauſa vtilitatis, & neceſſitatis. Sed nunqd ex cauſa probabili. vr̃ arg. ꝙ ſic. 57. diſt. cap. 1. quod concedit Alanus. Ego cõtra 1. Nec obſtat 57. d.c.1. qa ſi poſt fides eius appareat probabilis, aboletur irregularitas ibi p̃ſumpta, & promouetur de iure communi.

Diſpēſandū ſt ceteris ex auſis.

1 Iſtud fuit dictum L. & in hoc ēt reſidet. Ioã. de Fant.

b ¶ Vel acceleratæ.] Nam quæ de nouo emergunt, &c. ff. de interrog. act. de ęta.

c ¶ Mutilanda. Diſpenſationes, quas extorquet neceſſitas ceſſante neceſſitate mutilandę ſunt: quę vero regulariter fiũt non, vt inf. 9. quęſ. 1. ab excõicationis. ſu. d. 50. placuit ĩ. 7. q. 1. mutationes.

Diſpenſationes quędam mutilandæ ſunt.

d ¶ Præcepta. Quedam, non omnia.

BREVITER. Hæc eſt 6. pars q. in qua quæritur, ſi ordinati ab hæreticis ſint iterum reordinandi, & dic, quòd non, ſi fuerint ordinati in forma eccleſiæ, & hoc probat per tres auctoritates. Ioann. de Fant.

CASVS. Hic mouet Gratia. incidentem, quæſtionem, vtrum ſcilicet ordinati ab hæreticis debeãt iterum ordinari. Et primo probat, ꝙ nõ, auctoritate Greg. & Auguſ. & poſtea ſoluit, & maledicens, vt circa baptizatos, & ĩ ordine ſacerdotali, vel epiſcopali inuentos, ſacramentum non reiteretur. Ea vero quæ cum quadam diſtributione vaſorum, vel indumentorum præſtantur interueniente epiſcopali benedictione, vt ordo leuitarum, & inf. eum, ordines poſiti, reiterari poſſunt, cum ab hæreticis conferuntur: nec dicitur aliquid iterari, cum nihil ab eis ſit acceptum: ad quod inducit ſequens c.

e ¶ Ordinibus. Scilicet illi, qui coacti ſunt, vel ignorãter ab hæreticis ordinati ſunt.

f ¶ Vtrum in eodem ordine. Et dic, ꝙ non, ſi in forma eccleſiæ ordinati ſunt. extra de apoſta. ex literis nec bene ſoluit hic Gratianus.

g ¶ Vt ait beatus Gregorius. Sup. d. 78. c. 1.

h ¶ Auguſtinus.] Sup. ead. q. 1. quod quidam.

i ¶ Reiterari.] Vt ſup ea. q. 1. ventum.

DAibertum. CASVS. Nezelon ordinatus fuit ab hæreticis in epiſcopum præter formam eccleſiæ, & ſic ordinem epãlem non recepit, qui poſtea Daibertum præter formam eccleſiæ, vel cum forma (non refert) in diaconum ordinauit. Sed quia illum ordinem conferre non potuit, Daibertus nihil accepit ab eo. vnde Vrbanus cum diſpenſaret cum eo fecit illum ordinari auctoritate Damaſi Papæ, & Innocentij.

K ¶ Daibertum.] Per hoc c. probat Io. opinionem ſuam: .ſ. ꝙ baptizatus ab eo qui recepit vltimam manus impoſitionem extra eccleſiam, nihil recipit. Nos qui dicimus cõtrarium, hoc intelligimus cum non ordinabat in forma eccleſiæ.

l ¶ Et beati.] Et ita cum facit hic mentionem de illo c. ſupra 1. q. 1. ventum eſt. intelligendum eſt illud, ſicut & iſtud de non ordinatis in forma eccleſiæ.

quę nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerum temporumq; [a] cogit intuitus, vel acceleratæ [b] prouiſionis reſpectus excuſat; quanto magis illa nullatenus mutilãda [c] ſunt, quę nec vlla neceſſitas, nec eccleſiaſtica prorſus extorquet vtilitas?

*Aliquando enim pro neceſſitate, vel vtilitate eccleſiæ mutilantur, & laxantur præcepta [d] canonica.*

*6 Breuiter oſtendimus, qui reuertentes ab hæreſi, in ſuis ordinib. [e] valeant recipi, vel qui non. Nunc autem quæritur de ijs, qui ab hæreticis ordinati ſunt, ſi ad vnitatẽ catholicæ matris eccleſiæ redierint; vtrum in eodẽ ordine [f] iterum valeant ordinari. Semel enim conſecratus (vt ait beatus Gregorius [g]) iterum conſecrari non debet. ¶ Item ſacramenta, quæ ab hæreticis in forma eccleſiæ miniſtrãtur (ſicut Auguſtinus [h] teſtatur) reiterari [i] non dẽt; ne homini, ſed ſacramẽto videatur iniuria fieri. ¶ Sed illud Gregorij de his intelligitur, qui conſecrationẽ ſacerdotalẽ, vel epiſcopalem acceperunt; qui aut per manus impoſitionem, cum ad eccleſiam redeunt, effectum ſuæ vnctionis † accipiunt, aut ab eius adminiſtratione perpetuo ceſſare iubentur. Similiter illud Auguſtini de eadem myſtica vnctione, & de ſacramento baptiſmatis intelligitur. ¶ Sunt autem in eccleſia alij ordines, qui ſine ſacramentali vnctione, ſola epiſcopi benedictione, cum quadam vaſorum, vel indumentorum diſtributione præſtantur, vt ſunt leuitæ, & cæteri infra eos conſtituti. Hi quãuis ab hæreticis ordinantur, tamen ad eccleſiam redeuntes in eodem ordine (ſi aliàs digni fuerint) ab eccleſia ordinantur; nec fiet in eis reiteratio muneris, cum ab hæreticis nihil doceatur eis fuiſſe collatum.*

ſup. d. 68. c. 1.

ſu. ea. q. 1. quod quidam.

† *al. ordinat enis.*

*Vnde Vrbanus ſecundus ſcribit Petro Piſtorienſi epiſcopo, & Ruſtico abbatis Vallis Vmbroſſæ.*

¶ Redeuntes ab hæreticis ſunt ordinandi.
Cap. XXIIII.

DAibertum [k] a Nezelone æ, licet ſimoniaco, nõ ſimoniace eiuſdem confeſſione reperimus in diaconũ ordinatum: & beati [l] Innocentij Papæ ſententia conſtat declaratum, quòd Nezelon (quem conſtat ab hæreti-

Pan. l. 3. c. 81.

ſup. 1. q. 1. ventum.

a ¶ Quia

a ¶ Quia nihil.]Sup.ea.q.1.gratia.inf.de conſ.d.4.quo modo,arg.ſup.ea.q.1.qui perfectionem.

Qui nihil habet nihil dat. 1 Et ext. de ſu.neg.prę̄l. cap.1.ubi de hoc pro. & contra ibi uideas.

d ¶ Dare.]Arg.qui nihil habet, nihil dare poteſt,Argu. contra extra de elect.ſuffraganeis 1.Item arg. ꝙ pro nō dato habetur quod datur ab eo,qui de iure dare non poteſt.

f ¶ Per illicitam.]Ideſt,non iuſtam.
g ¶ Vulneratum caput.].i.mentē macula culpæ,infectā.
h ¶ Medicinam adhibere.].i.reiterari, ut ita, & illud intelligatur de ordinatis in forma eccleſiæ.
i ¶ Reiterari.] Not.hanc expoſitionem, &c.& hæc expoſitio eſt ſubintelligenda ſup. ead. q.1. ventum, vbi eadem ſunt verba.

c. ſequenti per illicitam.

cis ordinatum)quia nihil [a] habuit,nihil dare [b] potuit ei, cui manus impoſuit.Nos igitur tāti Pontificis auctoritate firmati, & Damaſi Papæ teſtimonio roborati, qui ait: [Reiterari [c] oportet, quod male actum eſt;] Daibertum ab hæreticis corpore & ſpiritu digreſſum, atq; vtilitatib. eccleſiæ pro viribus inſudantem,ex integro [d](eccleſię neceſſitate ingruente)diaconum [e] conſtituimus.Quod non reiterationem exiſtimari cenſemus,ſed tantum integram diaconij dationem: quoniam, vt prædiximus, qui nihil habuit,nihil dare potuit.

α ¶ Nezelone.] *Marianus Scotus in vita Gregorij VII. mentionem facit archiepiſcopi Magdeburgenſis hoc nomine appellati.*

*Item Damaſus Papa,epiſt. 4.de chorepiſcopis.*

9.q.1.per illicitam.

¶ De eodem. Cap. XXV.

PEr illicitam [f] manus impoſitionem vulneratum caput [g] illi,qui videbantur aliquid accepiſſe,habebāt: & vbi vulnus infixum eſt, neceſſe eſt medicinam adhibere [h]:qua infixa ſanetur macula:ideſt reiterari [i] neceſſe eſt,quod legitimè [k] actum,aut collatum minimè probatur β. Nam quomodo [l] honorem poſſit retinere, qui ab illo acceperit, qui poteſtatem dare legitimè non habuit, inuenire non poſſum.

β ¶ Probatur.] *In originali hæc adduntur.* ſi perfectum eſſe debebit.

*Item libro nono Cod. titulo ad legem Iuliam repetundarum,Impp. Theodoſius, ac Valentinianus A.A. Florentio.*

Cap. XXVI.

† al. ſua.

7 SAncimus [m] eiuſmodi viros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris inſignia non ambitione [n], vel pretio, ſed probatæ vitæ,& amplitudinis tuæ† [o] ſolēt teſtimonio promoueri: ita ſanè, vt quib.hi honores per ſedis tuæ, vel per noſtram fuerint electionem commiſſi, iurati [p] inter geſta depromant, ſe pro adminiſtrationib.

K ¶ Legitimè.]Ar. ex hoc loco, ꝙ ſi poteſtas trāslata eſt in aliquē,vt eligat epiſcopum, & ipſe minus bonū eligit,iterum poſſit eligere. ar.7.q.1.factus 8.d. quæ contra. nam reproba pecunia non liberat debitorem. ff.de pig.act.eleganter.§.qui reprobos, & eſt arg.ad hoc extra de elec. in cauſis in fi.3. Arg.contra. extra de off.dele. in literis.nā functus ē officio ſuo]. Nam ēt ipſi canonici male eligēdo priuāt' ptāte eligēdi.ex.de ele. cū in cunctis.& no. 4.61.d.ſtudui.Quid iuris ſit.not.in quæſtionibus Bar.

3 Itē arg. ad hoc qd̄ not. ſup.prox.c.& gl.quoad ſpeciem. Itē ar. ad hoc.ff. de op.le.l.2. p̄terea cū non tenuit electio perinde eſt ac ſi non elegiſſet Ar. 4 Adde qd̄ not. Bart. & gl. in l. cum quidam. 2. ff. de leg. 2.

l ¶ Quomodo.] Sup. 19.d. ſin contra. Sed illud cum auctoritate ſua generaliter eſt prohibitum: iſtud ī eccleſia catholica cō firmatum. nam pro non dato habetur, & c.extra de iure patron.quod autem & ff.ſi quis cau.l.quoties.Arg. cōtra.ext. de iure patro.conſultationibus.

SAncimus.] Hæc eſt 7.pars q.ī qua ponitur pœna ſimoniacorū, quæ eſt infamia, & depoſitio, & dānatio pecuniaria.Ioan.de Fant.

teſt,vt extra de iure patro.quod autem,in fi.

c ¶ Reiterari.]Quo ad ſpeciem facti;non rei eſſentiam. Nā ſæpe, quod male fit,vel minus plene, ex integro eſt agendum:ſicut in ſatiſdatione. ff.qui ſatiſd.cog.de dic. §.ſi ſeruus,& in iuramento.ff.de iureiuran.qui per ſalutem,& in libelli confectione.2.quæſt.vlt.c.vl.ar.ff.qui ſatiſ.cog.ſi ab arbitro.§.quod & ſi.Nam in his omnibus non eſt aliquid iterādum:ſed quod omiſſum eſt, reſtaurandum ext.de ſacra.non ite.c.vno.Io. male dicit 2. Ioannes hic: cum quo ad rei eſſentiam ſit iterum ordinatio facienda:quia prima ordinatio non erat in forma eccleſiæ.Ber.

Quod min' plene fit, eſt iterandum.

2 Idē ſentit hic Io.qui i e net quod ſequitur. Arc.

d ¶ Ex integro.]Sup.ea.q.1.ſi quis confugerit,infra de conſec.diſt.4. ſi nulla ext.de cenſi.ſcientes.

e ¶ Diaconum.] Iſte Daibertus extra formam eccleſiæ fuerat ordinatus a Nezelone.

PEr illicitam.]CASVS.Quidam fuerunt ab hæreticis præter formam eccleſiæ ordinati: vnde mandat Papa,vt iterum tales ordinentur, cum nihil acceperint ab hæreticis.

CASVS. Hanc legem inducit Gratianus ad probandum. ꝙ honores eccleſiaſtici per pecuniam dari non debent: quia pro honoribus ſæcularibus adipiſcendis dari pecunia prohibetur. Dicitur ergo in hac lege,quòd ad prouincias regendas eligi non debent, niſi homines probatæ vitæ:& qui prætio,vel ambitione nō adipiſcantur honores,qui cum electi fuerint, iurabunt ſe nihil dediſſe, & ꝙ non dabunt per ſe, vel per mediam perſonam pro adminiſtratione ſibi conceſſa, vel cōmiſſa: & ꝙ durāte adminiſtratione, vel poſt,occaſione ſui officij nihil præter ſalarium accipient. Et licet nullus immemor ſuæ ſalutis eſſe credatur: tamen ſi quis contra prædictum ſacramentum tam dator, quam acceptor de hoc cōuictus fuerit, pœna quadrupli puniatur.

m ¶ Sancimus.]Lex eſt canonizata.
n ¶ Non ambitione.] Sup.ea.q.1.nullus, itaque.
o ¶ Tuæ.]Loquitur præfecto.
p ¶ Iurati.]Sup.23.d.quamquam inf. 8.q.3.Artaldus. & cap. talia.

a ¶ Sortiendis.] Dignitates enim non debent venales eſſe 1: ſicut nec matrimoniũ. ff. de don. inter vi. & vx. l. 2.
b ¶ Poſtmodum.] Sup. 1. q. 1. eos qui ſu. d. 46. ſicut non ſuo.
c ¶ Per ſe.] Extra de pecu. cler. inquirendum, extra de ſentẽtia excom. mulieres.
d ¶ Cuiuſque.] Sed vĩ cõtra. ff. de pol. l. 1. §. 1. Sed aliud eſt publice promittere aliqd Reipublicæ: aliud occulte alicui, vt eius ſuffragio promoueatur.
ADDITIO. Et ſi ſoluitur aliud, quod vĩ contra. ff. de do. hoc iure, in prin. de hoc no. ſup. ea. q. 6. c. vl. Io. de Fan.
e ¶ Salarijs.] inf. 23. q. 1. militare ſup. d. 86. non ſatis. Ioã. de Fant.
f ¶ Arbitremur.] Argum. pro teſte preſumendum eſſe, quòd nol t pietate. ext. de teſt. cum tu fili. & dicit canon, quos ſcimus nolle peierare, & c. 2. q. 5. ſi mala famæ. Sed licet præſumatur, eſt tamen notadignũ, quòd lex nõ ſtat huic preſumptioni: immo ſubijcit pęnam in peieratione. i. f. ea. ibi, quadrupli, &c.
g ¶ Publicũ crimen.] inf. 6. q. 1. §. ult.
h ¶ Conuictus.] Nã poſt depoſitã adminiſtrationem debet eſſe præſens per 50. dies. C. vt omnes iudi. tam ciuil. quam mil. l. 1. & conuenitur ſub epiſcopo loci. in auth. vt iu. ſine quoquo ſuff. §. neceſſitatem collat. 2. Sed ex contractu nõ poteſt iudex conueniri poſt depoſitam adminiſtrationẽ, ſi cõtractum aliquem fecit nomine ciuitatis, vt. ff. de admi. rerũ ad ciui. perti. curatores. §. in eũ. et ff. de euic. illud. §. 1. ſed procurator negotiorum bene conuenitur poſt. 2. depoſitum officium, vt de procu. procurator. Bar.
ADDITIO. De hoc not. extra de immun. eccleſ. aduerſus. §. ult. Et eſt ratio quare aliud in iudicio, aliud in cõtractu, quia qui contrahit, ſolam intuetur perſonam uẽditoris: cum rem alienam uendere poſſumus. ff. de contrahen. emp. l. rem alienam. In iudicio autem potius perſona domini inſpicitur, ſecundum Io. de Fant.

Dignitates & matrimonia non debent eſſe uenalia.

1 Conc. tex. in l. 1. ff. ad leg. Iul. & ibi glo.

Teſtis preſumitur nolle peierare.

ſortiendis [a] neque dediſſe quidpiam, neque daturos vmquam poſtmodum [b] fore, ſiue per ſe [c], ſiue per interpoſitã perſonam in fraudem legis, ſacramentique, aut donationis, venditionis ve titulo, aut alio velamento cuiuſque [d] contractus: & ob hoc (exceptis ſalarijs) [e] nihil penitus tã in adminiſtratione poſitos, quam poſt depoſitum officiũ, pro aliquo præſtito beneficio tempore adminiſtrationis, quam gratuito meruerint accepturos. Et licet neminem diuini timoris, contemnendo iuſiurandum, arbitremur [f] immemorem; vt ſaluti proprie vllum commodum anteponat; tamen vt ad ſalutis timorem etiam neceſſitas periculi ſubiungatur, ſi quis auſus fuerit præbita ſacramenta negligere, nõ modo aduerſus accipientem, ſed etiam aduerſus dantem, accuſandi cunctis, tanquam publicum crimen [g], concedimus facultatem; quadrupli pœna eo, qui conuictus [h] fuerit, modis omnibus feriendo.

*Item Paſchalis Papa.*

## ¶ De eodem. Cap. XXVII.

PAtet ſimoniacos, veluti primos, & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus reſpuendos, & ſi commoniti non reſipuerint, ab exteris [i] poteſtatibus opprimẽdos. Omnia enim crimina ad comparationem ſimoniacæ hæreſis; quaſi pro nihilo [k] reputantur [l].

¶ *In tribus vetuſtis exemplaribus poſt caput,* Sancimus. *omiſſa inſcriptione Paſchalis, & capite iſto,* Patet. *ſequuntur cõtinẽter ſubiecta Gratiani verba,* His breuiter, &c.

*His breuiter præmiſſis ad ea veniamus, quæ eccleſia, ſeueritate diſciplinæ parata eſt vlciſci, oſtendentes, quibus accuſantibus, vel teſtificantibus, quilibet ſint conuincendi; quo iudice quiſque debeat condemnari, vel abſolui; ſi cauſa vitiata fuit, quo remedio poſſit ſubleuari; ſi accuſatores defecerint, an reus ſit cogendus ad purgationem. Et vt facilius pateat quod dicturi ſumus, exemplum ponatur ſub oculis, in quo auctoritates hinc inde controuerſantes diſtinguantur, & quid ſanctorum Patrum ſentiat auctoritas, liquido intimetur.*

PAtet.] CASVS. Cum omnia crimina ad comparationem ſimoniæ pro nihilo reputentur, patet ꝙ ſimoniaci ſunt ab omnib. reſpuendi, & ab extraneis poteſtatibus opprimendi, ſi non reſipuerint.
i ¶ Ab exteris.] idest, laicis, qui extra eccleſiam habent hanc poteſtatem, vt ſup. d. 17. nec licuit, inf. 23. quæſt. 5. principes.
K ¶ Pro nihilo.] Hoc in deteſtationẽ huius ſceleris dicitur, ſup. d. 90. neque. & ſup. ea. q. 1. cito, infra 32. q. 7. quid in omnibus, &c. non ſolum, & ext. de ſim. tanta.
l ¶ Reputantur.] Hoc dicitur in deteſtationem criminis, & ad terrorem: ſicut illud, Omnis peccator, &c. extra de ſimo. tanta. Vel eſt grauius, quia facilius dicitur hoc crimen committi in Deum. 3. quam aliud: quia donũ Dei uolunt emere pecunia. ſu. 1. q. 1. eos, & ideo grauius dicitur argu. 17. q. 4. ſicut. 22. q. 1. mouet. Vel ideo hoc dicitur, quia nulla certa pœnitentia pro hoc crimine inducitur, niſi q. uſque ad mortem aſpere pœniteat, ſup. ea. q. 1. ſi quis neque. Ioan.
HIS BREVITER. CASVS. Tranſitu utitur, ſcilicet colore rhetorico, quo dicta dicendis continuat, & dicenda dictis, ſummatim dicenda perſtringens.

2 Poſt falſũ eſt niſi ſe nomine ſuo obligauerit, uel niſi ut doceat de mãdato, quod negatur.

3 Sub. ſpãliter. i. his q ſpecialiter ei ſunt deputata & dedicata. ſ. res & dignitates, & ſacia & officia eccleſiaſtica. arg. 17. q. 4. ſicut q. qõ. 1. nuptiarum Arch. Simoniæ peccatum cæteris grau.

Quidam.]

# CAVSA SECVNDA.

*Q Vidam epiſcopus de lapſu carnis à laico impeditur. Duo monachi. vnus ſubdiaconus, & duo leuitæ aduerſus ipſum. teſtimonium ferunt. A metropolitano ſuo ſentit ſe pragrauari. In ipſa ventilatione cauſæ tres ex teſtibus deficiunt, ſiue promiſſione decepti, † ſiue canonica examinatione reprobati.* † al. collecti.

*Expoliatur tamen epiſcopus, quia crimen eius notorium erat.*

q. 1. *Hic primum quæritur, an in manifeſtis iudiciarius ordo ſit requirendus.*

2. *Secundo an expoliatus ab aliquo ſit iudicandus.*

3. *Tertio, qua pœna ſint feriendi, qui in accuſatione, vel teſtificatione defecerint.*

4. *Quarto, an duorum teſtimonio ſit condemnandus.*

5. *Quinto, ſi deficientibus accuſatoribus, ſit cogendus ad purgationem.*

6. *Sexto, ſi remedium ſit dandum ei, qui cauſa dilationis vocem appellationis exhibuerit.*

7. *Septimo, ſi laici, monachi, vel quilibet inferiorũ ordinum in accuſatione maiorum ſint audiendi.*

8. *Octauo, quomodo debeat fieri accuſatio, an in ſcriptis an ſine ſcriptis.*

## QVAESTIO PRIMA.

1 p̃s. *Q Vòd autem* a *nullus ſine iudiciario ordine damnari valeat, auctoritatibus multis probatur.*

*De eo namque ait Auguſtinus homilia quinquageſima, de vtilitate pœnitentia.*

Q Vidam.] CASVS. In ſuperiori cauſa actum eſt de crimine ſimoniæ: & prius de eo, quod grauiſſimum eſt: ſed quia crimina ſine ordine iudiciario puniri non debent, ideo congruè hanc cauſam anectit, in qua de ordine iudiciario tractat, oſtendens quòd nemo condemnandus eſt niſi conuictus vel confeſſus, & quòd ſpoliatus præter iuris ordinem ſit reſtituendus. & qualiter puniantur qui in accuſatione deficiunt, qualiter obiecta crimina non probata purgentur, & qualiter ſententia releuetur per appellationem, & vtrum laici admittantur ad accuſationem clericorum, & qualiter ſit accuſatio facienda. Vt autem competentius agat, proponit thema, de quo octo elicit quæſtiones.

Q Vòd autẽ.] Hęc quęſtio diuiditur in quinque partes, in quarum prima probat per 13. auctoritates, ꝙ nullus ſine iudice debet damnari. i. niſi canonicè ſit damnatus Secunda ibi, [His omnibus.] Tertia ibi. [Sed ſciendum.] Quarta ibi: [Quando vero.] Quinta ibi, [Quando autem.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur prima quæſtio, in qua probatur, ꝙ præter iuris ordinem non eſt aliquis condemnandus præter quam in notorio crimine.

a ¶ Quod autem.] Tu dicas, qnod in manifeſtis requiritur ordo iuris 11. quæſtio. 3. eorum ſed non in notorijs, vt dicam infra. ea. manifeſta. & habes extra de iureiurand. ad noſtram 3. Et notandum, ꝙ quędam ſentẽtia eſt diffinitiua, quędam interlocutoria, quædam præcepti. Quælibet iſtarum requirit ordinem iuris, & ſi difinitiua ſententia fuerit lata, omiſſo ordine iuris, ipſo iure nulla eſt, vt infra ead. quæſtio. ſexta, §. diffinitiua. Hoc tamen ſcias, quod duplex eſt ordo iuris. Vnus qui eſt de natura, ſiue de ſubſtantia iudiciorum, ſcilicet, vt quis poſt citationem habeat inducias, vt fiat litis conteſtatio, & teſtes recipiantur, & quòd ſententia feratur in ſcriptis, ſi contra hunc ordinem feratur ſententia, non tenet, dicto §. diffinitiua. Eſt alius ordo, qui non eſt de ſubſtantia iudiciorum, ſcilicet vt ſententia non feratur ſub conditione, & non prius pronũcietur de poſſeſſione, quàm de proprietate. ſi tamen hoc non ſeruatur, nihilominus tenet ſententia, infra ea. quæſtio. 6. biduũ. & C. de appel. l. 1. Item ſententia interlocutoria ſiue ſit excommunicationis, vel ſuſpenſionis, vel miſſionis in poſſeſſionem, requirit ordinem iuris. De ordine excommunicationis ſententiæ, habes infra ead. nemo. & 34. quæſt. 3. de illicita. & melius extra de ſenten. excommun. ſacro. De ordine ſuſpenſionis habes infra ea. nomen. Si tamen iſte ordo non fuerit ſeruatus, tenet excommunicatio vel ſuſpenſio, vt 11. quæſtio. 3. ſi epiſcopus. Item in ſententia miſſionis in poſſeſſionem requiritur ſemiplena cauſæ cognitio, vt extra, vt lit. non conteſt. quoniam frequenter. in fi. Et ſiue talis ordo fuerit ſeruatus, ſiue non, ſi abſens poteſt probare ſe non fuiſſe contumacem ſententia talis retractatur, vt extra de ſen. & re iud. cũ Bertholdus. & ff. quib. ex cau. in poſ. ea. Fulcinius. §. quid ſit autem latitare, & ff. de priui. cred. Imperatores. Sententia præcepti eſt, cum iudex ſine cauſæ cognitione præcepit alicui, vt ſoluat alij decẽ, quæ petit. ſi ille ſoluat, & pecunia illa debita eſt, licet iudex præcepit iniuſtè, tamen non poteſt repeti pecunia, ut ff. quod met.

Sententia eſt triplex.

Ordo iuris eſt triplex.

Sñia miſſionis ĩ poſſeſſionem requirit ſemiplenã cauſæ cognitionẽ.

1 De iſta ſñia etiã hẽ ext. de verb. ſig. ex parte 1. in gl. vlti. ibi videas & de elec. dudũ 2. in glo. ſed pone, & 11. q. 3. in ſũma. Archi.

met.cau.l.vlt. A prædicta regula pleriq; doctores excipiunt infamatos, circa quos non requiritur ordo iuris, vt infra ead.q.5. presbyter, & extra de ſimon. quoties. quod non admitto, vt dicemus in loco ſuo in illo ca. presbyter, & in illa decret. quoties. habita fuit cauſę cognitio. Item excipiūt dilapidatores, vt 3.q.2.qa ca. quod nō eſt verum. quia hodie propter ſolā ſuſpicionē non remouetur quis ab adminiſtratione, vt extra de ſimo. licet Hely. Ioan. de Fant.

interrog.actio.de ætate. Ius ſit, extra de iud. at ſi clerici. Hoſtis. ff. de interrog.act.l.vlt. Nec natura neget. ff. de interrog.act.confeſſionib. Fauor. C.de libe.cā interrogatum. Et lis. ff.ad leg. Aquil. inde Neratius. §. vlt. Ius ve repugnet, ff.de paſt. ſi vnus. §. pacta. Melius, ff. de interro. inf. ead. multi.

¶Damnari non valet, niſi aut conuictus aut ſponte confeſſus. Cap. I.

NOs in quemquam ſententiam ferre non poſſumus, niſi aut conuictum [a] aut ſponte confeſſum.[b]

In capitulis per. Hadrianum collectis, c.57. Capit.5.c.156. Burch.l.16.c.6. Pann.l.4.c.111.

*Item Conſtantinus Imperator.*

¶De eodem. Cap. II.

IVdex criminoſum [c] diſcutiens, non ante ſententiam proferat capitalem, quàm, aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes [d] teſtes conuincatur.

¶ *Habetur caput hoc Cod. Theodoſ.l.9.tit.40.in legis prima interpretatione, itemque in capitulis Hadriani, cap. 57. & capitul.5. cap.156.*

*Hoc α Idem teſtatur Auguſtinus, & eiſdem verbis.*

α¶Hoc.] *Abſunt iſta ab vno ex per vetuſtis exēplaribus.*

*Item Gregorius libro octauo, epiſtola 50.*

¶De eodem. Cap. III.

Anſ.l.3.c.30.

SIcut ſine iudicio quemquam nolumus condemnari, ita quę iuſte β [e] diffinita fuerint, nulla patimur excuſatione [f] differri.

β¶Iuſte.] *Abeſt vox iſta ab originali. In vna autem manuſcripto Gratiani eſt*, Iuſta ſunt diffinita ſententia.

*Item Eleuterius epiſcopus ad epiſcopos Galliæ.*

Anſ.l.3.cap.54. Polyc.l.5.tit.1. Pann.l.4.c.115. † abſunt iſta ab originali.

¶De eodem. Cap. IIII.

NIhil [cōtra † quemlibet accuſatum] abſque legitimo, & idoneo accuſatore fiat: Nam & Dominus noſter Ieſus Chriſtus Iudam furem eſſe ſciebat: ſed quia non eſt accuſatus, ideo non eſt eiectus.

*Item Fœlix Papa 1. ad Paternum epiſcopum.*

NOs in quemq̄.] CASVS. huius ca. eſt, quod non debemus aliquem condemnare, vel in aliquem ferre ſententiam, niſi probationibus vel confeſſione ſua conuincatur. Idē eſt caſus ſequentis cap.

Conuincitur qs quadrupliciter.

a ¶ Conuictū.] Quatuor ſunt modi conuincendi, aut iure ſcilicet inſtrumētis vel teſtibus; aut facti euidentia, vt extra de coha.cle. tua. & infra eadē quęſt. quæ Lotharius, aut iuris interpretatione, vt ſæpius citatum eſſe reum, vt 3.q.9.decernimus, aut violenta ſuſpicione ſeu præſumptione. 32.q.1.dixit. & C.de adulter. authentica, ſi quis.

Sententia in confeſſum ferenda eſt.

b ¶ Confeſſum.] Habes ergo hic, ꝙ ſentētia ferenda eſt in cōfeſſum. hoc verū eſt etiam ſi aduocatus alicuius cōfiteatur, nec reuocat cōfeſſionem ſuā, ut extra de ſen.c.olim. & eſt ferenda ſententia in confeſſum in cauſa ciuili, vt ff. de confeſ.l.Iulianus. & etiam in criminali, ut ff. de cuſto. & exhi. reo. ſi confeſſus. Niſi aliquis metu tormentorum aliquid confiteatur, dum eſt in carcere. tali enim confeſſioni non ſtatur, vt ff. de quæſtio.l.1.§. diuus. & §. ſi quis. ultro. niſi poſt tormenta in confeſſione perſeueret, ut ff. de quæſtioni.l.1.§. quæſtio. mentitur ergo lex: quæ dicit quod nullæ ſunt partes iudicis in confitentem. ut ff. ad leg. Aquil. proinde. §. ulti. Sed dic quod nullæ ſunt, quantum ad examinationem cauſæ, ſunt tamen aliquæ quantum ad prolationem ſententiæ. Vel dic, quod ſi poſt receptionem libelli & inducias datas, reus confitetur, tunc iudex fert ſententiam, ſed ſine omni correctione libelli. Si ex abrupto confiteatur, tunc non eſt ferenda ſententia: ſed iudex ſimpliciter pręcipiat ei ut ſoluat. ff. de iudi. ſi debitori. Quæ autem confeſſio præiudicet, his uerſibus collige.

Confeſſioni metu tormētorum factæ non ſtatur.

Confeſſio confitenti non nocet, niſi multa interueniant.

Maior, ſponte, ſciens, contra ſe, ius ſit & hoſtis.
Nec natura neget, fauor & lis. ius ve repugnet.

Maior. ff. de confeſ. certum. in fi. Sponte. 31.q.2. Lotharius. Sciens. C. de iur. & facti igno. error. Cōtra ſe. ff. de interro.act.l. ſi is cuius. 32.q.2. ſolet quæri.

c ¶ IVdex criminoſum.] Id eſt, cauſam criminalem.

d ¶ Per innocentes.] Id eſt, bonos.

SIcut.] Caſum ſic pone. Sicut non debemus aliquem ſine ordine iudiciario, & cauſa cognita condemnare; ita & ſententia iuſte lata contra eum, ſtatim debet executioni mandari.

e ¶ Quæ iuſte.] Id eſt, ſecundum ordinem iuris. licet enim ſciat eam executionem iniuſtam quantum ad ius litigatoris, tamen eam exequitur. 1. ut extra de offi. dele. paſtoralis. niſi ſit lata per falſa inſtrumenta. C. ſi ex fal. inſtru. vel teſti. l. iudicati. extra de re iudic. de cætero. & de cri. fal. ſuper eo.

1 Nam quātum ad ipſos litigantes ius ex ſnīa factum fuit poſt quā in rem tranſijt iudicatam. extra de re iud. cū inter in fi. Arch.

f ¶ Excuſatione.] Niſi incontinēti obijciatur exceptio. ut extra de teſti. veniēs 2 & ext. de reſt. ſpo. litteras. Dic ut notaui 11.q.3. cū apud extra de of. le leg. quærenti. ADDITIO. Et not. extra de in inte. reſt. ſciſcitata. Archid.

NIhil.] CASVS. Dicitur hic in c. iſto, ꝙ nullus debet abſque accuſatore damnari & hoc probatur exemplo Domini, qui licet ſciret Iudam eſſe furem, tamen eum non eiecit, cum accuſatus non fuiſſet.

Primates.]

PRimates.CASVS.Dicitur hic, ꝙ ſi cauſa coram primatibus agitatur de crimine, ꝙ non dẽt accuſatus condemnari niſi cõuictus, vel confeſſus. Quòd ſi aliter factum fuerit, ſnĩa irritabitur & retractabit à ſynodo.
a ¶ Primates.] Ideſt, epiſcopi.5.q.2.ſi primates.
b ¶ Sen-

ri debet, alioquin eſt tolerãdus: & loquitur hoc c.de Iuda, & c.ſuperius ſcilicet, [Nihil, &c.] Secunda pars incipit ibi, [Bene dixit.

ſup.c. in ſũ. ver. hoc tamen. Arch.

d ¶ Vnus ex vobis.] Arg. qđ de vno dr, de alijs negatur vt 45.diſt.diſciplina.fic.ff.de iud.cum prętor.ſup.25.d. qualis.C.de procur. maritus.

## ¶De eodem. Cap. V.

Et Zepherinꝰ epiſ. 1. ad epĩos Siciliæ, vſq; ad verſ. Aliter. Anſ.l.3.c.68. Burch.l.1.c.157. Iuo p.5.c.245. & 247. Pan.l.4.c.15. 11.q.3.irritam.

† 1 Abeſt ab epiſ. Zepherini.

PRimates [a] accuſatum diſcutientes epiſcopum, non ante ſententiam [b] proferant damnationis :' quam Apoſtolica freti auctoritate, α aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes, & [canonice † examinatos regulariter teſtes conuincatur. Aliter irritam eſſe cenſemus; & iniuſtam epiſcoporum damnationem; & idcirco a ſynodo retractandam, [c] ita ut oppreſſis ab omnibus in cunctis ſubueniatur cauſis.

α¶Apoſtolica freti auctoritate.] *Hac addita ſunt ex epiſtola Fælicis, & Zepherini. Nam damnari epiſcopi ſine conſenſu, & auctoritate Romani Pontificis nec tunc poterant, nec nunc poſſunt. 3.q.6.c.diſcutere. & alibi.*

Zepherinus loco ꝓximc indicato.

*Item decreuit Zepherinus Papa.*

*Item Auguſtinus.* β

β¶ Auguſtinus.] *Sic in multis vetuſtis exemplaribus, quamuis uerba huius capitis apud ſanctum Auguſtinum non ſint inuenta.*

## Multi per tolerantiam ſuſtinendi ſunt, quamuis ſententia diuini iudicij ſint condemnati. Cap. VI.

Matth.26.

VNus ex vobis [d] me traditurus eſt. ¶ Bene dixit, ex vobis, & non ex nobis. Ex vobis enim eſt, a quibus per iudiciariam poteſtatem confeſſus, aut conuictus, excluſus non eſt: A me verò, qui nullis indigeo argumentis, & omnia certiſſime noui, ſeparatus & diuiſus eſt: Tale enim eſt, ac ſi diceret; etſi ego eum per occulti iudicij ſententiam damnatum habeo; vos tamen adhuc illum per tolerantiam ſuſtinete. [e]

*Item Gregorius Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniã, lib.11.epiſt.50.*

## ¶Nullum ſeruetur iudicium, niſi rationabiliter habitum. Cap. VII.

Anſ.l.3.c.93.

IN pri-

e ¶ Suſtinete.] Etiã in publica cõione, vt ext.de off.ordi.ſi ſacerdos.& 6.q.2.ſi tantam epiſcopus.

IN primis.] CASVS. Presbyter q̃dam, & duo epiſcopi.ſ. Ianuarius & Stephanus dicebantur iniuſte cõdemnati: quare Dominus Papa committit negotiũ iſtud Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniam. Diuiditur ergo c. iſtud in quatuor partes in 1. parte mãdat inquiri de perſona presbyteri hoc modo, vt ſi inuenerit eum iniuſte damnatum, reſtituatur. Si autẽ aliquid obijcitur cõtra eũ, cognoſcatur de hoc eo p̃ſente, & pro ſe rõnem reddente, & quęratur diligẽter, vtrũ in exilio dẽat demorari, vel an debeat ad ſuã eccleſiã reuocari. In 2. parte mandat Papa inquiri de perſona Ianuarij epi, vtrũ cõmiſerit crimen dãnatione dignum: & ſi nõ cõmiſerit, eccleſiæ ſuę & honori ſuo reſtituat. Eṗs aũt, qui in loco eius ſubſtitutus fuerit, ab omni honore eccleſiaſtico deponatur, & tradatur eidẽ Ianuario cuſtodiendus, vel ad ſede Apoſtolicã tranſmittatẽ. Si uerò mortuus eſt, & alius loco eius ſubſtitutus, remoueatẽ ab eccleſia: ita tamen, ꝙ in alia eccleſia poſſit eligi, nunquam ad illam reuerſurus, de qua remotus eſt. Ipſi verò q̃ ſubſtitutũ ordinauerũt, per ſex mẽſes in monaſterio detrudantur à communione ſuſpenſi, niſi in mortis articulo. Sed ſi metu ipſius principis, ſe dixerit feciſſe, tempus pœnitentiæ abbreuietur. Inſuper compellatur Comitiolus reſtituere omne damnum eidem epiſcopo, qđ ſcilicet per illius violentiam eſt paſſus, præſtito prius iuramento ab eodem Ianuario. In tertia parte mandat Papa inquiri de Stephano, vtrum crimina, quæ ei obijciebantur, eſſent uera, uel nõ vera, & ſi ordo iudiciarius fuerit in eo ſeruatus, & quales accuſatores, & quales teſtes fuerunt, & qualiter ſententia lata fuerit. Si uerò crimina falſa fuerunt, eccleſię ſuę reſtituatur, & illi qui iniuſte damnauerunt eum, ſex menſibus in monaſterio detrudantur excõmunicati. De pœna ſubſtituti, & ordinantium eum, & de pœna Comitioli idem dicitur, qđ dictum eſt in perſona Ianuarij. In quarta parte probat,

b ¶ Sententiam.] Excommunicationis, quam ferre poſſunt in epm: ſed nõ damnare, vt ſup.diſt.12.de his, 1 in fi.inf.q.3.ſi quis eṗs.inf.3.q.6.quamuis, &c.ſeq.niſi ſit ſynodus congregata auctoritate Papæ, vt 5.q.4.c.1.

Eṗm damnare quis põt 1.al.p̃ceptis.

c ¶ Retractandam.] Sed qualiter retractatur ſententia, quæ nulla eſt ipſo iure? nam nec in ſentẽtia excõicationis neceſſaria eſt abſolutio, ſi ſnĩa nulla eſt, vt ex.de off.deleg.c.cum cõtingat.& extra de ſent.excom. per tuas. & id quod nullũ eſt, rumpi nõ poteſt.ff.de iniu.& rup.teſtam.nam & ſub cõditione.& vbi nulla eſt obligatio, ibi nulla eſt liberatio.ff.de ver.oblig.decem ſtipulatus. ſed hic retractatur de facto: 2 ſicut aliquis abſoluitur de facto.extra de appel.ad præſentiam, ſicut depoſitus de facto reſtituitur, ut 16.q.1.frater noſter.

q̃ Snia nulla an poſſit retractari.

2 Nam ſnĩa lata contra iuris ordinẽ iudiciarium ipſo iure nulla & irrita ẽ, nec indiget retractatione maiore, qua noui eſt ſcdm Hug. & adde qđ no.

VNus ex vobis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Dñi ad diſcipulos, ſcilicet. Vnus ex vobis me traditurus eſt. in ſecunda parte ponũtur verba Auguſtini exponẽtis verba Dñi quibus probat, ꝙ conuictus, uel confeſſus cõdena-


bat,

bat, ꝙ circa ea non fuit ordo iudiciarius obſeruatus. Nam ſacerdos tantum coram ſuo epiſcopo erat conueniendus, vt probatur cauſa 11. Similiter de Ianuario actum eſt contra leges, cum fuerit de eccleſia ſua violenter abſtractus. Nam qui hoc faciunt, capite puniũtur, vt probat lege ſeq. ſi quis in hoc. Deinde multipliciter probat, quòd circa perſonam Stephani nõ fuit ordo iudiciarius obſeruatus: qa fuit à non ſuo iudice cõdemnatus, & ſi metropolitanũ non habuit, erat ad ſedẽ Apoſtolicam remittẽdus. Item quia fuit a ſeruis accuſatus, qđ fieri non debuit etiã in crim. læſæ maieſtatis, cũ. ſ. fuerit bonæ opinionis, & qa eo abſente uiliſſimi teſtes contra eum recepti ſunt, nec etiã ſnia lata fuit in ſcriptis: quòd fieri non debuit. Et hoc ꝓbatur duab. legibus. & ſeq. c. Secunda pars incipit ibi. [ De epi perſona. Tertia ibi. [ Quia igitur Stephanus. ] Quarta ibi. [ De perſona presbyteri.

querelam. Sed dic modus probationis. id eſt, an excipiẽdo, uel denunciando, uel alio modo probatũ ſit crimẽ: quia ſi excipiendo, uel denunciando, nõ eſt remouẽdus, vt ex. de acc. ſuꝑ his. Si aũt directo agatur de crimine, licet ciuiliter, bene remouetur ab adminiſtratione: ſed non

nis [a] requirendum eſt de perſona presbyteri dilectiſſimi † [b] fratris, & coepiſcopi noſtri Ianuarij, & ſi ita ſe veritas habet, ſicut eiuſdem epiſcopi petitio cõtinet, in eccleſia, atque in loco ſuo, modis omnibus idem presbyter reuocetur. Si autem dictum fuerit; quia contra ipſum cauſa aliqua mota, ſiue probata [c] eſt, ſubtiliter ipſo præſente, [d] & pro ſe rationem reddente, quærendum eſt & genus cauſæ, [e] & modus ꝓbationis, [f] vt ex hoc colligere valeas, vtrum adhuc in exilio α demorari, an certe in eccleſia ſua, & officio ſuo debeat reuocari. ¶ De epiſcopi ſupradicti perſona hoc ſtatuendum eſt, vt ſi nulla, contra eum criminalis cauſa, quæ exilio, vel depoſitione digna eſt, mota ſiue probata eſt, is qui eo ſuperſtite epiſcopus peruerſe, [g] ac contra canones in eccleſia eius ordinari præſumpſit, ſacerdotio priuatus, ab omni eccleſiaſtico miniſterio repellatur. [h] Qui etiam eidem dilectiſſimo Ianuario fratri, & coepiſcopo noſtro tradendus eſt, vt ab ipſo [i] in cuſtodia habeatur, aut certe ab eo ad nos per omnia tranſmittatur. Epiſcopi verò, qui eum ordinauerunt, vel ordinationi eius conſentientes interfuerunt; ſex menſibus [k] Dominici corporis & ſanguinis communione priuati, agere pœnitentiam decernantur in monaſterio, & ſupradictus Ianuarius loco, & ordini ſuo modis omnibus reformetur. Si verò communione priuatis, mortis contigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autem epiſcopi in præiudicium condemnationis, vel depoſitionis memorati Epiſcopi, ſe metu [l] iudicis conſenſiſſe, ac talia feciſſe non ſua ſponte, [m] faſſi fuerunt; & tempus eis abbreuiandum eſt, & modus pœnitentiæ temperendus. Si verò ille, qui locum eius inuaſit, de hac fortaſſe luce migrauit, & alter eſt ordinatus, quia leuioris † [n] culpæ videtur (cũ non quaſi iſti ſuperſtiti, ſed ſuc-

† forte legendum. ] & dilectiſſimi.

† al. lenior culpa.

Cauſa pauperis eſt tractanda prius quã diuitis.

a ¶ In primis. ] Arg. ꝙ prius eſt cã pauperis tractanda quã diuitis. vt 16. q. 6. đ lapſis. & C. de epiſc. & cler. ſi quis ad declinãdã. Sed dic, ꝙ hic vltimo iubet tractari cauſa epiſcopi, ut eo melius memoriæ commẽdetur, vt inf. de conſ. d. 2. liquido.

1 Vel dic, ꝙ aliquis dēt eſſe ordo poſtulantium, ne ſi honori poſtulantiũ locus detur mediocres deſideria ſua non profe- rãt. ff. de off. proc. nec q. l. quam. §. obſeruare ſm. Laur.

1 Sed quare iubet inquiri. ſ. an ordo iuris fuerit ſeruatus, cum ipſi depoſiti eſſent a non ſuo iudice, unde ſtatim deberẽt reſtitui? Dic quod hoc fuit propter ſcandalum Comitioli, & eſt ſi. 3. q. 6. hec quippe.

c ¶ Presbyteri dilectiſſimi. ] Tranſitiue ponitur.

c ¶ Mota ſiue probata. Siue. pro &: & tũc planum eſt. non enim eo ſolo, ꝙ quis eſt accuſatus, reus eſt, ut 15. q. vlt. c. vlt. Vel dic, mota, ita ꝙ ſit infamatus, & in purgatione deficiat. hoc enim ſolum ſufficiat ad depoſitionẽ, vt ext. de ſim. de hoc. &c. inſinuatum. hoc uerum eſt, qñ crimen, in quo deficit. inducit depoſitionem.

d ¶ Præſente. ] Et intelligẽte. alias nõ diceret ꝑſẽs. ff. de ver. ſig. corã Io. Quid iuris ſit de hoc habes. 3. q. 9. in ſu.

e ¶ Et genus cauſæ. ] Scilicet an ſit ciuilis, an criminalis, quia alij teſtes admittuntur tam in una quam in alia, ut 14. q. 2. ſuper prudẽtia. Vel dic, genus cauſæ. i. an tale ſit crimen quod inducat depoſitionem, uel non quia non omne crimen inducit depoſitionẽ. d. 81. Apoſtolus. & 5. q. 4. in loco. 15. q. 8. in ſum.

Criminis ꝓbatio an ſẽꝑ remoueat promotum.

f ¶ Modus probationis. Non intelligas, vt inquiratur, an ciuiliter an criminaliter agatur. nam propter crimen ciuiliter probatum remouetũr quis a beneficio. ut ext. de off. cuſt. c. 1. extra de fideiuſſ. peruenit de iureiurand. non a dignitate, vt extra de ſimo. per tuas. in fi.

g ¶ Peruerſe. ] Quod iuris de hoc ſit, habes 3. quæſt. 9. in ſumma.

ADDITIO. De hoc etiam no. extra de do. & contu. ueritatis. Et no. ꝙ preſentia & abſentia dicitur multis modis, prout not. ff. de procu. præſens.

h ¶ Repellatur. ] Niſi feciſſet ignoranter, ut inf. 7. q. 1. præſentium, &c. cum qui.

i ¶ Ab ipſo. ] Non vt ab ipſo iudicetur, ut inf. .q. 5. quia ſuſpecti.

k ¶ Sex menſibus. ] Poſt hoc tempus forte ipſo iure reſtituuntur, arg. ff. de poſtu. l. Imperator. ſup. d. 50. ſi ille. contra, ſed ibi erant detruſi in monaſterium, ut ibi perpetuo eſſent.

l ¶ Metu. ] Metus hic attenuat peccatum, ut ext. quod met. cau. ſacris. quandoque penitus excuſat, ut 50. d. presbyteros, quandoque in nullo excuſat, ut inf. de conſec. d. 4. eos. & 11. q. 3. quiſquis.

Metus qñq; attenuat peccatũ. Fides mala defuncti, an noceat ſucceſſori.

m ¶ Sua ſponte. ] Arg. ꝙ mitius agit cũ ſpõte confeſſo, ꝙ cum conuicto, ut 50. d. c. 1. arg. ext. de elect. innotuit.

n ¶ Quia leuioris. ] Cum enim ſit ſingularis ſucceſſor, mala fides defuncti non nocet ſucceſſori. Secus ſi eſſet vni-

vniuerſalis ſucceſſor.C.de acquir.poſt. l. vitia. & ff. de di.& temp.preſcr.l.an vitium,& l.cum hæres,purgatur ergo hoc vitium per ſucceſſorem. ſic extra de fil. preſbyter.ex tranſmiſſa,vnde dicit lex,ꝙ non videor vi poſſidere,ſi recipiam poſſeſſionem ab eo, qui poſſidet,licet ille.

ſuum,vt C.de ſi.inſtr.l. vlt.eodem modo probat ſibi aliquas mobiles eſſe ablatas.C.vnde vi.ſi qñ. extra, quod me.cau.c.vlt.Hoc tñ teneas pro certo, ꝙ nullus in principali cauſa condemnatur in expenſis poſtquam iurauit de calumnia,cum poſtea præſumatur bona fide litigare 2.vt ff.de leg.2. qui ſolidũ,& in hac opi.fuit Ioã.Cremonẽſ. & alij doctores legũ,unde dixit Bulgarus, exceptionem facit contumacia abſentis actoris,& iuſta ignorantia.Ioan. Et ita ſeruatur de facto in hac ciuitate Bononienſi. Sed in cã appellationis indiſtinctè quilibet cõdemnatur.ut 2.q.6. omnimodo. Bart.

ceſſiſſe defuncto videatur) epiſcopatus illi officiũ in illa eccleſia tãtummodo interdicatur, vt in alia eccleſia,quæ ſacerdote vacauerit, ſi electus fuerit, poſſit eſſe eps; ad Malachitanam tamẽ eccleſiam nunquã aliquo modo reuerſurus [a]. ¶ Glorioſus aũt Comitiolus; quidquid prędictus eps per violentiã, atq; inſecutionem ipſius expẽdiſſe[b], vel damnũ pertuliſſe dato ſacramẽto [c] firmauerit, eidẽ epiſcopo reſtituere compellatur †. Si aũt aliter, quàm antefati epiſcopi petitio continet, actum eſſe forſitã perhibetur, ſubtiliter quærendũ eſt, & veritate cognita, cũ Dei timore,quod iuſtitiæ ordo ſuaſerit,iudicãdũ. ¶ Quia ergo Stephanus epiſcopus odio† ſui quædam ficta, & de falſis ſe capitulis accuſatum neque aliquid ordinabiliter factum, ſed iniuſtè ſe aſſerit condemnatum, diligenter quærendum eſt primo,ſi iudicium ordinabiliter eſt habitum,ideſt†, ſi alij accuſatores [d], atque alij teſtes fuerunt. Deinde cauſarum qualitas eſt examinanda; ſi digna exilio,vel depoſitione fuit;ſi eo† prẽſẽte [e],qui accuſatus eſt iureiurando contra eum teſtimonium dictum eſt, ſi ſcriptis actum eſt,vel ſi ipſe licentiam reſpondendi,& defendendi ſe habuit. Sed & de perſonis accuſantium, ac teſtificantium ſubtiliter quærendum [f] eſt, cuius conditionis,cujuſve opinionis, aut ne inopes ſint, aut ne fortè aliquas contra prædictum epiſcopum inimicitias [g] habuiſſent: & vtrum teſtimonium ex auditu [h] dixe-

† al. condemnatur.

Iuo p.6.c.343. Pann.l.4.c.82.
† al. in adito ſuo.

† al. aut ſi alij accuſatores, alij teſtes fuerunt.
† al. aut ſi.

c ¶ Dato ſacramento.] Si aliter nequit probare.C.unde ui, l.ſi quando. Io.

d ¶ Accuſatores.] Id eſt,accuſator non.n. plures accuſatores admittuntur 3.quia poſſet eſſe, ꝙ unus probaret, & alter deficeret in probatione:ſed ſi plures ſũt, iudex eliget magis dignũ, ut ff. de acc. l.ſi plures tamen in tantum præiudicabit eis, quod qui ſemel apparuerit inter accuſatores, non poteſt poſtea in illa cauſa teſtificari, ut extra de accuſa.c. cum P.

ille uitioſè poſſideat,ut ff. uti po. l. ſi duo, & ſi extra de reſt.ſpol.cum ad ſedem, in fi.Ioan.Hodie tamen ſpoliatus poteſt conuenire quemlibet poſſeſſorem condictione ex canone,ut extra de reſt. ſpo. ſæpè contingit Ba.

ADDITIO.Ad huius glo.declarationem uide quod le. & not.extra de iud.quia. V.

a ¶ Reuerſurus.] Arg.ꝙ dignitas non conualeſcit in inuaſore,ſi eiectus moritur,arg.infra 21. q.1. relatio.

b ¶ Expendiſſe.] De expenſis conſueuit notari extra de pœ.calumniam.immo melius de do. & contu.cum dilecti.ſed hic aliqua adiiciam. Dico ergo, ꝙ omnes expenſæ ſoluuntur,quæ factę ſunt in eũdo,& redeundo extra de elec.ut pteritæ,ẽt circa aduocatum,ut C. de iud.l.ſancimus.& hoc obtinet cum uictus ſuccumbit uictori; ſecus eſt ſi quis condẽatur pro contumacia 1. tunc.n. tñ ſoluit expenſas factas à tempore contumaciæ, ut extra de do. & contu. cum dilecti. illas tñ expenſas dico deducendas,quas domi conſueuit facere, ut ff.ad exhi. ſed & ſi.§.1.& ff.de pe.hæ.l.ſed & ſi.§.qd aũt.ff.de rei uendi.ſi res.nec illas petit,quæ caſu fortuito factæ ſunt, ut ff.mand.l.inter cauſas,§.non omnia.Item iſtæ expenſæ erunt mediocres,& non delicatæ,ut ff.de pig.ac l.ſi ſeruos in fi.& ff.de dam.infec.inter quos 1. §. 2. & l. ſeq. ſolas enim illas præſtabit, quæ pp ipſam cauſam factæ ſunt,ut extra de ſeq.& po.& fructu ad hoc in fi.& ſolas neceſſarias non utiles præſtabit, ut extra de eo qui mit. in poſſ. cum ueniſſent, in fi. Illud aũt non obſtat ei, ꝙ minores facere potuiſſet,ut ff.man. l.ſi quis. §. impendia.Item iudex prius taxabit expenſas, quam pro eis iuretur,ut 3.q.3.§.ſpatium,uer. quod fieri & eſt iſtud ſpeciale,quod probatur aliquid proprio iuramento, & hoc ideo eſt:quia res talis aliter nequit probari,ſic per ſacramentum ſuum probat ſe aliquis perdidiſſe inſtrumẽtũ

Expẽſarum materia.
1 Cõe eſt in quolibet cõtumace, ut i expenſis cõdemnetur:ſiue uincat in cã pricipali, ſiue ſuccumbat. C.de iu. properãdũ. §. ſin aũt ex geſtis, & ſic no.Inn. ext. lib. 6. de ap. cordi. in fi. Archid.
Iuſm de calumnia pſer uata cõdemnatione expenſarum.

e ¶ Si eo præſente.] Teſtes iurare debent præſente utraque parte, uel altera p contumaciã abſente. extra de teſti.in nomine Domini,ſed teſtimoniũ nõ debent dicere coram partibus,exẽplo Danielis,qui ſolus ſecrete quærebat a teſtibus 2.q.7.§.his ita uer.item Daniel.Ego credo,ꝙ quæcunque pars uelit intereſſe interrogationib.4 ꝙ poteſt, quia partes melius nouerunt quærere omnes circunſtantias,& hoc probatur. ff. de adul.l. ſi poſtulauerit.§.quæſtioni. ſed hoc ſciant partes. quod quæcũq; pars ſemel interfuit,a modo non poteſt alios teſtes producere ſuper illo articulo, ut extra de teſti. fraternitatis.in auth.co.§.quia uero coll.7.Ioan.Sed certe ſicut teſtimonium dicitur in ſecreto,ita & interrogationes fiũt in ſecreto, & dantur in ſcriptis:& ita ſeruatur de facto. Bartħ. Brix.

f ¶ Quærendum.] Sed non uidetur hoc mõ eſſe quærendum:cum exceptio,quæ teſti.eſt obijcienda,ante publicationem debeat opponi,ut extra de teſtib præſentium, & quia non refert cuius opinionis teſtis ſit, dummodo eo tempore quo tulit teſtimonium,nihil fuit obiectum teſti,ut C.de teſti. l.1.Reſpond. reus bene obijcit,ꝙ teſtes tales non eſſent admittendi, ſed iudex ſpretis iſtis exceptionibus admiſit eos 5. unde in hoc caſu poſt ſententiam debet inquiri de opinione teſtiũ. 6. ut extra de teſtib. ex parte Adæ. uel reo abſente fuerunt ibi teſtes inducti: & cum iudex de ſuo officio deberet inquirere de opinione teſtium non quæſiuit.

g ¶ Inimicitias.] Capitales, ut extra de ſimo.per tuas & in auth. de teſti. §.ſi quis ɔtro odioſus,inſtit. de excuſ.tuto.§.inimicitiæ,infra 3.q.5.c.2.

h ¶ Ex auditu.] Inf.q.9.teſtes,tamen de auditu,& de credulitate quæritur a teſte,extra de teſti. cum cauſam.

2 Contrariũ tñ tenẽt Pe. d Bel.& Cy. & Bar.in au. gñaliter. C. d epiſ. & cl. & Bartol. & Imol. in l.q ſolidũ.§. ẽt. ff.de le. 2.& Bart. in l.cũ quẽ temere. ff.de iudi.& in l.i.uer.uenio, & c.ad Tur. & Ioã. A. in c.calũniã de pœ. Idem tenet Gul. de Cu. i l.3.ff.de iurein. & B.A. in dicta. auth. gñaliter, poſt Oldra.
3 Idem tenet gloſſ. & ibi Pet. de Bel. perti. & Cy. in l.ſi accuſatoribus. C.d accuſ. Bar. in l.3.§. ſi plures.ff. de ſepul.uiola. licet ſit cõtra ext. de col. detegen. c.1. ubi de hoc. & extra de pur. cano. quoties vbi de hoc. Arc.
4 Iſtã gl. ſequitur Alex. de Imo. in l.is apud. col. 2. C.de edẽ. & adde In. in c. p tuas. de teſti. & Spe. in tit.de teſtib. §. iã de interrogatorijs.
Exceptio in teſtẽ qñ eſt obijcienda.
5 Adde Bal. in l. criminis. C. d ac. & Alex. de Im. in l. ita demũ.col.2. de procur.
6 Vt ſ.ea.q. 7. quærẽdũ.

runt,aut certe ſe ſcire ſpecialiter [a] teſtati ſunt,ſi ſcriptis [b] iudicatum eſt, & partibus præſentibus ſententia recitata eſt.Quod ſi forte hæc ſolenniter acta non ſunt, nec cauſa probata eſt,quæ exilio,vel depoſitione digna ſit,in eccleſiam ſuam modis omnibus reuocetur. Hi vero,qui eum contra Dei timorem,& canonũ ſtatuta condemnauerũt, excommunicati in monaſterium ad agendam pęnitentiã ſex menſibus mittendi ſunt: ita ſane, vt ſi cuiquam eorũ mortis contigerit imminere periculũ, viatici benedictio non negetur. Ipſe autem, qui eo viuente locũ eius temerarie ambiuit,priuatus ſacerdotio,ab omni miniſterio eccleſiaſtico repellatur, atque eidem dilectiſſimo fratri, & coepiſcopo noſtro tradatur, vt eum aut ipſe ad nos tranſmittat,aut apud ſe in cuſtodia habeat.Epiſcopi vero,qui eum ordinare præſumpſerunt, vel peruerſæ ipſius ordinationi præbuere conſenſum,ijdem communione priuati, ſex menſibus ad agendam pęnitentiam in monaſterio deputentur. Si autẽ epiſcopi ß in præiudicium cõdemnationis, vel depoſitionis memorati Stephani ſe metu iudicis cõſenſiſſe, ac talia feciſſe non ſua ſponte profeſſi fuerint,tempus eis abbreuiandum eſt,& modus pænitentię temperandus.Si igitur is, qui prædicti Stephani locũ inuaſit fortaſſe defunctus eſt, atque alius in eccleſia eius epiſcopus ordinatus eſt, illud de eo ſtatuẽdum eſt, quod ſuperius de cauſa fratris, & coepiſcopi noſtri Ianuarij diximus.¶ Quod ſi forte aliqua de obiectis contra memoratum Stephanum epiſcopũ probata ſunt, aliqua vero doceri minime potuerunt; cauta omnino conſideratione penſandum eſt,vtrum leuiora [c] capitula,an certe grauiora probata ſint, vt ex eis,qualiter definitionem tuam formare debeas,poſſis ſcire.¶ Glorioſus vero Comitiolus,ſi ſupraſcriptus epiſcopus innocẽs eſſe claruerit, quidquid de rebus eius,vel eccleſiæ ipſius tulerit, ei ſine aliqua reſtituat dilatione. Sed & quæque ſe in perſecutionem, ac violentiam eius expẽdiſſe,vel damnum idem epiſcopus pertuliſſe iurauerit, idem memoratus Glorioſus Comitiolus reddat, ac ſatiſfaciat. Si autem epiſcopum antedictum talẽ culpam commiſiſſe cõſtiterit (quod abſit,)&c. *vt infra in cauſa monachorum*. De perſona presbyteri, &c.*vt inf. in cauſa*. Clericus aduerſus clericum. *Et inf. eadem epiſt.54.vndecimi libri*. De perſona Ianuarij epiſcopi ſciendum eſt grauiter omnino, & contra leges eſſe actum,vt violenter de eccleſia traheretur; dum ſi quamlibet iniuriam [d] à quocumque epiſcopus paſſus fuerit in eccleſia,iniuriãtem lex capitali [e] pęna percutiat, & ſicut maieſtatis reum omnibus det accuſandi illum licentiã, vt huius legis ſeries loquitur Codicis lib.1.tit.vi.cõſtitutione decima: Si qs in hoc [f] genus ſacrilegij prurperit, vt in eccleſias catholicas irruens, ſacerdotib.& miniſtris [g], vel ipſi cultui,locoque aliquid importet iniuriæ, &c. *& infra in eadem epiſtola*. De perſona Stephani epiſcopi hoc attendendum eſt;quia nec inuitus ad iudicium [h] trahi,nec ab epiſcopis alieni concilij debuit iudicari [i] *& infr.*¶ Contra hæc ſi dictum fuerit,quia nec metropolitanum habuit,nec patriarcham;dicendum eſt, quia à ſede Apoſtolica(quæ omnium eccleſiarũ caput eſt)hęc cauſa audiẽda,ac dirimen-

16.q.6.ca. ſi epiſcopum.

11. q. 1. de perſona exGre.l.11.epiſ.54.

l. ſi qs Cod. de epiſ. &cleri.Cod. Theodoſ.l.16.tit.2. c.31. 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

a ¶ Specialiter.] Id eſt,aſſignata cã ſ ię, vt no.4.q.3.§. ſola.
b ¶ Scriptis.] ĩf.9.q.1. ſi quis cũ clerico. cõtra.ſed illud in cã ciuili,iſtud in criminali. Vel illud ſpeciale in epiſcopo.
c ¶ Leuiora.] An grauiora ĩf.3.q.10.placuit.contra. Sed hic non dicitur ꝙ ſecundo ſint admittendi ad accuſandum.

**Excõicatio pro modica iniuria non eſt ferenda.**

d ¶ Quamlibet iniuriam,] Ergo pro modica vt ꝓ magna iniuria poteſt quis taliter puniri,ar.14.q.6.c.ult.tñ ꝓ modica iniuria non excõicatur quis.11.q.3.nullus extra de ſen.exc. puenit.Io. Et maledicit Io. quia excõicatus eſt:ſed non debet mitti ad ſedem Apoſtolicã, niſi velit cp̃s, vt dicit illa decre. peruenit B.
e ¶ Capitali.] Hæc ẽ lex Cornel.Sed contra C.de ep. & cl.authẽ. ſed nouo ibi.n. dicitur, ꝙ talis verberatur. & in monaſteriũ mittitur.Ioa. Sol.poteſt dici, qd̃ nouo iuri ſtabitur.1. vel ſtabitur huic legi,cum ſit canonizata 11.diſt.c.1.

1 Et hanc sẽtẽtiã teneas ſm L.ſed ſequẽs verior eſt,vt uidet. Arch.Crimẽ ſacrilegij,& læſę maieſtatis quãdoq; cõparatur.

f ¶ Si quis in hoc.] inf.17.q.4.§.qui autem de eccleſia.
g ¶ Et miniſtris.] No.diligẽter, quod in hoc caſu crimẽ ſacrilegij comparatur crimini lęſę maieſtatis, vt 17.q.4.ſi quis ſuadente.§.qui aũt. immo ſi laicus extrahatur de eccleſia,tale crimen cõparatur crimini leſę maieſtatis, ut C. de ijs q ad eccl.confu.l.2.
h ¶ Ad iudiciũ.] Alienũ hoc patet per verba ſequẽtia, ſ.ab epiſcopis alienis, &c.
i ¶ Iudicari.] Ergo cõprouinciales ep̃i. ſunt iudices epiſcopi,vt 3.q.6.c.2.

a ¶ A ſuo

a ¶ A ſuo iudice.] infra 11.q.1.c.pen. C.ſi a nõ compe. iud.l.vlt.

b ¶ Crimine.] No.ꝙ etiam in iſtis exceptis criminibus non omnis admittitur ad accuſationem, vel teſtimonium,niſi malæ famæ fuerit accuſatus,vt hic, & inf.ca. q.7.§. accu. & extra de teſt.ueniens. Si uero malæ famæ fuerit accuſatus,omnes admittuntur, vt extra de ſi. ... ta.& extra de teſti.& quoniam,niſi odio venerit ad accuſationem, ut extra de ſim.licet Hely. & c.per tuas. alij dicunt ſpeciale eſſe in epiſcopo.decre.tamen uidetur dicere,ꝙ contra eum ẽt qui fuit malæ famæ,non admittuntur criminoſi in exceptis criminibus cũ criminaliter agit, ſed ubi ciuiliter agitur,tũc admittuntur criminoſi contra regulares prælatos,ſed non contra ſæculares: ſed ſi ſunt emẽdati de crimine, tũc admittuntur contra eos de equitate,non de rigore, vt ext. de ſimo.per tuas. Io.

da fuerat: ſicut & prædictus epiſcopus petijſſe dignoſcitur,qui epiſcopos alieni concilij iudices habuit omnino ſuſpectos.Quia ergo ſententia non à ſuo iudice [a] dicta nihil firmitatis obtineat, lectionis huius teneor oſtendit libro.Cod.vij.& c.*& infra*.¶Quòd autem dicitur à ſeruis ſuis accuſatus,ſciendum eſt, quia audiri minimè debuerunt.*& infra*.¶Si vero de crimine [b] † maieſtatis dicitur accuſatus;nec ipſum de eo credendũ fuit,ſi vita, vel opinio eius talis ante non extitit [c]. *& infra*.¶Quòd autem dicit idem epiſcopus,quia ſe abſente,aliqui ſint viliſſimi teſtes exibiti; hoc ſi verum eſt, nullius eſſe momenti lege noſcendum eſt. *& infra*.¶ Teſtes autem quales, vel cuius opinionis ad teſtimonium admittendi ſunt, plurimæ leges oſtendunt,quę penè nulli habentur incognitę; quę etiam ſanciũt, vt viliſſimis teſtibus ſine corporali [d] diſcuſſione credi nõ debeat. ¶ Quod autem dicitur,quia nihil ſcriptis iudicatum eſt,legendus eſt titulus xliiij. libri vij.Codicis,quia ſcriptis debuit iudicari.Nam ibi inter alia dicitur, atque præcipitur, vt ſententia, quæ ſine ſcripto dicta fuerit, ne nomen quidem ſententiæ habere mereatur.

† *Si verò dictum fuerit,quòd de hoc accuſatus eſt, quod ad maieſtatis crimen attinet.*]orig.

α ¶ Exilio.] *In vulgatis ſequebatur*, vel deportatione: *quæ voces ſublatæ ſunt,quia neque in vetuſtis Gratiani, neque apud B. Gregorium leguntur*.

β ¶Si autem epiſcopi in præiu.] *Hac vſq; ad verſ.*Quòd ſi fortè. *addita ſunt ex epiſtola:quemadmodum & paulò inferius a verbo*,dilatione,*vſque ad verſ.*Si autem epiſcopum,*vt orationis curſus ſit expeditior. Nam Gratianus referebat ſe ad ſuperiora, in quibus habentur ſimilia,hoc modo*,& c.vt ſupra de cauſa Ianuarij epiſcopi. *Quorum autem capitum initia citantur ex inferioribus cauſis: ea ſic relicta ſunt quemadmodũ antea ſe habebant,vt modus citandi Gratiano vſitatus agnoſcatur.*

*Item Codicis libro ſeptimo, titulo de ſententijs ex breuiculo recitandis. Imppp.Valentinianus,Valens,& Gratianus AAA.*

¶Vltima ſententia debet de ſcripto proferri. Cap. VIII.

STatutis generalibus iuſſimus,vt vniuerſi iudices,quibus reddẽdi iuris in prouincijs permiſimus facultatẽ, cognitis cauſis; vltimas definitiones de ſcripti recitatione proferãt.Huic adijcimus ſanctioni,vt ſententia [e],quæ dicta fuerit,cum ſcripta non eſſet, nec nomen quidẽ ſententię habere mereatur, nec ad reſciſſionem perperam decretorum, appellationis ſolennitas requiratur [f].

¶ *In duobus vetuſtis codicibus hoc, & ſequens caput non habentur, & hanc legem Codicis B.Gregorius in præcedenti capite manifeſtè indicauerat.*

*Item ex concilio apud S.Medardum. Hincmarus Rhemorum Archiepiſcopus dixit.*

c ¶ Nõ extitit. Ext. de præſump. mandata. & eo. tit. cum in iuuẽtute.ff.de ſuſpe. tut.l.3.ff.ad leg.Iul. maie.famoſi.28. diſ. quia ſunt culpæ. ff. de re.mil.l.nõ oẽs i.

1 Et ſic no. ꝙ p̄ſumitur ex uita pręterita circa p̄ſens, ſiue de p̄ſenti. extr. de pręſump. ſcribam. ubi de hoc. & 44.diſt. multis.Arch.

d ¶ Corporali.] inf. 5.q.5.illi qui.

e STatutis.] ¶ Vt ſẽtentia.]Per hãc legẽ non poteſt Gre. probare, ꝙ in criminalib. cauſis debeat interuenire ſcriptura: quia lex illa tantum de ciuilibus cauſis loquitur: nã epiſcopus inter ſubditos ſuos ſine ſcriptura iudicat,ut 11.q.1. ſi quis cum clerico. & C.de ſent.ex. bre. rec. Auth.niſi.ſimiliter ſæcularis iudex in modicis cauſis, ut ibi dicitur. & in authẽ.de man.prin. §. ſit tibi.colla.3. & ꝙ partes illud mutuo conſenſu poſſunt remittere, vt C. de epiſcop. & cle.Auth. & gñaliter.i fi. & C.de priu.eorũ, qui in ſacro palatio cõſiſtũt. l.quoties.in fi.li.12. Dicas cum Grego. ꝙ in criminalibus cauſis requiritur ſcriptura,& ẽt in ciuili.extra de probat. quoniam cont. niſi in caſib.ſu.exceptis,& in cã dilapidationis, vt in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. neceſſitatem.coll.2.Io.

f ¶ Requiratur.] Tñ ſi appellauerit, vĩ ꝙ debeat proſequi appellationem, vt ext. de sẽ.& re iud.ſnĩa.ꝗa appellatio confirmat ſnĩam.ff.rẽ ra.ha.l.3.§. falſus.ex.de offi.dele.corã.

Legum

LEgum.] CASVS. Probat hic Hincmarus, ꝙ in cauſis geſtorum interuenire debet ſcriptura, nam Baptizandus nomen ſuum debet in ſcriptis dare, & electio, & ordinatio debet fieri cum ſcriptura, & ſimiliter excommunicatio & reconciliatio, & alia ſimilia, debent fieri cum ſcriptura.

tribus modis, ſ. vt qui ad hoc cooperatur. vt in ſimonia. 1.q.1.ſi quis epiſcopus. Et in inceſtu.3.q.4.cõſanguineorũ. Itẽ & in raptu virginis.36.q.2.de puellis. In rapina. 17.q.4.omnes eccleſiæ. Itẽ in iniuſta ſniã, vt ſupra eo. in primis. Secundo modo dicitur conſentire, cum nõ corrigit

## ¶De eodem. Cap. IX.

LEgum eccleſiaſticarum conſuetudo, & auctoritas talis eſt, vt in cauſis geſtorum ſemper ſcripturam requirant, adeò, vt qui ad ſacrum fontem [a] accedit, ſuum dare nomen præcipiatur. Qui ad ſummum ſacerdotium prouehitur [b], decreto manibus omnium roborato eligitur. Ordinatus autem à ſuis ordinatoribus literas accipere iubetur. Qui etiam ab eccleſiaſtica ſocietate [c] quolibet exceſſu diſcinditur; libelli † inſcriptione aut recipitur, aut eijcitur. Sed & qui accuſatur, aut excommunicatur [d], ſeu reconciliatur, per ſcripturam accuſari, vel recõciliari iubetur. Et ſic in cæteris huiuſmodi, in tantum ſcriptura depoſcitur, vt ſicut B. Gregorius in commonitorio ad Ioannem defenſorẽ ex Romanis legibus ſumens ſcribit: [Sententia, quæ ſine ſcripto profertur, nec nomen ſententiæ habere mereatur †.]

extra de libelli oblat.c.1. Burc.l.2.c.197. Iuo p.6.c.269.

† *libellari ſcriptione*] orig.

Cod.lib.7.tit.44.

ſup.c. in primis.

† *meretur.*] orig.

α ¶Sed & qui.] *In originali eſt*, ſed qui accuſatur, vel qui excommunicatur, reconciliatus per ſcripturam accuſari, vel reconciliatus commendari iubetur. Et ſic, &c.

*Item Nicolaus Papa Girardo † Turonenſi Archiepiſcopo.*

† *al. Airardo.*

## ¶Reſtituendus eſt, quem neque conuictum, neque confeſſum conſtat eſſe eiectum. Cap. X.

NOtum ſit tuæ fraternæ charitati, ꝙ iſte presbyter pauper, nomine Chriſtophorus de ſua anguſtia ad noſtram clementiam lacrymabiliter ſit cõqueſtus: dicens ſe falſis criminibus impetitum, & ab eccleſia ſua non cõuictum, neq; confeſſum, irrationabiliter fuiſſe eiectum. Nam, vt ipſe refert, tua diligentia per tres [e] vices inquiſitione facta, nulla in ſe neque de fornicationis crimine, neq; de homicidij cõſenſione β (de quibus impetebatur) reperiri potuit culpa: niſi [f] quia ſuæ paupertatis cauſa, quæ petebantur, aut conſentire noluit, aut implere non potuit. Quæ ſuus tamen æmulus vltroneus egit, qui iniuſtè illius eccleſiam præripuit. Idcirco magnopere [g] monemus reuerentiam tuam, vt etiam quæ, te fortè ignorãte, gieziaca cupiditate peracta eſſe videntur, tuæ [h] fraternitatis cenſura celeri emendatione corrigãtur; ſcilicet reſtituendo [i] eccleſiæ propriȩ iam dictum ſacerdotem, atq; ei reddendo tua pietate priſtinum, quem perdidit, honorem; & nullatenus canonica inſtituta alicuius temeritate cõtemni permittas: quia facientem & conſentientẽ [k] par pœna conſtringit.

Iuo p.6.c.429.

β ¶Conſenſione.] *Sic eſt emendatum ex pleriſque vetuſtis exẽplaribus. Nam antea legebatur*, confeſſione. *Iuo autem habet*, conſenſu.

a ¶Fontẽ.] Infra de conſec. diſt.4. baptizandi.2.

b ¶Prouehitur.] Supra di.61. epiſcopus dum fuerit.

c ¶Societate.] Vt hæreticus, vt ſupra 1.q.7.quoties.

d ¶Excommunicatur.] 11.q.3.debent. & c.curæ.

NOtũ.] CASVS. Quidã presbyter nomine Chriſtophorus nõ cõuictus, vel confeſſus de aliquo crimine iniuſtè fuit ab eccleſia ſua expulſus, & alius loco eius ſubſtitutus: quia non potuit, vel noluit dare, quod ſubſtitut⁹ eius ȩmulus dedit, cum trina facta fuerit contra eum inquiſitio, nec culpabilis eſt inuentus. vnde cõqueſtus eſt Chriſtophorus Papæ: quare mandat epiſcopo, qui eũ expoliauit, vt eũ reſtituat. nec excuſatur, ſi dicat ſe nõ facere: cũ fieri permittat. Nam faciens & cõſentiens pari pȩna puniunt.

e ¶Per tres.] Not. ſæpius poſſe inquiri de eodem crimine.

f ¶Niſi.] Iſtud, niſi, non ponitur hic exceptiuè.

g ¶Monemus.] Per hoc verbum nõ præcipitur 1. vt inf.28. q.1. ſic enim. & ff. de leg. 3. fideicõmiſſa. §. hęc verba. & 11.q.3. ſi rogo, & 3.q.9. reuera. & 2.q.7. ſicut inquit. in gl.2.

1 Tñ iuriſdictio daĩ. ext. de teſt. ca.1. de hoc ẽt ĩ. ea.q.7. ſicut. ſed hic tenetur præceptiuè. Arch.

h ¶Tuę.] Remittitur hæc cauſa ad eum à quo appellatũ ẽ, non vt ipſum iudicet, ſed vt ipſum reſtituat. & ſic non obſtat, extra de appell. accepta.

i ¶Reſtituẽdo.] Cauſa prius cognita, ne obſtet. inf.7.q.1. præſentium.

k ¶Et conſentientem.] Hoc ideo dicit, quia ipſe eum nõ priuauerat, ſed alij de conſenſu ſuo. Et hoc eſt notabile, ꝙ poteſt conueniri, non ſolum qui deiecit, vel mãdauit, vel ratum habuit, ſed etiã qui conſenſit, extra de reſtit. ſpol. cum ad ſedem. in fi. Conſentire dicitur quis rigit quos tenetur ex officio corrigere, vt 83. diſt. c.1. & 2. & 86. diſt. inferiorum. Tertiò modo dr̃ conſentire cũ defendit peccantẽ, vel qñ ſua auctoritate delinquitur. 11.q.3. qui conſentit. 24.q.2. qui aliorum. & talis magis eſt puniendus, quam ipſe faciens, ut ibi dicitur gloſ.

poliationis rõne quis cõueniatur. Cõſentit qs tripliciter.

Nemo

*Item de libro conſtitutionum.*

¶Antequam cauſa probetur, aliquis excommunicari non debet. Cap. XI.

Apud Iulianum Anteceſſorem no. vel. 121.c.15.24.q.3. de illicita.
Iuo p.5.c.371. & p. 14.c.42.
† al.ca.

NEmo epiſcopus nemo presbyter excōmunicet [a] aliquem, antequam cauſa probetur, [b] propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri iubent. Si quis autē aduerſus eam † excommunicauerit aliquem; ille quidem, qui excommunicatus eſt, maioris ſacerdotis auctoritate [c] ad gratiam ſanctę communionis redeat; is autem, qui nō legitime excommunicauit, in tantum abſtineat tempus ſacroſancta communione, quantum maiori ſacerdoti viſū fuerit; vt quod iniuſte fecit, ipſe iuſte patiatur.

*Item Auguſtinus in epiſtola 137. ad clerum, & vniuerſam plebem Hypponenſem.*

¶Incerta, & dubia iudicari non poſſunt. Cap. XII.

Iuo p.6.c.385.

NOmen presbyteri propterea non auſus ſum de numero collegarum eius vel ſupprimere, [d] vel delere, ne diuinæ poteſtati, ſub cuius examine cauſa adhuc pendet, facere viderer iniuriam, ſi illius iudicium meo vellē iudicio præuenire, quod nec in negotijs ſęcularibus iudices faciunt, quando cauſæ dubitatio ad maiorem poteſtatem refertur, vt pēdente relatione [e] aliquid audeant commutare. Et in epiſcoporum concilio cōſtitutum eſt nullum clericum, qui nondum conuictus ſit ſuſpēdi [f] a communione debere, niſi ad cauſam ſuam examinādam ſe non præſentauerit.

*Item Melchiades Papa epiſcopis Hiſpaniæ.*

Poly.l.1.tit.8.
Pan. l.4.tit.11.c.15.
† al. charitate.

¶Nec ſuſpicionis arbitrio, nec ante verum, & iuſtum iudicium aliquis condemnetur. Cap. XIII.

Tob.4.

PRimo ſemper ante omnia diligenter inquirite, vt cū iuſtitia, & veritate † definitis: neminem condemnetis ante verum, & iuſtum iudicium: nullū ſuſpicionis [g] arbitrio iudiceris: ſed primum probate, & poſtea charitatiuam proferte ſententiam: & quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere.

NEmo.] CASVS. Statuitur in hoc cap. ꝙ nullus debet iniuſte, & ſine cauſa interueniente ab epiſcopo, vel archipresbytero excommunicari, quod ſi factum fuerit, iniuſte excommunicatus abſoluatur a maiori: & iniuſte excōmunicans punietur ſuperioris arbitrio pœna

pœna conſimili.

Excōicare pōt ſimplex presbyter.
1 Vbi d. hoc & ext. de ſē. exc. nuper. §. vlt. in fi. 9. q. 3. § merito.

a ¶Excommunicet.] Arg. quòd ſimplex ſacerdos habet poteſtatem excommunicandi, vt extra de off. ord. cum ad eccleſiam 1. & c. ſi ſacerdos, & de app. reprehenſibilis. & extra de eo qui fur. ord. re. cap. 1. Nam quilibet ſacerdos habet claues ligandi; vt infra ead. q. 7. §. itē cum Dauid. & 11. q. 3. quomodo. Item quia de cauſis poſſunt cognoſcere, vt extra de iud. c. 2. & extra de immun. ecc. non minus, & etiam de matrimonialibus cauſis. extra de ſent. & re iud. tenor. in pr. nec. ide ſt parte decreſa. Cum ergo excōmunicatio ſit potius iuriſdictionis quàm ordinis, vt extra de electio. tranſmiſſam, & tales minores prælati habent iuriſdictionem, vt dictum eſt. ergo poſſunt excommunicare. Sed contra excōmunicatio eſt muero epiſcopalis. 16. q. 2. viſis. Item excommunicatio dicitur maxima pœna, vt 24. q. 3. corripiantur. Præterea archidiaconi modicā habēt iuriſdictionem, vt extra de off. archid. c. 1. & vlt. ergo multo fortius, ſimplices ſacerdotes. Sol. vbi conſuetudo eſt, ibi bene poſſunt excōicare, cōſuetudo enim dat iuriſdictionem, vt 9. q. 3. cōqueſtus. in fine. De hac materia inuenies 11. q. 1. de perſona. Io. Probabiliter poteſt dici, ꝙ eccleſiarū prælati de iure communi poſſunt excōmunicare, vt ex. de off. ord. cum ab eccleſiarum, licet epiſcopi iam præſcripſerunt contra multos pręlates. Ber.

b ¶Cauſa probet.] ſ. 11. q. 3. nemo epiſcoporum.

c ¶Maioris ſacerdotis auctoritate.] Cū d. 11. q. 3. ſi epus forte notatum ibi inuenies, & extra de ſent. excom. ſacro.

NOmē.] CASVS. Quidam presbyter fuerat accuſatus, & etiam infamatus. Vnde clerus illius loci rogat Auguſtinū, vt eum excommunicaret, vel deponere. Reſpondet Auguſt. dicens, quòd nō poteſt, nec eſt auſus eū ſupprimere de tabula clericorum, cum occultum ſit ei⁹ delictū, & Dei iudicio reſeruetur, cui faceret iniuriam, ſi eius iudiciū præueniret. Nā & iudices ſæculares hoc faciunt, iudicio pendente nihil immutant. Et præterea in concilio factum eſt ſtatutum, neminem debere excommunicari nondum conuictum, niſi ipſe fuerit contumax.

d ¶Vel ſupprimere.] Nomina excōicatorum tempore excommunicationis ſupprimebātur in matricula, ſed nomina depoſitorum radebantur. ſic 50. d. contumaces.

e ¶Relatione.] Similiter. ex. de off. deleg. licet. ex eo ēt ꝙ iudex dicit ſe velle referre. nō poteſt amplius cognoſcere. C. de app. ex illo. & extra de off. deleg. cum ſuper, quod intelligo ſi relatio fuerit a partibus approbata, vt C. de relat. l. 2.

f ¶Suſpendi.] Niſi ſit infamatus. inf. ea. q. 5. presbyter.

PRimo ſemper.] CASVS. Quicunq; vult ſniam ferre, debet primo cauſam, & omnia diligēter inquirere, quibus peractis ſententiam ferre debet nō ſuſpicionis arbitrio, ne alteri faciat quod ſibi non vult fieri.

Suſpicio eſt triplex.

g ¶Suſpicionis.] Triplex eſt ſuſpicio. Temeraria, de qua hic

hic dicitur, quæ expurgationem non inducit. Probabilis, quæ expurgationẽ inducit, vt inf. q. 5. presbyter. Violenta, quæ ad condemnationem ſufficit, vt inf. 32. q. 1. dixit Dominus 1: Tamẽ quandoq; violenta ſuſpicio, vel præſumptio non ſufficit ad condemnationem, vt extra de teſtib. cog. præterea. ext. de preſump. literis. in fi.

1 Ext. de preſum. c. 2.

quis cum. verſi. ſane ſi quis.

f ¶Qui falſum teſtimonium.] Iſti repelluntur, licet nõ ſint infames, ut ext. de ord. cog. cum. dilectus. in fi.

g ¶Paupertatem.] Propter hoc repelluntur teſtes, ut 4. q. 3. teſtium. dum tamen ratione paupertatis ſit ſuſpectus

Paupertas quoq; repellit a teſtimonia

*Item, ff. libro 48. tit. de accuſationibus, & inſcriptionibus l. Qui accuſare.* tit. 2. l. 8.

2 Vbi de hoc. & 6. q. capi. oues. Arch.

PRohibẽtur.] Lex incipit, qui accuſare poſſunt.

CASVS. Hic enumerãtur nouem perſonæ, quæ propter nouem cauſas ab accuſatione prohibẽtur ut mulier, pupillus, &c. niſi ſuã, uel ſuorum iniuriam proſequantur. Et hic oſtẽdit Gratianus, qualiter in accuſationib. ordo iudiciarius ſit ſeruandus.

a ¶Propter ſacramẽtũ.] Quod præſtant, ſ. ſe non euitaturos mortem pp ſalutem reipublicę 3. Milites enim noſtros magis uolumus ſcire arma quàm iura, uel leges ut C. de iure deſibe. l. ſcimus. C. locat. milites.

3 Iſti nõ admittebantur ad accuſationem, ne ob hoc impediti utilitatem Reip. prætermitterent & pp hoc piurium incurrerent.

b ¶Magiſtratum.] ſed cõtra. ſup. 1. q. 1. in illa l. iubemus. Sed illud cum delinquit iudex in adminiſtratione ſua, ut tunc poſſit conueniri, 4 ut in auth. ut iud. ſine quoquo ſuffragio. ¶. illud. Vel hic loquitur de eo, q ante adminiſtrationẽ deliquit. Vel ibi de minorib. iudicib. hic de maioribus, vt ff. de iniu. nec magiſtratibus. tamẽ etiam maiores iudices præſtabunt cautionem ſtandi iuri poſt depoſitam adminiſtrationem, vt ff. de adult. ſi adulterium, §. vlt.

4 Adde de hoc late per Pet. de Bel. pert. & Cy. in l. ad admi. tut.

## ¶Qui ab accuſatione prohibeantur, & qui recipiantur. Cap. XIV.

PRohibentur accuſare alij propter ſexum, vel ætatem vt mulier, vt pupillus. Alij propter ſacramentum [a] vt qui ſtipendium merent. Alij propter magiſtratum [b] poteſtatemve: in qua agentes ſine fraude[c] in ius vocari† non poſſunt. Alij propter delictũ proprium, vt infames. Alij propter turpẽ quæſtũ,[d] vt qui duo iudicia aduerſus duos reos ſubſcripta habent, nummoſve [e] ob accuſandũ vel non accuſandum acceperint. Alij propter cõditionẽ ſuam, vt libertini † contra patronos. Alij propter ſuſpicionem calumniæ, vt illi, qui falſum teſtimonium [f] ſubornati dixerunt. Nõnulli propter paupertatem,[g] vt ſunt qui minus, quàm quinquaginta aureos habent. Hi tamẽ omnes, ſi ſuam iniuriam exequantur, mortemve propinquorum defendant, ab accuſatione non excluduntur. Liberi, libertique non ſunt prohibendi ſuarum rerum defendendarum gratia de facto parentum patronorumve queri, puta † ſi dicant, vi ſe de poſſeſſione [h] ab his expulſos: ſcilicet non vt crimen [i] vis eis intẽdãt, ſed vt poſſeſſionem recipiant, Nam & filius quidem non prohibitus eſt de facto matris queri, ſi dicat, ſuppoſitum ab ea partum, quo magis cohæredem haberet: ſed eam ream lege Cornelia facere permiſſum ei non eſt. ¶Ab alio delatum alius deferre non poteſt: [k] ſed eum, qui abolitione publica,[l] vel priuata interueniente, aut deſiſtẽte accuſatore de reis exemptus eſt, alius deferre non prohibetur.

† al. euocari.

† al. liberti. lege. 9. lege. 10.

lege. 11.

† al. veluti.

c ¶Sine fraude.] ideſt, ſine pœna.

d ¶Quæſtum.] ideſt, quæſtus ſuſpicionem. Qui enim duos cœperit accuſare, ſi vult tertiũ accuſare, præſumitur, ꝙ hoc cauſa quæſtus faciat. Sed huic eſt contra. ff. de ac. l. hos accuſare, §. lege Iulia. vbi dicitur, ꝙ nemo poteſt duos ſimul accuſare, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur. Sed dic quod in diuerſis libellis poſſunt duo accuſari: ſed tertius non poteſt, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt hic dicitur, & C. qui ac. non poſ. l. cum rationibus, ſed in vno libello non poteſt duos accuſarẽ, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt in illa l. hos accuſare. niſi cum crimen commune eſt, vt ff. de adul. qui pupillam, §. 1. ſed in crimine adulterij non poſſunt duo ſimul accuſari. C. de adult. reos.

Accuſare ſimul plures, an liceat uni

e ¶Nummoſve.] Accuſatori licet nobis dare pecuniam in cauſa ſanguinis: ſed qui dat pecuniã, & non in cauſa ſanguinis, pro conuicto habetur, vt in f. q. 5. §. præuaricator. verſ. in omnibus cauſis. ſed nõ licet accuſanti recipere, vt ſu. 1. q. 1. concuſſionis. tamen poſt finitam accuſationem quandoque remuneratur accuſator, vt ſup. 79. diſt. ſi quis Papa, & infra. 3. q. 5. accuſatores. 6. q. 1. ſi

Accuſatori cauſa ſanguinis licet pecuniam da[re]

ctus, vt inſt. de ſuſpe. tuto. §. ult. paupertas enim nõ eſt de numero malorum. 15. q. 1. illa. in fi.

h ¶De poſſeſſione.] Non tamẽ ab eis poſſunt repetere poſſeſſionem per interdictum unde vi, 5. licet enim nullum interdictum infamet, tamen diminuit, ꝙ ſugillat opinionem eius contra quem proponitur, vt ff. de obſe. l. 2. nec etiam in integrum reſtitutio petitur contra parentes, vel patronos, vt C. qui & aduer. quos integ. reſt. l. vltima.

5 Verum eſt ꝙ cõtra eos nõ datur interdictũ unde ui, niſi eſſet uis armata, quia tunc bene dať ff. de ui, & ui ar. l. 1. §. interdictum.

i ¶Nõ vt crimen.] Niſi atrocem iniuriam feciſſent, uel niſi nomine alieno conueniantur, ut ff. de in ius vocan. ſed, & ſi §. pe. & vlt. & 12. queſt. 2. §. qui manumittitur. Aliàs non poteſt agere pro iniuria contra tales perſonas, vt ff. de iniur. non ſolum, §. quamquam.

AB ALIO. CASVS. Dr̃ hic, ꝙ accuſatus durante accuſatione illa ab alio accuſari non poteſt, niſi abolitio interueniat, vel accuſator ab accuſatione deſiſtat, & hoc in prima parte. In ſecunda parte dr̃, quòd propter vtilitatem publicam quidam admittuntur ad accuſationem fraudatæ annonæ, qui aliàs non admitterentur, ut mulier, infames, milites, & ſerui. Secunda pars incipit ibi, Mulierem.]

k ¶Non poteſt.] Siue enim quis ſit condemnatus. ſibi abſolutus, tamen ſuper eodem crimine ſæpius agi non poteſt, ut extra de accuſ. de his.

l ¶Abolitione publica.] Tripliciter fit abolitio, aut publice

Abolitio fit tripliciter.

blicè ob diem inſignem, vel ob rem proſperè geſtam, 1 aut priuatim accuſatore petente: aut ex lege, quando accuſator deſiſtit, uel mortuus eſt. 2 In publica abolitione poteſt accuſator repetere reum finitis ferijs, intra xxx. dies, vt ff. ad Turpil. ſi quis. & l. ſeq. Sed in alijs duabus

1 Vt puta nato filio principi, uel deuicta ciuitate, & pp hoc feriæ repentinæ inducũtur a principe: & de repentinis ferijs eſt tm̃ intelligẽdũ: & tunc ſua auctoritate põt accuſator petere reum deſiſtere. Arch.

2 Adde ad hanc gl. no. per Petr. & Cyn. in l. 1. ff. de abo. & in tu. de gene. abo.

*lege xiij.*

† *al. Seuerus.* repoſita hic ſunt aliquot verba ex Pandectis Flo.

¶Mulierem propter publicam vtilitatem ad annonam [a] pertinentem, audiri à præfecto annonæ, deferentem Diui Verus.† & Antoninus reſcripſerunt. Famoſi quoq; accuſantes ſine vlla dubitatione admittũtur. Milites quoque, qui cauſas alienas deferre nõ poſſunt, qui pro pace excubant, vel magis ad hanc accuſationem admittendi ſunt. Serui quoque deferentes audiuntur.

2 *His omnibus auttoritatibus datur intelligi, ꝙ nullus eſt condemnandus, niſi iudicio ordinabiliter habito aut conuincatur, aut reum ſe ipſe confiteatur. Verum hæc de illis intelligenda ſunt, quorum crimina ſunt occulta: cæterum, quæ manifeſta ſunt, iudiciarium ordinem non requirunt.*

*Vnde Ambroſius.*

¶Sine accuſatione, manifeſta iudicẽtur. Cap. XV.

MAnifeſta,[b] accuſatione non indigent.

¶*Iuo in epiſt. ad Hugonẽ, quæ incipit.* Literas v. P. *ſic ait.* Manifeſta aũt, accuſatione nõ indigere teſtat̃ B: Ambroſius ſup epiſtolã ad Corinthios, ita dicẽs, de eo, qui cum nouerca: Iudicis non eſt, &c.] *vt infra c. de manifeſta.*

*Item Nicolaus Papa Ludouico Regi in epiſtola, quæ incipit:* [*Syllabarum.*]

¶De eodem. Cap. XVI.

Anſel. li. 12. c. 35. *Gal. 5.*

QVę Lotharius Rex nepos veſter facit, accuſatore nõ indigent. Manifeſta [c] quippe ſunt (teſte Apoſtolo) opera carnis, fornicatio, immunditia, &c.

¶*Sumptũ eſt ex epiſtola, quæ hẽtur in codice ſæpè memorato monaſterij Dominicanorũ: in qua hæc pcedũt.* Accuſatorẽ aũt hẽre Lotharium non niſi illũ, qui accuſator fratrum in Apocalypſi appellatur, & opera eius, quæ & ipſa eiuſdem antiqui hoſtis inſtinctu patrãtur, profecto comperimus. Quæ vero Lotharius Rex, &c.

duabus non admittitur ille qui deſtitit, vt ff. ad Turpil. qui deſtitit. Sed alius bene admittitur intra xxx. dies infra ead. q. vlt. in fi.

a. ¶ Ad annonam. Cum hoc crimen, ſcilicet fraudatæ annonæ, ponatur inter excepta crimina, & iſtud crimen æquiparetur crimini dilapidationis, videtur ꝙ ibi quilibet admittatur. Nam & fœmina cuius non intereſt, ſi pietate ducitur, admittitur ad crimen ſuſpecti tutoris. inſti. de ſuſpec. tut. §. conſequens. Nec in hoc crimine tenetur qui inſcribere, ut in Auth. ut iud. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem. coll. 2.

HIS OMNIBVS. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua probat, ꝙ in notorijs nõ obſeruatur ordo iuris, nec accuſator eſt neceſſarius. & hoc probat per tres auctoritates. Io. de Fant.

CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, ꝙ in cauſis criminalib. ſemper eſt ordo iudiciarius obſeruandus, niſi ſint crimina manifeſta: in quibus ordo iudiciarius non ſeruatur, & hoc probatur tribus cap. ſeq. & appellat hic Gratianus manifeſtum, ideſt notorium.

¶ CASVS. ſeq. cap. patet, & ideo poſitione non indiget.

b MAnifeſta. De notorio loquimur. & quid ſit notorium, ignoramus. Scias ergo, quòd aliud eſt fama aliud manifeſtum, aliud notorium. Fama quandoque ex ſcientia, quandoque ex ſuſpicione procedit: qñque ex certo, quandoque ex incerto auctore, vt de conſec. diſtinct. 4. ſanctum. in fi. Manifeſtum eſt, quod ſemper ex ſcientia, & ex certo auctore procedit: & quod poteſt probari. 3, vt ff. de teſt. hęredes palam. Item ẽt qñq; dr̃ occultũ, quod põt pbari C. de app. eos §. 2. & occultũ dicitur qđ quinq; ſciũt, vt de pæn. diſtin. 1. §. hæc ergo ſecreta. Item notoriũ dicitur manifeſtum; qđ patet vel per confeſſionẽ, vel per probationẽ, vel per euidẽtiam rei, vt extra de verb. ſig. cũ oli. Notoriũ triplex eſt: eſt .n. notoriũ facti, notoriũ iuris, & notoriũ præſumptionis. Notorium facti eſt, quod exhibet & offert ſe oculis oĩum, ideſt, qđ ita habet facti euidentiam, ꝙ non põt negari, ſuple probabiliter, vt ext. de coh. cler. tua. & ext. co. tit. veſtra. in tali non auditur appellans. ex. de appell. cũ ſit Romana. & c. præterea, & c. peruenit. & credit. ſimplici aſſertioni officialis, vt 4. q. 4. §. aliquãdo. Nec requiritur hic ſcientia omnium, ſed plurium, vt infra ead. de manifeſta. Eſt autem quoddam factũ continuum ſiue permanẽs. 4, quoddam interpolatum, quoddã ſtatim tranſiens. In notorio facti continui nullus ordo iuris exigitur, ut in decre. tua. In notorio facti interpolati ſemiplena probatio requiritur, vt extra de vſur. cum in diœceſi. Notorium actu nõ permanens probabiliter poteſt negari, vt extra de ſorti. ex tuarum. Notorium iuris eſt de quo aliquis eſt condemnatus vel confeſſus, tamen in hoc notorio quandoque cõtra negantem ſe eſſe conuictum requiritur probatio. vt extra de ſent. & re iud. ſicut. Itẽ quandoque non ſufficit, ꝙ quis ſit confeſſus, niſi ſit cõfeſſus & conuictus, vt inf. ea. q. 6. §. ſunt etiam quorum ver. in occultis. Notorium præſumptum eſt, ut ſi aliquis publicè habitus eſt pro filio alicuius, ibi nõ requiritur aliquis ordo iuris, vt extra de fi. presby. Michaelis &c. quoniam. hoc enim ꝙ aliquis ſit alterius filius non poteſt verè probari, ut ff. de condi. & demon. Lucius. ſed potius per præſumptiones.

3 Idẽ Alex. in l. ſi vero. §. qui pro rei ff. qui ſatiſda. cog. & text. in l. ea. quidem. C. de accuſ.

4 Puta ſi eps̃ ſine licentia Papæ tranſit ad aliam eccleſiam. ext. de elect. bonæ 1. & de tranſla. quãto. Archid.

QVæ Lotharius Rex. CASVS. Lotharius Thebergam vxorem ſuam legitimam abiecit, & Gualdradam pellicem accepit, & publicè tenuit. De hoc Nicolaus Papa ſcribit Carolo Regi dicens, quòd ſcelus nepotis ſui accuſatione non indiget, cum ſit manifeſtum, nec poteſt quis conqueri eum iniuſtè damnatum.

c ¶ Manifeſta.] inf. 11. q. 3. eorum. contra. Sed ibi non erat notorium, ſed manifeſtum; & ſic non obſtat. 3. q. 5.

quia

quia ſuſpecti. Etiã ſi ſit notorium, tñ nihilominus hęc citatio fortè, 1 eſt facienda. 2 inf.ea.§.quando.24.q.3. de illicita,& ĩ.c.Deus omnipotens.& ſnia ferenda eſt, vt ext.de app. cum ſit Romaua.in fi.ſed neq; probatio, neque purgatio eſt requirenda, vt ĩ.c. Deus eps. & extra de purg.can.cum dilectus. ſit tamẽ ꝓbatio quãdoque ex abundanti. extra de elect. bonę 1.& ff.ď ma.cauſam.ĩ prin. & 24.q.1.pudenda. in fi. nihil enim tã indubitatũ eſt, quin ſolicitam dubitationem admittat, vt in Authen.de tabel. in med.col.4.

1 Pro illo fortè facit quod not. Vin. & Ber. extra de diuor.porro.

2 Concord. tex.in l.3.§. ſi ad dič. ff. de re. milit. no. Bal.in l. cũ fratrẽ. C. de his qui ib. vt indig.

calum. l. 1. Additur vj. caſus quando crimen probatur per inquiſitionem. extra de accuſ. qualiter & quando. Item vij.cum deficit reus in purgatione.extra de ſimo. de hoc vij.in notorijs.vt hic.

e ¶Omnes.] Scilicet Corinthij.

d ¶ Scie-

*In manifeſtis enim caliditate accuſantium non opprimitur reus, nec tergiuerſatione proprium crimẽ celatur, cum culpa ſua oculis omnium ſponte ſe ingerat: atq; ideo in talibus iudiciarius ordo non requiritur; qui ideo inſtitutus eſt, vt nec innocẽtia inſidijs pateret aduerſantium, nec culpa delinquẽtium ſententiam effugeret iuſti examinis.*

*Vnde Stephanus Papa V. Leoni epiſcopo Theanenſi.*

Vide ſup.c.manifeſta.

*¶ Extat integra hæc epiſtola in collectione canonum ſine auctoris nomine in Vaticana bibliotheca.*

IN MANIFESTIS. CASVS. Docet hic Gra. qđ crimẽ dicatur manifeſtum, ſcilicet qđ negari non poteſt: cum ſe ingerat oculis omnium: in quo ordo iudiciarius non requiritur qui inuentus eſt, vt innocentia non dãnetur, & delinquentis culpa puniatur.

DE manifeſta.] CASVS. Stephanus ĩ hoc c. inducit auctoritatem Amb. exponentis ſnĩam Apoſtoli de Corint. fornicatore, quæ talis eſt, ꝙ iudex non debet aliquem ſine accuſatore damnare. Vnde Dominus Iudam furẽ non cõdemnauit, quia accuſatus non fuit. Sed hoc verum eſt cum eſt occultũ crimen: ſed ſi crimẽ eſt adeò manifeſtum, ꝙ negari non poſſit, quale fuit crimen Corinthij: non eſt opus teſtibus, vel accuſatore: & hoc ideò quia oẽs crimẽ eius ſciebant. Ideo Apoſtolus tradidit eum abſentem ſatanæ, ut ſpiritus eius ſaluus fiat.

### ¶Ordinem iudiciarium manifeſta non deſiderat cauſa. Cap. XVII.

DE manifeſta & nota pluribus [a] cauſa, nõ ſunt quærẽdi teſtes, vt ſanctus Ambroſius in epiſtola ad Corinthios dixit, de fornicatore, ſentẽtiam exponens Apoſtoli: Iudicis, inquit, non eſt ſine accuſatore [b] damnare: quia & Dominus Iudam, cum fur eſſet, ſciebat: ſed quia non eſt accuſatus minimè abiecit: [Vt toleretur de medio veſtrum, qui hoc opus fecit.] Cognito opere iſto pellendum illum fuiſſe de cœtu fraternitatis Apoſtolus cẽſuit. Omnes [c] enim crimen eius ſciebant, [d] & non arguabãt. Publice enim nouercam ſuam loco vxoris habebat. In qua re neque teſtibus opus erat: neque tergiuerſatione [e] aliqua poterat tegi crimẽ. ] *& paulò poſt*. [ Abſens facie, præſens autem auctoritate, ſpiritus, qui nuſquam abeſt, iam iudicauit, [f] vt prẹſens eum, qui hoc admiſit †, tradi ſatanæ in interitum carnis.

Iuo p.6.c.431. Pann.li.4.c.127. Ambr.ad c.5. 1.Corinth.13.q.4.ſi quis.

† Cõcor. in fim. gl. in l. ſed interpellatur. §.1.ff. de arb. Bal. in.l.1.C.qui admi. ad bono.poſſ.

3 *Sed ſciẽdum eſt, quòd eorum, quæ manifeſta ſunt, alia ſunt nota iudici, & incognita alijs; alia ſunt manifeſta alijs, & occulta iudici; quædam verò ſunt nota iudici, & alijs. Quæ iudici tantum nota ſunt, ſine examinatione feriri non poſſunt: quia dum accuſatoris perſona aſſumitur, iudicaria poteſtas amittitur. In una enim eademque cauſa nullus ſimul poteſt eſſe accuſator & iudex.*

a ¶Pluribus.] Ergo non requiritur omnium ſcientia. fortè ſufficiũt x.vt 10.q.3. vnio iudici tñ debet eſſe notum.23.q.4.cum quiſque. Vnde poteſt contingere, ꝙ aliquid eſt notorium apud delegatum, quod non eſt notorium apud delegantẽ, & ſi cauſa audiretur corã delegante: ille procederet ſecundum ordinem iuris, ſed delegatus non: vt extra de pur.ca.cum dilectus. Idem eſt in inquiſitione poteſt enim eſſe, quod delegans poſſit inquirere de crimine alicuis, ſi apud eum eſt infamatus. ſed delegatus non, extra de accuſ.cum oporteat.

b ¶Sine accuſatore.] No. ꝙ nemo eſt condemnandus ſine accuſatore, vt ff.de mu. & hon. reſcripto. §. ſi qs accuſatorem. ſed fallit in charta ſuſpecta, cui fides non fit. C.de proba.iubemus. & cum teſtis fraudulenter, & procaciter reſpondet. C.de teſt. nullus. & in tutore ſuſpecto.ff.de ſuſpe.tut.l.3.§.1.& 3.q.2.qa ea.& qñ maritus excipiendo condemnatur de lenocinio.ff.de adul. l.2.§.ſi publico. & quãdo calumniator punitur. C. de

Condemnatur quis aliquando ſine accuſatore.

d ¶Sciebant.] Eo quòd publicè in domo ſua videbant eam, & ſic extra, de cohabi.cleri.& mulie.tua. C.de Iudæ.l.ne quis.

e ¶Tergiuerſatione.] id eſt, diſſimulatione.

f ¶ Iudicaui.] Ergo abſens excõicatur, vt extra de appel.cum ſit Romana.in fi. & extra de ſimo.accuſatum. Sed nunquid abſens abſoluitur? 3 arg. ꝙ ſic inf.eo.q.5. quanto.arg.cõtra de ſen.exc.à nobis.in fi. vbi certa forma abſolutionis exprimitur? Reſpon. ſic ꝗ nõ eſt abſoluendus ſi tamen taliter abſoluitur, tenet abſolutio, vt ex.de reg.iur.omnis res.30.q.5.§.ſed obijcitur.

SED SCIENDVM. Hæc eſt 3. pars q. in qua probat, ꝙ ſi qua ſunt nota tantum iudici, ſcilicet tanquam homini: non debet ſine examinatione ſententia ferri, & hoc probat duobus cap.ſeq.Io.de Fant.

CASVS. Dicit Grat. ꝙ eorũ quæ ſunt manifeſta alia ſunt manifeſta iudici tantum alia iudici & alijs. In ijs, quæ ſunt nota iudici tantum, iudex accuſator eſſe non debet: quia idem non debet eſſe accuſator & iudex, & hoc probatur ſeq.cap.

3 De materia huius gl. no. in l. abſentẽ. ff. de pœ. & in l. abſentẽ. C. de proc.

4 Et fm formam illius decr. à nobis.Arch.

Mul-

Beda 1.Cor.5.

*Vnde Auguſtinus in homilia de pœnitentia(qua eſt 50.) cap.12.*

¶Quando aliqui ſunt corrigendi,quando tolerandi. Cap. XVIII.

Anſ.l.3.c.70.
Poly.l.7.tit.7.
1.Cor.4.

MVlti corriguntur, vt Petrus:multi tolerantur,vt Iudas,multi neſciuntur,donec veniat Dominus: qui illuminabit abſcondita tenebrarum,*& infra.*¶Nos vero a communione prohibere, quenquã nõ poſſumus [a] (quãuis [b] hęc prohibitio nondum ſit mortalis [c],ſed medicinalis [d])niſi aut ſponte confeſſum,aut in aliquo,ſiue ſæculari [e] ſiue eccleſiaſtico iudicio nominatum,atq; cõuictum. Quis enim ſibi vtrumq; audeat aſſumere, vt cuiquam ipſe ſit,& accuſator,& iudex [f]? Cuiuſmodi regulam etiam Paulus apoſtolus in eadem ad Corinthios epiſtola breuiter inſinuaſſe intelligitur, cũ quibuſdam commemoratis criminibus eccleſiaſtici iudicij formã ad omnia ſimilia [g] ex quibuſdam daret. Ait enim: Scripſi vobis in epiſtola non commiſceri fornicarijs [h]. Non itaq; fornicarijs [i] huius mundi,aut auaris, aut raptoribus,aut idolis ſeruiẽtibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe.] Non.n. poſſunt homine in hoc mundo viuentes, niſi cum talib. viuere:nec eos poſſunt lucrifacere Chriſto;ſi eorũ colloquium conuictumq; vitauerint. Vnde,& Dominus cum publicanis & peccatoribus comedens: [Non eſt opus, inquit,ſanis medicus, ſed malè habentibus. Non.n.veni vocare iuſtos, ſed peccatores.] Et ideo ſequitur Apoſtolus,& adiungit: Nunc ſcripſi vobis non commiſceri.

1.Cor.5.
23.q.4.c.infideles.
Matth.9.
1.Cor.5.

MVlti corriguntur.] CASVS. Cap.iſtud diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur,quod multi corriguntur, & propter ſcandalum multi tolerantur:multi autem neſciuntur eſſe criminoſi, qui diuino iudicio reſeruantur. In ſecunda parte,quæ incipit ibi,(Nos vero.) dicitur, quòd nos non debemus aliquem a communione repellere,niſi ſpõte confeſſum, aut in iudicio accuſatum,& conuictum. Si enim(ſicut dicit Apoſtolus)vellemus omnes occultos peccatores vitare,nos oporteret de hoc mundo exire, qui tales docet tolerandos vſque ad vltimum ventilabrum, vt poſſimus eos lucrifacere Chriſto,nec vitandos niſi eſſent per ſententiam nominati,& ſic docet eos tantum iudicio eccleſiæ condemnandos, non arbitrio ſupplicantis ſed ordine ſeruato. Hoc idem probatur exemplo Domini, qui comedit cũ publicanis, & peccatoribus. inquiens; non eſt medicus neceſſarius ſanis,ſed male habentibus. In tertia parte,quæ incipit, [Non ergo.] dicitur,ꝙ illi,qui hortantur ad pęnitantiã non debent gaudere,eo ꝙ multos habeant ſocios ad ſupplicium,quia non minus ardebunt.&c.

a Non poſſumus.]Nominatim, ſed in genere,vt 5.q.1. quidam extra de off.ord.ſi ſacerdos.

ADDITIO. Et dicas, non poſſumus, de iure,ideſt,non debemus, H. nam id poſſumus, quod de iure poſſumus.

b ¶ Quamuis.]Interpoſitio eſt.

c ¶ Mortalis.]Ante contemptum 24.quæſtio 3.notandum.

d ¶ Medicinalis.]Vt ſpiritus eius ſaluus fiat, 11.q.3.audi,niſi ſit incorrigibilis, vt 11.q.3.nemo epiſcoporum, & inf.24.q.3.corripiantur,& c.nõtandum.in fi.

e ¶ Sæculari.] ideſt de rebus ſæcularib. vel loquitur de laico [1] q.d.laicum conuictum coram ſæculari clericum coram eccleſiaſtico, vitare poſſumus, vt reddamus ſingula ſingulis, & ſic non eſt contra extra de iud.at.ſi clerici arg. huius c.videtur,ꝙ clericus de crimine ciuiliter conuictus infametur per ſentẽtiam latam in ipſum a laico per reconuentionem,vt 6.q.1.beatus Petrus,&c inſames.argum.extra de teſti. de cætero.& 3.q.5.de accuſatorib. 35.q.3.coniunctiones 3.q.8.cuius.imò ſi coram quocunque in modum exceptionis probatur crimẽ, cogetur ad pęnitentiam nam vndecunque claruerint crimina, &c.24.q.3.ecce nam, & iudiciũ hæreticorum certificat eccleſiam, vt infra.24.q.1.§ſquis.& c.ſubdiaconus, & in Auth.de ſanct.epiſc.§.ſi vero crimẽ.coll.9 & ſentẽtia in vno iudicio lata, fidẽ facit in alio [2] ff. de iniu.ſi duo.C.de libe.cau.iubemus.Io.hoc verũ eſt inter eaſdẽ perſonas,quia res inter alios acta, &c. extra de re iu. quamuis.cũ ſimilibus. B. ſimiliter fit fides ſæculari iudici per iudicem eccleſiaſticũ, vt 11.quæſt.1.ſtatuimus.& hoc ſatis poteſt admitti.Iudex tamen eccleſiaſticus non poteſt clericum ratione illius ſententiæ punire,quaſi cõuictum, ſi tamen infamia crebreſcit, ex tali ſnīa põt epˢ ipſum cogere ad purgationem, in qua ſi defecerit,puniatur, vt ext.de ſim.de hoc.nec teſtes purgationis ſunt cõtrarij prioribus teſtibus,quia iſti iurant de credulitate, & illi de ſcientia, & bene poteſt eſſe, quòd iſti credant eum innocentem, & illi ſciant eum nocentem, nec obeſt ei illa ſententia quo ad beneficium, vel quo ad ordinem. extra de except.denique. de ord.cog. cum dilectus.in fine.Sed forte poteſt ipſum cogere ad pœnitentiam:nam etiam in cauſa correctionis tenuis probatio, & ſcientia ſufficit,vt ext.de ſpo.præterea.22.q.5.hoc videtur,imò ſufficit vnus teſtis quo ad ſententiam medicinalem animæ,vt extra de teſt.cog.peruenit.de conſec.d.4.cũ itaque, extra de conſañ. & affi.ſuper eod.& text. de teſt.ſuper eo.

f ¶ Accuſator, & iudex.]Quod fieret ſi occultos tales accuſaremus.

g ¶ Similia.] Argum. quòd licet aliquid ſpecialiter de vno dicatur, tamen extenditur ad omnia ſimilia, vt infra ea.Deus omnipotens 32.quæſt.7.Apoſtolus 16.quæſtio.3.licet.diſt.61.miramur.& ſup.diſt.5.ad eius.ff.de fun.inſt.quæſitum, §.vltim.ff.de adminiſtr.leg.l.legata.ff.de alie.& cib.leg.l.verba.ff.de ſuppell.l.legata.16.quæſt.1.hine eſt etiam.argum.contra.C.de procur.maritus.

h ¶ Fornicarij.]Iudæis.vel gentilibus.

i ¶ Fornicarijs.]Scilicet occultis: niſi in caſibus,quaſi dicat, non eſt aliqua pars mundi, in qua non ſint tales mali.

Snīa ſup crimine in clericũ lata in cauſa reconuentionis ꝑ iudicem ſæcularem an ipſum infamet.

2 Scilicet a depẽdenti a primo: aliàs nõ facit niſi præſumptionẽ, & ſic intelliguntur iſtæ leges ſ. proxi. alleg. Arch.

1 Laico. Idẽ Pan. in d.ca. at ſi clerici.

a ¶ Si

Si quis [a] frater nominatur [b] in vobis, aut fornicator, aut idolis ſeruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax; cum huiuſmodi nec quidem cibũ ſimul ſumere. Quid enim mihi de his, qui foris [c] ſunt iudicare [d]? Nõne de his, qui intus ſunt, vos iudicatis? De his autem, qui foris ſunt, Deus iudicabit. Auferte malum à vobis ipſis.] Quibus verbis ſatis oſtendit non temere, aut quomodolibet, ſed per iudicium auferendos eſſe malos ab eccleſiæ communione, vt ſi per iudicium auferri non poſſunt, tolerentur potius; ne peruerſe malos quiſque † euitãdo, ab eccleſia ipſe diſcedens, eos, quos fugere videtur, vinciat† ad gehẽnam. Quia & ad hoc nobis ſunt in ſcripturis ſanctis exempla propoſita: velut in meſſe, vt palea differatur vſque ad vltimum ventilabrũ, vel intra illa retia, vbi piſces boni cum malis vſque ad ſegregationem, quę futura eſt in littore, ideſt in fine ſæculi, æquo animo tolerentur. Non enim contrarium eſt huic loco id, quod alio loco dicit Apoſtolus: [Tu quis es qui iudicas alienũ ſeruũ? ſuo Domino ſtat aut cadit.] Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio ſuſpicionis [e], vel extraordinario [f] vſurpato iudicio; ſed potius ex lege Dei ſecundũ ordinem eccleſiæ, ſiue vltro confeſſum, ſiue accuſatũ, atque conuictum. Alioquin illud cur dixit? [Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis ſeruiens, &c.] niſi quia eam nominationem intelligi voluit, quæ fit in quẽquam, cum ſententia ordine iudiciario, atque integritate profertur? Nam ſi nominatio [g] ſola ſufficit, multi dãnandi ſunt innocentes, quia ſæpe falſo in quoquam crimina nominãtur. ¶ Non ergo illi, quos monemus agere pœnitentiam, quærant ſibi comites ad ſupplicium: nec gaudeãt, quia plures inuenerint. Non enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.

† *ſ. quoſque.* † *al. mittat.* *Matth. 3.* *Matth. 13.* *Rom. 14.* † *iniquoq; crimine.* Beda in c. 5. 1. ad Cor.

*Idem in ſermone 16. de verbis Domini.*

¶ Peccatum, quod tantum iudici notum eſt, ab eo damnari non valet. Cap. XIX.

SI peccauerit, inquit, in te [h] frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolũ. Quare? quia peccauit in te. Quid eſt. [In te peccauit?] Tu ſcis, quia peccauit. Quia enim ſecretum fuit, quando in te peccauit, ſecretum quære, cum

*Matth. 18.*

a ¶ Si quis.] Quaſi dicat, quare hic non dicis de alijs, quàm de fratribus? Reſp.
b ¶ Nominatur.] Per ſententiam.
c ¶ Qui foris.] i. nõ noſtri iuris. 17. q. 4. cõſtituit. ſup. d. 45. qui ſyncera. contra dic, vt not. 28. q. 1. ſæpe.
d ¶ Iudicare.] Quantum ad excommunicationem, ſed corporaliter poſſunt puniri 1. vt 17. q. 4. conſtituit. arg. quòd excõicatus non poteſt iterum excommunicari. de hoc inuenies 3. q. 4. Engeltrudam.

1 Idem ſt. & pecuniariter ponit eccleſia, vbi ſunt de ſua iuriſdictione. ex. de rap. de archiepiſcopato. Ber.

e ¶ Suſpicionis.] Subaudi temerariæ, ſi violenter: ſecus 32. q. 1. dixit.
f ¶ Extraordinario.] agendo contra eum denunciatiue, vel inquiſitiue, q̃ modus nouus eſt, & extraordinarius ſm quoſdã. Sed dic extra, ideſt, præter hoc, vel cõtra ordinem iuris, ſcilicet quia non eſt de foro ſuo, cum ſit occultus, vnde ſequitur vſurpatio. Nam vſurpare quis dicitur, cũ vendicat ſibi, quod ad ipſum non pertinet.

Vſurpare quis dicitur.

Fama an probet.

g ¶ Nam ſi noĩatio.] Ideſt, infamatio. inf. 25. q. vl. c. vl. 35. q. 6. ſi duo. Arg. ꝙ p famã non probatur aliqd. ext. de cohab. cle. & mulier. tua. ext. de eo qui cog. conſang. vxo. ſuæ, ſuper eo. Sed fama cum alijs adminiculis probat. 4. q. 3. ſæpe. extra de preſump. illud. de appel. c. 1.

SI peccauerit.] CASVS. In hoc c. exponitur auctoritas Euangelica. Si peccauerit i te frater tuus &c. Capitulum ergo iſtud diuidĩ in duas partes. In prima parte dĩ, ꝙ ſi frater tuus peccauerit in ſecreto, eũ in ſecreto corrigere dẽs: alioquin non eſſes corrector, ſed proditor, ſi in publico corrigeres. Et hoc probatur exemplo Ioſeph, qui cum ſciret Beatam Virginem grauidam, ad quam ſciebat ſe non acceſſiſſe, eam noluit diuulgare, ſed occulte a ſe dimittere: quare quæ in ſecreto fiunt, corripienda ſunt in ſecreto: quæ publice, coram omnibus arguenda ſunt. Et ita concordant duæ auctoritates, quæ videntur contradicere, vna Domini, ſcilicet ſi peccauerit in te, &c. quæ intelligitur de occultis: alia Apoſtoli: ſcilicet, peccantem coram omnibus argue. cuius tenor hic ponitur; quæ intelligitur de manifeſtis, & hoc intelligendum eſt non ſolum quando in nos peccatur, & nobis ſcientibus, ſed etiam quando neſcitur, niſi præſumptiue, & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi. [Neſcio;] dicitur, ꝙ prælati ſæpe corrigunt peccatores occultos alijs neſcientibus, quia nolunt manifeſtare eorum delicta: homines tamen credunt, quòd ipſi hoc nõ faciant: & ideo eos reprehendunt.

Si peccauerit in te. &c. de quo peccato debeat intelligi.

h ¶ In te.] Scilicet læſum, vel teſtem. Quidam totam hanc auctoritatem intelligunt de occulto peccato. & exponunt, adhibe vnum, vel duos teſtes, qui ſint teſtes factæ admonitionis, & quod ſequitur, dic eccleſiæ, ideſt ſacerdotibus, qui orent pro ipſo, vel admoneant eum deſiſtere a peccato, & talibus, qui poſſint prodeſſe, & non obeſſe. 22. q. 5. hoc vĩ, & qđ ſequitur, ſit tibi ſicut ethnicus. &c. quantum ad priuatam communionem, intellige, ſed non in publico. vt 6. q. 2. ſi tantum. Sed huic opi. contradicit 45. diſt. ſed illud, & extra de iud. nouit. 11. q. 3. præcipue, vbi habes, ꝙ etiam in manifeſtis loqtur hęc aucto-

auctoritas. Alij intelligunt totum de manifeſto: ſed eis contradicit Auguſt. ibi. ſi ſolus noſti, Tertij dicunt quòd principium de occulto, & ſequens de manifeſto loquitur: ſed eis contradicit, quod dicit: diſtribuite tempora, & concordat ſcriptura. Ioan. intelligit de tali occulto

tur. Quicunque ergo habet familiam, tenetur corrigere eam. 23. q. 4. duo iſta, & q. 5. nõ putes. Et quod teneatur præceptiue, quo ad prælatos, quo ad ſubditos conſultiue, eſt arg. 2 . q. 8. c. 1. Item dubitatur, an infames perſonæ admittantur ad denunciationem, & criminoſę? Et uĩ ꝙ ſic: quia oẽs ex præcepto ad hoc tenẽtur. Nam & hęreticus admittitur 24. q. 1. quiſquis & alienæ perſonæ v. l. s. vt extra de ſpon. præterea. 2. & vbi agitur ad correctionẽ non requiritur tantus rigor, vt 22. q. 5. hoc videtur, de bona fide enim agitur: vnde nõ conuenit de apicibus iuris diſputare. ff. mã. ſi fideiuſſ. §. quædã. Et contra videtur: quia tãtum honeſtiores perſonę admittũtur. 35. q. 6. epiſcop⁹ in ſynodo. & nõ infames, vt de teſtibus cog. præterea, nam etiã ad populares actiones nõ admittũtur niſi perſone, integri ſtatus, ff. de pop. act. popularis. Ego credo quẽ libet admitti, dum tamẽ bono zelo denunciet, extra de re iudic. cũ I. & A. ſed licet infames admittanſ, & irregulares, non tamen criminoſi. Cum enim tales non correxerint ſua crimina, credẽdum eſt, ꝙ malo zelo denuncient crimina aliorũ. 3. q. 7. §. porro. Ic. ſimiliter eſt in teſte, qui in ciuili cauſa non admittitur, niſi poſt pœnitentiam, extra de teſti. teſtimonium. B.

Op. arg. 25. diſt. deinde. ſm Ray.

corrigis, quod in te peccauit. Nam ſi ſolus noſti, quia peccauit in te, & eum vis coram omnib. arguere, non es correptor, ſed proditor [a]. Attẽde, quemadmodum vir iuſtus Ioſeph tanto flagitio, quod de vxore fuerat ſuſpicatus [b], tanta benignitate pepercit; antequam ſciret, vnde illa cõceperat, quam grauidam ſenſerat, & ſe ad illam non acceſſiſſe nouerat [c]. Reſtabat itaque certa adulterij ſuſpicio. & tamen, quia ipſe ſolus ſenſerat, ipſe ſolus ſciebat, quid de illo ait Euangelium? Ioſeph autem, cum eſſet vir iuſtus, & nollet eam diuulgare ] Mariti dolor non vindictam quæſiuit: voluit prodeſſe peccanti, non punire peccantem: [Cum, inquit, nollet eam diuulgare; voluit eam occultè [d] dimittere.] *& infra.* ¶ Ergo ipſa corripienda ſunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Ipſa verò corripienda ſunt ſecretius, quæ peccantur ſecretius. Diſtribuite tempora, & concordat ſcriptura [e]. Sic agamus, & ſic agendum [f] eſt, non ſolum, quando in nos [g] peccatur, ſed etiam, quando peccatur ab aliquo, vt ab altero neſciatur, in ſecreto debemus corripere, *& paulo poſt.* ¶ Nouit enim neſcio quem homicidã eps [h], & alius illum nemo nouit. Ego nolo † illum publice corripere, & tu quæris inſcribere? Prorſus nec prodo, nec negligo: corripio in ſecreto; pono ante oculos eius Dei iudicium, terreo cruentam conſcientiam, perſuadeo pęnitentiam. Hac charitate [i] prediti eſſe debemus. Vel aliquando homines reprehendunt nos, quòd quaſi non corripiamus: aut putant nos ſcire, quod neſcimus; aut putant nos tacere, qđ ſcimus. Sed forte quod ſcis, & ego ſcio: ſed non coram te corripio, quia curare volo, nõ accuſare. ¶ Sunt hoĩes adulteri in domib. ſuis; in ſecreto peccantes: aliquando nobis produntur ab vxoribus ſuis, plerumque zelantibus [k],

*Matth. 1.*

† *ab volo.*] orig.

occulto quod ſcitur a multis, & poteſt ab aliquibus probari: & vocantur teſtes, vt probetur admonitio facta: quia niſi præceſſiſſet admonitio, accuſare non poſſet, vt infra eadem, quæſtio ſeptima, accuſatio, &c. ſi quis erga, nã ſi poſt admonitionem eccleſiæ nollet pœnitere, iſti poſſunt eſſe teſtes admonitionis factæ, & hoc innuit litera, vbi dicit, forte quod tu ſcis, & ego ſcio. Argum. eſt ad hanc ſolutionem, extra de iud. nouit. Sed iſti opponitur: quare ergo dicit Auguſt. tu ſolus noſti? Reſpondet hic, ſolus, & non excludit paucos, ſed multitudinem. ſi diſtinctio. octaua, ſi ſolus, & ibi. Quomodo ſedet ſola ciuitas, ideſt cum paucis. ſic 15. quæſtio. 7. §. ſolus. infra ead. quæſt. 7. §. de his. Nunc quæritur vtrum hoc ſit præceptum omnibus? Videtur, quòd iſtud extendatur ad omnes, infra ead. quæſt. 7. quapropter, 11. quæſtio. 3. præcipue. 24. quæſt. 3. tam ſacerdotes. 45. diſtinct. ſed illud quod H. concedit 1. Sed dura eſt hæc opinio, & cõſtituit oẽs tranſgreſſores. Sed dicit, quod eſt mandatum ad omnes. qui ſunt in magiſtratu poſiti, ſiue ſint clerici, ſiue laici, argum. 23. quæſt. 4. duo iſta 17. quæſtio. 4. de presbyterorum, tamen ad alios eſt conſilium, & hoc eſt verum de peccato iam facto: ſed de peccato adhuc faciendo omnibus eſt præceptum 22. quæſtio, quinta, hoc uidetur, 94. d. diaconi, extra de cog. ſpi. tua. Et intellige primam partem quando prælatus ſcit peccatum per ſe. Secundam, quando ei ab alio denuncia-

Correctio fraterna an ſit de præcepto.

1 Et ſic intellige hoc ſi peccauerit, &c. ſed dic, ꝙ ibi Matt. 8. loquebat dominus Petro, ꝑ quod patet, ꝙ prælatis tãtummodo dabat hoc præceptum.

a ¶ Sed proditor. ] Sed nonne Dominus prodidit crimen Iudæ, cum dixit: Qui intingit manum mecum 2. in paropſide ſupra ead. unus, & Paulus crimen Iudæorum tribuno, ut 23. quæſ. 3. Maximianus? Reſponde, illi quibus dicebatur, poterant tantum prodeſſe 22. quæſt. 5. hoc uidetur. Item contra. ff. de iniu. cum qui. Sed illud intelligitur quando quis directe uult aliquem accuſare.

Chriſtus nũquid reuelauit crimen Iudæ?

2 D: hoc legi. & not. de conſ. d. 2. cũ oẽs in glo. cum dixit. ibi uideas.

b ¶ Suſpicatus. ] inf. 32. q. 1. dixit Dominus.

c ¶ Nouerat. ] Vnde conceperat.

d ¶ Occulte. ] i. non accedere ad eam: non tñ noluit eã a ſe repellere. 27. q. 2. prius quam. Vel occulte. i. ſine probatione: quod hodie non licet, 35. q. 6. multorum.

e ¶ Scriptura. ] Euangelica cum Apoſtolo dicente: Peccantem coram omnibus argue.

f ¶ Et ſic agendum. ] 6. q. 2. ſi tantum. 11. q. 3. ſanct. ext. de off. ord. ſi ſacerdos.

g ¶ Quando in nos. ] ideſt, uno, uel altero ſciente: ſed etiam quando nullus ſcit; dum tamen præſumptio ſit contra eum qui peccat.

h ¶ Nouit, &c. epiſcopus. ] De ſe loquitur Aug.

i ¶ Hac charitate. ] Scilicet Euangelica, alias charitate, in originali Auguſtini.

K ¶ Zelantib. ] Argu. malo zelo denunciantem crimen fratris.

aliquando maritorum ſalutem quærentibus. Nos non prodimus[a] palam,ſed in ſecreto arguimus. Vbi contigit malum,ibi moriatur malum.Non tamen vulnus illud negligimus;ante omnia oſtendentes homini in tali peccato conſtituto, ſauciamque gerenti conſcientiam,illud vulnus eſſe mortiferum.

4 *Quando verò crimen eſt notum alijs, & non iudici, nec tunc ſine examinatione feriendū eſt; quia in crimen ſibi occultum iudex ſententiam ferre non debet.*

*Vnde Euariſtus Papa ait epiſtola ſecunda* †.

† Et Gregorius. l. Mor.19. c. 23. & in conc. Tribur. c.22. Anſ.l.3.c. 67. Poly.l.7.tit. 1. Burc.l. 11. c.9. Pann.l.4.c. 116. Iuo p.5.c. 240.

¶Sententia non præcipitanter ferenda eſt. Cap. XX.

DEus omnipotens, vt nos a præcipitatæ ſententiæ prolatione compeſceret, cum omnia nuda,& aperta ſint oculis eius: mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare,priuſquam manifeſte agnoſceret,quæ dicebantur. Vnde ipſe ait: [Deſcendam[b],& videbo, vtrum clamorē, qui venit ad me, opere compleuerint; an non eſt ita, vt ſciam[c].] Deus omnipotens, cui nihil eſt abſconditum, ſed omnia ei manifeſta ſunt, etiam antequam fiant; non ob aliud hæc;& alia multa (quæ hic prolixitatē vitantes nō inſeruimus) per ſe inquirere dignatus eſt: niſi vt nobis exemplum daret,ne præcipites in diſcutiendis,& iudicādis negotijs eſſemus: & ne mala quocunque prius quiſquam præſumat[d] credere,quam probare[e]. Cuius exemplo monemur: ne ad proferendam ſententiam vnquam præcipites ſimus, aut temere, indiligenterque indiſcuſſa quæq. quoquo mō[f] iudicemus,dicente veritatis voce: [Nolite iudicare, vt non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis,iudicabimini, *& reliqua.*] Nam mala audita nullum moueant: nec paſſim dicta abſque certa probatione quiſquam vnquam credat: ſed ante audita[g] diligenter inquirat[h]: ne præcipitando quidquam aliquis agat. Si enim Dominus omnium,Sodomorum mala,quorum clamor ad cœlum vſque peruenerat, omnia ſciens prius nec credere,nec iudicare voluit, quam ipſe ea cum fidelibus teſtibus diligenter inueſtigans, quæ audierat, opere veraciter cognoſceret: multo magis nos humani †, & peccatores homines, quibus incognita ſunt oc-

*Heb. 4.*

*Gen. 18.*

*Matth. 7.*

30.q.5.nullum. eo.

† *al. qui ſumus homines, & peccatores, quibus.*

fratris audiendum: Hoc eſt verum,ſi proſequatur ſuam iniuriam,vt infra q.7.ſi quis erga.

a ¶ Non prodimus.] Ad querelam earum.

QVANDO VERO. Hæc eſt quarta pars huius quæſtionis,in qua vult probare, quod ſi notum eſt alijs, & non iudici tāquam iudici, nihilominus eſt cauſa examinanda: & hoc probat p cap.ſeq Io. de Fant.

CASVS. Hic ponit Gratianus ſecūdum membrū ſuæ diſtinctionis.ſ. quādo crimen eſt notū alijs, & non iudici: & in hoc caſu ſeruandus eſt ordo iuris: & hoc oſtēdit per ſequens capitulum.

DEus oīpotens.] CASVS. Sodomitæ erant in notorio delicto, q2 ſeipſis abutebantur: Dominus tamen, licet manifeſta eſſent ei facta Sodomorum, quem nil latet, noluit eos iudicare ſtatim: ſed ipſe cū fidelib. teſtib. diligēter veritatē inqſiuit antequā eos iudicaret. Cuius exemplo monemur, ne p̄cipites ſimus in ſentētia ferenda: quia ſi Dominus,q ſciebat factū, veritatem diligenter īquiſiuit: multo fortius homines iudicātes, qui veritatē neſciunt,debent inquirere diligenter omnia. & neminē ante probationē condemnare,veritate dicente: Nolite iudicare, & nō iudicabimini: & Apoſtolo dicente: Tu quis es qui iudicas, &c.

b ¶ Deſcēdam.] Angelos mittendo, vt infra ſequitur.

c ¶ Sciam. Tanquā iudex ſi habes. ſciā, tunc tranſpone literam ſic, vt ſciam an non eſt.ita. ideſt,an non hoc ſit ita,& tunc incipit verſus ibi: Deus omnipotens ſi habes,ſciat: tunc incipies verſum. An non eſt ita vt ſciat: & leges interrogatiue vſque ad locum illum: non ob aliud hæc,&c.

d ¶ Præſumat.] Præſumendum eſt enim quemlibet eſſe bonum,ut 11.q.3. abſit.extra de præſum. dudum.

e ¶ Quam probare.] ideſt, examinare.

f ¶ Quoquo modo.] i.diffinitiue, uel interlocutoriæ.

g ¶ Audita.] Sup.d 81.ſi quid uerò. inf.11.q.3.in cunctis,& extra de præſum.dudum.

Inquirens, quos teſtes admittere debeat.

h ¶ Inquirat.] Cum iſtud c. locum habet tantum in cā inquiſitionis: ut extra de acc. qualiter 2,uidetur q tantum honeſti teſtes ſint ibi admittendi in cauſa inquiſitionis, eo q dicit,fidelib. & eadem decr. dicit, de prouidis,& honeſtis,& dec.dicit, vbi de ſimonia agitur, propter immanitatem ſceleris admittūtur criminoſi, & loquitur ibi in cauſa inquiſitionis,& ſic videtur,q in minoribus criminibus non ſint admittendi criminoſi, vt extra de ſim.per tuas. Sed eſt argum. contra extra de re iudica.cum I. & A. Satis poteſt dici, q ſi extranei teſtes inducuntur in cauſa inquiſitionis,requiritur q nō ſint criminoſ, ſed in illis qui ſunt teſtes de ipſa eccleſia,ſufficit qualeſcunque ſint: dummodo non ſint inimici, uel corrupti. Io. Quidquid Io. dicat,ego non credo,quod teſtes criminoſi admittātur in cauſa inquiſitionis: niſi eſſent de crimine emendati, extra de teſt.teſtimonium. In exceptis tamen criminib. bene admittuntur criminoſi,niſi ſint conſpiratores, uel capitales inimici. extra de ſimo.per tuas 2,quod intelligunt quidam ſi ille contra quem ſit inquiſitio,fuerat malæ famæ.alioquin criminoſi non admitterentur,ut innuit illa decr. per tuas. & ſup.ead.in primis.uer.de perſona Stephani,ibi.quod autem, &c.B.

QVAN-

QVANDO AVTEM. Hæc eſt quinta pars q. In qua dicitur, ꝙ ſi notorium eſt omnibus & iudici, ſcilicet per euidentiam facti: tũc poteſt iudex illum punire, & hoc probatur per ſeq. c. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponit Grat. tertium membrum ſuæ diſtinctionis.

eo. melius enim probatur aliquid per ipſum factum, quàm per teſtes. ff. de ſer. l. 2. in fi. & extra de app. dilecti. & ff. de min. minor. & 27. q. 1. nec aliqua. Sed pone ꝙ reus negat aliquid eſſe notorium: nunquid ſufficiunt duo teſtes ad probandum aliquid eſſe notorium? Sic, ſicut duo poſſunt ꝓbare famam, vt ext. de teſti. tam literis. & per duos teſtes ꝓbatur ꝙ ſeptẽ interfuerũt, 1 C. d bo. poſ. bonorũ. & per duos probaẽ ſubſcriptio trium, ut C. de fi. inſtru. cõparationes, C. de teſti. l. teſtiũ.

culta iudicia, Dei; & hæc præcauere, & nullum ante veram, iuſtamque probationem iudicare, aut damnare debemus, manifeſte apoſtolo dicente Paulo: [Tu quis es, qui iudicas ſeruum alienum? ſuo enim Domino ſtat, aut cadit.

Rom. 14.

5 *Quando autem crimen notum eſt iudici & alijs, aliquando reus inficiatur factum; veluti ſi quis negaret interfeciſſe eum, quem ſub oculis iudicis* [a] *in cõſpectu multorum interfecit. Hic, quia ſe reum negat, ſine examinatione feriri nõ poteſt. Aliquãdo euidẽtia ipſa operis reũ eſſe teſtatur; quando opere publico crimen ſuum confitetur: tunc poſt ſecundã, & tertiã correctionẽ* [b] *ſine examinatione dãnãdus eſt, vel puniẽdus ſi incorrigibilis extiterit. In hoc itaq; vltimo caſu intelligẽda eſt auctoritas illa Ambroſii, & Nicolai: [Manifeſta, accuſatione nõ indignẽt.] Fornicator enim ille, in quem, ſine examinatione, ſententia Apoſtolica proceſſerat, publice coram omnibus nouercam ſuam pro vxore habebat. Lotharius quoque, de quo Nicolaus ſcribit, ſimiliter publice vxorem ſuam dimiſerat, & aliam ſuperduxerat.*

Su. ea. manifeſta. & quæ Lotharius.

*Vnde idem Nicolaus Papa ſcribit archiepiſcopis, & epiſcopis per Galliam, Italiã, & Germaniam cõſtitutis.*

¶Sine accuſatione manifeſta ferienda ſunt. Cap. XXI.

Iuo p. 8. c. 226. Regino omnia hęc refert li. 2. Chron. nu. 875.

SCelus, quod Lotharius rex (ſi tamẽ [c] rex veraciter dici poſſit, qui nullo ſalubri regimine, corporis appetitus refrænat, ſed lubrica eneruatione magis illicitis eius motibus cedit) in duabus [d] fęminis, Thietberga ſcilicet, & Gualdrada cõmiſit, omnibus manifeſtum eſt. ¶Sed & dudum epiſcopos Thietgandum, & Gũterium in tali facto eum habuiſſe tutores, atq. fautores pene totus nobis orbis vndiq; ad limina; ſeu ſedem confluens Apoſtolicã referebat. [e] *& infra.* ¶ Igitur decernente nobiſcũ ſancta ſynodo in præſentia depoſiti, & ab officio ſacerdotali excommunicati, atque à regimine epiſcopatus alienati indubitanter exiſtunt.

b ¶ Correctionem.] Arg. admonitionem debere præcedere in notorijs, vt inf. ead. q. vlt. c. vlt. 12. q. 2. indigne. Ioan. 2

SCelus.] CASVS. Hoc c. diuidiẽ in duas partes. In prima parte diciẽ, quod ſcelus Lotharij erat omnib⁹ manifeſtũ, quod ipſe commiſit, Thietbergam vxorẽ propriam dimittendo, & Gualdradam ſuper inducendo. In ſecunda parte quæ incipit ibi. [Sed dudum.] Dicitur ꝙ duo epiſcopi Thietgãdus & Gunterius iniquitati eius conſenſerũt: & qa hoc erat omnibus manifeſtum, ſicut fere totus orbis referebat: ideo à ſancta ſynodo depoſiti, & ab omni ſacerdotali officio vſq; in hodiernum diem excommunicati exiſtunt.

c ¶ Si tamen.] 21. di. cleros.

d ¶ In duabus.] S. Thietbergam repellendo: & Gualdradam ſociando ſibi.

e ¶ Referebat.] Hi epiſcopi nõ fuerũt depoſiti propter publicã famam, ſed quia erant confeſſi crimẽ ſuũ, vt 11. q. 3. Thietgãdum ſola fama. n. non ſufficit ad depoſitionem, ut ext. de coha. cle. tua, nec propter famam dẽ aliquid manifeſtũ, vt ext. de conſan. & affi. ſup eo. & in fama rẽqritur ordo iuris, vt ſu. ea. Deus. §. qñ autẽ.

ADDITIO. Tamen Ioan. Fabri dicebat hoc eſſe vbi per publicam famam aliqui condemnantur criminis euidentia ſuffragante Archidiaco.

1 Concor. dũ hac glo. Bar. in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemadmodũ. teſ. aper. & i l. 2. C. de erro. Aduo. & Alex. de Imo. in l. bonorũ. C. de bo. poſ. ſm tabu.

2 Ad idem ſu. 81. diſtin. ſi qui ſunt. Arg. contra 24. q. 3. de illicita. qđ admitto de notorio manẽte actu Lau.

Fama ſola non ſufficit ad depoſitionem.

QVAESTIO II.

QVod au-

ctionis: ſcilicet quãdo crimen notum eſt iudici & alijs, & tunc ſubdiſtinguit: quia aut negat aut confitetur. vel notorium eſt ita ꝙ inficiari non poteſt: ſi negat, ordo iuris ſeruari debet licet iudex & alij multi ſciant. Si ipſe confitetur, vel factum eſt ita notorium ꝙ inficiari non poteſt: tunc poſt ſecundam & tertiam admonitionem: ſi incorrigibilis erit, poterit cõdemnari: & in hoc caſu intelliguntur c. manifeſta quæ Lotharius, &c. de manifeſta. Seq. §. patet. & per te videbis.

a ¶ Iudicis.] Non ſedentis pro tribunali ſi enim pro tribunali ſederet, & contingeret te aliquid ibi facere poſſet te ſtatim punire, ac ſi probaretur per teſtes coram

Notorium & fama per duos teſtes probari pñt.

QVod autem.] CASVS. Hic intitulatur ſecunda quæſtio, qua quæritur, an expoliatus ſit reſtituendus anteq̃ iudicetur, uel cogatur venire ad cauſam, & certe ꝙ reſtituendus ſit, multorum auctoritatibus probatur: niſi in modum exceptionis probetur ſpoliatio.

 a ¶Quod

a ¶ Quod autem.] Hæc eſt differentia inter quæſtionem aſtam & illam, quæ eſt inf. 3. q. 1. quia. Hic petitur reſtitutio in modum exceptionis: ibi in modum actionis.

accuſari, niſi prius poſſeſſiones, & omnia ablata quacumque fraude, ei fuerint reſtituta cum fructibus ante accuſationem perceptis. & hæc faciant, primates & ſynodus.

e ¶ Ingenio.] Qui ergo dolo alterius renunciat, iuri ſuo reſti-

*tem a expoliatus ante iudicem ſtare non poſſit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Ioannes Papa I. ad Zachariam archiepiſcopum.*

Et Euſebius Papa epiſt. 2.

¶ Ante litem conteſtatam poſſeſſori cuncta ſunt reſtituenda. Cap. I.

ANtiquitus decretum eſt, vt omnes poſſeſſiones, & omnia ſibi ſublata, atque fructus b cunctos ante litem conteſtatam c perceptos a epiſcopus, vel primas poſſeſſori reſtituat. d

Pann. l. 4. c. 47.

a ¶ Perceptos.] *In vetuſtis exemplaribus, & epiſtola Ioannis, itemque Euſebij eſt,* perceptos, vel primas poſſeſſori reſtituat.

*Item Nicolaus Papa.*

¶ De eodem. Cap. II.

OMnes leges tam eccleſiaſticæ, quàm vulgares, & publicę præcipiunt, vt omnia ſibi ablata reſtituantur ei, qui ſuis eſt rebus expoliatus.

33. q. 2. hiſtoria. §. hæc omnes. In præfatione. Iſido. in collectionẽ ſuam.

*Item Stephanus Papa, epiſtola ſecunda.*

¶ Nullus debet accuſari, dum ſuis rebus fuerit ſpoliatus. Cap. III.

NVllus epiſcoporum, dum ſuis fuerit rebus expoliatus aut à ſede propria, qualibet occaſione pulſus, debet accuſari, aut à quoquam poteſt ei crimen obijci, priuſquam integerrime reſtauretur, & omnia, quæ illi ablata quocunque ingenio e fuerant, legibus redintegrẽtur, & ipſe proprię ſedi, & priſtino ſtatui regulariter reddatur. ita vt omnes poſſeſſiones, & cuncta ſibi iniuſte ablata, atque fructus omnes ante cœptam accuſationẽ, primates, & ſynodus epiſcopo, de quo agitur, funditus reſtituant.

Bur. l. 1. c. 141. & 142. Iuo p. 5. c. 155. & 156 Cōcor. Pan. l. 4. c. 49.

¶ *Caput hoc ſuæ integritati ex originali eſt reſtitutum.*

*Item Euſebius fratribus conſtitutis per Alexandriam, & Aegyptum, epiſtola ſecunda.*

Et in decretis Ioannis I.

¶ Nec conuocari ad ſynodum, nec in aliquo debet iudicari ſpoliatus. Cap. IV.

IN ſcripturis veſtris reperimus, quoſdam epiſcopos veſtris in partibus à proprijs ouibus accuſatos, aliquos videlicet ex ſuſpicione, & aliquos ex certa ratione: & id-

Anſel. l. 3. c. 44. Iuo p. 5. c. 149. Pann. l. 4. c. 45.

ANtiquitus.] CASVS. Statuitur in hoc cap. quòd Iudex poſſeſſiones & omnia ablata cũ fructibus ante litem perceptis faciet expoliato reſtitui, q ante ſpoliationẽ poſſeſſor extiterat. Idẽ fere dicitur in illo capitulo: Oẽs leges de hac materia loquentes.

b ¶ Fructus.] Perceptos & percipiendos, vt extra de reſt. ſpo. grauis. & reſtituẽdus eſt ad omnem cauſã in qua eſſet, ſi ñ fuiſſet ſpoliatus ff. de vi, & vi ar. l. 1. §. non ſolum.

Exceptio ſpoliationis eſt dilatoria.

c ¶ Ante litem conteſtatam.] Ideo autem dicitur ante litẽ cōteſtatam, quia exceptio ſpoliationis eſt dilatoria, & ſic eſt ante lit. cōte. proponẽda: tamẽ ſi vult directe agere d ſpoliatione, etiam poſt lit. cō te. hoc poteſt facere, vt extra de cau. poſ. paſtoralis.

d ¶ Reſtituat. Tamẽ ſi in modũ exceptionis probatur ſpoliatio non ideo fit reſtitutio, vt extra de or. co. cũ dilectus. Dico tamẽ decre. illã hic nõ habere locũ: qa vbi excipitur de ſpoliatione cōtra illum qui crimẽ intendit, bene reſtituit, ſi ſpoliationem probat, put intelligo omnia hęc iure. ſecus vbi vtraque quęſtio eſt ciuilis, vt ĩ illa decre. cũ dilectus. In hoc tamen cautus ſis, q ſi aduerſarius tuus cõuenit te ſup re aliqua, ſi vis dicere te ſpoliatum eſſe eadẽ re, vtilius eſt tibi ut directe petas reſtitutionem: quia ſi probas ſpoliationem directe agendo, duo conſequeris; & quod prius audieris; quod reſtitueris. ñ prius pbes reſtitutionem, licet aduerſarius prius propoſuerit actionem ſuam, ut extra de reſti. ſpo. ex cō quæſtione. Sed ſi de alio agit aduerſarius, & tu ſuper alio dicis te ſpoliatum, vtilius eſt tibi ut in modum exceptionis proponas ſpoliationem, ſi aduerſarius te præuenit in querela. Nam ſi directe velles agere prius audiretur aduerſarius quam tu: ſecus ſi excipiendo, ut extra de ordi. cog. cum dilectus.

Conuentus ſit cautus circa ſpoliationem opponendam.

NVllus epiſcoporum.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod nullus epiſcopus poteſt uel debet ab aliquo

reſtituendus eſt. 1 ſicut ſi eſſet violentiam paſſus, quia in hoc caſu vim & fraudem æquiparat ſibi canon. 15. q. 6. c. 1. & infr. eo. prox. q. 1. redintegranda. Io.

1 Cũ dolus dedit cauſã contractui. L. d quo no. ext. de emp. & ven. c. 3. in fi. & 7. q. 1. c. ſuggeſtum. in glo. vlt. Arch.

ADDITIO. De hoc not. 7. q. 1. ſuggeſtum. in gl. vlti. Arch.

IN ſcripturis veſtris.] CASVS. Quidam epiſcopi à proprijs ciuibus fuerunt accuſati: aliqui ex ſuſpicione: aliqui ex certa ratione, ſed quia rebus ſuis fuerant expoliati, mandat. Dominus Papa, quod non vocentur, ante reſtitutionem, ad cauſam vel ſynodum: Idem dicitur in capitulis ſequentibus, eo addito quod epiſcopi recte indicantes tales cauſas debent in eccleſia

tractare

tractare, ut ipſi poſſint eſſe teſtes ſingulorum : nec debent etiam accuſati reſpondere niſi prius reſtituantur.
a ¶ Nec in aliquo iudicari. ] A ſpoliatore nullum poteſt obijci crimen ſpoliato. extra de reſt. ſpol. in literis, &c. item cum quis. niſi ſuam proſequatur iniuriam: vel

Spoliato a ſpoliator nullum crimen poteſt obijci.

tio, quia inermes non poſſunt reſiſtere inimicis, ut inf. 3. q. 2. c. 3. & cap. ſi quis epiſcopus, & etiam communio hominum eſt reſtituenda, ſi eſt iniuſte excõmunicatus, vel ſuſpenſus. ar. inf. q. 5. ſuper cauſa. in fi. quia verbũ reſtituendi, plenam & perfectam habet ſignificationem. argum. infra capit. prox. & arg. extra, vt lit. non conteſta. accedens. in fin. ff. de vſur. l. videamus. §. in Fauiana.

Inermes nõ poſſunt inimicis reſiſtere.

circo quoſdam ſuis eſſe rebus expoliatos; quoſdam verò a propria ſede pulſos. Quos ſciatis nec ad ſynodum comprouincialem, nec ad generalem poſſe vocari, nec in aliquo iudicari,[a] antequam cuncto, quæ ei ſublata ſunt, legibus poteſtati eorum redintegrentur.

*Item Iulius Papa in epiſtola ad Orientales, c. 35. & 8.*

¶ De eodem. Cap. V.

Burc. l. 1. c. 144.
Iuo p. 5. c. 257.
Pann. l. 4. c. 46.

NVllus poteſt conuocari, aut iudicari, antequam omnia ſibi oblata, & omnia iura [b] ei in integrum reſtituantur: quia nõ habet priuilegium, quo poſſit exui iam nudatus.

¶ *Caput hoc confectum eſt ex decretis Iulij trigeſimoquinto, & octauo uerbis tamẽ mutatis, & alio modo depoſitis.*

Cap. l. 6. c. 287.
Et in capitulis Hadriani, c. 2.

*Item Zepherinus Papa ad epiſcopos Aegypti, epiſtola 2.*

¶ De eodem. Cap. VI.

Iuo p. 5. c. 246.
Pann. l. 4. c. 43.

PReceptum ergo eſt in antiquis ſtatutis, epiſcopos eiectos, atq; ſuis rebus expoliatos eccleſias [c] proprias recipere, & primo ſua omnia eis reddi; & demum, ſi quis eos iuſte accuſare voluerit, ęquo periculo facere: iudices eſſe decernentes epiſcopos recta ſapientes, & in eccleſias conuenientes, vbi teſtes [d] eſſent ſingulorum, qui oppreſſi videbãtur: nec prius eos reſpondere debere, quam omnia ſua eis, & eccleſijs eorum, legibus integerrime reſtituantur.

PRæceptum. ]
c ¶ Eccleſias. ] Extra de appel. qua fronte. inf. 23. q. 8. conuenior. extra de immu. eccl. c. 1. & c. cum eccleſia.
d ¶ Teſtes. ] Arg. ibi cauſam tractandam vbi teſtes poſsũt haberi. 3. q. 9. hortamur. & extra de appel. ex parte. & extra de off. iud. ord. ſignificauit. & 33. q. ſecũda, ſiue Ioan.

## QVAESTIO III.

In cap. Hadriani c. 24. in epiſt. 1.
Sixti tertij.
Cod. Theod. l. 16. ti. 2. cap. 41.

*QVa autem [e] pœna feriendi ſint, qui in accuſatione deficiunt, canonum cẽſura definit. Pœnam cum illati criminis cum diſpendio exiſtimationis accipient.*

*Vnde Gaius a Papa.*

a ¶ Gaius. ] *Sic eſt in plerisq; vetuſtis, & habetur hoc caput in epiſtola unica ipſius, in qua proxime his antecedunt verba capitis.* Si quis epiſcopus. *infra ead. q. 7. In vulgatis autem hic citabatur Gelaſius.*

QVa autẽ. ] Hæc quæſtio diuiditur in quinque partes: in quarũ prima probat tribus auctoritatib. quod accuſator calumnioſe debet feriri pœna talionis. Secunda ibi, [ Aliud. ] Tertia ibi, [ Sed aliud. ] Quarta ibi, [ Notandũ eſt. ] Quinta ibi, [ Notandum quoque. ] Ioann. de Fan.

CASVS. Hic ponitur tertia quæſtio, qua quæritur, qua pœna ſint feriendi, qui in accuſatione dẽficiũt, & certum eſt pœna talionis, cũ infamia notentur: quod probatur per ſequentia c. niſi errore decept[us] vel temeritate, vel iracũdia accuſauerit.
e ¶ Qua aũt. ] Accuſator in quinq; peccare põt: aut errore decipitur, aut temeritate ſeu calore iracundiæ ad accuſandũ [2] prouocatur, aut calumniatur, aut prænaricatur, aut tergiuerſatur: ſed in omnibus his caſibus, ſi deſiſtit impetrata abolitione quacunque, non punitur, nec infamis eſt, vt C. de abol. l. 1. & 2. Item ſi non impetrauit abolitionẽ, parcitur ei in duobus primis caſibus, vt inf. ead. §. notandum. ſecus ſi eſt, vel calumniator, uel præuaricator, vel tergiuerſator. Calumniator tenetur ad pœnam talionis, vt inf. eadem, c. 2. & 3. Prẽuaricator poſtea neminem poteſt accuſare: & extra ordinem punitur, vt inf. ea. §. notandum. in fine. Tergiuerſator [3] punitur in quinque libris auri, ut ff. de præua. l. tertia in fine. Teſtis etiam calumniator pœnam talionis ſuſtinet. tertia. quæſtio. nona. nihilominus, 33. quæſt. 5. hæc imago. & ſm Goff.

Accuſator in quinque peccare poteſt.
2 Alia tria membra colligũtur inf. ea. gl. verſ. ſecus.
Calũniator, p̃uaricator, Tergiuerſator.
3 Is eſt tergiuerſator, qui terga vertit aduerſario: & circa abolitionem deſiſtit. & hic incidit in Tur. & extraordinarie punitur. inf. ea. præuaricatori. uerſ. ſi quis autẽ. ff. ad Turpi. l. 1. §. ſi quis ſm Goff.

vel niſi ſit tale crimẽ, ad quod quilibet admittatur. ar. 2. q. 1. in primis. Sed ab alio poteſt accuſari de alijs criminibus: ſed nõ illo pro quo eſt ſpoliatus. arg. 5. q. 2. ſi primates. [1] a contrario ſenſu. extra de app. ad hoc. &c. propoſuit. alioquin delictum eius maneret impunitũ, ſi de nullo crimine poſſet accuſari ab aliquo. l. Ego nõ credo, ꝙ in aliquo ſpoliator admittatur contra ſpoliatum, niſi prius facta reſtitutione, ut extra de ordin. cog. cum dilectus, & vt dicitur in hac queſt. per totũ, & inf. 3. q. 1. c. 1. 2. & 3. vbi generaliter videtur, dici, quod nullum crimen poſſit ſpoliato obijci.
b NVllus poteſt. ] ¶ Omnia iura. ] Etiam incorporabilia, ut extra vt lit. penden. a memoria. Eſt ra-

1 Sumpto ar. a contrario ibi: nec rñdere æmulis. L. & ſm L. & Hug.

C.de teſtib.l.nullum.& hoc ſecundũ opi.H. nos tñ dicimus.ꝙ teſtis nullo modo ſuſtinet, vel ſe obligat ad pœnam talionis,vt not.33.q.5.hęc imago.Si autem tulerit, aliàs falſum teſtimonium,ponitur extra ordinẽ,6.q. 1. quicunque.De teſte poſuit Gratian.in temathe. ſed hic omiſit.

CASVS.Dictum eſt ſup. ꝙ calũnioſe accuſantes ſi in accuſatione defecerint,ſunt puniendi. Nunc dicit Gratianus,quòd aliud eſt crimen falſo obiectum, non ꝓbare & aliud ſi conuitium non probauerit.primum ſine abolitione nulli conceditur:hoc omnibus licet.

De ijs,qui non probanda obijciunt. Cap. I.

SI quis circa huiuſmodi perſonas non probanda detulerit,auctoritate huius ſanctionis intelligat ſe iacturam infamiæ ſuſtinere;[a] vt damno pudoris, & exiſtimationis diſpendio diſcat ſibi alienę verecundiæ impune inſidiari ſaltem de cætero non licere.

*Item Damaſus Papa ad Stephanum archiepiſcopum, epiſtola 3.*

¶Si accuſator in accuſatione defecerit; talionem recipiat. Cap. II.

CAlumniator,[b] ſi in accuſatione defecerit,talionem[c] recipiat.†

*ßVerba ipſa Damaſi referuntur inf.4.q.4.c.nullus intro ducatur.*

4.q.4. nullus introducatur.

† Conc. tex. in l. 1. ff. ad Turp.in l.ꝗ crimẽ. & ibi Cy. C. qui accuſ. non poſ.

*Item ex decreto Hadriani Papæ in capitulis ab ipſo collectis,c.52.in medio.*

Et ex Fabiano. inf. 3.q.6.c.1.& ex Sixto inf.ea.q.8. ꝗ crimẽ.

¶De eodem. Cap. III.

QVi non probauerit,quod obiecit;pœnam,quam intulerit,ipſe patiatur.

*Item α.*

α¶Item.]*Sic eſt in plerisq; vetuſtis codicibus.In vulgatis autem legebatur,* Item Damaſus Papa. *Extat autem caput hoc in capitulis Hadriani,c.62. & in concilio Eliberitano,c.75.Iuo citat ex Cartaginenſi.Et in tomis conciliorum adiungitur Cartaginenſi tertio.*

¶De his,qui falſis criminibus aliquem impetunt. Cap. IIII.

Anſ.l.3.c.92. Iuo p.6.c.240. Burch.l.2.c.195.

SI quis epiſcopum,[d] aut presbyterum, aut diaconum falſis criminibus appetierit,& probare non potuerit; nec in fine α dandam ei communionem[e] cenſemus.

α ¶Nec in fine.]*Sic legitur in concilio Eliberitano nõ in hoc tantũ canone,ſed etiam in alijs: quam ob cauſam,atque etiã ob gloſſam nihil eſt mutatum. Apud Hadrianũ tamen eſt,*niſi in fine dãdũ ei nõ eſſe cõmunionẽ. *Apud Iuonem,*non niſi in fine dandum ei eſſe communionem.

2 *Aliud eſt accuſationẽ non implere,& aliud eſt,conuiciũ nõ ꝓbare. Illud enĩ nulli ſine abolitione;hoc oĩb.licet.*

*Vnde Fabianus Papa ad Hilarium epiſcopum,epiſt.3.*

Cod. Theod. lib. 9. tit. 1. l. 1. in interpretatione & in ca. l.7.ca.364. & ĩ epiſ. Sixti tertij, c. 3. & in c.Hadriani,c. 51.

Ira duos hẽt effectus.

2 Cũ probare nõ poſſit, vel noluit, vt 5.q.1.c.1. & 2. in fi. & ſic etiã intellexit H.in c. inf. alle. ſi ꝗs ſacerdotũ. quod dic vt not.1.q.1. in ſum.in fi. Arch.

¶Conuicium non eſt pro accuſatione habendum. Cap. V.

Anſ.l.3.c.89 Iuo p.5.cap. 324. Pã.l.4.c.74.

SI quis iratus[f] crimen aliquod cuilibet temere obiecerit,cõuicium non eſt pro accuſatione[g] habendũ: ſed

SI quis. ] CASVS. Si quis aliquem accuſauerit,& crimẽ illatum non poterit ꝓbare, infamis efficitur:& de cętero ad accuſandum non admittitur, cum contra eum de calũnia pręſumatur.

a ¶ Suſtinere. ] Non tamen ipſo iure, ſed per ſentẽtiam, vt ff. ex qui.cau.irrog.iſa. Athletas.§. calũniator.& inf.ead.§.notandum.

CAlumniator. ] CASVS. Calumniator ſi ĩ accuſatione defecerit,pæna talionis,ideſt,pęna ſimili punietur. Idem dicitur in ſequenti capit.ſi quis epiſcopum.

¹ Calũniator non ſemper punitur talione.

b ¶ Calumniator. ] Fallit in ſex caſibus vt 33.qõ.5 hæc imago.& j.5.q. 6. ca.3. tamen ſatis punitur qui amittit ſacerdotium ꝙ recepturus erat.3.q.4. Guiliſarius.Itẽ fallit ext.de acc.ſuꝑ his.& in priuatis criminib.ff. ad Turp.l.1.& in l.priuatis.& forte in denunciatione, extra de calum. cum dilectus, ſed in inquiſitione non eſt pœna ordinaria ſtatuta.& ideo in arbitrio iudicis relinquitur. extr de off. iud. delegat. de cauſis.

c ¶ Talionem. ].i.aliam pœnam ſimilẽ. vt inf.ead.c.ꝓxi. ff. de iur.deli.l 1. extra de tranſa.c.ſi. Dic ꝙ pœna,quæ à lege ſtatuitur. retractari nõ poteſt:quæ ab homine bene poteſt.ff. de verb.ſign.l.pæn.

SI quis epiſcopum.] CASVS. Si quis epiſcopum vel alium clericum falſis criminibus accuſauerit: ſi defecerit, etiam in fine non erit ei communio danda.

d ¶ Si quis epiſcopum.]ff.de re.mil.l.omne.§.1. extra de ſent.excom.à nobis.

e ¶ Communionem.]Niſi reſipiſcat,vt ſup.d.50.pœnitentes,contra.& 3.q.10.cos.27.q.1.virgines.

ALIVD.Hæc eſt ſecũda pars huius q. in qua dicitur, ꝙ ſi aliquis irato animo uerba contumelioſa dixerit, non eſt habendum pro accuſatione, & hoc probat per c.ſequens.Io.de Fant.

SI quis iratus. ]CASVS Huius c.talis eſt.Si aliquis calore iracundiæ alicui conuitium intulerit, hoc non eſt habendum pro accuſatione. Si autem quod iratus obiecerit,uoluerit probare: hoc c.faciat per ſcripturam; ſe ad pœnam talionis obligando. Si autem quod per iracundiam dixerit, noluerit probare, reus obiecti criminis non habebitur.

f ¶ Si quis iratus. ]Ira reſcindit contractum,ff. de publ. licitatio.in princip.& minuit delictum,vt C.de adulter. Gracchus.

g ¶ Pro accuſatione.]Sed pro iniuria 2.ff.de iniur.Item apud

apud.§.1.per totum,Inf.11.q.1.ſi quis ſacerdotum,contra,vbi deponitur, & curiæ traditur, qui dicit epiſcopo conuicium. Sed ibi loquitur de eo qui ex deliberatione, & ſæpe loquitur conuicia.

a ¶ Tractandi.] Id eſt, deliberandi. Et per hoc eſt ar. ꝙ ibi non

b ¶ Iratus.[quod probauit.C.de iniur.ſi non conuicij animo,ſi extra de præſum.cap.1.

c ¶ Iterare.] Hoc ideo dicit, quia ſi iterauerit conuicium non videtur ex iracundia, ſed ex deliberatione dixiſſe.ſic.2.C.ad Vellei,ſi mulier 2.in ſi.

permiſſo tractandi [a] ſpatio id, quod iratus [b] dixit, per ſcripturam ſe probaturum eſſe fateatur, vt ſi fortaſſe reſipiſcens, quæ præ iracundia dixit, iterare [c], aut ſcribere noluerit; non vt reus criminis teneatur.

3 *Sed aliud eſt crimen illatum non poſſe probare α; aliud aliqua promiſſione accuſationem deſerere. Huic enim, qui promiſſione β deceptus accuſationem deſerit, venia datur, illi vero qui crimen illatum probare non valuerit, infamia irrogatur.*

*Vnde beatus Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo Corinthiorum, libro quarto, epiſt.50.ſeu.c.94.*

α ¶ Probare.] *In pleriſque exemplaribus ſequitur*, quia falſum eſt aliud, &c. *Sed in emendatioribus ea verba vel non habentur, vel alia manu ſunt addita.*

β ¶ Promiſſione.] *Non eſt ſimpliciter dicendum illis qui pro aliqua promiſſione deſerunt accuſationem, ſemper veniam dari. Nam in Paulo de quo in ſubiecto capite loquitur B. Gregorius, aliæ aderant cauſæ, quæ in ipſa epiſtola exponuntur his verbis.* Tamen quia plus eſſe conuenit nos miſericordes, quàm diſtrictos; hanc ei culpam ignoſcimus, atque eum in ordine, locoq; ſuo recipiendum eſſe cenſemus. Nam ei à tempore prolatæ ſententiæ afflictionem, quam pertulit, credimus ad vindictam huius poſſe culpæ ſufficere. *& inferius in eadem epiſtola refert aliqua à prædicto Paulo in vtilitatem eccleſiæ facta, quæ etiam mouere B. Gregorium potuerunt, vt erga eum eſſet clementior: Erant autem in ipſo capite multa B. Gregorij verba omiſſa, quorum nonnulla viſa ſunt addenda.*

Poly.l.1.tit.6. Anſ.l.3.ca.113.

¶ De eo, qui promiſſione illectus accuſationem deſerit. Cap. VI.

PAulum itaque diaconum, quamuis culpa ſua vehementer confundat, quòd deceptus promiſſione [d], ab accuſatione nuper depoſiti quondam epiſcopi ſui deſtiterit; tamen hanc ei culpam [e] ignoſcimus. Omnis γ igitur, qui crimen obijcit, ſcribat ſe probaturum. Re vera ibi ſemper cauſa agitur†, vbi crimen admittitur: & qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur.

† *al.* agatur.

γ ¶ Omnis.] *Hinc vſque ad finem in vetuſtioribus, ac melioribus Gratiani codicibus nō leguntur, nec ſunt Gregorij, ſed Fabiani, & Hadriani Pontificum: quæ infra q.8.cap.qui crimen, & 3.q.6.cap.1. citantur ex Fabiano, & cap. fin. ex capitulis Hadriani.*

Anſ.l.8.c.36.

*Item Gregorius eadem epiſtola.*

¶ De ijs, qui accuſationem deſerunt, vt eccleſiaſticos ordines accipiant. Cap. VII.

EVphemium, atque Thomam, qui pro deſerēda [f] accu-

SED ALIVD EST. Hæc eſt tertia pars q̄ſtionis, in qua dicitur, quod ſi aliquis eſt deceptus ꝓmiſſione teſtium, parcit ei: ſi autem pecunia defecerit, non parcitur illi: & hoc probat duabus auctoritatibus. Io. de Fant.

CASVS. adhuc diſtinguit Gratianus[2], & dicit, ꝙ aliud eſt nō probare crimen, qa falſum eſt illatum crimē: quo caſu nō parcitur: aliud promiſſione aliqua deſerere accuſationem, in quo caſu venia datur: quia deceptus fuit promiſſione pecuniæ: vel quia teſtes ei promiſerūt ſe veritatem de crimine commiſſo dicturos.

PAulū.] CASVS. Paulus epiſcopū ſuum accuſabat: promiſſione eius deceptus, deſtitit ab accuſatione. Dicit Papa, ꝙ licet valde deberet puniri, tñ ei pœnā remittimus.

d ¶ Promiſſione.] Nō promiſſione pecuniæ, talis .n. non poſſet petere abolitionem [3]. nam ſolus ille petit, qui errore vel temeritate, vel calore iracundiæ ad accusādū venit, vel q ſuā iniuriā ꝓſeqtur: vel qui ſuos conſanguineos accuſauerit. C. de abol. l. 2. ideo dic promiſſione, ſcilicet teſtium, qui ei ꝓmiſerāt ferre teſtimonium contra illū, ſed tunc ſequēs c. non facit ad propoſitū magiſtri.

e ¶ Culpā.] Sed non infamiā vt inf. ead. indulgentia.

EVphemium.] CASVS. Iſti duo epiſcopum ſuū accuſabant: ſed ab eodem ad ſacros ordines promoti fuerunt, vt ab accuſatione deſiſterent: quare dominus Papa eos deſpoſuit ab omni officio, priuando.

ei autē. Sed nō ob. qa loquitur hic de inducijs deliberatorijs ibi de ꝑparatorijs. Arch.

2 Adde hic Alexand. de Imo. in l. 1. C. de. erro. cal.

3 Quæ ſit tripliciter. vt not. ſup. ea. q.1. prohibētur. Arch.

Accuſatori an dādæ ſint induciæ.

1 Adde & §.

ibi non erratur, vbi ex deliberatione aliquid fit. Item ex hoc arg. eſt, quod etiam accuſatori dandæ ſunt induciæ, argu. contra 3. quæſt. 3. §. ſpatium 1.

f ¶ Pro deferenda.] Qui ex pacto deſiſtit, fortius incidit

dit in Turpilianum, quàm aliter: quia etiam fœmina in hoc caſu incidit, quæ aliàs non incideret, vt C. ad Turpilia. ſi fœmina. ff. ad Turpilia. mulier.

HINC COLLIGITVR. CASVS. Huius. §. ſic ponitur, Dictum eſt ſupra in illo c. Paulum, quod Dominus Papa culpā remiſit: & ſic per cōſequens videtur quòd infamiā poſſit remittere. Sed cōtradicit Gelaſius: qui dicit, quòd quā quā animas ſaluare per pęnitentiam poſſumus: infamiam tamen abolere nō poſſumus. Similiter Stephanus contradicit: qui dicit: Hos enim ſub nota infamiæ ꝑpetuæ ad pęnitentiā ſuſcepim⁹, ſoluit ſtatim, vbi dicit, vel nō fiunt, & dicit ꝙ nō omnes ſunt infames ſecūdū canones quos ſęculi leges infames dicunt, & ita Paulus non fuit infamis ſecundum canones, licet ſecus ſit ſecūdū leges. Et hoc probatur exemplo mulieris, quæ nubit intra tempus luctus: quæ nō eſt infamis de iure canonum, licet ſit ſecus ſecundum leges. Sed opponit Gratianus huic ſolutioni, nam dicit Stephanus. Omnes infames dicimus quos ſęculi leges infames pronunciat: & ita Paulus, & mulier, quæ nubit intra tēpus, &c. erunt infames ſecundum canones, ſed ſoluit dicendo, quòd illud Gelaſij & Stephani, quā quā animas ſaluare &c. & hoc, ſub nota īfamiæ ꝑpetuæ, &c. intelliguntur de ijs, qb. eſt infamia irrogata per ciuilem iudicem; quæ aboleri non poteſt niſi per ciuilem iudicem. Nec eſt contrariū quod dicitur de muliere quæ nubit intra tēpus luctus, ei, ꝙ dicit Stephanus infames dicimus, &c. quia in matrimonio leges ſacros canones imitantur; & ipſa mulier non eſt infamis nec Paulus: cum ei nondum ſit infamia per ciuilem iudicem irrogata.

b ¶ Infamem. Id eſt, infamandum per ſententiam, non ipſo iure, vt ff. ex quibus cau. irrog. inf. l. Atlethas, licet M. hic notauerit. [Hic fateor planè te mēti tū Gratiane.] qui enim citra abſolutionem deſiſtit, non infamatur, ſed punitur 2. in quinque lib. auri, vt ff. de præua. l. 3. §. vlt. ſed tantum per ſententiam infamatur, ut C. ad Turp. l. 2.

2 De hoc le. & no. inf. c. pręuaricatione uer. ſi qs aūt. & inf. c. ſi quem dic ut ubi. Arch.

ſatione epiſcopi ſui α ſacros ordines acceperunt, eiſdem ſacris priuatos ordinibus eſſe, atque ita, ſicut depoſiti, volumus permanere.

α ¶ Epiſcopi ſui.] *Hæc eſt verba in eo epiſtola loco non ſunt: ſed ex ijs, quæ antecedunt, innuitur, eum à quo Euphemius, & Thomas ideo ordinati fuerunt, vt ab ipſius accuſatione deſiſterent, fuiſſe proprium illorum epiſcopum.*

*Hinc colligitur clericorum infamiam* [a] *per Romanū Pontificem aboleri poſſe contra illud Gelaſii: [Quamquam animas per pænitentiam ſaluare poſſimus, infamiam tamen abolere non poſſumus. [Contra illud Stephani, qui cum cauſas enumeraſſet, ex quibus infamia irrogatur: [Hos omnes, inquit, ſub nota perpetuæ infamiæ ad pænitentiam ſuſcipimus.] Vel non fiunt infames lege canonum omnes, quos leges ſæculi infames pronunciant, cum Paulus diaconus, qui non impetrata abolitione ab accuſatione deſtiterat, hac auctoritate dignitatem officij ſui recuperauit, quem ſenatuſconſultum Turpilianum infamem* [b] *pronunciat. Quod etiam de ea fateri cogimur, quæ intra tempus luctus nubit: cum matrimonia hodie regantur, iure poli, non iure fori; & iure poli mortuo viro mulier ſoluta eſt a lege uiri: nubat, cui uult. Sed idem Stephanus econtra ſcribit dicens: [Infames dicimus; quoſcunque leges ſæculi infames pronunciant.] Sed illud* [c] *Gelaſij, & Stephani: [Quanquam animas, & c.] & : [Sub nota perpetuæ infamiæ, & c.] de illis intelligitur quibus per iudicem ciuilem infamia irrogatur: quorum* [d] *ſicut examinatio, & caſtigatio, ita, & in integrū reſtitutio non niſi ad ciuilem* [e] *iudicem ſpectat. De ea vero quæ intra tempus luctus nubit, non eſt contrarium ei, quod Stephanus ait: [Infames dicimus, & c.] Cum enim leges ſæculi præcipue in matrimonio ſacros canones ſequi* [f] *non dedignentur; non videntur pronunciare infamem, quæ apoſtolica, & canonica auctoritate non illicitè nubit.*

Iuo par. 6. c. 23. omnia hæc ex Calixto, in cuius ſecūda epiſtola habentur.

ſu. proximè antecedenti ca.

l. 1. ff. de ſenatuſcōſ. Turpil.

1. Cor. 7.

6. q. 1. infames, & in cap. Hadriani, c. 22.

4 ¶ *Notandum eſt quoque, quòd aliud eſt, cum aliquem pœnituerit criminaliter accuſaſſe, & inſcriptionem fe-*

a ¶ Infamiam.] Non facti 1. ſed iuris. Sed videtur ꝙ poteſt, ut inf. 6. q. 1. illi qui contra extra de ſimo. ex diligēti inf. 15. q. 6. auctoritatem. ſu. 1. q. 1. ventum contra. uel ſupple non poſſumus niſi poſt pęnitētiam, vt inf. prox. cap. q. 4. conſanguineorum vel non poſſumus per pœnitentiam, ſed per in integrum reſtitutionem. Vnde bene concedo, quod epiſcopus poſſit tollere infamiam in omni crimine in quo poteſt diſpenſare. nam & ſenatus tollit infamiam, ut ff. de poſtu. l. prima §. de qua. & eccleſia comparatur ſenatui, ut infra 16. quæſtio prima, eccleſia.

1 Concor. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & l. 1. C. de ſen ten. paſ. l. 1. §. de qua. ff. de poſtu.

Infamiā tollit epiſcop⁹.

c ¶ Sed illud.] Suæ ſolutioni obijcit quod eſt ſexta q. 1. in fames.

d ¶ Quorum.] Extra qui filij ſint legi. per uenerabilem, contra.

e ¶ Non niſi ad ciuilem.] Niſi uelis dicere quod Reges iuriſdictionem habebant à Papa.

f ¶ Sequi.] In authentica, ut cler. apud proprios epiſc. §. penult. colla. 6.

NOTANDVM. Hæc eſt. 4. pars. huius qō. in qua dr̄ ꝙ ſi pœnituerit aliquem accuſaſſe, ante litis conteſtationē poteſt deſiſtere, & probat per quandam legem Lombardam. Io. de Fant.

CASVS. Soluit quod dictum eſt, & alio modo, ut locum habeat lex Lombarda, quæ ſequitur, ut dicit Gratianus ꝙ eſt aliud cum quis pœnitet aliquem innocentem criminaliter

minaliter

minaliter accuſaſſe. & ab eo abſoluitur. aliud eſt cum pecuniam accepit à nocente, vt ab accuſatione deſiſtat. Et ad hoc inducit legem ſequentem.

a Si ab innocente.] Et voluntate iudicis, vt C. de abol. l. 1. & vlt.

Si

3. & hanc pœnā nemo præſtat, niſi qui deſiſtit a publico crimine, ff. ad Turpil. ſi quis. §. ſi Stellionatus 2. ſed qui deſiſtit ab accuſatione priuati criminis, infamis eſt, & extra ordinē arbitrio iudicis punitur, vt ff. ad Turpil. & in priuatis. & C. eo. l. 2. Sed ſi accuſator abſens eſt, & citatus noluerit procedere in accuſatione, tum grauius puniūtur quam pœna 5. lib. auri, vt ff. de pę. abſentem. §. 2. Io.

2 Adde uſq; ad quod tēs deſiſtere licet ab accuſ. ſine pœ. no. Bart. in l. q̄ſitum. ff. ad Turpil.

*ciſſe ſi ab innocente [a] fuerit abſolutus: aliud ſi pecuniam à nocente acceperit, vt a probatione eius, quod obiecerat, deſiſtat.*

*Vnde in libro capitularium, c. 175. legitur.*

Cod. Theod. li. 9. ti. 37. c. 1. in interpretatione.

¶De eo, quem pœnitet criminaliter accuſaſſe.

Cap. VIII.

Iuo p. 16. c. 251.

SI quem pœnituerit [b] accuſaſſe criminaliter, & inſcriptionem [c] feciſſe de eo, quod probare non potuerit; ſi ei cum accuſato innocente conuenerit [d], inuicem ſe abſoluant. Si vero iudex eū, qui accuſatus eſt, criminoſum eſſe cognouerit, & inter reum & accuſatorem per obreptionem α conuenerit de colludio; pœnam accipiat legibus [e] conſtitutam.

α ¶Per obreptionem.] *Apud Iuonem legitur,* factum per corruptionem conſenſum, de colludio pęnam excipiat legibus conſtitutā. *Sed in interpretationem legis prima, quæ eſt in Codice Theodoſiano, hoc modo,* Per corruptionem de abſolutione reatus conuenerit, is qui reus probatur, remoto conludio pęnā excipiat legibus cōſtitutam.

Tit. 16. ad ſenatuſconſ. Turpill.

5 *Notandum quoq; eſt, quòd ſicut digeſt. libro 48. titulo de abolitionibus criminum l. prima, legitur.* [¶ *Accuſatorum temeritas tribus modis detegitur, & tribus pœnis ſubijcitur. Aut n. calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur. Calumniari [f] eſt falſa crimina intēdere; præuaricari vera crimina [g] abſcondere: tergiuerſari in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. Calumniatoribus a pœna legitimè † irrogatur. Sed non vtique, qui non probat quod intendit, protinus calumniari videtur. Nam eius rei inquiſitio arbitrio cognoſcentis committitur: qui reo abſoluto [h], de accuſatoris incipit conſilio quærere, qua mente [i] ductus ad accuſationem proceſſerit: & ſi quidem iuſtum eius errorem reperit, abſoluit eum; ſi vero in euidenti calumnia eum deprehendit, legitimam pœnam ei irrogat. Quorum alterutrum ipſis verbis pronunciationis manifeſtatur. Nā ſi quidem ita pronuntiauerit; non probaſti, pepercit ei; ſin aut pronunciauerit; calumniatus*

† al. lege Rhemia. al. Memmia.

NOTANDVM. Hæc eſt 5. pars quæſtionis. in qua facit differētiā inter calūniatorē, & tergiuerſatorem, & præuaricatorem Io. de Fan.

CASVS. Supra in primo, ſecūdo & tertio ca. huius quæſtionis fecit mētionē de calumniatoribus, & in illo c. Paulū. de tergiuerſatore, & iō hic dicit, quid ſit calumniator, quod præuaricatur, & quid tergiuerſator, & qua pęna puniantur.

ACCVSATORVM. CASVS. Accuſator tripliciter delinq̄t. Aut eṁ calumniat̃, ideſt falſa crimina intēdit. Aut præuarıcat̃, ideſt, vera crimina abſcōdit. Aut tergiuerſat̃, ideſt, in totum ab accuſatione deſiſtit ſine iudicis auctoritate. Sed q nō probat, nō ſtatim calumniari vr̃, imò iudex inquirere debet, qua mente, & qua intentione ad accuſationem proſilijt, & ſi in eo iuſtū errorē deprehēderit, abſoluet eū. ſi eū in calūnia deprehēderit, cōdemnabit, ſed ſi ita pronūciauerit, calūniatus es, cōdemnabit eū. & ſi pęnā nō dixit, præ legis auctoritate imponitur, & non arbitrio iudicantis. Si autē ita pronunciauit, non probaſti, uel eum temere accuſaſti, pepercit ei. temeritas enim, &c.

SI quem pœnituerit.] CASVS. Si quem pœnituerit innocentem criminaliter accuſaſſe, & cum eo conuenerit, ad inuicem ſe abſoluant. Si autem nocentem accuſabat, & per obreptionē, ideſt. deceptionem accepta pecunia ab accuſatione deſiſtit, ſtatuta pœna punietur.

b ¶Pœnituerit.] Dum tamen non accuſauerit 1 fallaciter, vt C. de abo. l. fallaciter.

c ¶Et inſcriptionem.] Nam ante inſcriptionem poteſt deſiſtere. ff. ad Turpil. quæſitum. & extra de accuſ. licet. in fine.

d ¶Conuenerit.] Immo etiam eo inuito 30. dies poteſt: niſi reus iam ſit paſſus aliquam iniuriam, ut C. de abol. l. fallaciter.

e ¶Legibus.] Pœna 40. ſolidorum, vt eſt in Lombardia. nam ſecundum legem Lombardam qui deſiſtit ab accuſatione criminis, condemnatur. in 40. ſoldis: ſed ſecundum legem Romanam qui deſiſtit ab accuſatione publici criminis, punitur in 5. lib. auri. ff. de præuar. l.

1 Imò credebat ſe probaturum: nam ſi calūnioſè accuſaretur, non poſſet impetrare abolitionē, vt C. &c. ut ſequitur ſecundum L. Accuſationē deferēs qualiter puniātur.

f ¶Calumniari.] Immo ſic uidetur ꝙ calumnietur, vt ſ. ea. q. proxi. qui non probauerit. Sed intellige, in his 3 quos excuſat neceſſitas, pietatis officium, & criminis enormitas, & iuſtus dolor. C. de adul. quāuis. C. q. accu. nō poſſunt. l. 2. & C. de fal. mone. l. 1. & C. de calum. l. 2.

g ¶Crimina.] ideſt, probationes.

h ¶Abſoluto.] ideſt, abſoluendo 4. ne ſit contra. C. de calum. l. 1. Vel dic abſoluto quo ad animū, ut ff. de uerb. ſign. fugitiuus. Vel dic quod ſi iudex ex officio ſuo vult punire calumniantem, hoc faciat ante ſententiam abſolutionis: vt C. de calum. l. 1. ſed aliquo accuſante ipſum de calumnia quandocunque poteſt, uel idem iudex uel alius, C. de aduo. diuer. iudi. l. 1. & ff. ad Turpill. l. 1. in princ.

i ¶Qua mente.] ideſt, quo aīo venit ad accuſandum.

3 Scilicet ꝙ non ꝓtinus uñt calumniari P.

4 Adde qualiter ꝓprie capiatur hęc dictio abſolutus & abſoluo, in l. ſ. contraria. ff. de uſu. & in l. 1. ff. ad Turpill.

a ¶Legis.]

*es condemnauit eum: & quamuis nihil de pœnæ ſubiecerit tamen legis [a] poteſtas aduerſus eum exercebitur. Nã vt Papinianus reſpondit, facti quidem quæſtio in arbitrio [b] eſt iudicantis: pœnæ vero perſecutio nõ eius voluntati [c] mãdatur, ſed legis auctoritati reſeruatur. Si autẽ ß interloquendo dixerit, Titius temere accuſaſſe videtur, non calumniatorem pronunciauit.* Tit.15. *Temeritas enim facilitatis veniam continet: & inconſultus [d] calor calumniæ vitio caret; et ob hoc nullam pœnã huic irrogari oportet.] Vlpianus lib.47.tit.de præuaricatoribus, l.1.* † al. conſiſtit. *[¶ Præuaricator, eſt quaſi varicator, qui diuerſam partem adiuuat prodita cauſa ſua. Quod nomẽ Labeo à varia certatione tractum ait. Nam qui præuaricatur, ex vtraq; parte conſtitit †, quinimò [e], ex altera. Is autem præuarinator ꝓpriè dicitur, qui publico iudicio accuſauerit. Cæterũ aduocatus nõ propriè præuaricator dicitur. Quid igitur de eo fiet? ſiue priuato iudicio, ſiue publico præuaricatus eſt hoc eſt prodiderit [f] cauſam, hic extra ordinem ſolet puniri. ¶ Sciẽdum [g] eſt, quod hodie iis, qui præuaricati ſunt, pœna iniungitur extraordinaria.* l.2. Sciendum. *& infra. [h] ¶ Accuſator de præuaricatione cõuictus, poſtea ex lege non accuſat.* l.5. Accuſator. *¶ In oĩbus [i] cauſis (præterquã in ſanguine) qui delatorẽ [k] corrumpit, pro victo habetur.* l.fin.eod.tit. *& inf.lib.48.tit.de abolitionibus criminũ. [¶ Præuaricatorẽ eſſe eũ oſtendimus qui concludit cũ reo, & translatitiè munere accuſandi defungitur, eo ꝙ proprias quidẽ probationes diſſimularet, falſas vero rei excuſationes amitteret.* d.l.1.ad Senatuſcõſ. Turpil. §. præuaricatorem. *¶ Si quis aũt ab accuſatione citra abolitionẽ deſtiterit, punitur. Abolitio priuatim [l] à præſi-*

a ¶ Legis.] Fortè ſecundum diſt. quæ eſt. ff. de pœn. abſentem. in fi.

b ¶ Arbitrio.] id eſt. inquiſitione.

c ¶ Voluntati.] Vt infra 3.q.7. iudicet. C. de pœ. ſi operis. C. ad leg. Iul. de pu. ſeruos. in fi. & ff. ad Turp. l.1. in princ. Sed contra C. de infam. & ſi ſeuerior. 45. diſt. oĩs qui cõtra. & infra 23. q. 5. c.1. contra. de pœ. diſtin. 1. §. pœnę. In omnibus iſtis cõtrarijs dicitur, ꝙ iudex poteſt moderari pęnam. Quidam dicũt iſtud loqui de ordinarijs pœnis, illud de extraordinarijs. Sed hoc nihil eſt, qa in illo c. circumcelliones. 23.q.5.c.1. loquitur de ordinario crimine .ſ. homicidio. Sed dic ꝙ ex cauſa & perſona & ætate & rõne ſcandali, poteſt iudex arctare vel ampliare pœnã. Ex cauſa, vt 50. diſt. vt conſtitueretur. & ff. de pę. aut facta. §. vlt. Ex pſona, 23. q. 1. qui cõtra, & ff. de pœ. capitaliũ, §. vlt. vbi dicitur maiores puniri minori ſupplicio, & ſeuerius ſeruos quàm liberos famoſos quàm integri ſtatus. Aetate, 86. diſtinctio. tanta nequitia. Ratione ſcandali, vt ſupra quæſtio. 1. in primis. Vel dic, non poteſt ſine cauſæ cognitione, ſed cum cauſæ cognitione poteſt. Vel dic, non poteſt poſt ſententiam, ſed ante poteſt, vel in ſententia. C. de pœ. l. pœnam. vbi dicitur ſua dicta præſidi reuocare non licet. ff. de re iud. cum quærebatur.

Iudex pęnã arctare & ampliare poteſt.

d ¶ Et inconſultus.] Arg. non eſſe imputandum quod fit cum impetu mentis, vt ſupra eo. ſi quis iratus. C. ſi quis Imperatori maled. l. vna contra, infra 17. q. 4. ſunt qui opes. & extra de cler. male. innotuit 1.

PRÆVARICATOR. CASVS. Præuaricator dicitur ille, qui ſimulat diligere vnam partem & iuuare, & alteram iuuat, & dr̃ propriè præuaricator in publico iudicio. Aduocatus non propriè dr̃ præuaricator, vnde ſi ꝑuaricatus ſit in publico iudicio, vel priuato: extra ordinem punietur, omnis autem præuaricator extra ordinem punitur, & de cætero non accuſat, ſed qui accuſatorem ſuum corrumpit (niſi in cauſa ſanguinis habetur pro conuicto. Ponit etiam aliam acceptionem huius nominis, præuaricator & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Si quis autem.] dicitur ꝙ nullus debet ceſſare ab accuſatione ſine abolitione, alioquin punitur. Dicitur etiam qualiter debeat abolitio impetrari, & quòd de ſingulis criminibus debet impetrari iudice pro tribunali ſedente.

1 Ibi exponitur temeritate, i. pertinacia ſecundũ oẽs, alias obtinet qđ hic dr̃. De hoc dr̃ extra de cõuer. cõiu. dudum. Arch.

e ¶ Quinimo.] Correctiue ponitur. ſic ff. de hære. inſt. ſi ita fuerit ſcriptum aliàs pro vel, ponitur. C. de ſacroſan. eccl. iubemus. §. œconomus non propriè, ſed abuſiuè.

Quinimo dupliciter ponitur.

f ¶ Prodiderit cauſam.] Vel qui reuelant ſecreta cauſæ aduerſario, vt ff. de re mili. omne. §. exploratores.

g ¶ Sciendum.] Lex ſecunda.

h ¶ Accuſator.] Hæc eſt lex quinta.

i ¶ In omnibus.] Scias ꝙ in omni crimine capitali qđ irrogat pœnam ſanguinis, licet tranſigi, præterquam in crimine adulterij. Sed in alijs capitalibus, quæ non irrogant pœnam ſanguinis, non licet trãſigi. niſi in crimine

mine falſi, vt C. de tranſact. l. tranſigere. ſed in priuatis criminibus non inuenio prohibitum quin poſſit tranſigi. Sed vr̃ ꝙ ẽm canones nõ poſſit tranſigi ſuper aliquo crimine, quia ſecundum canones nullũ crimen irrogat pęnam ſanguinis 23. q. 8. his a quibus. & ita ſuper publico crimine non licet tranſigi. item nec ſuper priuato, quia ẽm canones, omne crimen publicum eſt 2 in cauſa ciuili licet qñq; ab accuſatione deſiſtere, ẽt ſine iudicis auctoritate, ſiue pecunia accepta, ſiue gratis, niſi ſit actio famoſa, vbi requiritur iudicis auctoritas. ff. de ijs qui no. infa. furti. §. pactus. & §. qui iuſſu. in cauſa criminali ante inſcriptionem ſemper poteſt recedere, dum tñ gratis fiat ff. ad Turp. mulier. & l. quęſitũ. & extra de accuſ. licet. ſed poſtea nõ licet niſi iudicis auctoritate, & rei cõſenſu, ſi reus fuerit aliqua tormenta paſſus. ſed ſi nõ fuerit aliquid paſſus, tũc vſq; ad triginta dies p̃t accuſator, eo inuito, deſerere accuſationẽ. C de aboli. l. 12. & vlt. ſecundum canones fortè nõ licet recedere ab accuſatione pro pecunia, nec tranſigi: qa oẽ crimen vr̃ ſecundum canones eſſe publicum, vt hic, & ext. de collu. dete. c.1. & 2. arg. tñ eſt, ꝙ poſſit auctoritate iudicis. 5. q. 2. ſi primates. & ext. de off. arch. ea quæ in parte deciſa contra. 5. 90. diſt. diſſidentes. ar. contra. 2. q. 7. qua pp 4. extra de ſimo. nemo. Sed in cauſa ſpirituali nullo modo licet pecunia accepta deſiſtere, qa in ea non licet tranſigi pro pecunia ext. de rer. permu. c. ſi.

Tranſigi licet in aliquibus criminibus.

3 Vt colligitur ex canone 6. q. 1. infames. vt ibi not. & in ſeq.

4 Dic ꝙ prima pars vera eſt, & hoc c. qua pp. intellegitur in cã denunciationis, vbi delinquens pęnitere nõ vult. nõ ob. ext. de collu. c.2. qa locũ hẽt poſtquã de crimine conſtat, qđ vndecunque claruerit, eſt puniẽdũ 24. q.3. eſſe ẽm Tan.

K ¶ Delatorem.] id eſt, accuſatorem punitur enim talis in 5. li. auri. ff. ad Turpil. l. & in priuatis. ff. de præuar. l. 3. ff. ad Turpil. l.1. §. abolitio.

l ¶ Priuatim.] id eſt, priuata.

a ¶ Deman-

† al.præſide.

dib. poſtulari, ac impetrari ſolet: itē ꝓ tribunali, nō de plano: nec præſes hāc cognitionē alteri demādare [a] poteſt. Si plura crimina idē eidem intulerit, ſingulorū [b] abolitionē dēt petere. alioqui, prout quid admiſerit †, eius noīe ſenatus conſulti pœnā patietnr.) & titulo eodem: (Deſtitiſſe eū accipimus, qui in totum animum [c] agēdi depoſuit, nā qui diſtulit, accuſationē: ſed qui per miſſu Impera. ab † accuſatione deſtitit, impunitus eſt.) Abolitio [d]. n. pœnam remittit, † infamiam non tollit. Vnde Imppp. Valētinianus, Valēs, & Gratia. A. A. A. lib. 9. Cod. eo. tit. de generali abolitione dixiſſe legunt. ¶ (Indulgētia, Patres cōſcripti, quos liberat, notat; [e] nec infamiā criminis tollit, ſed pęnę gratiā facit. Si āt, reſtituo te in integrū, prīceps dixerit, infamiā tollit.) Vnde in eo. lib. tit. de ſententiā paſſis, & reſtitutis cuidam deportato in inſulā Imperator Antoninus dixiße legitur: (Reſtituo te in integrum prouinciæ tuæ,) & adiecit: (Vt aūt ſcias, quid ſit in integrum reſtituere, reſtituo te honorib. & ordini tuo, & omnib. [f] cæteris.)

† al. omiſſerit.

l. 13. deſtitiſſe.

† Adde hoc eſſe verum, niſi accuſator fraudulenter impetret eam. l. 2. cum ibi no. per Cy. C. de abo litio.

† al. accuſatione.

tit. 43. l. 3. & in cod. Theod. lib. 9. ti. 38.

ti. 51. l. 1. §. reſtituo.

α ¶ Calumniatorib. pœna legitime irrogatur.] *Hæc verba licet in collatis Gratiani manuſcriptis exēplarib. non habeātur, tamē qa ſunt ēt in Pandectis, nō ſunt expūcta.*

β ¶ Si autem interloquendo.] *Hactenus retulerat Gratianus verba Iuriſconſulti. Hinc autem vſque ad ver.* oportet, *refert tantummodo ſententiam.*

## QVAESTIO V.

¶ *Quintam ponit poſt tertiam, quia harum quæſtionem ſimilimum eſt argumentum.*

*Deficientibus uero accuſatorib. reus nō uidetur eſſe cogendus* [g] *ad purgationem. Sicut enim rei poſſeſſor deficiente actore, titulum ſuæ*

a ¶ Demandare.] ff. de reg. iur. omnia quæ.

b ¶ Singulorum.] Sic extra de ſenten. excommu. officij, & ff. de app. cum in vna. ff. de ope. no. nun. de pupillo. §. ſi pluribus.

c ¶ Animum.] Pręſumitur depoſuiſſe, quia tempore ſtatuto non procedit ad accuſationem, vt extra qui ma. ac. poſ. cum in tua. & C. qui ac. non poſ. ſi ea. niſi cū eſt proteſtatus, vel cum bienniū eſt elapſum, vt C. vt intra certum tempus criminalis quæſt. l. vlt.

Gratianus qñque deceptus fuit.

d ¶ Abolitio.] Hic fuit deceptus Gra. ex eo, ꝙ legē iſtā reperit inſertā in tit. illo, quā non alia de cauſa iuriſperitus ibi inſeruit, niſi propter ſimilitudinem: quia ſicut abolitio infamiam tollit, ſic indulgentia pœnam.

INDVLGENTIA. CASVS. Si princeps alicui damnato pœnam remittit, non tolit infamiam, ſecus ſi dicat, te in integrum reſtituo. Et hoc probatur lege ſequen. cuius caſus patet.

1 Et expone notat. i. notatos infamia relinquit, niſi ſpecialiter niatim ei ēt remittat infamiā, vel in integrum ad oīa reſtituat Arch.

e ¶ Notat.] Si 1. quæſt. 1. ventum. & ſup. e. §. hinc colligitur 1.

f ¶ Et omnibus cæteris.] Argum. ꝙ reſcriptū principis eſt latiſſime interpretandum, vt 12. q. 2. §. qui manumittitur. & extra de dona. cum dilecti. in fin. Fallit hoc, nā licet mulier reſtituatur famæ, quę nubit intra tēpus luctus, tamen ſemiſſem bonorū tenetur dare filijs prioris matrimonij, C. ad Tertul. ſi qua mulier. Sed forte hoc falſum eſt ſecundum ius canonicum, cum mulier, quæ nubit intra tempus luctus, nō notetur aliqua infamia: in hoc leges non dedignātur ſacros canones imitari, vt extra de ſecun. nup. cap. pen. & fi. nec canon aliquam pœnam imponit ſic nubenti. Ioan. & ſic non punietur aliqua pœna ex eo, ꝙ nubit intra tempus luctus.

Mulier nubens intra tēpus luctus ñ infamatur.

Deficiētibus] hęc qſtio diuidit in quatuor partes. In prima parte probat per quatuor auctoritates Sāctorum, quod ſacerdotes ex leui cā iurare non debent: Secūda ibi, [Verum.] Tertia ibi, [iuramēto.] Quarta ibi, [Sed qlibet.] Ioan. de Fan. & pōt ſupperaddi quīta ibi, [Contra in concilio] Arch.

CASVS. Hic intitulatur quinta quæſtio, qua quęritur, vtrum deficiente accuſatore reus cogatur ad purgationē, & allegat pro vtroque parte, & primo ꝙ non, quia clerici iurare non debent. Et ponitur hic quæſtio quīta, vel vitio ſcriptorum, vel ex obliuione, vel negligentia Grat. vel quia magis erat affinis tertiæ q̄ quartę. Dicitur ergo in hoc §. ꝙ ſicut aliquis non cogitur dicere titulū ſuæ poſſeſſionis, ita deficientibus accuſatorib9, reus non cogitur ad purgationem, quia clerici iurare nō debent. Et probat hoc per ſeq. cap.

g ¶ Cogendus.] Primo probat, ꝙ nō ſit cogēdus clericus ad purgationē, quia clerici non debent iurare. Sed not. ꝙ vulgaris expurgatio prohibetur: quia fabricante diabolo eſt inuēta, vt ĩ. ca. Mennam. Et contraria cap. ſunt abrogata. cum ſint contra præceptum Domini. Non tentabis dominum Deum tuum. Canonica purgatio indicitur cum, deficiente accuſatore reus laborat infamia: aliàs non 2 vt 6. q. 5. qđ autem. fama autem orta a detractoribus. vel malis non inducit purgationem, vt 11. q. 3. in cunctis. item nec orta ab inimicis. extra de purg. can. cum in iuuentute 3. ſed ſola illa, quæ ex probabili præſumptione eſt orta. Quidam tamen dicunt, ꝙ vndecumque ſit orta, inducit purgationem. argum. extra de acc. accedens. Sequitur videre quota manu ſit expurgatio facienda, epiſcopus xij. ſacerdotes, vij. diaconus iij. ſui ordinis, vt inf. ea. ſi legitimi, & c. presbyter. & c. omnibus ſubdiaconus, vel inferior poteſt ſola manu, nam a ſolo epiſcopo iudicari poteſt in crimine. 15. q. 7. fœlix. hodie ſūt arbitrariæ ex purgationes, vt inf. ea. omnibus. expurgatio fiet publice corā omnibus, ſi eſt publice infamatus. ĩ. eo. presbyter ſi a plebe. ſi apud clerum, tunc tantū priuatim. ſup. 15. q. 5. cap. 1. Ioan.

Purgatio eſt duplex.

2 De hoc inf. e. c. oībus. in glo. aut pro. &c. ibi videas, ſed hoc dictum hic approbat L. & p idem c. Sed arg. contra inf. eo. ſlegitimi. & ibi dicam. Arch.

3 al. c. pen.

a ¶ Non

a ¶ Nõ cogitur.] Vt inf.6.q.5.c.2.& vlt.niſi in caſib.qn que.ſ.cum quis,poſſidet pro hęrede,vel pro poſſeſſore, vt C.de pe.hæ.l.cogi.Et etiam fundata intentione actoris,vt C.de prob.ſiue.Et cum aliquid poſſidetur contra ius commune.100.diſt.contra morẽ.Et cũ iam eſt pręſumptio cõtra eum. C.d fur.ciuile.Et cũ põt probari,ꝙ quãdoque alieno nomine poſſederit. extra de pſcript.ſi diligenti.C.de pſcript.xxx.ann. male. Itẽ & in vj.caſu,cũ ordinatus 1 miniſtrat, vt ſ.ca.q.1.legũ,& extra de appe.perſonas.alias ſẽper obtinet quod hic dicitur, & C.de rei vend.l.vltim. & ff.vti poſſ.iuſta.

secundum conſuetudinem quorundam:extra de for.cõpet.quod clericis.alias,ſi clericus.

e ¶ Conſecrationem.] Immo ſufficit ſiue per ſalutem,ſiue per aliquid aliud iuretur,22.quæſt.5.c.2.& ff.de iureiuran.nõ erit ratum. Sic ergo aliquis põt ſe obligare ſub poena ordinis ſui,vt 1.q.7.quoties,& etiam ſub poena anathematis,vt ibi dicitur.Sed nũquid ille, qui obligat ſe ſub poena ordinis,vel beneficij, eſt priuandus ordine vel beneficio, ſi nõ ſit verum illud ad quod ſe obligat? Sic extra de elect.cum dilectus in ſi.

*poſſeſſionis probare nõ cogitur* [a]*;ita qui impetitur, ad innocentiam ſuam probandã cogẽdus eſſe nõ creditur. Auctoritate quoq; Papæ Cornelij, & Triburiẽſis cõcilij ſacerdotes iurare prohibentur,niſi pro recta fide.*

*Ait enim Cornelius epiſt.ſecunda ad Ruffum epiſcopum orientalem.*

¶ Iuramentum a ſacerdotibus non eſt exigendum. Cap. I.

Burc.l.2.c.191. Iuo p.5.c.308. & p.12.c.77.

SAcramentum [b] hactenus [c] a ſummis α ſacerdotibus, vel Dei miniſtris exigi,niſi pro fide recta,minime cognouimus nec ſponte eos iuraſſe reperimus.

*¶ In vetuſtis codicibus caput hoc coniunctum eſt cum duobus ſequentibus, quæ ſunt ex eadem epiſtola Cornelij Papæ.*

α ¶ Summis.] *Sic habet originale, Sed Burchardus, & Iuo in quinta parte*, ab epiſcopis, & reliquis ordinibus exigi:*idem vero Iuo in parte* 12.a ſummis ſacerdotibus, vel reliquis Dei miniſtris.

*Item paulo inferius.*

¶ De eodem. Cap. II.

Iuo p.12.c.77.

NOs ſanctorum exempla ſequentes, ſanctorum Apoſtolorum eorumque ſucceſſorum iura firmamus, & ſacramenta incauta fieri prohibemus.

*Item ibidem.*

¶ De eodem. Cap. III.

NOs ſacramentum epiſcopis neſcimus oblatum,nec vnquam fieri debet β.

β ¶ Debet.] *Sequebatur,* niſi pro recta fide,*quæ ſublata ſunt: quia neque in optimis manuſcriptis, neque in ipſa epiſtola hoc loco habentur:ſed ſupra ead.c.*1.

*Item ex concilio Triburienſi,c.*21.

¶ Si quis presbyter contra laicum,vel laicus cõtra preſbyterum querimoniam habeat,epiſcopo præcipiente terminetur. Cap. IV.

Burc.l.2.c.182. Iuo p.6.c.227. Pann.l.5.c.10.

SI quis presbyter contra laicũ,vel laicus cõtra presbyterum aliquam habet querimoniæ controuerſiã, epiſcopo præcipiente † [d],ſine perſonarum acceptione finiatur*,& laicus per iuramentum†(ſi neceſſe ſit)ſe† expurget: presbyter vero vice iuramenti†, per ſanctam conſecratione [e] interrogetur; quia ſacerdotes ex leui cauſa iurare non debent.Manus enim per quam corpus,& ſanguis Chriſti conficitur iuramento polluetur? abſit:cum

† *al. regente.* † *al. praiuramento.* † *al. conſtringatur.* † *al. praiuramenti.*

* ¶ Concord. tex.in l.1.C. de vete. iu. enu.& in Authen. de mona.§.1.coll.1.

2 ideſt, ſi is qui dicit ſe ordinatũ miniſtrat ſacramenta in aliqua eccleſia ſm Io. d Fã.

SAcramentũ.] CASVS. Dicit Corn. ꝙ ſacramẽtum a ſacerdotibus fieri non debet, niſi pro fide. Item prohibet ſacramenta incauta fieri, & dicit ſe neſcire ſacramẽtum oblatum ab epiſcopo.

Clerici qñque licite iurant.

b ¶ Sacramentum.] .ſ.incautum.

c ¶ Hactenus.] Vt C. de epi.& cl. cum clericis.& 22.q.5.c.vl. Sed forte hoc obtinet in ſacramẽto calũniæ, quod clerici per ſe prohibẽtur pſtare: ſed per alium poſſunt, vt extra de iura cal.c.1.& 2. ſed c.in pertractãdis.cõtra.Iurãt tñ p recta fide,pro obedientia, & p pace,& pro indemnitate eccleſiæ. extra d elect. ſignificaſti.vltra medium. 28.d.de Syracuſanę. & cum quis abſoluitur ab excommunicatione, vt extra de ſen.excom.c.nuper.

SI quis.] CASVS. Si quis presbyter cum laico cõtrouerſiã habuerit, laicus iuramento ſe expurget, presbyter p ſuã cõſecrationem adiuretur: quia ſacerdotes, qui conficiunt corpus Chriſti,ex leui cauſa iurare non dẽnt,cum gerant,vicẽ Chriſti diſcipulorũ,quibus fuit præceptum ne iurarẽt.

2 Quando presbyteri iudices negotiorum eſſe mandati ſũt 95.d.eccc.ſecundã Bez.

d ¶ Præcipiente.] Sed quare hic actor non ſequit forum rei,contra id 11.q.1.experientiæ,& C.de iuriſd.om.iu.l. iuris ordinem.Sed dic, ꝙ loquitur ſecundum ea tempora 2 quando omnes cauſæ determinabantur ab eccleſia,vt 11.q.1.relatum,& q.3.cum apud. Vel loquitur ſecundum conſuetudinem quorundam.

Obligate ſe poteſt aliqs ſub pęna beneficij.

Math.5.

Dominus in Euangelio diſcipulis ſuis (quorum vicē nos indigni in ſancta gerimus eccleſia) dicat: [Nolite omnino iurare, Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt; non, non. Quod autem his abundantius eſt, a malo eſt.]

2 *Verum his auctoritatibus non omnimoda iuramenta prohibentur fieri a ſacerdotibus; ſed tantum incauta, & ea, quæ pro qualibet cauſa temporali iudicio offeruntur. Cum autem populari infamia ſacerdotes opprimuntur; tunc ad innocentiæ ſuæ aſſertionem iuramenta debent offerri.*

& l. 7. capit. 281.

*Vnde Gregorius Papa tertius ad Bonifacium epiſt. 1.*

¶ Sacerdos à populo accuſatus, iuramento innocentiam ſuam aſſerat. Cap. V.

Anſel. l. 3. c. 79. Burc. li. 2. c. 186. Iuo p. 6. c. 231. Pann. li. 5. c. 9.

PResbyter, vel quilibet ſacerdos, ſi à populo accuſatus fuerit, & certi nō fuerint teſtes, qui criminis illato approbent veritatem; iuſiurandum [a] in medio [b] erit, & illum teſtem proferat de innocentię ſuæ puritate, cui nuda & aperta ſunt omnia.

*Item ex regeſto Gregorij lib. 2. indict. x. epiſt. 23. ad Iuſtinum prætorem α.*

α ¶ Prętorem. *In codicibus Gratiani eſt,* Imperatorem, *in epiſtola excuſſa, legitur,* Iuſtino presbytero, *emendatum vero eſt ex duobus vetuſtis codicibus epiſtolarum, & Polycarpo, eſtque idem Iuſtinus, ad quem ſcripta eſt ſecunda epiſtola primi libri, in libris etiam impreſſis incorrupta inſcriptione.*

¶ De Leone epiſcopo, quem Beatus Gregorius purgationem præbere fecit. Cap. VI.

Poly. li. 6. tit. 11. Anſel. li. 6. c. 162. Burc. li. 1. c. 194. Iuo p. 5. c. 309. Pann. li. 5. c. 5.

HAbet hoc propriū [c] antiqui hoſtis inuidia, vt quos in prauorū actuū pperatione (Deo ſibi reſiſtente) deijcere nō valet, opiniones eorū falſa ad præſens ſimulando, dilaceret. Quoniam igitur quædam cōtra ſacerdotale propoſitum de Leone fratre, & coepiſcopo noſtro ſiniſter rumor aſperſit, vtrū vera eſſēt, diſtricta diutius ſecimus inquiſitione perquiri: & nullam in eo de his, quę dicta fuerant, culpam inuenimus. Sed ne quid videretur omiſſum; quod noſtro potuiſſet dubiū cordi remanere, ad Beati Petri ſacratiſſimum corpus diſtricta eū ex abundanti fecimus ſacramenta præbere. Quibus præſtitis magna ſumus exultatione gauiſi, quòd huiuſcemodi experimento innocentia eius euidenter enituit. Pro qua re gloria veſtra prædictū virum, cum omni charitate ſuſcipiat & reuerentiam ei, qualem ſacerdoti decet, exhibeat;

VERVM. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua probatur contrariū eius quod præmiſſum eſt, ſcilicet, ꝙ ex cauſa iuſta ſacerdotes poſſunt iurare. Io. de Fan. & hoc probat per xiij. auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. CASVS. Dicitur hic, quod per ſupradicta prohibentur à ſacerdotibus fieri incauta iuramenta. ſed ſi eſſent infamati a populo, iurare debent. Et hoc probat per ſequentia cap.

PResbyter.] CASVS. Si presbyter fuerit infamatus, & teſtes non inueniantur, ſuo iuramento expurget ſuam innocentiam.

a ¶ Iuſiurandum. inf. 6. q. vlt. c. vlt. contra. Sed hic quando infamatur, ibi quando non infamatur.

b ¶ In medio.] inf. 15. q. 5. c. 1. cōtra. Sed illud verū eſt, cum non eſt publicè infamatus. ſic 23. d. illud.

HAbet.] CASVS. Leo epiſcopus erat infamatus, quare Papa de hoc q̄ſiuit diligēter, & in eo crimen aliquod non inuenit, veruntamē ne ſibi aliqua ambiguitas remaneret, eū ſup corpꝰ B. Petri fecit iurare. eo ſic expurgato mandat Imperatori vt habeat eum pro epiſcopo, & ei tāquam epiſcopo reuerentiā præbeat.

c ¶ Proprium.] Ex abundanti fiūt aliqua ad ſuperandam hominū malitiam. vt C. de iud. Authē. iubemus. 11. q. 3. inter verba. ext. de ele. bonæ. extra de dolo. & contu. cum olim. Et quæ abundant, non ſolent vitiare cōtractum. ff. de reg. iur. non ſolent. & ff. de verb. obl. q̄ extrinſecus. Sed quare dicit ex abundanti. Dicūt quidā. 1 ꝙ ita exilis, ideſt, leuis uel modica fuit īfamia ꝙ nec erat neceſſaria expurgatio. Certe ſm hoc debuiſſet facta fuiſſe inquiſitio, q̄a inquiſitio nō eſt facienda niſi ita publica ſit infamia, ꝙ vlterius ſine ſcādalo nō poſſit tolerari, vt ext. de accuſ. qualiter. Melius dicas, ꝙ iſte nō tenebat expurgare ſe. Nā cum inq̄ſitio p̄cedit expurgationē, ſi teſtes p quos ſit inq̄ſitio, dicūt ipſum reū ſtatim punitur, nec auditur expurgatio ſua. ſed ſi ſemiplenè probāt, tunc indicitur expurgatio, vt ex. de pur. cano. īter. Sed ſi p dicta teſtiū nulla eſt ſuſpicio cōtra ipſū, tūc non eſt onerādus expurgatione ut hic. Sed qd ſi infamatus vult expurgare ſe. iudex autē vult inq̄rere de fama eius? Vr̄ ꝙ iudex potius inquirere poſſit, ut hic & ex. ea. inter. Sed cōtra illud eſt ordinariū, ꝙ infamatus ſe expurget: ergo beneficiū illud nō eſt ei auferendū. 2 3. ea. q. 1. multi. circa fi. Sed dic, ꝙ ep̄s ſi vult pōt inq̄rere: quia crimen q̄nq; per inquiſitionē reuelatur, qd̄ p purgatio nē occultatur. Sol. ſi infamia orta eſt cōtra eū iudex

1 Vt Lau.

Inquiſitio q̄n fieri dēt.

Inquiſitio an poſſit fieri cōtra nolentē ſe purgare.

2 28. diſt. de his in auth. denup. §. ſi autem.

iudex inquirere poteſt. extra. de accuſ. qualiter.

a ¶ Dubietas.] Ergo poſt expurgationem non poteſt accuſari ab aliquo ſuper illo crimine, vt extra de accuſ. de his criminibus & 23. q. 4. ſi illic. Nec enim ſæpius q̃rendum eſt de delicto eiuſdem hominis, vt ff. nau. cau. ſtab. licet. arg. cõtra. 33. q. 2. admonere. 25. diſt. primum. extra de accuſ. veniẽs. vbi etiã poſt abſolutionem cogitur ad expurgationẽ. Tu dicas, quod illum, qui ſemel eſt abſolutus, amplius nullus põt accuſare ſuper illo crimine, niſi ĩ duobus caſib. 1. ſcilicet ſi ſuã iniuriam proſequatur & probet ſe ignoraſſe accuſationẽ fuiſſe ab alio inſtitutã, vt ff. d̃ acc. ſi cui. §. 1. & cũ vult probare de prævaricatione prioris accuſatoris, vt ff. de p̃ua. l. 3. Ioã. Decreta. tñ videtur dicere, ꝙ ſolum iſti prohibentur accuſare, q̃ prius ſtabant contra ipſum, vt extra de accuſ. cum P. Manconella.

Ab ſolutus ſemel, ĩ duobus caſibus accuſari poteſt.

1 Adde glo. & Docto. in l. 3. C. de accu. gl. magiſtralis in ca. cũ dilectus, de elect.

ſic 3. 32. diſt. §. verum. Fuit tamen hic nimiũ papaliter diſpenſatum, quod epiſcopus expurgatus coram Papa cogitur adhuc coram muliercula ſe purgare cum tamen pleniſſimas debeat habere vires, quod auctoritate Papæ fit, licet per ſe ſit inualidum 4. extra de tranſa. c. 1.

Papa q̃nque nimium papaliter diſpenſat.

4 Poteſt dici ſm Ioan. ꝙ hoc totum ĩõ fuit, vt fama eius clarior appareret. arg. 5. q. 1. quidam.

nè qua in cordibus remaneat, de his quæ ſunt iam purgata, dubietas.[a] Sed ita ſupraſcripto vos epiſcopo deuotiſſimè oportet in omnibus adhærere, vt congruè, decenterque Deum in eius perſona, cuius miniſter eſt, videamini honorare.

*Item ex eodem ad Brunichildam Reginam Francorum lib. 11. epiſt. 8.*

¶ Quomodo Beatus Gregorius Mennam epiſcopum iuramento purgari fecit. Cap. VII.

MEnnam vero reuerendiſſimũ † fratrẽ, & coepiſcopum noſtrũ poſtquam ea, quæ de eo dicta fuerãt, requirentes, in nullo inuenimus culpabilẽ eſſe, qui inſuper ad ſacratiſſimũ corpus B. Petri Apoſtoli ſub iure iurando ſatisfaciens, ab his, quæ obiecta eius opinioni fuerant, ſe demonſtrauit alienũ; reuerti illuc purgatum, abſolutumque permiſimus: quia ſicut dignum erat, ut ſi in aliquo reus exiſteret, culpã in eo canonice puniremus; ita dignũ nõ fuit, vt eum adiuuante innocentia diutius retinere, vel affligere in aliquo deberemus. ¶ Purgationẽ α tñ ante, te, duobus ſibi ſacerdotibus iunctis, vbi accuſator ceſſauerit,[b] eũdẽ ex ſe præbere tuo cõmittimus arbitrio.[c] Vulgarẽ deniq; ac nulla canonica ſanctione fultam legem, feruentis ſcilicet, ſiue frigidę aquę, ignitique ferri contactũ, aut cuiuſlibet popularis inuẽtionis (quia fabricante hæc ſunt omnino ficta inuidia) nec ipſum exhibere, nec aliquo modo te volumus poſtulare, immo Apoſtolica auctoritate prohibemus firmiſſimè.

Poly. ibidem. Burc. li. 1. c. 196. Iuo p. 5. c. 311. Pann. li. 5. c. 6.

† *al. reuerentiſſimum.*

Alex. 2. Raynaldo epiſcopo. Iuo p. 10. c. 15. Pann. l. 5. c. 8.

α ¶ Purgationem.] *Hic erat grauiſſimus error. Coniunctè enim hæc legebantur cũ ſuperioribus, quæ Brunichildæ ſunt ſcripta: quaſi purgatio presbyteri a B. Gregorio mulieri cõmitteretur. Sed nil tale legitur in epiſtola B. Gregorij, ex qua prior pars huius capitis eſt accepta. Verũ Iuo p. 10. c. 15. & Pann. li. 5. c. 8. citant hoc ex epiſtola Alexãdri ſecũdi Raynaldo Cumano epiſcopo, cuius epiſtolæ initiũ eſt infra eadẽ c. ſuper cauſa. Et hic verſiculus,* Purgationem *continenter legendus eſt poſt extrema verba illius capitis. Ac ꝓpter citationes doctorũ hinc quidam motus non eſt: ſed additum eſt in margine nomen Alexandri ſecundi. Ita nihil loci relinquitur admirationi auctoris gloſſæ. Nuſquam enim Romani Pontifices, huiuſmodi cauſas mulieribus leguntur commiſiſſe.*

*Item Gregorius Caſtorio Notario Rauennæ, lib. 7. indic. 2. epiſt. 80.*

MEnnam.] CASVS. Beatus Gregor. de crimine Mẽnnæ epi, qui fuerat infamatus, diligenter inquiſiuit, & cũ in eo crimẽ non inueniſſet, eũ ſupra corpus B. Petri iurare fecit, & ſic eum demum ad reginam Francorum tranſmiſit. & hoc in prima parte. In ſecũda parte, quæ incipit ibi, [Purgationem. &c. mandat Greg. eidẽ reginæ vt ſi accuſatores non appareãt indicat eidem epiſcopo purgationem cũ duobus ſacerdotibus: purgationem tamen vulgarẽ non imponat.

b ¶ Ceſſauerit.] Si dicas, quod verbũ hoc ceſſauerit, ſit p̃teriti 2 tp̃is, non procedit obiectio, vel ſecundum H. cum quis expurgatur non præcedente accuſatione, tunc poſt purgationem bene admittitur accuſator: ſecus ſi præceſſerit accuſatio. Vel dic, quod ſi accuſatore abſente & non citato audita eſt expurgatio, idem accuſator poteſt eũ denuo accuſare, vt C. de acc. l. 4. ſecus ſi eo præſente. Vel loquitur 3. cum ſuam iniuriam vult proſequi. Vel ignorabat accuſationem ab alio inſtitutam. ff. de præua. l. 3. & ff. de accuſ. ſi cui.

2 Hoc dicebat L. & eſt ſenſus, quia deſtitit accuſator.

3 Scilicet lex ꝓximè allegata.

c ¶ Arbitrio.] Delegatur hic laico ſpirituale negocium, c. 1. in fi. C. de teſt. omnium. Item cum iuſiurandum ſit maioris auctoritatis quàm res iudicata. ff. de iureiuran. l. 2. & illud obſtat omnibus accuſare volentibus, etiam in publicis criminibus. ff. de iureiur. eũ q̃ui. §. in popularibus. multo fortius res iudicata obſtabit omnib. Quare ergo poſtea admittitur accuſator 5. poteſt dici, quod fuit abſolutus ſub conditione, niſi accuſator appareret, vel fuit abſolutus ab inſtãtia iudicij; nec ideo lis periit ff. de iudic. & poſt dictum.

5 Adde ad hoc gl. & ibi Bar. in l. aut priuatim, & in l. mulier. ff. ad Turpi. no. in l. 1. C. ſi reus vel. accuſ. mor. fuer.

Quan-

¶De Maximo Salonitano epiſcopo, qui ſacramento ſe ipſum purgauit. Cap. VIII.

QVanto a nobis [a] credi tibi,& neceſſarias vides cauſas iniungi; tanto te ſtrenuum debes, & ſolicitum exhibere. Proinde, ſi Maximus Salonitanus prꝑſtito ſacramento firmauerit ſe ſimoniaca hæreſi non teneri, atque de alijs ante corpus ſancti Apollinaris tãtũmodo requiſitus innoxium ſe eſſe reſponderit [b], & de inobedientia ſua pœnitentiam [c] (ſicut deputauimus) egerit; volumus, vt ad conſolandum illum, epiſtolam [d], quam ad eum ſcripſimus (vbi ei & gratiam noſtrã, & communionem nos reddidiſſe ſignauimus) experientia tua dare debeat, quia ſicut in contumacia perſiſtentibus ſeruos nos eſſe conuenit, ſic iterum humilitatis, & pœnitentibus [e] negare locum veniæ non debemus [f].

*Idem Mariano epiſcopo Rauennæ, lib. 7. epiſt. 79.*

¶De eodem. Cap. IX.

Poly. l. 7. tit. 37.

QVæ de cauſa [g] Maximi ſint agẽda, ex epiſtolis, quas ad vos ante tranſmiſimus: agnouiſtis. Sed quia, qualis de hac re fraternitatis veſtræ voluntas ſit, hac magis petitio, a præſentium latore Caſtorio chartulario noſtro renunciante cognouimus; ideo, ſi idem Maximus coram vobis, & prædicto chartulario noſtro, de ſimoniaca hꝑreſi præſtito ſe ſacramento purgauerit, atque de alijs ante corpus ſancti Apollinaris (vt ſcripſimus) tantummodo requiſitus liberum ſe eſſe reſponderit, cauſam ipſius, fraternitatis veſtræ, de eo, quod excommunicatus Miſſarũ ſolemnia agere præſumpſerit, iudicio committimus, qua dẽat pꝑnitẽtia, talis culpa purgari. Et ideo quidquid [h] vobis ſecũdum Deum placet, ſecuri diſponite: nec aliquod de nobis dubium habeatis. Nam quicquid a vobis de hac cauſa fuerit ordinatum, nos & grate ſuſcipimus, & libenter admittimus.

*Item Sixtus Papa III. epiſt. ad Orientales epiſcopos, cap. 1.*

QVanto.] CASVS. Maximus eps Salonitanus dicebatur acquiſiuiſſe per ſimoniam epiſcopatum. Imponebatur ei, quod fornicationem commiſiſſet, & ideo a Papa fuit excommunicatus. nihilominus tamen excommunicatus celebrauit. Dominus Papa volẽs eidẽ epiſcõpo gratiam facere, præcepit notario ſuo Rauennæ moranti, vt ſi per iuramentum ſuum de ſimonia ſe purgauerit, & de fornicatione, & alijs quæ ſibi obijciebantur, ſe reſponderit innocentem, & de eo, ꝙ excommunicatus celebrauerit, pœnitentiam egerit, reddat ei epiſtolam, in qua ei gratiam ſuam reddit, & abſolutum oſtendit. De eodem loquitur c. 61. diſt. Salonitanæ.

a ¶A nobis.] Maximus Salonitanus epiſcopus ſine licentia Papæ fuit conſecratus: propter quod a Papa fuit excommunicatus, & poſtea miſſam celebrauit, ſimuliter imponebatur ei ſimonia, & fornicatio.

1 Propter ꝗ non ſufficit purgatio, vt patet in eo, qđ legitur & not. 3. dist. habuiſſe.

b ¶Reſponderit.] Ex alijs enim hæc fuit infamia 1 & ideo vnius iuramentum admittitur.

c ¶Pꝑnitentiã.] Sed quæro an ei ſoli ſit credendum? De hoc videtur, ꝙ ſic, quia in nullius vergit præiudicium ſic. inf. de conſec. d. 4. placuit.

d ¶Epiſtolam.] Ergo quis poteſt abſolui per literas, & excommunicari 2 vt extra de ſimo. accuſatum, & ſu. q. 1. de manifeſta. Quid ſi moreretur prius, quàm literæ peruenerint ad ipsũ. Tũc dicam eum abſoluẽdum poſt mortem, vt ext. de ſent. excõ. a nobis, & eſt arg. ꝙ tunc demũ ſit quis excommunicatus vel abſolutus literis receptis. arg. 4. q. 5. quiſquis. & ext. de app. ſuper eo in fi. & ſu. d. 4. leges. arg. cõt. ff. ſi cer. pet. ei⁹ qui in ꝓuincia. ibi, ſtat⁹ ſui ignarus. Sed diſtinguit, vt ff. de acq. poſ. qui abſenti, vbi dĩ. ꝙ ſi quis manumittit abſentẽ, refert an velit eũ eſſe liberum quando ſcribit literas manumiſſionis, vel quando literæ ad eum peruenerint. Probabilius eſt dici, ꝙ excõicatio non ligat niſi a tempore ſcientiæ, ſicut nec lex, vt d. 4. leges. & 82. d. propoſuiſti. nec ſententia, vt inf. ead. q. 6. biduum. Io. Sed certe ſi quis abſens excõmunicatur ſtatim eſt excõicatus antequam ſciat. quia ſententia excommunicationis ſtatim trahit ſecũ ſuam executionem. ext. de appe. paſtoralis. dummodo ſit pura, & non cõditionalis: verum tamen non punitur cum ingerit ſe communioni hominum anteꝗ ſciat. extra de cler. exc. mi. illud. Error enim facti nemini nocet, vt ff. de iur. & fa. ign. error. B.

2 Adde ad hoc not. in l. ſeruum, §. publice, ff. de procur. & in l. abſentẽ, C. de acc.

d ¶Epiſtolam.] De grauibus expurgat 3 ſe iuramento, de minorib. nuda promiſſione. Io.

3 Sol. 8. q. 3. cap. vlt. vbi de hoc.

e ¶Pœnitentibus.] Simile extra de poſtul. prælat. ad hæc circa fin.

f ¶Non debemus.] Qui tñ de rigore eſſet deponẽdus, ſup. d. 50. accedens contra. 11. q. 3. ſi quis epũs, & c. penul.

QVæ de cauſa. CASVS. De eodem Maximo ſcribit Rauennati archiepiſcopo: & mandat ei, vt ſi expurgauerit ſe, vt ſup. dictum eſt, coram archiepiſcopo, & notario ſupradicto, imponat ei pœnitentiam de eo, ꝙ excommunicatus celebrauit, & quidquid de eo diſpoſuerit, ratum habet.

g ¶Quæ de cauſa.] De eodem Maximo loquitur hoc capitulum.

h ¶Quidquid.] Argu. Papam ſeruaturum quod legatus ſtatuit: & idem honor ei exhibendus eſt ſicut Papæ 93. diſt.

Legatus an virtute generalis mandati diſpenſare poſſit.

diſt.c.vlt.& ff.de offi. præfec.præto.l.vnica.in fi.ibi,credidit enim princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide, & gratia ad huius officij magnitudinem,&c. Item eſt hic argu.ꝙ generali mandato diſpenſatio delegatur.arg. cōtra extra de offi.del.ꝙ translationem. cum.n.diſpenſatio hēat ſe inſtar reſtitutionis in itegrū, & reſtitutio in integrū nō delegatur per generale mādatum,vt ff.de mi.illud.ergo nec diſpēſatio.Io. Ego dico, ꝙ legatus Dñi Papæ generalis oīa pōt, niſi ea ſola quę Romano Pōtifici sūt reſeruata.extra de ſent.exc. nuper de offic.leg.ꝙ translationem. B.

f ¶Beneficia.] Iſte bñficio,& officio fuit priuatus:quia grauiter erat infamatus. extra de purga.cano. inter. Et fructus medij tpis recuperat. ff.de re mil.l.pen. Si vero iſte iuſte eſſet depoſitus,nō recipiet fructus 2, medij tēporis reſtitutus, niſi hoc exprimeret in ſententia, vt C. de

Spoliatus reſtitutus: an recipiat fructus medij temporis.
2 Io.Gar.in l.Galius. §. & qd ſi tantum.de li.& poſth.

¶Qualiter Sixtus ſemetipſum purgauit. Cap. X.

MAndaſtis [a], vt ſcriberem vobis,qualiter inſtans iurgium contra me ſuſcitatum ſit, vel a quo,vt veſtro adminiculo pelleretur,& cauſa mea firmaretur. Scitote me criminari a quodam Baſſo,& iniuſte perſequi. Quod audiens Valentinianus Auguſtus noſtra auctoritate [b] ſynodum congregari iuſſit. Et facto concilio cum magna examinatione ſatisfaciens omnibus, (licet euadere ſatis aliter potuiſſem [c]) ſuſpicionem tamen fugiens corā omnibus me purgaui;me.ſ.a ſuſpicione,& æmulatione liberans;ſed non alijs,qui noluerint,aut ſponte hoc non elegerint,faciendo † formam [d],exemplumque dans.

Nic.epiſt.7.ad Michaelem.

† al. faciendi.

*Item Alexander Raynaldo Cymano epiſcopo.*

¶De cauſa Guillandi præsbyteri. Cap. XI.

Pann.l.5.c.7.

SVper cauſa [e]Guillandi presbyteri tui de morte epiſcopi ſui,prędeceſſoris tui infamati,in medium conſuluimus; itaq; circunſtantium fratrum vnanimi aſſenſu ſuæ dilectioni reſcribimus,præfatum Guillandum presbyterum ante te præſentandum; vbi ſi certi accuſatores defuerint,tunc dictante iuſtitia ſine omni cōtrouerſia presbyter, quæcunque ob hoc iniuſte amiſit,ac ſacerdotium accipiat,& integra beneficia [f].

Iuo p.10.c.15.& in epi. ad Vildebertū Cœnomanenſem.

α ¶Beneficia.] *In epiſtola hoc loco ſequitur verſ.* Purgationem,*ſupra ead.c.*Mennam,*vt ibi notatum eſt.*

*Item ex concilio Agathenſi.*

¶De purgatione clericorum,ſi conuinci non potuerint. Cap. XII.

SI legitimi accuſatores crimina β ſacerdotis probare non potuerint [g], & ipſe negauerit;tunc ipſe cum ſeptē ſocijs ſui † ordinis (ſi valet [h]) a crimine ſemetipſum expurget. Diaconus vero,ſi eodē crimine accuſatus fuerit,cum tribus ſemetipſum excuſet.

ext.de pur.can.c.ſi quis presbyter.
Burc.l.2.c.181.
Iuo p.6.c.226.
Pann.l.5.c.1.

† al. ſuis eiuſdem ordinis.

β ¶Crimina.] *Apud cæteros collectores legitur*: ſi autem accuſatores legitimi non fuerint,qui eius crimina manifeſtis iudicijs probare contenderint,& ipſe,&c.

*Item ex concilio Ilerdenſi.*

¶De eodem. Cap. XIII.

PResbyter

Burc.l.2.c.184.
Iuo p.6.c.229.
Pann.l.5.c.2.

MAndaſtis.] CASVS. Papa accuſabatur a quodā Baſſo:cuius auctoritate Valentinianus Imp. ſynodum congregauit, in qua ſpōte ſe purgauit, non dās formam cęteris ſucceſſorib. ſuis ſic ſe purgandi,ſi noluerint, & quia quidam epī quærebant qualiter hoc negotiū proceſſiſſet, Papa reſcribit eis narrando factum.

a ¶Mandaſtis.] Mandat hic minor maiori. nam precariū verbū eſt, mando.vt C. cō.deleg. l.2.ī prin. ſic 1.q.1.filium.

b ¶Auctoritate.] 96.d.vbi nam.

c ¶Potuiſſem.] Quia Papa a nullo pōt iudicari, vt 9.q.3.aliorū. nec etiam ab vniuerſali cōcilio,vt 17.diſt. §.hoc etiam,ff. de leg.princeps. præterquam in hæreſi. 40.d.ſi Papa.

d ¶Formam.] 14.q.5.dixit.Ioan.

SVper cauſa.] CASVS. Guillandus presbyter infamatus fuit de morte epiſcopi ſui, & ꝓpter hoc fuit ab officio, & beneficio ſpoliatus: committit negotium Dominus Papa hoc modo, vt ſi accuſatores defuerint,reſtituantur ei omnia ablata,pręſtita tamen purgatione.

e ¶Cauſa.] Forte hic non intentabatur poſſeſſorium 1, aliàs non obſtat crimen petenti reſtitutionem, vt extra de reſti.ſpol. in literis,&c. item cum quis.nam alij dicunt,cum ſpoliator obijcit exceptionem,quam vult ſtatim probare,prius eſt audiendus,quam ille reſtituatur. arg. 3 1.q.2.Lotharius.in Auth.de teſt.§.ſi vero qs.coll. 7.& arg.extra de reſti. veniens 2.ſed hoc non concedo, vt extra de reſti.ſpol.literas,in fi.

1 Sub. & reſtitutio non datur,niſi petenti.

de re mili.cum allegatis.lib.12.Io.de Pant.

SI legitimi.] CASVS. Si accuſatores crimen ſacerdotis non probauerint,ſi remanſerit infamatus,cum ſeptē ſacerdotibus ſe expurget.

g ¶Potuerint.] C.de re.cre.l.in bonæ fidei.

h ¶Si valet.] Quia ſi non valet, deponitur 3 extra de ſimon.de hoc. Vel forte ſunt inimici ſui extra de purg. cano. cum in iuuentute. immo cum fœmina poteſt ſe purgare.18.q.2.in decima.Io.

3 De hoc ſu. ca.q.1.in primis in gl.2.

PResbyter. CASVS.Si ſacerdos fuerit coram ſuo epō de crimine infamatus, quod probare nō poteſt per teſtes,

teſtes, ſuſpendi debet donec cum ſeptima manu ſui ordinis ſe expurget, & poſtea ſuum officium exequatur.
a ¶ Plebe.] Idem eſt ſi ab epiſcopo, vel a ſacerdotibus, vt inf. ea. omnib. in fi. ſup. d. 28. conſulendum contra.
b ¶ Suſpendatur.] Forte ſecundum diſtinctionem, ext. de q.74. Honoratus. Sed contra vi, quia hæc duo ſunt connexa. 81. d. ſi quis ſacerdotum. & 32. d. præter hoc. Sed dic, ꝙ non eſt priuandus beneficio: niſi ſm ordinem iuris, extra de iud. c. 1. niſi forte pp ſcandalū, ſup. ea. ſuper cauſa, & cum magna laborat infamia, vt ext. de purg. canon. inter.

Beneficio q̄s priuari non dēt niſi ſm ordinē iuris

† al. ſuſpendatur ab officio presbyter vſque.

ſi a plebe [a] ſibi commiſſa, mala opinione infamatus fuerit, & epiſcopus legitimis teſtibus approbare non potuerit; ſuſpendatur † [b] vſque ad dignam ſatisfactionem; ne populus fidelium in eo ſcandalum patiatur. Digna verò ſatisfactio eſt (ſicut a maiorib. cōſtitutum α eſſe docetur) quando ſiue ſecundum canones, ſiue ad arbitrium [c] epiſcopi ſeptem ſibi collegas adiungit, & iurat in ſacroſancto β Euangelio coram poſito, quòd crimen ſibi illatum non perpetrauit. Et hac ſatisfactione purgatus, ſecure deinceps ſuum exequatur officium.

α ¶ Sicut a maioribus conſtitutum. *Hoc loco ſicut, & paulo inferius, plura ſunt verba apud cæteros collectores.*
β ¶ Sacroſancto.] *Apud eoſdem legitur.* in ſacro coram poſito Euangelio, *quo facit c. teſtimonium in verſ. nemo clericum infra* 11. q. 1.

[*Item Silueſter Papa.*

¶ De eodem. PALEA. Cap. XIIII.

ACcuſatum ſimoniacum neceſſe habuimus ſummopere per ſcripturam prohibere, ne Miſſarum ſolennia celebrare debuiſſet, donec quid eſſet verius, potuiſſemus cognoſcere.

¶ *Citatur hic ex Silueſtro; fere idem eſt in decretal. tit. de ſimon. cap. accuſatum, & ibi tribuitur Deodato Pontifici. Sed in nullis horum duorum Pontificum ſcriptis, quæ extent, tale aliquid eſt inuentum. In regeſto B. Gregorij lib.5. epiſt.3. Maximo præſumptori Eccleſiæ Salonitanæ hæc leguntur.* Peruenit itaque ad nos, quòd per ſimoniacam hæreſim fueris ordinatus. Sed & alia de te multa hic dicta ſunt, de quibus vnum quam maxime fuit, propter quod neceſſe habuimus te ſummopere per ſcripta noſtra prohibere, ne Miſſarum ſolennia celebrare debuiſſes, donec quid eſſet vere potuiſſemus addiſcere. *Et ex hac epiſtola videri poteſt accepta hæc palea; & c. accuſatum, & c. quoties, extra de ſimo. Nam initium ipſius epiſtolæ eſt,* Quoties contra, &c.

[*Item in concilio Triburienſi.*

PALEA. Cap. XV.

ext. de pur. can. c. 1. Burc. l. 16. c. 19.

NObilis homo, vel ingenuus, ſi in ſynodo accuſat, & negauerit; ſi eum conſtiterit fidelē eſſe, cum duodecim ingenuis ſe expurget, ſi antea deprehenſus fuerit in

b ¶ Suſpendat.] Hic colligitur, ꝙ infamatus ſtatim debet ſuſpendi uſq. ad dignā ſatisfactionē ar. inf. 3. q. 2. quia c. ext. de pur. ca. inter. & ext. ead. ex tuarum. Sed cōtra. ſup. ea. q. 1. nomē 2. & ext. de acc. qualiter, & qn̄. ext. de pur. cā. c. 2. & ul. In his habes, quòd prius inquirendum eſt de crimine, quā priuetur officio ille qui eſt infamat[9], & ar. 3. q. 2. audiuimus. Notādū ergo, ꝙ cū clericus aliquis corā iudice ſuo eſt īfamatus, præfiget 3, eps certū tps uc lētib. accuſare ext. de cland. deſpon. c. ul. & ſi accuſatores apparuerint, canonice audiētur. inf. c. oib. nobis 15. q. 5. c. 1. extra de pur. can. c. ex tuarū. Si uerò, accuſator nō apparet, & mala fama crebreſcit, tūc eps uocatis eccleſiæ ſeniorib. ꝓcedat ad inquiſitionem. ext. de acc. qualiter. 86. d. ſi qd uerò. & ipſemet eps inducet cōtra eū teſtes, ſi alius non apparet. 2. q. 5. præcipue. in fi. extra de acc. cū oporteat. ſu. c. presbyter. & li te non cont. hoc facere pt, ut ext. ut li. nō cont. qm̄ frequēter. & ſi fuerit cōuictus, canonice puniatur. Si autē non conuincitur, & adhuc mala fama perdurat admoneat ipſū primo ſeorſum, poſtea coram teſtibus ut ſe corrigat: ꝙ ſi non fecerit, tunc demum ſuſpendat eum uſque ad dignā ſatisfactionem, extra de pur. can. c. 2. in quo caſu intelligo quod hic dicitur nunquam enim a principio ſuſpendat eū niſi enormitas delicti, uel ſcandali hoc expoſcat, extra ea. inter, & hęc eſt digna ſatisfactio, ut purget ſe adiuncto ſibi legitimo numero, uel ad arbitrium ſui epi. ut hic, eo. inf. ea. omnibus, & extra ea. ex tuarum. & eo. deficiente in purgatione puniatur: & puniat eum tanquam conuictum, uel confeſſum. ext. de acc. cum P. ext. de ſim. inſinuatum, & de pur. can. cum P. & ibi de hoc.
c ¶ Arbitrium.] Hic not. compurgatores arbitrio epiſcopi ſumendos.

2 al. notum.

Infamatus ſuper crimine nō eſt ſtatim ſuſpendendus.

3 Præfiget. Bart. Cēpoſ. cap. 49.

de pur. cano. c. 2. ſup. 33. d. c. vlt. contra dic, quòd ibi fuit exilis infamia.
b ¶ Suſpendatur.] 1. hoc eſt verum ſecundum diſtinctionem ſi fuerit notorium, vel manifeſtum, vel famoſum. extra de cohab. cler. veſtra, & c. fi. & tunc refert ſi fuerit famoſum ſine ſcandalo, vel cum ſcandalo ext. de coha. cler. tua contra. 28. d. conſulendum. Sol. ibi non imminebat ſcandalum, hic ſic, puta ex eius celebratione, ext. de coha. cle. tua. 7. 28. q. 1. ſi tūc, & 3. q. 2. audiuimus, aliter obtinet, ſu. ea. q. 1. c. 2. Sed nunquid a beneficio ſuſpenditur? Videtur ꝙ non: quia pœnæ ſunt emolliendæ, & quia creſcente contumacia creſcere debet, & pœna, vt

1 Hoc obtinet qn̄ ſcandalū imminet ex eius celebratione, ut hic dicitur.

SI mala.] CASVS. Idem dicitur in hoc c. quod in præcedentibus, eo addito ꝙ cõpurgatores debent eſſe tales, de quibus non ſit ſuſpicio qđ velint peierare. a ¶ Se nolle.] Bonæ opinionis, & qui vitã eius nouerint, & mores, vt extra ead. ca. cum dilectus. ſed non fiet rigide examinatio teſtium. extra ead. cap. conſtitutus, immo frater poteſt purgare fratrẽ. extra de præſumpt. c. literas. Io.

IN

furto, aut periurio, aut falſo teſtimonio ad iuramentum non admittatur, ſed (ſicut qui ingenuus non eſt) feruenti aqua, vel candenti ferro ſe expurget.

¶ *Burchardus etiam citat ex concilio Triburienſi, c. 10. & in Triburienſi illo, quod extat impreſſum, habentur nonnulla ad hanc rem facientia.*

*Item Hincmarus Rhemorum epiſcopus.*

¶ De eodem. Cap. XVI.

SI mala fama de presbytero exierit, & accuſatores, ac teſtes legales defuerint †, ne, contra Apoſtolum, infirmorum corda de mala fama presbyteri percutiantur, & ne vituperetur miniſterium noſtrum, ne ve ſecuriores presbyteri exiſtentes licentius in peccatum prolabãtur, ſecundum decreta α maiorum cum denominatis ſibi vicinis presbyteris, quos ſcimus ſe nolle a peierare, ſacramento famam ſuam purget. Iuo p.6.c.420. † *al. defecerit.* 2. *Cor.* 6.

¶ *In concilio Rhemenſi Troſleiano 9. c. refertur ſynodus ab Hincmaro Rhemorum archiepiſcopo habita, in qua habetur hoc caput.*

α Secundum decreta.] *In ſynodo legitur.* ſecundum decretum Gregorij iunioris ſit iuſiurandum in medio, & habeat malæ famæ presbyter in ſacramento purgationis ſuæ eum teſtem, quem habebit iudicem.

*Item Innocentius Aquileienſi Patriarchæ, & Mantuano epiſcopo.*

¶ De eodem. Cap. XVII.

QVoties frater noſter Tridentinus eps̃ in noſtra præſentia de ſimonia ſit impetitus, prudentiam veſtram latere non credimus: cuius cauſa tandem in noſtra præſentia ventilata producti ſunt aduerſus eum accuſatores viua † voce, & ſcripto aſſerentes, quod eccleſiam S. Petri de Pado †, presbytero Paulo dederit pro quatuor modijs frumenti † quos ab eiuſdem eccleſiæ laicis acceperit. Verum qm̃ nec accuſatores, nec teſtes ſecundũ formã canonum, & ſanctorum Patrum ſtatuta, in cauſa ipſa procedere potuerunt, cõi fratrum noſtrorum concilio iudicamus, vt tertia manu ſui ordinis, & quatuor † abbatum, & religioſorum ſacerdotum de ſupradicta ſimonia in veſtra præſentia ſe debeat expurgare. Porro purgationis tenor erit huiuſmodi. Idem eps̃ ſuper ſancta Euangelia primum iurabit, ꝙ pro eccleſia S. Petri de Pado presbytero Paulo danda, neq; ipſe per ſe, neque per ſubmiſſam perſonam, neque alius pro eo, ſe ſciente, pretium receperit. Deinde vero purgatores ſuper ſancta Dei Euangelia iurabunt, ꝙ ſicut ipſi credunt, verum iurauit. Nos itaque cauſæ huius ſeriem committentes prudentiæ veſtræ, mandamus vobis, vt congruo loco in vnum conuenire curetis, & ita cauſam ipſam iuxta præſentium tenorem præſtante Domino reſtauretis: quatenus & omnis de cætero huius quæſtionis ſcrupulus auferatur, & vtrique parti ſua iuſtitia conſeruetur. Si quis verò de vobis, certa præpediente cauſa, intereſſe non poterit, vos, qui adeſſe poteritis, idem iudicium terminate. Quòd ſi prædictus frater noſter A. prædictam purgationem fecerit, vos ei auctoritate noſtra prædictum officium, & Tridentinam eccleſiam reſtituite. Hanc autem purgationem ante proximam purificationem B. Mariæ Virginis adimplere iubemus.

† *al. vna.* † *al. Palo.* † *al. farina.* † *al. quarta manu.*

¶ *Caput hoc extat in decret. tit. de purg. canon. & tribuitur Innocentio tertio. Sed viſum eſt ibi eſſe mendum, ut 111. ſit poſitum pro 11. Nam collector decretalium ſolet in Pontificibus hunc ordinem obſeruare, vt eos qui anteceſſerunt prius citet. Ita, cum ibi hoc caput habeatur ante aliquot canones Alexandri, ac Lucij tertij, qui præceſſerunt Innocentium ij. non videtur huic poſſe tribui; quanquam habeatur etiam eidem adſcriptum inter opera ipſius poſt ſermones, & in concilijs, quæ in quatuor tomos ſunt diuiſa, tomo 3. A pleriſque autem manuſcriptis Gratiani codicibus, etiam ijs, in quibus paleæ eſſe ſolent, totum iſtud caput abeſt. A verſiculo autem.* Nos itaque, *vſque ad finem abeſt ab omnibus.*

Digitized by Google

*In præmiſſis auctoritatibus ſubintelligitur, ſi reus ſe purgare* [a] *voluerit, ut ſacri canones modum, non neceſſitatem purgandi accuſato imponant: ſicut apparet ex fine capituli Sixti Papę,* [b] *& auctoritate Leonis,* [c] *qui data purgatione ait de ſe ipſo.*

¶De Leone qualiter ſe purgauit. Cap. XVIII.

Burc.l.1.c.198. Iuo p.5.c.313. Pann.l.5.c.4.

AVditum eſt, fratres chariſſimi, qualiter mali homines in me grauia crimina confinxerunt. Quamobrem ego Leo Pontifex ſanctæ Romanæ eccleſiæ purifico me in conſpectu veſtro coram Deo, & angelis eius: quia iſtas criminoſas, & ſceleratas res, quas illi mihi obijciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iuſſi. [d] Hoc autem faciens non legem præſcribo cæteris, qua id facere cogantur. [e]

¶*Caput hoc eſt Leonis tertij. Tota vero hiſtoria falſæ accuſationis & purgationis ipſius refertur in vetuſtis Põtificalibus, ex quibus magnã partẽ accepit S Antoninus p.2. hiſt tit.14. c.1.§.8. de qua etiã re meminit Marianus Scotus, & Aymonius lib.4.c.90. Apud Burchardũ & Iuonẽ plenius eſt hoc caput, atq; hæc viſa ſunt notatu digna* Quamobrem ego Leo Põtifex.S.R E. à nemine iudicatus, neq. coactus, ſed ſpõtanea mea volũtate, purifico me in conſpectu veſtro coram Deo, & Angelis eius, qui conſcientiam meã nouit, & beato Petro principe Apoſtolorũ, in cuius cõſpectu conſiſtimus, q1 iſtas criminoſas, & ſceleratas res quas illi mihi obijciunt nec perpetraui, nec perpetrari iuſſi. Teſtis eſt mihi Deus, in cuius iudicium venturi ſumus, & in cuius cõſpectu cõſiſtimus. Et hoc ꝓpter ſuſpiciones malas tollendas mea ſpõtanea voluntate facio, nõ quaſi in canonibus inuentũ ſit, aut quaſi ego hãc cõſuetudinem, aut decretum in ſancta eccleſia ſucceſſoribus meis, nec nõ & fratribus, & coepiſcopis noſtris ipõnã: ſed vt melius à vobis abſcidatis rebelles cogitationes.

sup.ead.presbyter ſi à plebe c.ſequenti.

*Ecce qualiter ſumus Pontifex ſemetipſum purgat, nec tamen cæteris neceſſitatem* [f] *purgandi præſcribit. Vnde datur* [g] *intelligi, quòd ſatisfactio purgationis in voluntate conſiſtit accuſati, non in arbitrio iudicis. Sed cum in Ilerdenſi concilio presbyter iubeatur ſuſpendi uſque ad dignam ſatisfactionem, cum etiam decreto* [h] *Leonis in arbitrio ponatur epiſcopi, quota manu ſacerdos purgare ſe debeat, patet quòd ad purgationem cogendus eſt, nec in ſua uoluntate, ſed in arbitrio iudicis conſiſtit.*

*Vnde Leo Papa ſcribens ad Carolum Regem ait.*

¶Qualiter ſacerdotes ſe purgare debeant. Cap. XIX.

Capit.l.5.c.34. Iuo p.6.c.419. Pann.l.5.c.3.

OMnibus vobis viſu.

IN PRÆMISSIS. Hoc allegando dicit Gratianus propter du o cap. ſcilicet Sixti & Leonis.
a ¶ Se purgare. ]Falſum dicit allegando.
ADDITIO. Dic vt inf.ea.c.ult.
b ¶ Sixti Papæ. ]Sup.ca.mandaſtis Io.
c ¶ Et Leonis. ]Hoc eſt in ſeq.c.10.

AVditum. ] CASVS. Leo Papa de quibuſdam criminibus infamatus ſe coram multis purgauit, non ſtatuendo ius vt ſucceſſores ſui ad hoc cogantur.
d ¶ Iuſſi. ]Nec conſilium dedi, nec defenſionem præſtiti, nec ſciente me factum eſt, vt extra de purg. cano. quoties. 50. diſtin. ſi quis viduam. addunt quidam, nec volui, 1 vt ſu.1. q.4. quia præſulatus, qđ valde durũ videtur. Sed nunquid hic iurabo, quia cum ſ.iui prohibere potui, & nõ prohibui, & hoc ꝙ non habeam ratũ quod factum eſt, cũ etiam in maleficijs ratihabitio mandato ęquiparetur. ff. de vi, & vi arm. l.3.§. cũ procur. & extra de reſti. ſpol. cum ad ſedem in fi. ſup. ea. q. 1. notum in fi.

Purgans ſe, quid debet aſſerere.

1 Dicit Io. de Fan. hoc non credo cum conſciẽtiam ſuam non teneatur ꝗs purgare, niſi vbi inuenitur expꝛeſſum, vt in caſu illius legis. C. de his qui ad eccle. confu. pſenti. cum fi. Arc.

e ¶ Cogantur. ] Quia ab æmulis hæc infamia proceſſerat. Vel dic, cęteris Apoſtolicis.
ECCE. CASVS. Infert ex ſupradictis duob.ca. ꝙ purgatio voluntaria eſt, & nõ neceſſaria. Sed ſtatim dicit cõtrarium per alia c. & ad hoc inducit ſeq.cap.
f ¶ Neceſſitatem. ] extra de elec. innotuit.
g ¶ Datur. ]Allegando dicit.
h ¶ In decreto. ]Leonis inf.cap.prox. & ſeq. Ioan.

OMnibus vobis. ] CASVS. Leo tertius interrogatus fuit à Carolo Rege, & ſuis ſubditis, qualiter ſit procedẽdum, ſi crimen ſacerdoti obijciatur. Et rñdet Leo, & dicit, quod iſta quæſtio fuit ſæpius ventilata à temporibus multis nõdũ tamẽ fuit ad plenum deſinita. verũ tamen poſt reclamationes multas habito cõſilio multorũ epiſcoporũ, & aliorum prælatorum, & ſacerdotum, & aliorum multorum ſtatuit & dfiniuit, ꝙ ſi legitimus apparuerit accuſator, & probauerit crimen, puniatur accuſatus: & ſi nõ probauerit, puniatur accuſator de calumnia, tamen ſi ſacerdos accuſatus remanſerit infamatus. indicatur ei purgatio cum iij. v. vel vij. manu ſacerdotum, uel cum pluribus ſe expurget,

aut auditu [a] notum eſſe nō dubitamus, quòd ſæpiſſime, ſuadente antiquo hoſte, ſacerdotibus crimina diuerſa objiciantur. Sed qualiter † ex his ab his rationabilis examinatio, & ſatisfactio fiat, licet tempore bonæ memoriȩ Domini genitoris veſtri † Pipini, ſiue priſcis temporibus à ſanctis patribus, & reliquis bonæ deuotionis hominibus ſæpiſſime ventilatum fuerit; nos tamen pleniter, & ad liquidū definitum reperire minime quiuimus. Noſtris quippe temporibus id ipſum, à ſanctis epiſcopis, & reliquis ſacerdotibus, & cȩteris eccleſiaſticæ dignitatis miniſtris veſtris † in regnis, ſeu in alijs Deo degentibus, nobiſq; vna cum eis agentibus ſæpiſſimè propter multas, & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos ex diuerſis partibus venerunt, ventilatum eſt[1]. Sed qualiter conſultu Domini & patris noſtri Leonis Apoſtolici, cæterorumque Romanæ eccleſiæ epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum, ſiue orientalium, & græcorū patriarcharum, & multorum ſanctorum epiſcoporum, & ſacerdotum, nec non & noſtrorum [2] epiſcoporum, omniumque cæterorum ſacerdotum, ac leditarum auctoritate, & conſenſu, atque reliquorum fidelium, & cunctorum conſiliariorum noſtrorum conſultu definitum eſt, vos† omnes vtriuſque ordinis miniſtros ſcire volumus. Statutum eſt namque ratione, & neceſſitate, ac authoritate prædicta conſultu omnium, vt quotieſcumque cuiquam ſacerdoti crimen imponitur, ſi ipſe accuſator talis fuerit; vt recipi debeat (quia quales ad accuſationem ſacerdotum admitti debeant in canonibus [b] pleniter expreſſum eſt) ſi autem, vt dictum eſt, ille accuſator, qui canonice eſt recipiendus, eum cum legitimo numero verorum & bonorum teſtium approbare in conſpectu epiſcoporum poterit; tunc canonice dijudicetur: & ſi culpabilis inuentus fuerit, canonice damnetur. Si vero cum ſupraſcripto prætextu approbare ipſe accuſator minime poterit, & hoc canonice definiatur. Ipſe ergo ſacerdos, ſi ſuſpicioſus, aut [c] incredibilis ſuo epiſcopo, †aut reliquis ſuis conſacerdotibus, [d] ſiue bonis [e] & iuſtis de ſuo populo, vel de ſua plebe hominibus fuerit; ne in crimine, aut in prædicta ſuſpicione remaneat, cum tribus, aut quinque, vel ſeptem bonis, ac vicinis ſacerdotibus, exēplo Leonis Papæ, (qui duodecim [3] epiſcopos in ſua purgatione habuit) vel eo amplius, ſi ſuo epiſcopo viſum fuerit, aut neceſſe propter tumultum populi ineſſe proſpexerit, & cum alijs bonis & iuſtis hominibus ſe ſacramento coram populo ſuper quatuor Euangelia dato purgatum eccleſiȩ reddat. Si quis autem ſcire deſiderat, quales teſtes ad accuſationem ſacerdotum recipi debeant, & quidquid† de accuſatore faciendum ſit, pleniter in canonibus reperire poterit.

*¶ Apud collectores caput hoc ita refertur, quaſi acceptū ſit ex aliqua decretali epiſtola Leonis ad Carolum. Verum ex lib. quinto capitularium, (ubi hoc ipſum eſt caput 34.) atq; ex ipſa etiā orationis forma ſatis conſtat editum fuiſſe hoc capitulare nomine Caroli Magni, ipſo Leone tertio cōſulto, & cū conſilio multorū epiſcoporū. Quod tamen pius princeps, quia ſibi iuriſdictionē in presbyteros arrogaſſe uidebatur, libro ſeptimo capitulariū, cap. 281. emendauit, ita ſcribens,* Omnib. vobis tā præſentib. quā & futuris ſcire cupimus, quia de cōſultu ſedis Apoſto-

---

*† al. quoniam*] *qualiter.*
*† al. noſtri.*] c.
*† al. noſtris.*] c.
*† vobis omnibus.*] c.
† Concor. text. in l. ſacrilegij. ff. de ordin. & extraord. co. & in l. Cicero. ff. de pœ.
*† al. quid.*

---

get. ſi epiſcopo videbitur: quales aūt teſtes in accuſationib. recipiantur, eſt in canonibus diffinitum.

a ¶ Auditu. ] Aliquid ergo ſcitur auditu. 22. quȩſt. 5. hoc videtur.

b ¶ In canonibus. ] Inf. eo. q. 7. teſtes. & c. ipſi.

c ¶ Aut. ] Pro &. 1 Nō enim ſufficit, ꝙ ſoli epō ſit ſuſpect⁹. arg. cōtra, extra de offi. iud. or. ex parte. & 30. diſ. cap. vlt. & ſic 2 nō obſt. 6. q. 2. placuit. credo tamē ꝙ ſi eſt accuſatus, & epiſcopo eſt ſuſpectus. quod poteſt eū cogere ad purgationem, ſecus ſi nō eſt accuſatus, ſecūdum Lau. 3. per illud 6. quæſt. 2. placuit. immo inuenio ꝙ propter calumnioſam accuſationem cogitur quis ſe purgare, vt extra de accuſ. ueniens. & argu. ff. de quis eum qui in ius voc. eſt. l. penul. §. 1.

d ¶ Con ſacerdotib. ] vel etiam abbatib. extra eod. cum in iuuentute.

e ¶ Bonis. ] 11. q. 3. in cūctis hic patet quomodo intelligatur illud verbum, à plebe. ſu. ea. presbyter. q̄a erant boni & iuſti, immo non admittūtur; licet ſint boni: ſi tamē leues fuerint. Nam leues ſunt qui ex facili credūt quæ probari nō poſſunt. 11. q. 3. in cunctis. & eſt expreſſum extra eo. cum in iuuentute. aliàs ſolus, qui eſſet bonus, ſufficeret. ext. de adult. ſignificaſti. Ioan.

1 Gloſſ. eſt ſimi. in auth. ſed nouo iure. C. de epi. & cle. in l. 3. C. de obſe. pat. præſtan.
2 Illud ſic reſpicit pri. gl. non cōtra precedentia.
3 Aliàs, ſm leges.

Accuſator calumnioſus cogitur ſe purgare.

Leues qui dicuntur.

IVRA-

IVRAMENTO. Hæc eſt tertia pars queſtio, in qua quæritur ſi parentes debent ſe purgare igne, vel aqua filios non oppreſſiſſe? Reſp. quod non: & hoc probat per c.ſeq. Io. de Fant.

CASVS. In §. iſto dicitur, ꝙ vulgaris probatio induci nõ debet. Et hoc probatur per ſequens c.

CONſuluiſti. ] CASVS. Quidam paruulos filios ſuos ſecum collocabant in lecto: quibus dormientib. filij eorum inuenti ſunt mortui. Querebatur vtrum iudicio candentis ferri, vel aquæ feruentis ſe expurgare deberent filios nõ oppreſſiſſe? rñdet Stephanꝰ, & dicit, ꝙ talis examinatio non approbatur in canone, ſed monẽdi ſũt parentes, vt filios ſuos ſecum non habeant in lecto: ſed cũ occultum ſit eos filios oppreſſiſſe, puniri non debent, niſi de hoc conuincantur, vel fuerint ſponte confeſſi: & tũc puniãtur, quia ſunt homicidę, cum homicida dicatur etiam qui conceptum in vtero deleuerit per abortum.

melius dicetur facultatem non fuiſſe adeundi. ¶ Si quis ipſius quidem, à quo appellauit [a] adeundi facultatem non habuerit, *vt ß ei libellos daret.* [b], eius aūt, ad quem appellauit, habeat copiam; videndum eſt, vt † ei præſcribi poſſit, quòd eum [c] non adierit. Et hoc iure vtimur, vt ſi alterutrius audeūdi fuerit copia, præſcriptio locum habeat. In propria cauſa biduum accipitur. Propriā cauſam ab aliena quemadmodum diſcernimus? Et palam eſt eā [d] propriam eſſe cauſam, cuius emolumentum, vel damnū ad aliquem ſuo nomine pertinet, *& infra.* ¶ Si aduerſus abſentem fuerit pronunciatum, biduum, vel triduum, ex quo quis ſcit, [e] computandum eſt, non ex quo pronunciatum eſt. Quod autem dicitur abſentem poſſe prouocare, ex quo ſcit, ſi accipit † : ſi non in cauſa per procuratorem defenſus eſt. Nam ſi ille non prouocauit, difficile [f] eſt, vt hic audiatur [g]. ¶ Si quem † in inſulam deportandum [h] adnotauerit: præſes prouinciæ, & Imperatori ſcripſerit, vt deportetur; videamus, quando ſit prouocandum, vtrum cum Imperator reſcripſerit † vt deportetur, an cui ei ſcribitur. Et puto tunc eſſe appellādum, cum recipi eum præſes iubet ſententia ♂ prolata, Imperatori ſcribendū, vt deportetur. Cæterum verendū eſt ne ſero ſit vt tunc prouocetur, cum Imperator inſulam ei aſſignauerit. Comprobata enim ſentētia præſidis, tunc ſolet inſulam aſſignare. ¶ Rurſus illud verendum eſt, ſi mendacijs apud principē onerauit eum, quem deportandum laborabat, intercludi illi viam prouocandi. Quid ergo eſt? Recte dicetur humanitate ſuggerente; vt & hoc, & illo tempore non fruſtra prouocaretur: quia non aduerſus principem, ſed aduerſus [k] iudicis calliditatem prouocauit. *& infra.*

† *al. an.*

† *al. accipimus.*

† *al. quidem.* In principio eiuſdē legis primæ.

† *al. ſcripſerit.*

1 Et ff. quando app. ſit. l. 1. & ideo dicebat. Co. ꝙ app. emiſſa in abſentia iudicis bene excuſat ſi non ſit fraudulenter, hoc ipſe not. in p̄dic. ca. ſuggeſtum Arc.

2 Concor. text. in l. 1. §. libelli. & ibi Bart. ff. de appell.

a ¶ Appellauit.] Id eſt appellare voluit.

b ¶ Libellos daret] ipſe iudex ſcilicet dimiſſorios, vel intellige de libellis appellationis, quos appellans vult dare iudici.

c ¶ Quòd eum.] Facto enim ſicut voce quis appellat, ut ext. de appell. dilecti. 2.

ET PALAM. CASVS. Illa cauſa dicit propria alicuius, cuius damnū, uel emolumentum principaliter ad eum ſpectat. ſed ſi ſententia contra abſentem lata ſit nō currit ei tempus niſi à tempore ſcientiæ, niſi per procuratorem fuiſſet defenſus: quia tunc difficile audiretur.

d ¶ Palam eſt eam.] pōt enim dānū pertinere ad aliquē, & fieri non ſuo nomine. 12. q. 2. §. qui manumittit. 14. q. 2. ſuper prudentia.

e ¶ Scit.] Simile ext. de appella. ſuper eo. uer. ſi. C. quomodo & qn̄ iudex. ab eo.

Difficile dupliciter ſumitur.

f ¶ Difficile.] Id eſt, non: nam alibi ponitur hæc dictio difficile pro uix. 47. diſt. quantumlibet.

g ¶ Audiatur.] No. cum aliquis eſt abſens poſt lit. conteſt. aut abeſt ex iuſta cauſa, aut ex iniuſta. Ex iuſta tripliciter poteſt abeſſe, quia aut abeſt ex cauſa neceſſaria, & probabili, aut ex cauſa neceſſaria tantum, aut ex probabili tantum. Si abeſt ex cauſa neceſſaria, & probabili, ut ex cauſa reipubli. tunc ſi eſt legitime defenſus reſtituitur ad appellandum 3. ut ff. de in integr. reſti. l. ult. ſi uero nullo modo eſt defenſus uel fuit minus legitime, ad totam cauſam reſtituitur, ut C. ex quibus cau. maio. l. 1. & C. de proc. quia. Si abeſt ex cauſa probabili tantum ut cauſa peregrinationis uel ſtudiorum, tunc ſi eſt legitime defenſus, ad nihilum reſtituitur: & ita loquitur hæc lex. ff. ex quibus cau. maio. l. nec non. Si autem non eſt legitime defenſus, tunc ſi conſtituit procuratorem, uel potuit conſtituere, ad nihilum reſtituitur, niſi ille procurator quem reliquerat, mortuus ſit, uel forte ſoluēndo non ſit, ut ff. ex quibus cau. maio. ſed & ſi. §. 1. decre. tamen dicit indiſtincte retractandum, quod factum eſt, ſi probatur iuſta cauſa abſentiæ, ut extra de ſent. & re iudi. cum Bertoldus, nec diſtinguitur an potuerit conſtituere procuratorem, an non, uel an abfuerit, ex probabili cauſa, an non, & eſt arg. ad hoc. C. quomodo & quando iudex. l. ab eo, ibi .n. uidetur quod non ſit opus reſtitutione, ſed quòd de iure communi poſſit appellare, ſi abeſt ex cauſa neceſſaria tantum, ut cum quis ſit deportatus

Abſēti vtrū ſubueniat.

3 Sed non ad totā cauſam. & ita intelligi ff. ex qb. cau. ma. is q vbi dicit in Itegrū. aliàs eſſet contra. ff. eo. ſed, & ſi. §. vlt. Ar.

niſi ueniat iudice adhuc ſedente pro tribunali, ut ff. de in integ. reſti. diuus, ſed ſi eſt abſens ante lit. conteſta. tunc vel excommunicatur, vel ſit miſſio in poſſ. vt diſtinguitur extra ut lit. non conteſt. tuæ, & cap. quoniam frequenter.

SI QVEM IN INSVLAM. CASVS. Si præſes iuſſit aliquem deportandum reſcripſit Imperatori, & Imperator reſcripſit vt deportetur, quæritur quando appellandum ſit: & certe dicitur, quod vtroque tempore appellandum eſt, ſcilicet cum præſes præcipit eum recipi inter condemnatos, & reſcribit Imperatori, nec appellat aduerſus principem, ſed aduerſas calliditatem iudicis: quia forte eum mendacijs apud principem onerauit, ſed ſi cum Imperatori ſcriberetur, oſtenſum fuit exemplum literarum litiganti: ſi tunc non appellauit, conſenſiſſe videtur nec poſtea auditur appellans.

h ¶ Deportandum. Præſes enim deportare non poteſt, vt ff. de lega. 3. l. 1. §. deportatur. Sed relegare poteſt. ff. de inim. nup. teſt. l. ſi quis. §. eius qui. & §. ſequ. & ff. de interdict. & releg. l. relegatorum.

i ¶ Adnotauerit.] Id eſt, iudicauerit Arg. ꝙ metropolitanus poteſt cognoſcere de cauſa criminali epiſcopi, & talem ferre ſententiam, iudico te eſſe deponendum, ſicut hic præſes iudicat deportandum.

K ¶ Aduerſus.] Ergo qui appellat à grauamine, iuſte appellat, licet remota ſit appellatio in reſcripto; quia non aduer-

Metropolitanus de cā criminali epiſcopi cognoſcere p̄t.

Appellans à grauamine iuſte appellat.

aduerſus literas principis, ſed aduerſus malitiam iudicis appellat. ſic extra de offi.iud.deleg.cap. ſane in fi.ff. de cuſt.reo.l.diuus.C.de rela.l.2.

ILLVD QVOQVE. Hæc eſt vltima lex iſtius tit.

a ¶ Imperatori.] Conſulendo ipſum, vel referendo.H. & tunc

CASVS. Dr hic, ꝙ pōt appellare is ad quem negocium pertinet, vel verus eius procurator, vel negociorū geſt. Similiter mater pro filio poteſt appellare, nec tunc intercedere videtur, licet ab initio eū defendere non poſſit.

c ¶ Intereſt.] Sic extra de off.deleg. ſuper eo. ff.de inoff. teſta.ſi ſuſpecta.immo etiam ſi non intereſt, dūmodo qualecunq; timetur pręiudicium fieri, vt ff. eo. à ſnīa. in pri. & ext.de ſent.& re iudi.cum ſuper.

l.vlt.co.tit.

¶Illud quoque videamus, ſi cum Imperatori [a] ſcriberetur, exemplum literarum litigatori editum ſit, neque is appellauerit, & poſtea contra eū reſcriptum ſit, an appellare à literis pridem ſibi editis poſſit? ε quia, qui tunc [b] appellauit vera eſſe, quæ ſcripta ſunt, cōſenſiſſe videtur: nec eſt audiendus, ſi dicat euentum ſacri reſcripti ſe ſuſtinuiſſe.

α ¶Vt cum quis.] *Hinc vſque ad ver.* non admittitur, *nō ſunt in Pandectis: ſed quia ſuperius in eadem lege ſententia ipſorum exprimitur, non ſunt expuncta, ſed deſcripta alijs characteribus.*

β ¶Vt ei libellos daret.] *Verba hæc non ſunt in Pandectis ſed ob gloſſa ſunt inducta.*

γ ¶Imperatori ſcripſerit.] *Sic eſt emendatum ex pandectis. Antea legebatur,* Imperator reſcripſerit.

δ ¶Sententia prolata.] *Hic vſque ad verſ.* Cæterum *ſunt addita ex Pandectis.*

ε ¶Poſſit.] *In vulgatis codicibus ſequebatur,* certe non poteſt: *quæ neque in vetuſtis, neque in pandectis habetur.*

*Item Vlpianus lib.49.in tit.de recipiendis appellationibus, vel non l.1.*

## Cap. XXX.

5 NOn ſolent audiri appellantes, niſi hi quorum intereſt [c], vel quibus mandatum eſt, vel qui negociū alienum gerūt, quod mox [d] ratum [e] habetur. Sed etſi mater α cum filij rem ſententia verſam animaduerteret, prouocauerit [f], pietati dans, dicendum eſt & hanc audiri debere, & ſi litem [g] præparandā curare maluerit, intercedere non videtur, licet ab initio [h] defendere non poteſt.

lege 2.ibidem.

¶ *Scæuola libro quarto regularū.* Ante ſententiam appellari poteſt, ſi quæſtionem [i] in ciuili negocio habendā iudex interlocutus ſit vel in criminali, ſi cōtra leges [k] hoc faciat. ¶ *Macer lib.primo de appellationibus l.quarta,*

d ¶ Mox.] ideſt, intra decem dies, quia ratum debeo habere quòd meo nomine factū eſt cum adhuc agere poſſim.ff.rem rat. habe. l.pen. Vel dic mox, ideſt, modico tpis ſpatio, qđ magis intellectu ꝗ locutione exprimi pōt, vt ff.de ſol.ratum. ff.rem rat.habe.quo enim.

e ¶ Ratum.] Sed nōne ſi aliquis appellat ꝓ altero, ille cogitē habere ratā appellationē cū negocium eius vtiliter ſit geſtum vt ff.de neg. geſt.Pomponius? Argu. contra quod tantū in criminibus appellatur inuito condemnato, vt ff. de app.non tantum.

Appellationem pro me factam an teneat ratificare.

f ¶ Prouocauerit.] Pro filio condēnato vel pro conſanguineo etiam poſſunt appellare aliqui, vt ext.de reg.iur. cū in contemplatione in parte deciſa melius de reg.cum ſimus in parte deciſa.

Appellat cō iunctus pro coniuncto.

g ¶ Litem.] Appellationis: quia ſi ab initio defenderet, oporteret eam ſatiſdare: quia in aliena re nemo idoneus eſt defenſor ſine ſatiſdatione. ff.de procur. qui proprio. ſed hoc eſt utile officiū. C.de proc.alienā.

& tunc litigatoribus edi debet conſultatio, vt C.de relat.l.2.extra de app.intimaſti.

b ¶ Qui tunc.] Hic manifeſtè vr, ꝙ ſi quis non appellat a ſuſpecto iudice cum recipit literas iudicis, vel ſi quis non proteſtatur cauſa ſuſpicionis vel appellationis, ꝙ poſtea nō poſſit appellare vel recuſare, vt argum.ext.de ſent.& re iud.quod ad conſultationem.& extra de offi. deleg. gratum. ſed cōtra peritis indicijs à iudice poteſt ipſum recuſare etiam allegata cauſa abſentiæ coram eo, vt extra vt lit. non conteſt.accedens immo & poſt præſtitam cautionem ſtandi iuri poteſt appellare, vt extra de eo qui mit.in poſſ.cum veniſſet. & 3.q.3.§. offeratur & non uidetur conſenſiſſe in iudicem, qui poſtulat ſibi edi genus actionis. ff.de iudic.non uī.& poſt receptas literas iudicis, quas remittit Papæ, poſſem iudicem recuſare, ut extra de off.deleg.cum olim 2.item argum. extra de reſt.ſpol.ex conqueſtione. Dic ꝙ ſemper poteſt à grauamine appellari, ut ext.de appell.ut debitus.

Appellare aut iudicem recuſare nō ſemꝑ licet.

NOn ſolent.] Hæc eſt quinta pars quæſtionis, in qua ponit ſex caſus diuerſos.Io.de Fant.

h ¶ Ab initio.] Pro filio non poteſt mater agere, uel ipſum defendere, quia hoc eſt uirile officium. C.de proc. alienam, poteſt tamen poſtulare pro parentibus ualetudine detentis ff.de procur.fœminas. ſed aliena negocia poteſt mulier gerere extra iudicium. ff.de neg.geſt.l.3. §.1.Si tamen uis recipere mulierem intercedentem pro aliquo, facias eam renunciare auxilio Velleiani, ut C. quando mulier iu.offi.fungi.l.ult.

Mater pro filio agere non poteſt.

Cautela ad obligandas mulieres.

ANTE SENTENTIAM. Hic ponit tres caſus, in duobus appellatio conceditur. qui ſatis ſunt faciles, & in tertio prohibetur.

i ¶ Si quæſtionem.] In criminibus tantum fit quæſtio, ut 5.q.5.illi. ff.de quæſt.l.1.in princ. ſed in pecuniarijs cauſis non facile, niſi cum aliter ueritas non poteſt ſiquere. ff.de quæſt. Diuus pius. liberi etiam torquentur ſi facto interfuerint, ff.eo.unius.§.teſtes.aliàs nō.C.de q.decuriones.

Qō in quib. cauſis fit.

k ¶ Si contra leges.] ideſt, ſi vult torquere aliquem nulla

nulla præſumptione præcedente: quod non licet, vt extra de reg. iur. cum in contemplatione.

a ¶ Eius qui.] Hoc intelligunt omnes cum nuncium miſit. Sed aliud eſt ſi per ſe in propria perſona & ante citationem iter arripuit, vt extra de appel. meminimus. & c. ſuggeſtũ. Sed cõtra hãc diſtinctionẽ eſt arg. ext. de offic. dele. cum cauſa. vbi differtur cã propter miſſionem nũcij. & eſt hodie expreſſum in dec. de appell. ad hoc. ſic nõ obſtat eo. tit. vt debit⁹ honor. illud. n. intelligit qñ hoc tantum dicit & non probat & ibi dicitur qđ primo conuenit qui primo literas dedit iudici. hodie ſtatur decret. vt debitus.

appellationẽ eſſe iuſtã, vt extra de app. cum in eccleſia. Cũ ergo appellationi qñq; non deferat, patet ꝙ differt à nunciatione noui operis, quia poſt illam, ſiue ipſa ſit iuſta ſiue iniuſta, nihil eſt innouandũ. vt extra de noui operis nunc. c. cum ex iniuncto. iudex ergo a quo appellatur,

Appellatio & nũciatio noui operis differunt.

Eius, qui [a] ideo cauſam agere fruſtratur, quòd dicit ſe libellum principi dediſſe, & ſacrum reſcriptum expectare, audiri deſiderium prohibetur: & ſi ob eam cauſam prouocauerit; appellatio eius recipi ſacris conſtitutionibus vetatur.

α ¶Mater.] *Ante breuius legebatur*, ſed & ſi mater ex pietate prouocauerit, dicendũ, &c. *Multa uero alia in hoc, & ſequenti capitulo ex ipſis pandectis ſunt emendata.*

*Item Martinus lib. 2. de appellationibus, tit. de libellis dimiſſorijs, l. vnica.* lib. 49. digeſt. tit. 7.

¶De dimiſſorijs libellis. Cap. XXXI.

POſt appellationem [b] interpoſitam literæ dandæ ſunt ab eo, à quo appellatũ eſt ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, ſiue principem, ſiue quem alium: quas literas dimiſſorias, ſiue apoſtolos appellant. Senſus autẽ literarum talis eſt; appellaſſe, puta, Lucium Titium a ſententia illius, quæ inter illos dicta eſt. Sufficit autem petijſſe intra tempus [c] dimiſſorias inſtanter [d], & ſæpius: vt & ſi non accipiat, id ipſum conteſtetur. Nam inſtantiam repetentis † dimiſſorias, cõſtitutiones deſiderant. Aequũ eſt igitur, ſi per eũ ſteterit [e], qui debeat dare literas, quominus det; ne hoc accipienti † noceat. ¶ *Vlpianus libro quarto de appellationibus, titulo nihil innouari appellatione interpoſita lege vnica.* Appellatione [f] interpoſita [g], ſiue ea recepta fuerit, ſiue non medio [h] tempore nihil [i] nouari oportet. *& infra.* ¶Si quis [k] ex pluribus facinoribus condemnatus, propter quædã [l] appellauit, propter quędam non, vtrum differenda pęna eius ſit, an nõ, quę-

† al. petentis.

Cod. li. 49. tit. 7.

† Adde ꝙ accipiẽti exponitur. hic. i. accipere uolenti ſimi. in l. fi. ff. de min. & in l. ſi creditores ff. de pact.

POſt appellationẽ.] CASVS. Dicitur, ꝙ iudex à quo appellat dẽt dare literas dimiſſorias appellãti ad eũ ad quẽ appellauit, cõtinentes qualiter appellauit. & ſi appellãs inſtanter petat, licet iudex ei non dederit, non nocebit ei.

b ¶ Poſt appellationẽ] Similiter ſi appellationẽ non recipit, dabit literas appellãti, vt eas det ſuperiori, in quibus ſignificabit, ei quare appellationem non recipit, vt ff. de appel. reci. vel nõ, ſciẽdum.

Apoſtoles non petens intra tp̃s 30. dierũ, vr̃ renunciare appellationi.

c ¶ Tẽpus.] xxx. dierum, vt inf. ea. §. vlt. in fi. & ſi intra id tempus non petierit, vr̃ renunciare appellationi, vt ſ. ea. ab eo. §. iſta. & C. eo. quoniã. nec iudex ad quem appellauit, eum audiet: iudex tamen etiã nõ petenti tenetur offerre apoſtolos, vt C. eo. eos. in fi.

d ¶ Inſtanter.] Supra 100. diſt. priſca.

e ¶ Per eum ſteterit.] Ergo ſi per ipſum ſtet, hoc ei nocebit, vt iudex ſuperior ipſum nõ audiat ſine apoſtolis; hoc autem hodie in paucis locis ſeruatur tamen Innoc. iiij. hoc idem ſtatuit.

Sequeſtratio fit in aliquib. caſib.

f ¶ Appellatione.] Planus eſt iſte caſus, nec eget expõne.

g ¶ Interpoſita.] Ita quod teneat.

h ¶ Medio.] Dum tamen ſit recipienda.

i ¶ Nihil.] Niſi cum appellatur ab executione, tunc ſiue ſit mobilis res, ſiue immobilis, fructus ſequeſtrantur 1. C. quorum app. non re. ab executore. Item in alio caſu cum dilapidat fructus. ff. eod. Imperatores. extra de ſequeſtra. poſ. ca. vlt. & cum appellans eſt in notorio crimine, extra eo. cum ſit Romana. vel eſt inuaſor eccleſiæ. inf. ea. §. ſunt etiã. Item ſi hæres conuictus delegato, vel fideicommiſſo p̃ſtando appellat; tunc non deferetur appellationi, cauebit tñ de eo reſtituendo. ff. ut legatorum, uel fideicõ. nomine caueatur. l. poſtquam. §. 1. ita ẽt eſt in ſupplicatione. C. de precib. Imper. offert. authen. quę ſupplicatio. Item põt nouas probationes inducere poſt publicationem teſtium, quas prius nõ poterat habere. C. de tempo. app. per hanc extra de fide inſtrumen. cum Ioannes. Item de reo fit actor, & tenetur probare victus

1 Sub. & res de qua agiẽ ſi ſit mobilis amouetẽ a poſſeſſore ſm Inn. qui ita not. ext. de app. nouit.

latur, ſi non recipit, ſuperiori mandabit opinionem ſuã & cauſam, quare non recipit appellationem, vt ff. de appel re. ſciendum. Ioan.

SI QVIS EX PLVRIBVS. CASVS. Si quis de pluribus criminibus fuerit condemnatus, ſi propter grauiora appellauerit, non eſt mandanda ſententia tunc executioni: ſi propter leuiora eſt mandanda executioni.

K ¶ Si quis.] Hanc legem intelligunt quidam, qñ crimina ſunt conneẋa, vt ff. de mi. etiã ſi. ſed hoc falſum eſt, quia non poteſt quis ſimul accuſari de criminibus pluribus deſcendentibus ex eodem facto. C. de accu. qui de crimine. Verũ eſt ab vno, ſecus ſi a diuerſis. itẽ ſi ex diuerſis factis, poſſet ẽt ab vno 7. q. 8. §. libellorum. ſed intellige qñ minor pœna præiudicat maiori. Vel dic ꝙ ſi maior pęna includit in ſe minorẽ, vt depoſiti priuationẽ officij, defertur etiam pœna in minori. nam ſatis eſt ſi punitur in maiori pęna arg. ad hoc 23. q. 5. relegẽt es.

Accuſari qs nõ põt ſimiliter de plurib. criminibus.

l ¶ Quædam.] Sententia ergo pro parte tenet, pro parte non, vt ff. de mino. etiam ſi. §. ex cauſa. C. de tranſact. ſi ex falſis. extra de præb. dilectus. extra de teſta. Raynutius. & c. Raynaldus. ſed ſnia arbitri non põt pro parte tenere, & pro parte non. ff. de arb. diem quidam habent qualem pro lege. §. ſed. & ſi licet. contrarium inueniatur extra de arbi. cum tempore. Hoc tamen ſcias, ꝙ rerum pluralitas non facit plures ſententias, licet ſecus ſit qñque in ſtipulationibus. ff. de verborum oblig. quod dicitur. & l. ſcire. & ff. familiæ erciſc. in hoc iudicio. ff. ad e. hi.

ad exhi.Celſus.§.item Celſus,Ioan. Probabiliter poteſt dici, ꝙ tot ſunt ſententiæ, quot ſunt articuli expreſſi. arg.ff.de verb.oblig.ſcire.C.
a ¶ Grauiora.] Quid ſi ſunt æqualia? idem credo. Et ſic patet hic, ꝙ magis dignum trahit ad ſe minus dignum. ſimi.

e ¶ Si aũt vnus.] Si plures condẽnati ſunt, & volunt appellare, libellus appellationis omnium nomina cõtinebit: ſed ſi unus eſt ex pluribus condemnatus, ſi vnũ in libello nõ expreſſit, illi nõ nocebit, ut.ff.e.ſcio q̃ſitum.
d ¶ Syndici.] Poſſunt ergo eſſe duo ſyndici, vel procuratores, ut hic, & extra de teſt.inſup. & extra de do. & cõt. cum dilecti. & extra de ſent. & re.iud.cũ I.& A. melior tamẽ erit cõditio occupãtis, vt ff.de ꝓcu.plurib.1.arg. tamen cõtra.ff.de admin.tut. decreto.in fi. & ff.d̃ procura.ſi quis cum Tu dicas, ꝙ bene poſſunt eſſe plures procuratores, ſed tantũ vnus aget cãm, quia ſi ambo agerent, forte quod vnus concederet, alter negaret, imò, & ſi plures ſũt qui agũt, omnes debent cõſtituere vnũ procuratorem, ne cã ſpargatur in plures aduerſarios. vt ff.familię erc.ſi familię. ff.de ædil.edic.quod ſi nolit. §. ſi plures. Melius potes diſtinguere, quia ſi plures ſunt rei, qui conueniũtur, omnes tenẽtur dare vnum procuratorem, ne cauſa ſpargatur in plures aduerſarios ſͩ ſi plures ſunt illi, qui conueniunt aliquẽ, non habet neceſſe dare vnum procuratorẽ. ſic diſtinguit lex ff. iud.ſol. iam tamen, §.vlt.Io. H.tamẽ dixit, ꝙ plures ꝓcuratores poſſũt ſimul agere, ſicut notauit ĩ diſtinctionib.ſuis.B.
e ¶ In ſcriptis.] Si coram iudice appellat ſufficit ſi dicat, appello.ff.eo.l.2.ſed ſi appellat ſine iudice, tunc ſcribet q̃s, & a quo, & ꝯ quẽ appellet, & a qua ſnia, ff.eo.l.1.in fi. Idem videt ſi a grauamine appellat. immo ſufficit ſi dicat, appello. extra c.cordi.

Appellatio plurimum.

Procuratores poſſũt eſſe plures.

ritur. Et ſi quidẽ grauiora [a] ſunt crimina, ob quę appellatio interpoſita eſt, leuius autem, id propter quod non appellauit; recipienda eſt omnino appellatio, & differenda pœna. Si vero grauiorẽ ſentẽtiã meruit ex ea ſpecie, ex qua nõ eſt appellatũ: omnimodo pęna imponẽda eſt.

*Forma apoſtolorum hæc eſt. Ego ille ſanctæ Bononiẽſis eccleſiæ epiſcopus te presbyterum Rolandum capellanum ſancti Apollinaris ad Apoſtolicã ſedẽ quam appellaſti; ab obſeruatione mei iudicij his apoſtolis dimitto. Forma vero appellantis ante ſententiam hæc eſt. Ego Adelinus ſanctæ Rheginæ eccleſiæ miniſter (licet indignus) ſentiens me prægrauari a Domino Gualterio ſanctæ Rauennatis eccleſiæ archiepiſcopo, Romanam ſedem appello, & apoſtolos peto. ¶ Si vero poſt datam ſententiã appellare voluerit; hic erit ei modus appellandi. Ego A. ſanctæ Rheginæ eccleſiæ miniſter (licet indignus) contra ſententiam Domini G.S.Rau.eccleſiæ archiepiſcopi iniuſte in me latam pridie Kal. Maij, Anno Domini incarnationis Mcxli.α [b] indictione quarta, Romanam ſedem appello, & apoſtolos peto. ¶ Si autem vnus [c], vel duo pro pluribus appellare uoluerint: ſic appellabunt. Ego P.& G. ſyndici [d] canonicorum S.R.E. ſentiẽtes nos pregrauari, vel contra ſententiam, &c. Romanam ſedem appellamus, & apoſtolos poſtulamus. Et huiuſcemodi appellationes in ſcriptis [e] fieri debent.*

1 Extra de ꝓcur. nõ iniuſtè. vbi de hoc, & ibi notat Goff. ꝙ ille dr̃ occupare q̃ prius ad litis conteſtationem peruenit, ff. de lega. 1. ſi plurib. Arc.

α ¶ M c x l i.] *In vulgaris erat. M c l x i. qui numerus, vt recte in gloſſa dicitur, cõſtare non poteſt. Quod hinc etiã confirmatur; quia quarta indictio, de qua hic eſt mentio, nõ cõuenit cũ anno illo. In manuſcriptis autem cũ varia ſit lectio, hæc viſa eſt melior, q̃ notarũ tantũ tranſpoſitione reſtitui potuit, & quarta indictio cũ hoc anno cõcurrit.*

*Ad iudicium autem alterius fidei, catholico appellare non licet.*

*Vnde in concilio Carthaginenſi quarto, c.87.*

¶ Excommunicetur catholicus: qui cõm itti t cauſam ſuã iudicio alterius fidei. Cap. XXXII.

Appellans abſente iudice, quid dẽt facere.

CAtholicus, qui cauſam ſuam ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam ad iudicium alterius fidei iudicis [f] prouocat, excommunicetur [g].

6 *Notandum vero eſt, quòd quidam iudices ſunt, a quibus appellari non oportet.*

Et in Afric.c.89.

*Vnde in concilio Mileuitano, c.24. legitur.*

ſimi.extra de conſ.eccle.vel alt.quod in dubijs.
FORMA. CASVS. Ponit hic magiſter qualiter formari debeãt libelli appellationum, dicens: Ego N. ſanctæ Bononien.&c. Poſtea dicit, quòd huiuſmodi libelli fieri debent in ſcriptis.
b ¶ Mxli.] Dicit Hugo, ꝙ hic eſt falſa litera, quia non ſũt tot anni, ꝙ liber iſte compoſitus fuit: fuit enim editus docente Iacobo Bononienſi in legibus, & Alexandro in Theologia. qui fuit poſtea Papa Alex. tertius, & fuit anno domini Mcl. vt ex chronicis patet.

Decretum fuit editum anno Mcl.

CAtholicus.] CASVS. Dicitur, ꝙ ſi catholicus condẽnatus ad iudicem alterius fidei appellauerit, debet excommunicari.
f ¶ Fidei iudicis.] infidelibus enim ſunt interdicta officia publica. C.de Iude.l.ult.17.q.4.conſtituit.
g ¶ Excommunicetur.] Niſi ſit ſub rege infideli, vt Paulus, qui appellauit ad Cæſarem. 23.q.1.paratus, 10.d.ſi in auditorium 11.q.3.Iulianus.
NOTANDVM. Hæc eſt ſexta pars quæſtionis, in qua probat, ꝙ ab arbitris nõ eſt appellandũ, & licet verum.

rū dicat, tñ ſuperficialiter inducit canones, quia loquūtur in iudicibus ordinarijs electis a patribus ex cauſa, excepto c. ſeq. qđ intelligitur in arbitro, ſm Io. de Fan. CASVS. Modo dicit Gratianus a quibus appellari non licet. Et hoc ꝓbat per ſequens c. cuius caſus facilis eſt, & intelligi: de arbitris, ut dicit ſequēs §.

d ¶ Ordinarij.] Secundum canones credo, ꝙ & ordinarius, & delegatus poſſit eſſe arbiter. Quòd poſſit ordinarius eſt extra de arb. cum tēpore, & extra de elect. cauſam. Quòd eſt delegatus, extra de præſump. literas. extra de arbit. cum olim. extra de præben. niſi. Et licet nō poſſit

Ordinarius, & delegatus poſſunt eſſe arbitri.

## ¶ A quibus iudicibus prouocari non licet. Cap. XXXIII.

In epiſt. Nic. 1. Iuo p. 6. c. 395. Pann. l. 4. c. 132.

A Iudicibus [a], quos communis conſenſus [b] elegerit, non liceat prouocare.

*Quòd arbitris intelligendum eſt. Iudicum enim alij ſunt ordinarij, alij arbitrarij. Ordinarij vero ſunt, qui ab Apoſtolico, vt eccleſiaſtici, vel ab Imperatore, vt pote ſæculares, legitimam poteſtatem accipiunt. Arbitrarij ſunt, qui nullam poteſtatem* [c] *habentes, cum conſenſu litigantiū in iudices eliguntur, in quos compromittitur, ut eorum ſententia ſtetur. Horum alij ſunt ordinarij, & arbitrarij, alij arbitrarij tantum. Ordinarij* [d] *& arbitrarij ſunt, qui legitimam poteſtatem habentes, ab eis eligūtur ad arbitrādū, q̄ nō ſunt ſuæ ditioni ſuppoſiti. Ab his, et ſi ut arbitrarij † ſedeat, & non vt ordinarij, priuilegio tñ ordinariæ dignitatis grauatꝰ aliq̄s appellare ualebit* [e].

† al. arbitri.

& Afric. 89.

*Vnde in concilio Carthaginenſi 3. c. 10.*

## ¶ A iudicibus, qui eliguntur communi conſenſu, prouocare licet. Cap. XXXIV.

Iuo p. 6. c. 361. Anſ. l. 3. c. 123.

SAne, ſi ex cōſenſu partium iudices electi fuerint, etiā a pauciore numero, quàm conſtitutum eſt, liceat, α [f] prouocari.

α ¶ Liceat. *Hūc canonē citat Gratianus (qđ ipſemet apte ꝓfitetur) ut oſtēdat ab hmōi iudicib. licere appellari Verū in cōcilio Carthaginēſi tā impreſſo, q̄ manu ſcripto cū varijs exēplaribus collato, & unico codicis canonū ēt impreſſo, ac manuſcripto, & Græco, quod ipſo cōcordat, & Africano vbi hoc repetitur, & apud Iuonē legitur,* nō licet. *Et q̄ ipſo canone antecedūt, & referuntur inf. ead. c.* hoc etiam. *oſtendunt omnino cū negatione legendū eſſe.*

*Item ex concilio Mileuitano, c. 22.*

& Afric. c. 92.

## ¶ Qui de epiſcoporum iudicijs queruntur a vicinis epiſcopis audiantur, vel ab alijs ex conſenſu eorum adhibitis. Cap. XXXV.

17. q. presbyteri.

PLacuit, vt presbyteri, diaconi, vel cæteri inferiores

a A Iudicibus. Si conſenſiſti in iudicē aliquem, propter iniquitatē perſonę nō potes appellare, ut hic, & ex. de off. deleg. ſuper quęſtionum, ſed ab iniqua ſententia potes appellare, quia licet reprobare dicta, ſed nō perſonam, ut 4. q. 3. ſi quis teſtib. vnde appellatur ſi vocauerit litigatores ad inhoneſtū locū, ff. đ arb. ſi cū dies. §. ſi arbiter. vel ad periculoſum locū. extra đ app. ex parte 1. Dicas ergo, ꝙ niſi remota ſit appellatio, bene appellatur a iudicibus de cōmuni conſenſu electi. niſi ſint electi, ut arbitri vt ff. de app. ex conſenſu, uel ēt ſi ſunt arbitri tales, qui electi ſunt ex neceſſitate quia a talib. appellatur, vt C. de iud. l. vlt. Itē ſcias, ꝙ duo ſunt genera arbitrorū, quidā ſunt arbitratores, qui componūt inter partes, & taliū arbitriū ſi eſt iniquum, eſt reducēdum ad arbitriū boni viri, ut ff. pro ſocio. ſi ſocietatē. Sđ arbitrium illorū, q eliguntur ſub pęna, licet ſit iniquum tñ tenet. ff. eo. dič §. ſtari, ſed a ſuperiori ꝑt retractari, vt ext. de arbit. non ſine Itē ſi per dolum ſententiam tulerunt, licet non retractetur ꝑ appellationem, tamen per exceptionem retractatur, ff. eo. tit. non diſtinguemus, §. cum quidam.

Appellare a iudice cōiter electo an licitum ſit.

Arbitrorum duo ſunt genera.

b ¶ Communis cōſenſus. Secus in cauſa criminali, ubi conſenſus rei ſufficit. 11. q. 1. c. 5.

QVOD DE ARBITRIS. CASVS. Not. ꝙ iudicium alij ſunt ordinarij, vt pote dati a Principe, vel a lege. Alij arbitrarij, in quos cōpromittitur, nullam tamē habent poteſtatem. ſed iſtorum arbitrorum alij ſunt ordinarij, & arbitrarij, ut pote qui legitimam poteſtatē habentes, ad arbitrādum eliguntur. Alij arbitrarij, tantū. Ab his qui ſunt ordinarij, & arbitrij appellari licet ratione ordinarię poteſtatis, & iuriſdictionis. Et ad hoc Inducit cap. ſeq.

c ¶ Poteſtatē.] Eius rei de qua eſt ordinarius iudex, ꝑt amicabiliter componere, vt 23. q. 8. ſi quis membrorum in Auth. coll. 9. vt dif. iud. §. ſi uero. 5. q. 2. ſi primates, ſedi non poteſt in ſe recipere arbitrium ſecundum vnam lecturam, ut 3. q. 7. §. tria. circa fi. Io.

poſſit appellari a ſententia arbitri; ſupplicari tamen poteſt 1. extra de arb. non ſine.

e ¶ Valebit.] Hoc falſum eſt, quia a cōpromiſſario nūquam appellatur, ſiue alias ſit iudex, ſiue non C. de arb. l. 1. & niſi 2 exprimatur, ꝙ eligitur ut arbiter, tenebit eius ſententia, ut iudicis, C. de iuriſd. omnium iud. l. 1. & appellatur, ut ff. qui ſatiſd. cogan. l. arbitrio. Io.

SAne.] CASVS. Tres iudices erant electi a partib. duo illorum tertio abſente pronunciant, & forte cōtra dicente, dicitur, quod ab illis duobus appellari poteſt. Vel pone quod duo pronunciabant de mādato tertij. & caſus eſt quaſi idem.

f ¶ Liceat.] Licet ſit remota appellatio: tamen quia tertius deeſt, qui poſſet alios reuocare, pōt appellari 3 extra de eo qui mit. in poſſeſſio cum ſicut, in parte deciſa. Vel intellige qñ vnus delegauit alijs vices ſuas. Tūc. n. appellatur. extra de offi. deleg. ati ſuper quæſtionum.

PLacuit.] CASVS. Quidā clerici conuenti coram epiſcopis ſuis, iuſta de cauſa recuſabāt eos. Dicitur, ꝙ vicini

1 Idē Specu. in tit. đ arb. §. 1. ver. arbitrator. & no. Bal. & Sal. in l. 1. C. de arb. & ff. de leg. 2. l. cum quidam. la. ſecūda. & ibi per Im. & Bal. in l. ſi ſeruꝰ plurium. §. fi. de leg. 1. & Pe. de Anch. in cle. ſæpè. de ver. ſign. per Pau. de Caſt. in l. nam & poſtea. §. ſi mino. de iureiur.

2 Sub. imò bene dicit Gra. q a niſi, &c. ſm L.

3 Sub. maximè cum appellatio ſit tpe peritura non dēt expectare cū iudicē. arg. ff. de adminiſt. tuto. tutor q §. 1. ſm L.

vicini epiſcopi electi a partibus de conſenſu ſuorum epiſcoporum cognoſcant de cauſa, à quibus non appellatur, niſi ad Africana concilia, vel primates. ſi ad concilia tranſmarina appellauerint, excommunicentur. ſed dicit Gratianus, hoc verum eſt, niſi ad ſedē Apoſtolicā appel-

c ¶Conſenſu.] Maximè Vel ideo dicit, quia ſine licentia eius non poteſt clericus renunciare foro. extra de foro compet. ſi diligenti. ſed de licentia epiſcopi poteſt adire iudicem eccleſiaſticum, vt extra de foro compet. ſignificaſti. vel ideo dicit ex conſenſu, quia epiſcopus delegabit ei cauſam: tamen ille non cogitur eam recipere: q̃a par in parem nō habet poteſtatem vel imperium. & eſt ſimile 6 q. 4. ſi quis epiſcopus.

clerici in cauſis, quas habuerint ſi de iudicijs epiſcoporũ ſuorũ queſti fuerint,[a] vicini[b] epiſcopi eos audiant, & inter eos quidquid eſt, finiant, adhibiti ab eis ex conſenſu[c] epiſcoporum ſuorũ. Quòd ſi & ab eis prouocãdum putauerint, non prouocent, niſi ad Africana concilia[d], vel ad primates prouinciarum ſuarum. Ad tranſmarina autem qui putauerit appellandum, a nullo intra Africã in communione ſuſcipiatur.

*Niſi fortè α Romanam ſedem appellauerint. Is autē qui appellauerit, ad eum, a quo appellauit, remitti non debet.*

*Vnde in Sardicenſi concilio, c. 7.*

α ¶Niſi fortè.] *Hæc in antiquis codicibus ſcribuntur tã quam Gratiani verba. Et ad hãc ſententiam demonſtrãdam affert ſequens caput ex concilio Sardicenſi.*

¶De eodem. Cap. XXXVI.

Nicol. in epiſt. ad Michaelem quæ incipit ] Propoſueramus ]& ĩ epi. ad epiſcopos apud Conuicinum cõgregatos. Iuo p. 5. c. 27. Conc. Afric. c. 101.

SI quis eps accuſatus fuerit, & omnes iudicauerint cõgregati epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo eum deiecerint; ſi appellauerit qui deiectus fuerit, & cõfugerit ad beatiſſimum Romanæ eccleſiæ epiſcopũ, & voluerit ſe audiri α, ſi iuſtum putauerit, vt reuocetur β[e], vel renouetur examen, ſcribere epiſcopis dignetur his, qui in finitima,[f] & propinqua[g] prouincia ſunt, vt ipſi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd ſi is, qui rogat γ cauſam ſuam iterũ audiri, deprecatione ſua mouerit epiſcopum Romanum, vt de latere ſuo presbyteros mittat, erit in poteſtate eius, & quid velit, & quid æſtimet. Et ſi decreuerit mittendos eſſe, qui præſentes cum epiſcopis iudicent, vt etiam habeant auctoritatem[h] perſonæ illius, à quo deſtinati ſunt; erit in eius arbitrio. Si vero crediderit ſufficere epiſcopos δ, vt negocio terminum imponant, faciat quod ſapientiſſimo conſilio ſuo iudicauerit.

α ¶Se audiri.] *Græce eſt,* καὶ βουληθείη αὐτοῦ διακοῦσαι; *ideſt* ſi Romanus epiſcopus voluerit ipſum audire.

β ¶Reuocetur, vel. *Hæc abſunt ab concilio tã impreſſo, quam manuſcripto cum varijs exemplaribus collato, & legitur tantũ modo,* renouetur *quemadmodum Græce eſt,* ἀνανεώσασθαι, *& ſic refertur a Nicolao: & Iuone: ſed ob gloſſam non ſunt inducta.*

γ ¶Quod ſi is, qui rogat.] *Græce eſt,* εἰ δέ τις ἀξιῶν καὶ πάλιν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἀκουσθῆναι, *ideſt.* Si quis autē poſtulet, & rurſus negocium ſuum audiri, *vt ſit ſecunda appellatio, quæ etiam ſignificatur in capite.* Gaudentius. *quod apud Græcos proxime antecedit huic capiti.*

δ ¶Epiſcopos.] *Sequebatur in codicib. Gratiani, ẽt ĩ ma-*

d ¶Concilia.] Caſus vbi non appellat ad delegantē, hoc ideo fit, quia eſt ſuſpect⁹ & eſt ſimile ſup. eo. anteriorum in fine.

Suffraganei qñque ſupplēt defectũ archiepiſcopi.

HIS AVTEM. CASVS. Dicit Gratia. ꝙ appellator non debet remitti ad eum à quo appellauit. Et hoc probat ſeq. cap.

SI q̃s epiſcopus.] CASVS. Aliquis epiſcous damnatus fuit ab epis ſuę prouinciæ: appellatum fuit ab eis ad Romanũ põtificē. Et certè dicitur hic, ꝙ ſi Papa receperit appellationē ſuã, & ęquam reputauerit, vt cauſa reuocetur vel renouetur, cõmittat cauſã epiſcopis vicinæ prouinciæ, q̃ cognoſcant de cauſa cum aliquo legato Domini Papæ, ſi ei placuerit aliquem deſtinare: alioquin ſoli epiſcopi procedent in cauſa.

e ¶Vt reuocetur.] Alia eſt ergo cã appellationis quã prĩcipalis, ut 6. quæſt. 4. Oſius.

f ¶Infinitima.] Nõ ergo remittitur cauſa ad eũ, à quo appellatũ eſt: niſi partes 1. hoc petant. vt ex. d̃ ap. accepta. & c. interpoſita. §. 2. niſi velit ei deferri a quo appellauit, vt reuocet, nõ vt cognoſcat, vt ex. de ſen. excom. per tuas. & extra de matri. contracto cõtra interdictũ eccleſiæ. literæ. & quãdo fruſtratoria ē appellatio, ut extra de appel. cum in eccleſia.

Appellationis cã non eſt ad iudicē a quo remittenda.

1 Ideſt, pars extra de appel. interpoſita §. 2. niſi pars appellata peteret, ꝙ appellans inſtructus, & cum ſuis munimentis ad ſedem Apoſtolicã accederet, vt lib. 6. eo. tit. cordi. ſecundum Innoc.

appellauerint, vt in ſequenti §. dicitur.

a ¶Fuerint.] Recuſando eos, & intra triduum alios eligendo. 3. q. 5. §. offeratur.

b ¶Vicini.] Fortè erat metropolitanus. & ideo prouinciales epiſcopi ſupplent defectum metropolitani.

g ¶Et propinqua.] Vt nec ſit vltra duas dietas, vt extra de reſcript. nonnulli ſic infra 3. q. 6. neminem. extra de off. deleg. prudentiam. §. ſexta. & extra de appel. cap. vltimo.

h ¶Auctoritatē.] Et ſic videtur ꝙ epiſcopi: vicinę prouinciæ

uin-iæ ordinario iure cognoſcant.arg.7.ca.proximo.& ſic ordinarius,& delegatus ſimul potuerũt cognoſcere de cauſa. Quid ergo iuris eſt,ſi iſti diſſentiant in ſententia? Dic vt inf.e.§.ſi plures.ext.de ſent.& re iud.c.ſi.
ARBITRARI. Iſte §.diuiditur in duas partes. In prima dicitur, arbitri tantum ſunt qui nõ habent poteſtatẽ, a quibus nõ appellat: & imputet ſibi q tales elegit. Secundo dicitur, quod ſi ſententia iudicum a quibus appellatur, fuerit retractata, nõ obeſt eis, niſi conuincantur iniuſtam tuliſſe ſentẽtiam, inimicitia vel gratia,de prauati: & hoc probat perſequens cap.

STatutum.] CASVS. Appellatũ fuit a ſententia iudicis, alter litigatorũ corã iudice appellationis volebat ducere in teſtimoniũ iudicẽ, a quo appellatũ ẽ: ſimiliter aſſeſſorem vel aduocatũ, q̃ritur vtrũ poſſit? Et rñdet ꝙ nõ. In fi.dr, ꝙ clericus ad teſtimoniũ cõpelli non põt.

nuſcriptis quemadmodum & apud Iuonem, comprouinciales, uox non eſt in concilio, neque apud Nicolaũ. Græce, legitur, καὶ ἀποφασιν τοῦ ἐπισκόπου.i.& ipſius epiſcopi ſententiam Balſamon tamẽ videtur legiſſe, τῶν ἐπισκόπων. & primum interpretatur de epiſcopis prouincialibus, deinde de alijs.

*Arbitrarij*[a] *tantum ſunt, qui nullam legitimam poteſtatem acceperunt, à quibus appellari nõ licet; quia eis imputandum eſt, quod ſibi tales elegerunt. Si vero ſententia eorũ, a quibus appellatur, ſoluta fuerit per eũ ad quem appellatũ eſt, nihil eis oberit; niſi forte uel inimicitia, vel pecunia deprauati iniuſtam probentur tuliſſe ſententiã.*

*Vnde in concilio Cartaginenſi 3.c.10.legitur.*

s ¶ [Fuerit.] *Sequebatur in vulgatis*: per eum ad quem appellatum eſt: *quæ ſunt expuncta; quia in vetuſtis codicibus non habentur.*

¶ Cum per appellationem ſententia ſoluitur, non debet obeſſe ei, qui non iniquo animo iudicauit.

Cap. XXXVII.

7 HOc etiam placuit, vt à quibuſcunq; iudicibus eccleſiaſticis ad alios iudices eccleſiaſticos, vbi eſt maior auctoritas, fuerit prouocatum, non eis obſit, quorum fuerit ſoluta ſententia, ſi conuici[c] non potuerint, vel iniquo†[d] animo iudicaſſe, vel aliqua cupiditate, aut gratia deprauati. Iuo p.6.c.363. Pann.li.4.c.133. † inimico.] vera lectio.

*Quæritur autem de eo, a quo appellatur, an ſit euocandus in teſtimonium apud eum, ad quem appellatur, ſuper negotio, cuius cognitionem ſuſcepit.*

*De hoc ita ſtatutũ eſt in cõcilio Carthaginenſi 5.c.1.* Et in Afric.c.26.

¶ Clericus non deuocetur in teſtimonium illius cauſæ, cuius primum cognitionem ſuſcepit.

Cap. XXXVIII.

STatutũ † eſt, vt qui forte in eccleſia quamlibet cauſam iure Apoſtolico[e] eccleſijs impoſito agere voluerit; & fortaſſe deciſio[f] clericorũ[g] vni parti diſplicuerit[h]; non liceat clericum in iudicium ad teſtimonium deuocari eũ, qui præſes[i] † vel cognitor[k] fuit, & nulla ad te- Iuo p.6.c.230. † al. ſtatuendum ] orig. † al. cognitor, vel præſens ] orig.

a ¶ Arbitrarij.] Hęc verba habes.ff.de arbi.l.diẽ.§. ſtari.niſi cõtra ius ſit quod ꝓfertur. inf. ea. §. eſt autem quando.

HOc etiam.] Hæc eſt 7.pars qõ. I qua ponit x. diuerſus caſus in x. c. Io. de Fant.

CASVS. Dubitabaẽ vtrum iudices puniri debeãt, quorũ ſentẽtia per appellationem fuit retractata: & ſtatuit in cõcilio ꝙ pp hoc puniri nõ debent, niſi cõuicti fuerint odio, vel gratia, vel pecunia ſententiam protuliſſe.

b ¶ Obſit.] Niſi quãtum ad hoc quòd in alijs cauſis poſſint ſuſpecti recuſari. extra de app. ad hæc. &c. propoſuit.

c ¶ Sic cõuinci.] Argumentum, ꝙ cõtra aliquẽ ex officio ſuo facientẽ aliquid nõ ſit malũ præſumendum niſi conuincatur 11.q.3. abſit. & c. ſi epiſcopus forte 9.q.2. Lugdunẽſis. extra de renunc.in præſentia de ſen.& re.iud.ſicut Hodie non præſumitur pro ſolo iudice, niſi hoc legitimis conſtiterit documentis, ut extra de proba. quoniam cõtra falſam.

Præſumitur pro illo, qui aliquid facit ex officio.

Iudicis male iudicantis punitio.

d ¶ Vel iniquo.] Si iudex per ſuam imprudentiam iudicauerit male, punitur quantum iudici uidetur æquũ. ff.de var.& extraor.cog. l. vlt. ſed ſi per imprudentiam vel aſſeſſoris, tũc aſſeſſor tantũ punitur, vt ff. quod q̃ſq; iur.l.2.1 Sed ſi iudex p dolũ, vel p gratiã, vel ꝓ odium pro pecunia male iudicauerit, punitur in veram litis æſtimationem: & etiam infamis fit. C.de pœna iudi.qui ma.iud.l.2.& inſtit. de obli.quæ ex quaſi delic. naſ. §. 1. Si autem iudex non vult iudicare, facit litem ſuam, vt 32.q.1.dixit Dominus. dic vt ibi dixi.

1 Adde per Doc. de hac materia in l. argentarius. §.fi.cũ gl. ff. de eden. & q̃ no.in cap. 1. de re. iud. lib.6.

QVÆRITVR. CASVS. Mouet hic Grat. q. an iudex à quo appellatur, poſſit eſſe teſtis in cauſa propter quam eſt appellatum ab eo: & probat ꝙ non, ſequenti.cap.

e ¶ Apoſtolico.] ideſt, canonico.
f ¶ Deciſio.] ideſt, ſententia.
g ¶ Clericorum.] ideſt, iudicum.
h ¶ Diſplicuerit.] Et ideo appellauerit.
i ¶ Præſes.] ideſt, præſidium ferens, 1. aduocatus 2. uel aſſeſſor. præſes enim dicitur defenſor. 32.q.4.nemo.
k ¶ Cognitor inſtrumento tamen iudicis creditur ſuper his quæ acta ſunt coram eo: & etiam dicto ſuo creditur ut extra de reſtitu.ſpol.olim in fi. & c.cum ad ſedem extra de ſenten. & re iud.cum ſuper. & cap. ſicut. & extra de eo, qui mit.in poſ.c.2.& de teſti.cum a nobis, C.de contrahen.ſtipu.optimam. C.de fal. ſi quis decurio. Arg.contra C.de reli.l.1.C.de arbi.ne in arbitris. ff.de cuſto.re.diuus ſ.ea.biduum. in fin. extra de cõdi. appo. per tuas. extra de accuſ cum dilecti. in fi. Credit tñ iudici cum alijs adminiculis. extra de teſ.cũ a nobis.

14.q.3.teſtes. extra l. 6.de teſt. ca. Romana q̃ eſt Inn. iiij. Iudicis. inſtrumẽto & dicto credit.

¶ ¶ Vel cognitor.] Prohibetur ergo ne iudex, vel aduocatus,

c ¶ Apo-

Iudex aduocatus aſſeſſor, & executor nō poſſunt eſſe teſtes in cauſa appell.

catus. vel aſſeſſor fiat teſtis in cauſa illa: iudex eñ offenſus, & ſuſpectus eſt appellanti, vt extra ead. propoſuit, Item quia iudex ſemper vellet tueri ſuam ſententiam: & ita non eſſet ex vtraque parte, quod eſt officiũ teſtis, vt 14.q.5. non ſane. inſtruere tamen poteſt eum, qui cognoſcit

† al. eccleſiaſtici cuiuslibet ordinis.

cauſa dicitur appellationis eſt principali. ſic ſu. ea. ſi epiſcopus. & 16. diſt. habeo. Arg. contra 6.q.4. Oſius. Sol. eadem eſt cauſa, ideſt negotium: ſed non eſt idem iudiciũ: quia alij ſunt iudices Io. & pronunciant appellationẽ iuſtam, vel iniuſtam, vt ſu. ea. §. vlt. ſed in priori cauſa pronunciat de ipſo principali: & hoc notaui in quæſtionibus meis. B. 2.

Appellationis cauſa eſt eadem cum principali.

ſtimonium [a] dicendum eccleſiaſtici † cuiuslibet perſona pulſetur [b].

*Ab eis quoque, ad quos prouocatum fuerit (ſicut in Africano concilio, cap. 63. legitur) vlterius prouocare non licet.*

¶ Non liceat prouocari ab his, ad quos prouocatum fuerit. Cap. XXXIX.

SI autem [c] prouocatum fuerit, eligat qui prouocauerit, iudices, & cum eo, & ille, cõtra quem prouocauerit, ab ipſis [d] deinceps nulli liceat prouocare.

Tit. 7.

*Poſt ſecundam prouocationem intelligendum eſt: tertio enim in vna eademq; [e] cauſa ſuper eiſdem capitulis procurare non licet. Vnde in vij. libro Codicis titulo, ne liceat in vna eademque cauſa tertio prouocare, lege vnica Imperator Iuſtinianus ſcribit. ¶ [Si quis in quacunque lite iterum prouocauerit, non liceat ei tertio in eadem [f] lite ſuper eiſdem [g] capitulis prouocatione vti, vel ſententias excellentiſſimorum præfectorum prætorio retractare; licentia danda litigatoribus arbitro [h] dato, ipſius audientiam qui eũ dedit [i], ante litis cõteſtationem [k]*

SI QVIS. CASVS. Tria dicũtur in hac lege. Primũ eſt, ꝙ in vna cauſa & ſup eodem articulo non licet tertij prouocare. Secundum eſt, ꝙ ſententia præfecti prætorio retractari non poteſt. Tertium eſt, ꝙ ſi in cauſa, in qua ſecundo appellatum eſt, datus fuit iudex delegat⁹: licet ab eo appellari nõ poſſit, recuſari tamen poteſt ante lit. conteſt. & implorari audientia delegantis.

2 Q. ueneralis eſt, & incipit, quęriẽ utrum in cã appellatiõis ubi dr̃, ꝙ in cã appellationis iterũ eſt iurandũ extra de ap. interpoſita. Arch.

f ¶ Tertio in eadem] Ergo qui bis appellauit, non audit tertio appellans. hoc ideo, quia præſumitur, ꝙ toties iuſte condẽnatus ſit, & nõ grauati. vnde idem põt dici ſecundum canones. extra de ap. ſua nobis. Sed quid eſt quod dicit hic, aliquis poteſt recuſari, non tamen appellari ab eo: cum tamen a ſuſpecto iudice poſſit appellari, vt extra vt lit. non conteſt. accedens 2 ſu. ead. quoties. Item ſm decre. vbicunque inhibetur appellatio. & recuſatio, vt extra eo. ſuper eo 2. & c. conſuluit. Sed dic ꝙ inhibetur ſimplex, & vaga recuſatio ubicumq; inhibetur appellatio tamen expreſſe non poteſt inhiberi remediũ recuſationis. vt C. de ſenten. & interlo. om. iud. l. ult. Poteſt dici quod tertio appellatur non a ſententia, ſed a ſuſpecto iudice. Sed qualiter poteſt hæc lex ſtare: quia ſi iſte qui appellauit, impetrauit iudices: ipſe non poteſt eos recuſare, ut dixi ſup. ead. a iudicibus, ſi aduerſarius eos impetrat, aut ante terminum appellationis, aut poſt terminum. ſi ante terminum, tunc literæ non ualent, ut extra de ap. oblatæ, &c. ſæpe. ſed ſi poſt terminum, ſtultus eſt impetrans, ſi vtitur literis illis, cum ſententia iã tenat, vt inf. ea. ei, qui. Dicas & intelligas quãdo aduerſarius impetrat literas, & ante terminũ appellationis, non ante terminum datum ab homine: ſed ante terminum appellationis datum a lege: quod facere poteſt, vt inf. ea. appellatore. Vel intellige quando idem qui appellauit, impetrauit iudicem illum quia eum poteſt recuſare propter nouam cauſam ſuperuenientem, ut extra de offic. deleg. inſinuante.

Recuſari pt̃ quis, non tñ ab eo appellari.

gnoſcit de appellatione, vt 18. d. c. 1. licet ſit arg. ſu. ff. de iud. eum qui. Nec etiã aſſeſſor poteſt eſſe teſtis: quia ipſe libellis, & ſententijs, & cognitionibus præeſt. ff. de aſſeſ. l. 1. licet ſit arg. ꝙ poſſit. ff. quod metus cau. l. metũ §. ſed quod prætor. in fi. Item aduocatus 1 executor negotij non poteſt eſſe teſtis. vt ff. de teſt. l. vlt. & 4. q. 3. teſtes quos. circa medium, ſicut nec aduocatus iudex poteſt eſſe: nedum aduocationis ſuæ memor, &c. C. de aſſeſſo. nemo. Io. Quidam dixerunt, ꝙ in principali negotio non admittuntur hæ perſonæ: ſed ſuper his, quæ acta ſunt in cauſa, ſic extra de accuſa. cum dilecti. hoc tenet Hug. Alij vero contra. B.

1 Adde pro hoc tex. in l. deferre. §. ij. dem, decreuerũt & ibi Bar. & gl. ff. de iure fiſc. no. Inno. & moder. in c. 2. de arbi.

a ¶ Ad teſtimonium.] Regulare eſt, ꝙ in ciuilibus negotijs cogi poteſt quilibet teſtificari. 11. q. 3. quiſquis metu. C. de teſti. ſi quando. ſed clerici non coguntur ad teſtimonium: ſicut nec ad alia officia publica, vt 16. q. 1. generaliter. quia clerici non de facili debent iurare. 2. q. 5. ſi quis presbyter. Sed ſi aliter veritas non poteſt manifeſtari: tunc per epiſcopum poſſunt cogi clerici ad teſtificandum. 14. q. 2. quamquam. Item & ſi gratia, odio, amore, vel timore ſe ſubtrahunt extra de teſti. cog. c. 1. & c. delictorum.

b ¶ Pulſetur.] ideſt, cogatur.

AB EIS. CASVS. Modo probat Gratianus, ꝙ non licet tertio ſuper eodem negotio appellare.

SI autem.] CASVS. Quæſitum fuit vtrum ei quibus appellauit ſuper eodem articulo, liceat ſuper illo tertio appellare. Et reſpondet ꝙ non: ſed eligãtur iudices de conſenſu partium, a quib. non prouocetur. Et quod ita intelligi debeat c. probat Gra. §. ſequenti. qui per ſe patet. & l. ſequen.

c ¶ Si autem.] Pone caſum ſup. ea. a iudicibus.

d ¶ Vt ab ipſis.] Si hæc dictio, vt, ponitur conſecutiue, vt Gra. vult, tunc intelligas prout dixi ſu. e. a iudicibus. ſed ſi ponitur modaliter. nihil eſt hic iuris: quia taliter bene poſſunt eligi iudices, vt non liceat prouocari, vt C. de tempo. appel. l. vltima.

Vt dupliciter ponitur.

e ¶ Eademque.] Argum. contra aduocatos; quia eadem

g ¶ Super eiſdem.] ſup. ea. omnes. in prin.

h ¶ Arbitro.] ideſt, iudice delegato 3. Vel intellige de arbitro coram quo probanda eſt cauſa recuſationis.

3 Su. dato ea ſu in quo ſecundo appellatum eſt ſecundum B.

i ¶ Qui eum dedit.] Per hoc patet, ꝙ cum delegatus recuſatur, & recuſatio ſit probata, ſtatim euaneſcunt literę, & remittitur negotium ad delegantẽ, ſed ſi ordinarius recuſatur, tunc tenet illud quod eſt in illa conſtitutione ſpeciali ext. eo. ad hæc 1. & inf. 11. q. 1. peruenit. Io.

K ¶ Litis conteſtationẽ.] Quia eſt dilatoria exceptio, ut 3. q. 6. §. exceptio. ſu. 3. q. 5. ꝙ ſuſpecti de hoc dicemus. inf. 3. q. 3. offerat. Et ſic patet, ꝙ in cã appellationis eſt lis conteſtanda. extra de teſta. Raynaldus, ergo & libellus eſt porrigendus: tamen aliter fit de conſuetudine. Ioan. Certe immo de conſuetudine porrigitur libellus talis.

Libellus eſt in cã appellationis porrigendus.

*inuocare* [a], *& huiuſmodi petitione minime prouocatio nis vim obtinente.*] ¶ *Cum autem in cauſa capitali, vel ſtatus interpellatum fuerit: non per procuratores, ſed per ſeipſos appellantes cauſam ſuam agere oportet.*

*Vnde Hadrianus Papa ait in capitulis a ſe collectis, cap.44.*

In Cod. Theod. in lib. 5. ſententiarum Pauli, tit.35. c.1. in interpretatione. Capit.l.7.c.357. Anſ.l.3.c.88.

¶ Appellationem in cauſa capitali, vel ſtatus interpoſitá, per procuratorem exequi non licet. Cap. XL.

SI quando in cauſa capitali [b], vel cauſa ſtatus [c] interpellatum fuerit, non per exploratores [d] †, ſed per ſeipſos eſt agendum.

† *procuratores.*] vera lectio.

*Tempus autem exequendæ appellationis annus eſt; vel ſi iuſta cauſa interceſſerit, biennium.*

*Vnde in Authenticis, conſtit.11.coll.5. legitur.*

C. de tem. & repa. appellat. Authen. ei qui lib.7.tit.63.

¶ De eodem. Cap. XLI.

EI, qui appellat, impertitur annus, intra, quē, ſecundū ſe, communiter cum aduerſario litē exequatur; aut, ſi iuſta cauſa interceſſerit, alius [e] ann⁹ [f] indulgeatur: quo tranſacto, lite non completa, rata manet [g] ſententia. ¶ Appellatore ceſſante, cum vnus menſis [h] supereſt ex biennio, licet victori ingredi, vt reos quæratur: quo ſiue

talis: Peto ſententiā confirmari, vel infirmari latam inter me, & talem. B.

a ¶ Inuocare.] Et iſtum recuſare.

CVM AVTEM. CASVS. Dicit Gratianus, quòd cauſa ſtatus: vel criminalis ſi appellatum fuerit, non agitur per procuratorē. Et hoc probatur ſequēti ca. cuius caſus planus eſt. H. tamen intellexit idē ante appellationē, vt dicit in ſumma.

b SI quando in cauſa capitali.] 15.quæſt.3. in criminalibus.

c ¶ Status.] In cauſa ſtatus non conſtituitur procurator, niſi ille qui cōſtituit, ſit in poſſeſſione libertatis, vt 54.diſtinct. frequens. & C. de aſſer. tol. l.1. in prin.

d ¶ Per exploratores.] ideſt, procuratores, ſed in cauſa appellationis in his caſibus admittitur procurator etiam in cauſa criminali 1 & in cauſa ſtatus, vt ff. de appell. non tantum. & ff. de lib. cau. l.1. vbi filius pro patre, & econuerſo, poteſt appellare, etiā ipſis inuitis, qa intereſt filiorum parētes habere liberos, & econuerſo, vt ibi.

1 De hoc no. ff. de accu. l. ult.

lus [a] dicit: [Seniorem ne increpaueris.] Sed hæc eius regula [b] in eo † ſeruanda [c] eſt, cum culpa ſenioris exemplo ſuo non trahit ad iteritum corda iuniorum. Vbi autem ſenior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi diſtricta in crepatione feriendus eſt. Nã ſcriptum eſt [d]: [Laqueus [e] iuuenum omnes vos.] & rurſus Propheta dicit: [Maledictus puer α [f] centum annorum.]

1. Tim. 5.
† al. tunc.
Eſa. 42.
Eſa. 65.

α ¶Maledictus puer.] *In codicibus B. Gregorij partim iſto ferè modo legitur, partim vero,* & peccator centũ annorum maledictus eſt, *quemadmodum & apud Ioan. diaconum, & in vulgata, niſi quod hæc habet nõ,* eſt, *ſed,* erit, *Septuaginta autem, vt eſt apud B. Hieronymum, habuerunt*, & qui moritur peccator centenarius, maledictus erit.

*Item Hieronymus ad Heliodorum, epiſt. 1. de laude vitæ ſolitariæ.*

¶Dignitas non facit epiſcopum, ſed vita.
Cap. XXIX.

NOn omnes epiſcopi ſunt epiſcopi [g]. Attẽdis Petrũ: ſed, & Iudam conſidera. Stephanum ſuſpicis: ſed & Nicolaum [h] reſpice. *& infra.* ¶Non facit eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum. Cornelius [i] Centurio adhuc ethnicus [k] dono ſancti ſpiritus mundatur; presbyteros Daniel puer iudicat. *& infra.* ¶Non eſt facile ſtare loco Pauli, tenere gradum Petri, iam cum Chriſto regnantium, *& infra.* ¶Infatuatum ſal [m] ad nihilum prodeſt, niſi vt proijciatur [n] foras, & a porcis [o] conculcetur.

Act. 10.
Dan. 13.
ſu. d. 40. non eſt facile.
Luc. 14.

*Item Auguſtinus tractatu ſexto in c. 1. Ioan.*

¶Non epiſcopi nomen, ſed vita reuerentiam meretur. Cap. XXX.

NOn omnis, qui dicit, pax vobiſcum, quaſi columba eſt audiendus, *& infra.* ¶Corui [p] de morte paſcuntur. Hoc columba non habet: de frugibus terræ viuit, innocens eius victus eſt.

Et ibi gloſ. ord.

*Item Beda ad c. 2. epiſtolæ 2. Petri.*

¶Docti ab indoctis, clerici a laicis, quandoque merito reprehenduntur. Cap. XXXI.

SEcuti ſunt [q] viam Balaam [r] & Bo-

2. Pet. 2.
Num. 22.

---

ſcopus die Dominica ante Miſſam, & etiam poſt, exarauit meſſem cuiuſdam laici violenter. de quo reprehendit eum Papa. Ille autem dicebat ſe nõ eſſe arguendum. Et hoc probat auctoritate Pauli, qui dicit, Seniorem ne increpaueris: ſed Gregor. reſpondet & dicit hoc eſſe ſeruandum, cum ſeniores boni ſunt, ſed cũ ſuo exẽplo iuuenes corrumpũtur, increpandi ſunt ſeniores: & hoc probat duab. auctoritatib.

a ¶Paulus.] Scilicet in epiſto. 1. ad Timoth. 5.

b ¶Regula.] Arg. ꝙ poſſumus interpretari, & arctare generalia verba Apoſtoli 1 vt 33. q. quos Deus coniunxit 32. qõ. 5. hoc videtur, & ff. de in ius vo. l. quamuis & ff. de teſti. qualitum.

c ¶Seruanda.] Exempla enim prælatorũ & ſenũ facilius corrumpũt, & ideo magis ſunt punienda, vt 11. q. 3. præcipue. & 85. diſt. tanta 2.

d ¶Scriptum.] Scilicet in Eſaia.

e ¶Laqueus.] Scilicet malo exemplo.

f ¶Puer 3.] Canon p p malitiam aliquorum fingit aliquid eſſe quod non eſt, & ecõuerſo. 40. d. multi ſacerdotes.

NOn omnes epiſcopi.] CASVS. Heliodorus queſiuit a Hieronymo, an p̃lati eſſent accuſandi & eijciẽdi. Et rñdet ꝙ boni, vt Petrus & Stephanus non ſunt accuſandi, ſed honorandi: mali vero sũt accuſandi, & proijciendi ſicut ſal infatuatum, vt Iudas & Nicolaus. nec ꝓdeſt eccleſiaſtica dignitas in hoc. Et probatur exemplo Centurionis & Danielis.

g ¶Non omnes epiſcopi ſunt epiſcopi.] ideſt, non omnes epiſcopi voce, ſunt epiſcopi re.

h ¶Nicolaum.] Qui fuit vnus de ſeptem diaconis, quos Apoſtoli inſtituerunt, qui fuit reprobus 4.

i ¶Cornelius.] Qui primus ex gentibus nomen Ieſu Chriſti eſt ſecutus. 26. d. deinde.

K ¶Ethnicus.] ideſt gentilis.

l ¶Presbyteros.] Qui condemnauerunt Suſannam. inf. ead. §. item cum Balaam.

m ¶Infatuatum ſal.] ideſt, ſtulti prælati, inſipidi in prędicando, fatui in delinquendo.

n ¶Proijciatur.] i. deponatur.

o ¶Et a porcis.] ideſt, dęmonibus, qui dominantur malis prælatis quaſi pecori ſuo. 24. q. 1. §. his auctoritatib.

NOn omnes.] CASVS. Dicitur hic, quòd per columbas bonus prælatus intelligitur, qui eſt audiẽdus. Per coruum autem malus prælatus intelligitur, qui eſt repellendus.

p ¶Corui.] Coruo æquiparatur malus prælatus, vel presbyter in nigredine vitiorum, & in raucedine vocis, & in voracitate, ſcilicet mortuorum 5 oblationum, & in fœtore ſpiritus, & garrulitate, & furto. 23. q. 4. tres perſonas Io. de Fant.

SEcuti.] CASVS. Beda ponit in hoc cap. verba Petri in epiſtola canonica, & exponit ea. intendens probare, ꝙ prælati poſſunt accuſari a ſuis ſubditis etiam laicis: quia Balaam malus propheta redargutus fuit ab Aſina, quam equitabat. Mali prælati comparantur Balaam, & fontibus ſine aqua, & nebulis tenebroſis. Per aſinam vero etiam ſubditi laici intelliguntur.

q ¶Secuti ſunt.] Prælati, & doctores mali.

r ¶Balaam.] Supple vementis.

---

1 Arg. cõtra ſu. ea. q. conſuluiſti 31. q. 1. ꝙ ſi dormierit.

Prælatorum exempla mala alios corrumpunt.

2 Et gñaliter quicũq; publice peccat exemplũ peccandi cuilibet tribuit & in totam eccleſiã delinquit. 16. q. 2. ſed illud. ſecundũ L. & Hu.

3 Dic quòd puerilis ętas durat vſque ad pubertatẽ. vt l. pueri. cũ glo. ff. de ver. ſign.

4 Et dicũt ꝙ iſte fuit machometus quem colũt pagani Hu. & de hoc hr̃ inf. 24. q. 3. quidã. ver. Nicolaitæ. ſm L. q aſſerit, ꝙ iſte fuit machometus.

Demones malis prælatis dñantur.

Presbyter malus coruo æquiparatur.

5 Quia ipſi oblationes ſibi vſurpant, & rapiant, quia ad hoc prædicãt, vt viuãt ſm H.

a ¶Et

a ¶ Et Boſor. ] Verba ſunt Petri, vſque ad ver. plerumque, vbi Beda exponens verba Petri in canonica dicit, ꝙ hæretici a gentib. reprehenſi comparantur Balaam correpto ab aſina, comparantur etiam, & mali prælati reprehenſi a laicis.

b ¶ Redarguantur. ]Non dicit accuſentur, vnde non poteſt hic ſumi arg. ꝙ laici poſſint accuſare clericos, vt ſu. 21. diſt. nolite, in fi. contra. Soluit ibi, quòd triplex eſt reprehenſio: quod ibi vide.

c ¶ Fontes. ]Verba Petri.

corre-ſor [a], qui mercedem iniquitatis amauit: correctionem verò habuit ſuæ veſaniæ. Subiugale mutũ in hominis † voce loquens prohibuit prophetæ inſipientiam. Plerumq; hæretici tam ſtulta dogmata, tam execranda proferunt ſacramenta, vt etiam hebetum ſenſus, & paganorum, & qui ratione diuinæ agnitionis omnimodis carent, illorũ deteſtetur inſaniam, & illorum diſtorta, & Deo contraria itinera ſanius ſapiendo redarguant. Et (quod peius, quia frequentius eſt) nonnunquam multi catholicorum in tãtum mercedem amant iniquitatis, vt etiam docti ab indoctis, a laicis clerici merito redarguantur † [b]: qui iure cõparantur prophetæ, qui verbis aſinæ contra naturam loquentis corripitur; nec tamen a propoſito praui itineris retardatur. Quibus etiam aptiſſime nomen congruit ciuitatis; de qua Balaam veniſſe perhibetur. Boſor namq; carneus, ſiue in tribulatione α interpretatur. Neque enim alia maior † cauſa luxurioſis exiſtit, verbũ veritatis amore pecuniæ, vel deſiderio rerum temporalium adulterare quam, quòd carnis ſe concupiſcentiæ mancipauerunt. *& infra.* ¶ Sed. & nomen ipſius Balaam, qui vanus populus, ſiue præcipitans eos interpretatur, talibus conuenit. Qui enim agnitã veritatis viam ſpõte ipſi deſerunt: quid niſi vanus ſunt populus? Quid, niſi in præcipitium ſuos mergunt auditores, quibus non ſalutaria, quæ corrigant, ſed quæ illos delectant, erronea prædicant? de quib. bene ſubditur: Hi ſunt fontes [c] ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur. ]

† al. multa hominis.

† al. lacerentur.

Ibidem.

† al. magis.

α ¶ Tribulatione. ]*Sequebatur,* poſitus, *quæ dictio ſublata eſt, quia neque apud Bedam, neq; apud Hieronymum in nominum hebraicorum interpretatione habetur.*

sup. c. non oẽs. & c. non omnis.

*Quia ergo [d] non omnes epiſcopi ſunt epiſcopi, presbyteri a Daniele puero iudicantur, ſal infatuatum a porcis cõculcatur, & qui dicit, Pax vobiſcum plerumque non columba, ſed coruus reputatur: patet quòd non ſemper pro officio, atque † auctoritate perſona ab accuſatione eſt ceſſandum, immo contra prauos eſt agendum, cum omnis perſona criminaliter peccãs alteretur [e], & (vt ita dicã [f]) legibus capite minor cenſeatur. Qui enim facit peccatum; ſeruus eſt peccati tam in pœna, quam in culpa.*

† al. vel.

Ioan.

*Vnde Auguſtinus ait.*

¶ Qui ſuſceptum officium non adminiſtrat, non eſt epiſcopus, ſed canis impudicus. Cap. XXXII.

Burc. l. 1. c. 203. Iuo p. 5. c. 317.

QVi nec regiminis in ſe rationem habuit, nec ſua delicta deterſit, nec filiorum crimen [g] correxit; canis impudicus dicendus eſt magis, quam epiſcopus.

¶ *Caput hoc apud B. Auguſtinum, ex quo citatur, non eſt inuentum, Burchardus, & Iuo citant ex Gregorio, & eadem fere verba ipſe quoque Gratianus ſupra d. 83. ſubnectit capiti,* Nemo quippe, *quod eſt Gregorij. Simile quiddam Burchardus l. 3. ca. 13. & Iuo p. 5. ca. 67. afferunt ex origine.*

*Quibus ergo Hieronymus [h], Auguſtinus, Gregorius*

QVI. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis c. ꝙ mali prælati poſſunt accuſari a ſubditis, nõ excuſãte eos officio vel auctoritate, quia criminaliter peccãs alterat, & capite minuitur: quod probat ſequenti c.

d ¶ Quia ergo. ] Infert ex his trib. c. ꝙ mali prælati cũ criminaliter peccant, poſsũt a ſubditis accuſari, & ad hoc inducit cap. ſequentia.

d ¶ Alteretur. ]ideſt, in alterius ſtatũ cõmutetur, tranſit enĩ de familia Dei ad familiam diaboli. 24. q. 3. ſi quis nõ recto

f ¶ Vt ita dicam. ]Videtur etiam, ꝙ infamis capite minuat. ff. de va. & extraor. cogni. cognitionum §. exiſtimatio.

QVi nec. ]CASVS. Dicit Aug. ꝙ q nec ſua delicta nec filiorũ corrigit, non eſt dicendus epũs, ſed canis impudicus.

g ¶ Crimen. ] Talis enĩ ad accuſationẽ, vel ad teſtimonium non admittitur, vt 37. diſt. legãt. inf. 6. q. 1. qui crimen.

QVIBVS ERGO. CASVS. Concludit Gratian. ex ſupradictis, & dicit, ꝙ cum mali prælati admittunt nomẽ epiſcopi ſenioris, & colũbæ, merito poterũt à ſubditis accuſari, & aduocari. Infames ergo sũt q bonos accuſãt qui vero malos, laudabiles fiunt. In fi. §. exponit, quod di ſu. c. maiorum. Et dt ꝙ minor ibi intelligit non dignitate, ſed vita. Et hoc clare in ſeq. c. pbaẽ.

h ¶ Hieronymus. ]ſ. in tribus proxi. cap.



Digitized by Google

*auferunt nomen columbæ, epiſcopi, ſenioris; nonne, & priuilegium eſt auferendum dignitatis, vt poſſint a ſubditis reprehendi? Vnde ſcriptura diſſimulans[a] priuilegiũ prauæ ſenectutis, ait: (Maledictus.) Non ſenior ſed (puer centum annorum.) Apparet ergo, quòd hi ex accuſatione prælatorum infames fiunt, qui eorum vitam reprehendere & lacerare conantur, qui locum ſui regiminis non nomine tantum, ſed vita, & morib. tenent. Alij aũt potius laudabiles fiunt ex accuſatione prelatorum ſuorum, quam infames. Item, quod dicitur: Maiorum quiſpiam minorum accuſationib. non impetatur,) minores intelligendi ſunt non dignitate, ſed vita.* ſu.ea. Paulus. Eſa.65. ſup.ea.c. maiorum.

*Vnde Hyerony. ait de Paulo ſuper epiſtolam ad Gal.*

¶ Maiores & minores non dignitate, ſed vita intelligi oportet. Cap. XXXIII.

PAulus Petrum reprehendit: quod non auderet, niſi ſe non imparem [b] ſciret [c].

¶ *Caput hoc, quod citatur in pleriſque exemplaribus ex B. Hieronymo, & in aliquot ex B. Auguſtino, in neutris libris inuentum eſt: ſed in gloſſa ordinaria ad ea verba ipſius epiſtolæ ad Galatas,* in faciem eius reſtiti *additur hæc interlinearis explanatio,* quod non auderet, niſi ſe nõ imparem ſentiret. *Et in commentarijs B. Ambroſij in illum eundem locum hæc leguntur.* Nam quis eorum auderet Petro primo Apoſtolo, cui claues regni cœlorum Dominus dedit, reſiſtere, niſi alius talis, qui fiducia electionis ſuæ ſciens ſe non imparem, conſtanter improbaret, quod ille ſine conſilio fecerat? Gal.2.

*Hoc non de officio [d] eccleſiaſticæ dignitatis, ſed puritate vitæ, & ſanctitate conuerſationis intelligitur: ſolus enim Petrus inter Apoſtolos primatum gerebat.*

*Hinc Auguſtin. ait ad Hieronymũ ep.19. prope finẽ.*

¶ Non epiſcopi nomen, ſed vita maiorem facit. Cap. XXXIIII.

QVanquam ſecundum honorum vocabula [e], quæ iam eccleſiæ vſus obtinuit, epiſcopus maior presbyterio ſit; tamen Auguſtinus [f] in multis rebus Hieronymo minor eſt.

*Idem lib.2. de baptiſmo contra Donatiſtas, c.1.*

¶ Epiſcopi licet pares ſint meritis, gradu tamen differunt dignitatis. Cap. XXXV.

PVto, quòd ſine vlla ſui contumelia Cyprianus epiſcopus Petro Apoſtolo comparatur, quantum attinet ad martyrii coronam. Cæterũ magis vereri debeo, ne in Petrum contumelioſus exiſtã [g]. Quis enim neſcit illũ Apoſtolatus principatum cuilibet [h] epiſcopatui præferendũ? Sed etſi diſtat cathedrarũ gratia, vna tamen eſt martyrum gloria. *Item infra.* ¶ Cũ Petrus a Paulo poſteriore corri- Ivo.p.5.c.24.

---

Nomen auffertur a malitia.

a ¶ Diſſimulans.] Auffertur enim alicui nomen pp ſuã malitiam. 33.q.2. admonere ſup.10.diſt. ſecundum, & 1.q.4.§. item peccato, ſup. ead. q.1. ſcelus.

PAulus.] CASVS. Iſtius c. planus eſt. Et inducuntur 5.c. ad probandum, ꝙ licet aliquis ſit in minori dignitate alio, maior tamen eſt eo vita & ſanctitate.

b ¶ Imparem.] Meritis: non tñ adminiſtratione d.80. i illis

c ¶ Sciret.] Ex hoc patet, ꝙ aliquis ſcit ſe habere charitatẽ per reuelationem. Paulus alibi dicit: Scio ꝙ neque mors, neque vita, neque aliud me poterit ſeparare à charitate Dei, alibi tñ dicit, Nihil mihi cõſcius ſum, &c. vt ſup. 40. d.c. vlt.

Epſ maior ẽ presbytero Cardinali.

ADDITIO. Iſta concor. reſpicit literã, non imparem, ſecũdum Lau. Ad idem 21.qõ.4. ſicut excellentiam.

1 Illa gl. reputaĩ a Doctorib. ſing. ad hoc ꝙ dicit epm̃ maiorem p̃sbytero Cardinali, ſ. dignitate reſpectu ordinis epalis, vnde epĩ dñr ſummi ſacerdotes, vt ca. 1. poſt med. de ſac. vnc. & æquiparatur illuſtrib. ſeu pręfecto prætorio, vt no. gl. in l. epali C. de epiſ. aud. & non hñt maiorem dignitatẽ Cardinales, quã epi: ſed hñt maius officium, ut inquit Bart. in l. 1. §. ſi quis. in 1. col. ff. de ap. facit text. in ca. ſi abbate, de ele. lib. 6. & not. per Ab. in c. eccleſia vſa. Leder. nier de elec. in pe. & vl. col.

d ¶ Hoc non de officio.] Quod non poſſit eſſe impar Paulus Petro.

QVamquam.] CASVS. Arg. hic cõmendat Hier. & dicit, quod quamuis Aug. ſit epſ. & Hieronymus presbyter: tñ Hieron. eſt maior Auguſtino vita & ſãctitate.

e ¶ Scdm honorum vocabula.] Epſ eſt nomen dignitatis, p̃sbyter nomen ætatis. 93. d. legimus.

f ¶ Auguſtinus.] An forte hoc cedebat. nõ. n. licuit ei mentiri ꝓ humilitate. 22. q.2. cũ humilitatis. & cum Hieronymus fuit presbyter Cardinalis patet quod qlibet epiſcopus maior eſt presbytero Cardinali.

PVto.] CASVS. Probatur in ca. iſto, ꝙ concilia vniuerſalia p̃ferãtur ꝓpter dignitatem ſtatuti vnius epiſcopi, vel prouincialis cõcilij: q̃a licet Cyprianus & Paulus ſint ĩ martyrio Petro ęquales, tamẽ Petrus maior eſt dignitate, & ſtatuta eius ſunt magis ſeruanda quam aliorum; licet. n. vna ſit martyrij corona, tamen in cathedris eſt differentia.

g ¶ Exiſtam.] Sic dicam Cyprianũ in oĩbus æqualem.

h ¶ Cuilibet.] Sup. 21.d. in nouo, ſup. 24.q.1. loquitur contra.

ADDITIO. Dic ꝙ ratione ordinis Petrus fuit par alijs Apo-

Apoſtolis, & cæteris epiſcopis, ſed ratione adminiſtrationis fuit maior.

a ¶ Promouetur.] Ita vt in hoc videantur ipſi eſſe pares, & etiam ſtatuta eorum.

b ¶ ¶ Quanto, &c.] Et eſt hic argu. ꝙ potius ſtatur ei quod

citur de patre 1 tam in ciuili quàm in criminali negotio: ſed ſecundum leges non in ciuili. niſi tamen in cauſa caſtrēſi, vt ff. de iu. l. his nulla & ff. de furt. ſi quis vxori 1. reſpon. non tamen poteſt eum cōuenire de furto, ſed actione in factum, vt C. de dolo malo, ſi ſuperſtite.

1 De hoc ē no. 23. q. 4. ſi eccleſia gl. melius. ibi uideat.

† al. cuſtoditus.
† al. promebitur.

gitur, & pacis atque vnitatis vinculo cuſtodito† ad martyriū promouetur;† [a] quanto [b] facilius, & fortius, quod per vniuerſæ eccleſię ſtatuta firmatum eſt, vel vnius epiſcopi auctoritati, vel vnius prouinciæ concilio præferendum eſt?

*Item tractatu 30. in Ioannem, in fine.*

¶Non in honore, ſed in veritate filius æquatur, uel pręponitur patri. Cap. XXXVI.

QVęritur [c] pater de malo filio, aut quęritur filius de duro patre: Seruamus honorificentiam, quæ debetur patri à filio, quæ deficit a filio. Non æquamus [d] filiū patri in honore, ſed præponimus, ſi bonam cauſam habet, filium [e] patri in veritate: & ſic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æqualitas † meritum.

† al. æquitas.

*Item Ambroſius ſermone 66. de natali Petri & Pauli.*

¶Aequales fuerunt meritis (licet gradu differentes) Petrus & Paulus. C. XXXVII.

BEati Petrus & Paulus eminent inter vniuerſos Apoſtolos, & peculiari quadam prerogatiua præcellunt: verum inter ipſos quis cui præponatur, incertū eſt. Puto enim illos ęquales eſſe meritis, q ęquales sūt paſſione; & ſimili eos fidei deuotione vixiſſe, quos ſimul videm⁹ ad martyrij gloriam perueniſſe. ¶ Non enim ſine cauſa factum putemus, quòd vna die, vno in loco, unius tyrāni tolerauere ſententiam. Vna die paſſi ſunt, vt ad Chriſtum pariter peruenirent, vno loco, ne alteri Roma deeſſet; ſub vno perſecutore, vt æqualis crudelitas vtrumq; conſtringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, perſecutor decretus eſt pro uirtute. [f] Et in quo tandem loco ijdem martyrium pertulerunt? in vrbe Roma; quę principatum, & caput obtinet nationū: ſcilicet vt vbi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis; & vbi gentilium principes habitabant, illic eccleſiarum principes morarentur.

*¶Sermo unde hoc caput ſumptum eſt, inter ſermones B. Ambroſii eſt 66. inter ſermones B. Auguſtini de ſanctis, uigeſimusſeptimus, & apud Maximum Taurinenſem, quintus in feſto eodem. qui num. 54. eſt.*

5 *Item pœnitentes, [g] bigami, ſacerdotes accuſare nō poſſunt. Vnde generaliter colligitur ꝙ quicunque ſacerdotes non ſunt, uel eſſe ſacerdotes non poſſunt, in ſacerdotes, accuſationem, uel teſtificationem proferre non poſſunt.*

Emācipatus autem poteſt agere ciuiliter cōtra patrem, ſed venia impetrata, vt C. de in ius voc. l. vl. Sed in criminali cauſa non auditur contra patrem ſu. ea. q. 1. prohibentur. nec pater contra filium, niſi iniuriam in ipſum commiſerit, vt C. de pa. po. l. 3.

d ¶ Non æquamus.] ſic Celſus corrigit dicta patris ſui ff. d cōdi. cau. da. l. dedi. §. ſi quis quaſi ſtatu. liber. Item arg. quod aliquis poteſt eſſe maior & minor altero diuerſo reſpectu. ſup. ead. quanquam. 25. diſt. perlectis.

e ¶ Filiū.] Ar. ꝙ veritas à quocūque ꝓlata amplectenda eſt. Et eſt etiā arg. cōtra teſtimoniū honorabilium perſonarū. ſimile diſt. 9. ego.

BEati.] CASVS. Probat Ambroſ. ī hoc c. Petrū & Paulū fuiſſe ęquales in paſſione, & fidei deuotione; quia eodē die, eodem loco, & ſub eodē ꝑſecutore ſuſceperūt martyrij coronam, vt ibi erat caput ſuꝑſtitionis, vigeret caput ſancti tatis.

f ¶ Pro virtute.] Scilicet vt parē virtutē & conſtantiam 2 cōtra perſecutionē in paſſione habuiſſe videantur.

2 Cū ex ſæuitia ꝑſecutionis uirtus patriæ claruerit in vtroq; Hu.

ITEM POENITENTES. Hęc eſt 5. pars huius quęſt. in qua dicit, quid ſit in hac quæſtione tenēdū: & dicit, quod tales qui ſacerdotes eſſe ñ poſsūt, nec eos accuſare, nec in eos teſtificari pñt; redarguere tñ poſſunt occulte & pacifice: & hęc ꝓbat p tria exēpla & v. auct. ſāctorū patrū Io. d Fā.

Filius patrē conuenire pōt.

quod à pluribus, quàm quod à paucioribus dicitur, & 19. d. in canonicis.

QVæritur.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ licet pater corā iudice conqueratur de filio, & econuerſo, filius eſt patri pręferendus in veritate, in honore tamen pater eſt filio præferendus, & ſic honor debitus patri ſeruatur, ut æquitas non perdat meritum.

c ¶ Quæritur.] Secundum canones ergo filius, conque-

CASVS. Probatum eſt ſup. in multis. c. ꝙ criminoſi accuſare non poſſunt. Idem dicit Gratianus de pœnitentibus & bigamis. & ita colligitur, ꝙ qui non ſunt ſacerdotes, nec dici poſſunt, in ſacerdotes accuſationem uel teſtificationem proferre non poſſunt. Et hæc probantur duobus capitulis ſequentibus.

g ¶ Item pœnitentes.] Solemniter inf. 6. q. 1. qui crimē.

IPſi Apoſtoli.] CASVS. Quęſitum fuit à Fabiano Papa qui repellantur ab accuſatione in teſtimonio ſacerdotum. Et reſpondet ꝙ illi remoueãtur, qui nõ ſunt ſacerdotes, nec eſſe poſſunt intellige ratione criminis vel irregularitatis.

a ¶ Ordinis.] In criminali, ſeu in ciuili poſſunt omnes. ext. de teſtibus, tam literis.

b ¶ Neceſſe.] Ex his duobus c. 1. colligitũ ꝙ hęc tria accuſatio, teſtimoniũ, & ordo pari paſſu ambulãt, vt quicũque non admittitur ad vnũ, nec ad reliquũ. Sed obijcitur, quicumq; ſemel in peccato mortali fuerit, nõ admittitur ad ordines, vt 25. diſ. primũ. ergo nec ad teſtimoniũ. Item ſi crimẽ ciuiliter fuerit probatũ, nõ admittitur ad ordines. vt diſt. 24. qñ. ext. de accuſa. ſuper his ergo nec ad teſtimonium: & ſcd̃m hoc nullus iueniẽ teſtis, cum nemo. ſine crimine viuat. 25. di. §. nolẽ autẽ. Tu dicas ꝙ regula, q̃ hic traditur locũ habet cũ criminaliter agitur. Si enim ciuiliter agiẽ aut crimen eſt occultum quod obijcitur teſti, aut manifeſtũ, ſi occultũ, præſumo eũ inde egiſſe pęnitentiam. quia occultum in meliorẽ partem interpretamur. extra de ſortilegijs. ca. ex tuarum. & extra de reg. iuris. eſtote. Si aũt manifeſtũ, probauit ſe egiſſe pœnitentiã per ſacerdotẽ, quod facere poteſt, vt extra de ſimo. nemo. 50. diſt. in capite. 2. q. 1. ſi peccauerit, in fi. niſi tale ſit crimen, quod etiam poſt pœnitẽtiam irroget infamiã, vt cum aliquis conuictus eſt de periurio. ut 3. q. 7. §. porro. Si autem criminaliter agitur, ſiue ſit occultum, ſiue manifeſtum ſiue inde egerit pœnitentiam, ſiue nõ, repello eum, vt 6. q. 1. qui crimen, 2 Vel diſtingue ſicut notaui ſuper illo cap. qui crimen. Ioan. & extra de teſt. teſtimonium, vbi diffinitur breuiter. B. circa hanc materiam conſueuit quæri: ſi quis vinum non poteſt bibere, an poſſit promoueri: cum ipſum miniſtrantem oportet communicare, de conſecra. diſt. 1. epiſcopus Deo. & diſt. 2. peracta? Dic ꝙ non. Nec etiam accuſare poteſt. 3 Ille, qui caſu membrum amiſit. 55. diſti. ca. vlt. tamen inferiorem uel parem poteſt accuſare: quia poteſt remanere inexecutione illius ordinis. diſtin. 55. præcepta, nam qui eſt intra 30. annos poteſt accuſare ſacerdotes. Item clericus bigamus non poteſt accuſare clericum coniugatum qui vnicam, & virginem habuit vxorem: quia clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali. 32. diſt. ſi qui vero. Hug. dicit quod ſacerdos depoſitus alium poteſt accuſare. Sed hoc non placet, nam ex quo eſt de crimine condemnatus, ſtatim eſt delictum eius notorium, extra de cohabita. cler. & muli. veſtra. Item nec ille admittitur ad accuſationem, cui crimen eſt in modum exceptionis probatum, per quod eſt repulſus à teſtimonio, licet non ſit infamis. argu. extra ſic ele. ſuper eo. & 2. q. 1. prohibentur. grauata eſt tamen eius opinio ſicut illius, qui ancillam oppreſſit. C. de adult. & ſi libidine. Nam inhoneſtum eſt tales ordines admitti, ut dicit lex de his, qui ſupponuntur fuſtibus ab ædibus, 4 licet non ſint infames. ff. de decur. eos. niſi ſit neceſſitas. ff. de mune. & hon. l. ul. gradatim, & hoc ideo, quia opino. eius in nullo uacillabit, ut 33. diſ. laici & no. ſup. ca. 1. in primis, in ſi. Io. & probatur hodie tota hæc diſtinctio in decreta. de teſtibus cap. teſtimonium. Quid iuris ſit de ordinando, nota ut ſupra 25. diſt. primum. B.

1 Scilicet. exiſto. c. & ſeq.

Teſtis an ſit repellendus propter crimen ſibi obiectum.

2 Vide qđ not. 3. q. 7. q fine. in ſi. ſacerdos nõ efficiatur. ꝙ uinum bibere non põt.

3 Hic adde qđ non ſup. ea. in ſumma ver. tales.

Accuſare nõ poteſt de crimine conuictus in modum exceptionis.

4 Ideſt, a cuſtodibus ædiũ ab incẽdio p noctẽ. ff. de of. præfe. vi. l. 1. & 2.

*Vnde Fabianus ait epiſtola ſecunda ad epiſcopos Orientales.*

¶Qui ſacerdotes eſſe non poſſunt, ſacerdotes accuſare non valent. C. XXXVIII.

IPſi Apoſtoli, & eorum ſucceſſores olim ſtatuerunt, vt ſacerdotes Domini non accuſent, nec in eos teſtificẽtur, qui ſui ordinis [a] non ſunt, nec eſſe [b] poſſunt.

Anſel. l. 3. c. 47. Poly. l. 5. titu. 1. Mutata eſt verborũ ſeries.

*Item Damaſus Papa ad Stephanum archiepiſcopum, epiſt. 3. c. 3.*

¶Sacerdotes accuſare, vel in eos teſtificari nõ valent, qui ad ſacerdotium prohibentur eligi. C. XXXIX.

Poly. ibidem. Burc. l. 1. c. 1. 173. Iuo p. 5. ca. 290. Pann. l. 4. c. 186. Anſel. l. 3. c. 41. ſup. ca. ſacerdotes.

TEſtes α abſq; vlla ĩfamia, aut ſuſpicione, [c] vel manifeſta macula, & veræ fidei plenitudine β iſtructi eſſe debẽt, & tales, quales, ad ſacerdotiũ eligere iubet diuina auctoritas. ¶Quoniã ſacerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari nõ poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem non debent, nec poſſunt prouehi honorem.

α ¶ Teſtes.] *Damaſi verba hæc ſunt.* Accuſatores autem epiſcoporum. & teſtes, ſuper quibus cogitaſtis, abſque vlla infamia, aut ſuſpicione, &c. *ſicque referuntur à Burchardo & Iuone: Panormia autem habet, ut Gratianus.*

β ¶ Plenitudine.] *In epiſtola ipſa legitur*, pleniter. *Burchardus vero & Iuo habent.* vera fide pleniter.

*Sic & illud* [d] *Silueſtri intelligitur: [Laicus non accuſet clericum, &c.] Ideſt, qui in inferiori gradu conſtituti ad ſuperiorem aſcendere non poſſunt,* [e] *in ſuperioribus agentes accuſare non debent.*

ſup. ca. nullus laic⁹.

*¶ Ecce oſtenſum eſt, quid reſpõdeatur auctoritatibus, & argumentis quibus ſubditi ab accuſatione prælatorũ vi-*

TEſtes.] CASVS. Idem quærebatur in hoc cap. quod quęſitum fuit in ſuperiori, & reſpõdetur, ꝙ teſtes debent eſſe ſine omni macula & ſuſpicione: quia ſacerdotes criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem honorem prouehi non poſſunt, & ſic intelligitur §. ſequens.

c ¶ Suſcipione.] Repellitur teſtis propter ſuſpicionem 5. ut ſup. accuſ. in prin. Arg. contra de conſe. diſt. 2. non prohibeat.

5 Odij, vel inimicitiæ uel criminis occulti, ſecundum H. ad idem 3. q. 5. qua ſi per totum. ibi videas Arch.

ADDITIO. Dic quòd aſſumptio corporis non nocet niſi ſumenti: ſed accuſato alij nocet.

d ¶ Sic & illud.] Supra ea. nullus laicus.

e ¶ Non poſſunt.] Qualiter hic intelligitur, habetur infra 4. q. 1. c. 1.

ECCE. CASVS. ſup. probatũ eſt ꝙ ſubditi non poſſunt accuſare prælatos: & reſponſum eſt contrarijs auctoritatibus

Matth.15. debantur repellendi. Nunc demonſtrandum eſt: quibus rationib. probentur recipiendi, & quid contra reſpondeatur a prælatis. Chriſtus qui erat paſtor paſtorum, ouibus ſuis, de quib. ait. [Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael, &c.] Inter opprobria, & verbera,

Ioan.18. Ioan.8. quæ ab eis patiebatur, ait: [Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, &c.] Item: [Quis ex vobis arguet me de peccato?] At quicunque ad teſtificandum in aliquẽ, vel ad arguendum admittuntur: ad eundem accuſandum admitti poſſunt. Cum ergo oues, vt aduerſus paſtorem ſuum teſtimonium ferant, & vt ipſum (ſi poſſunt) reprehendant, admittantur: patet, quod ſubditi poſſunt accuſare prælatos ſuos. ¶ His ita reſpondetur. Chriſtus, quamuis eſſet paſtor ſuarum ouium, quas uerbo & exemplo paſcebat: tamen quantum ad officiorum diſtri-

Ial.illo. butionem (ex qua hodie in eccleſia alij præſunt alijs, unde quidam prælati, quidam ſubditi vocantur) in populo ſuo paſtorale officium non gerebat. Myſtica.n. & viſibili unctione nec in regem, [a] nec in ſacerdotẽ unctus erat: quæ ſolæ duæ perſonæ in populo illo prælaturæ nomen ſibi uendicabant. ¶ Non ergo ex hac auctoritate ſubditi probantur admittendi in accuſatione prælatorum: ſed tantum oſtenditur, quod auditores eos reprehendere poſſunt, & in eos teſtificari, qui cum officia eccleſiaſtica nõ habeãt, uerbo tamen & exemplo quoſcunq; ualeant, lucrari Deo ſatagunt. Reſpondetur & aliter. Aliud eſt, quod de rigore coguntur ſeruare diſciplinæ: aliud, quod admittitur ex perfectionis conſideratione. Chriſtus ad ſe arguẽdum Iudæos admiſit perfectione humilitatis nõ ſeueritate iuris. Si enim legis rigore eſsẽt admiſſi, hac auctoritate cri-

Gal.2. minoſi, & infames in accuſatione religioſorum eſſent recipiẽdi: cum eſſent ſceleratiſſimi, qui de Chriſti nece tractates innocẽtem condemnare volebant. Hoc ergo exemplo prælati non coguntur recipere ſubditos in accuſatione ſui, ſed permittuntur. ¶ Item Paulus Petrũ reprehendit, qui princeps Apoſtolorum erat. Vnde datur intelligi; quod ſubditi poſſunt reprehendere prælatos ſuos: ſi reprehenſibiles fuerĩt. Sed hoc facile repellitur, ſi unde ſit reprehẽſus aduertitur. Petrus cogebat gentes iudaizare, & a ueritate Euangelij recedere, cum Iudæis gregem faciens, & a cibis gentilium latenter ſe ſubtrahens. Par autem in

Act.11. ſe eſt a fide exorbitare, & alios exemplo, uel uerbo a fide deijcere. Ergo hoc exemplo non probantur prælati accuſandi ſubditis; niſi forte a fide exorbitauerint, uel alios exorbitare coegerint. ¶ Item cum Petrus intraſſet ad Cornelium, conqueſti fratres ſunt, qui erant in Iudæa, & reprehenderunt eum, quod ad gentilem diuertiſſet. Ecce, quod prælati iure poſſunt reprehendi a ſubditis.

Sed huic oppoſitioni B. Gregorius reſpondit dicens Theoctiſtæ patriciæ, lib.9. epiſt.39.

¶ Petrus a fidelibus interrogatus cur ad gentes intraſſet, non ex poteſtate reſpondit, ſed humiliter rationem reddidit. Cap. XL.

Act.11. PEtrus poteſtatem regni acceperat: & tamen idem Apoſtolorum primus querimoniæ contra eum a fidelibus factæ, cur ad gentes intraſſet, non ex poteſtate officij (qua poſſet dicere, oues paſtorem ſuum nõ accuſent, nec

ſtatibus. Nũc econtra oſtẽdit, quod ſubditi poſſunt accuſare prælatos: & hoc probatur exemplo Domini & Petri. Nam Dominus permiſit Iudæos contra ſe teſtificari: & ita per conſequens eum accuſare potuerunt. Nã cui permittitur teſtificatio, & accuſatio. Sed adhoc dupliciter rñdetur prima reſponſio eſt, quod licet Chriſtus ſit paſtor ouium non tamen ſecundũ legẽ veterem & nouã in regẽ, vel ſacerdotem inũctus erat, quę vnctio prælaturam cõfert. Vel dicas, quod Dñs hoc fecit ex humilitate, & nõ de rigore iuris: Paulus ſimiliter reprehendit Petrum, qui maior erat eo. Sed rñdetur quod non fuit mirum; quia cogebat gentes iudaizare, & a fide recedere: ĩ quo caſu bene accuſantur prælati a ſubditis. Itẽ Petrus fuit reprehẽſus a fratrib. quia intrauit in domũ Cornelij gentilis. Sed huic obiectioni reſpõdetur in ſequenti c.

a ¶ Nec in regem.] immo nec regnum eius erat de hoc mũdo. 23.q.3.§.1.

PEtrus.] CASVS. Iudæi reprehendebant Petrum, qui intrauit domũ Cornelij gẽtilis: ſed dicit Greg. quod Petr[9] bene poterat ſuos repellere ſubditos ex poteſtate ſui officij: ſed reſpondit ſe hoc feciſſe auctoritate diuinæ virtutis.

a ¶ Re-

a ¶ Reſpõdit.] Dicens, eandem Deus dedit gratiam eis ſicut nobis, qui credimus in Ieſum.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupra dicto cap. dicens, quod non coguntur prælati exemplo Petri recipere ſubditorum accuſationem, niſi faciant hoc ex humilitate, ſicut fecit Petrus, non coactus; ſed volens: & ita intelligitur ſequens cap.

rum presbyterorum qui fuerunt à Daniele reprehenſi, & exemplo Damaſi & Symmachi, qui fuerunt à ſuis ſubditis reprehenſi & accuſati. Sed ſingulis obiectionibus ſingulas ponit ſalutiones per ordinem reſpondendo.

d ¶ Ario-

reprehendant: (ſed ex ratione diuinę virtutis, qua gentiles acceperant ſpiritumſanctum, reſpondit.[a]

*¶ Operæ pretiũ fuerit ad ipſum B. Gregorium adire: copioſe enim exponit, quæ hic à Gratiano cõciſe referũtur,*

*Cum ergo Petrus potuit ex officio repellere querelas, ſed noluit: non hoc exemplo prælati coguntur ſuſcipere reprehenſionem ſubditorum. Ex hac etiam humilitatis diſpenſatione intelligitur illud Leonis quarti Ludouico Auguſto dictum.*

*¶ Apud Iuonem huius capitis hæc eſt inſcriptio.* Quod in præſentia legatorum Imperatoris Leo Papa cauſam ſuã examinari voluerit, idem Nicolaus Imperatori.

¶ Imperiali iudicio Apoſtolicus ſe emendare promittit, ſi quid erga ſubditos iniuſte commiſit.

Cap. XLI.

NOs, ſi incompetenter aliquid egimus, & in ſubditis iuſtę legis tramitem non conſeruauimus, veſtro, ac miſſorum veſtrorum cuncta volumus emẽdare iudicio: quoniã ſi nos, qui aliena[b] debemus corrigere peccata, peiora committimus; certe nõ veritatis diſcipuli, ſed (q̃d dolentes dicimus) erimus prę cęteris erroris magiſtri. Inde magnitudinis veſtrę magnopere clemẽtiam imploramus, vt tales ad hęc, quę diximus, perquirẽda miſſos in his partibus dirigatis, qui Deũ per omnia timeant, & cũcta (quemadmodum ſi veſtra pręſens fuiſſet imperialis gloria) diligẽter exquirant: & non tantum hæc ſola, quæ ſuperius diximus, q̃rimus, vt examuſſim[c] exagitet; ſed ſiue minora, ſiue, etiam maiora illis ſint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine; quatenus in poſterum nihil ſit, quod ex eis indiſcuſſum, vel indiffinitum remaneat. Iuo p. 5. c. 22.

6 *Item, cum Balaam ariolus[d] iret ad maledicendum populũ; Angelus Domini, aſinæ, cui inſidebat, in via ſe oppoſuit: euaginatoq; gladio eam ab itinere compeſcuit; quam dum ille verberib. affligeret, in vocem prorupit, & prophetæ veſaniam redarguit. Si ergo animal mutum angelica uirtute, prophetæ inſipientiam reprehendit, multo magis ſubditi poſſunt accuſare prælatos ſuos.* Num. 22.

*¶ His ita reſpondetur. Verum eſt, quod per aſinam ſubditi ſignificatur, & per Balaam, prælati: non tamen hoc exemplo probantur prælati accuſandi à ſubditis: ſed ſubditis tantum forma datur humiliter remitendi prælatis, ſi forte eos ad malum cogere voluerint. Balaam namque aſinam urgens, ut ad maledicendum pupulo Dei eum ueheret, ſignificat eos, qui verberibus & cruciatibus a ſubditis exigunt, vt eis in malo fautores, & coadiutores exiſtant. Sed quia Angelus, quili-*

NOs ſi. CASVS. Quidam cõquerebantur de Leone Papa apud Ludouicum de iniuria eis facta Papa committit ſe Imperiali iuriſdictioni. & rogat Ludouicum Imperatorem, vt tales nũcios mittat ad hęc inquirenda, qui Deum timeant: & qui vicem Imperialis glorię ſic examinent, & diffiniãt, vt nulla poſſit in poſterum dubitatio remanere, etiam ſi maiora opponantur, ei, quàm ea quæ dicta ſunt.

b ¶ Aliena. Hic Papa ſe ſubijcit aliorũ iudicio: quod facere põt, 1 vt ff. de iuriſ. om. iud. eſt receptũ. non tamen eum poſſũt deponere. 9. q. 3. nemo. ſecundum H. poſſunt: q̃a & ſe ipſum poteſt deponere, vt 21. diſt. nunc autem.

1 Conc. Alex. de Imo. in l. eſt receptũ. ff. de iu. om. iud. in gl. 3. ubi dicit idẽ eſſe in Rege Francorum, nõ recognoſcente ſuperiorẽ: ꝙ põt eſſe iudex in propria cã, q̃d intelligeuerum quo ad ſibi ſubditos: nõ quo ad alios, vt patet in ca. nouit & ibi Ho. & Ioan. And. ext. de iud.

c ¶ Examuſſim.]. i. regulariter vel indubetanter, vel perfecte: quia amuſſis eſt inſtrumentũ plumbeum cũ quo rectificantur. parietes vel plumbantur.

I T E M C V M BALAAM. Hæc eſt 6. pars huius quæſt. in qua probat quod probatũ erat, quod ſubditi poſſunt prælatos reprehendere, & etiam accuſare, ſi ad eundem ordinẽ uenire poſſunt, nõ autem debẽt eos de occultis uel pene occultis diffamare, & hoc probat per 7. exempla. & per 10. auctoritates ſãctorum pattum. Ioann. de Fant.

CASVS. Adhuc probat Grat. quinq. exẽplis, ꝙ ſubditi poſſunt accuſare prælatos, ſcilicet exemplo Balaam: qui fuit ab aſina reprehenſus: & exemplo Dauid, qui fuit à Nathan propheta reprehenſus: & exemplo iniquo-

d ¶ Ariolus.] Ariolus dicitur qui circa aras idolis preces nefarias effundit: & fructum ſibi in triſtitia affert. 26. q. 3. igitur genus.

a ¶ Tra-

*bet videlicet prædicator euaginato gladio, apertè ſcilicet prædicato timore, & horrore futuræ vindictæ, à conſenſu alienæ malitiæ illos reuocat: licet eis in huiuſmodi vocem conqueſtionis prorumpere, & prælatis ſuis dicere; cur nos verberibus affligitis? cur nobis iniuſte iraſcimini? nunquid vobis inobedientes aliquãdo fuimus? niſi nunc, cum ad malũ cogimur? videte illum qui prohibet ab incepto.*

2. Reg. 11. *Non ergo hinc prælati probantur accuſandi à ſubditis.*
*¶ Item cum Dauid adulterium, & homicidium cõmiſiſſet, miſſus eſt à Deo Nathan propheta, vt eum redargueret. Ecce, quod prælati ſunt arguendi, &*
2. Reg. 6. *reprehendendi a ſubditis. ¶ Sed notandum eſt, quòd duæ ſunt perſonæ, quibus mundus iſte regitur; regalis videlicet, & ſacerdotalis. Sicut reges præſunt in cauſis ſæculi, ita ſacerdotes in cauſis Dei: Regum eſt corporalem irrogare pœnam; ſacerdotum ſpiritualem inferre vindictam. Dauid ergo etſi ex re-*
2. Paral. 26. *gali vnctione ſacerdotibus, & prophetis præerat in cauſis ſæculi: tamen ſuberat eis in cauſis Dei. Vnde reges à prophetis, & a ſacerdotibus vngebantur, & eorũ oblatione peccata regũ expiabantur. ¶ Sicut ergo Ozias à Domino lepra percuſſus eſt, quia ſacerdotum officia vſurpare voluit; ſic ſacerdotibus, & prophetis regum vſurpare officia non licuit. Nathan ergo propheta cum regem redarguit, ſuum eſt executus officium, in quo erat rege ſuperior, non vſurpauit regis officium, in quo erat rege inferior: monuit eum, vt per*
Theodo. hiſt. eccl. l. 5. c. 17. *pœnitentiam peccata ſua expiaret, non tulit in eum ſententiam qua tanquã*
Niceph. l. 13. c. 34. *adulter, & homicida morti addiceretur. ¶ Sic & Beatus Ambroſius Theo-*
Ro. 13. *doſium, & Beatus Innocentius Imperatorem Archadium excommunica-*
1. Pet. 2. *uit, & ab eccleſiæ ingreſſu prohibuit. ¶ Sicut enim non ſine cauſa iudex gla-*
† al. excommunicatorum. *dium portat ita non ſine cauſa claues eccleſiæ ſacerdotes accipiunt. Ille por-*
Dan. 13. *tat gladiũ ad vindictam malefactorũ, laudẽ vero bonorũ, iſti habent claues ad excluſionem excommunicandorum, & reconciliationem pœnitentium. Hoc ergo exemplo ſubditi probantur reprehendendi a prælatis, non prælati a ſubditis. ¶ Item Daniel nulla legitima poteſtate functus iudices a populo conſtitutos de falſo teſtimonio conuicit, & conuictos damnauit. Cõſtat ergo quòd nullam poteſtatem habentes poſſunt redarguere dignitatibus ſublimatos. ¶ His ita reſpondetur. Miracula (& maximè veteris teſtamenti) ſunt ad-*
1. Reg. 15. *miranda, non in exemplum noſtræ actionis trahenda [a]. Multa enim concedebantur tunc, quæ nunc penitus prohibentur. Tunc enim Samuel Agag pinguiſſimum regem Amalech in fruſta diuidendo conſcidit. nunc nulli ec-*
Num. 25. *cleſiaſticorum iudicium ſanguinis [b] agitare licet. Tunc Phinees Iudæum coeuntem cum Madianita interfecit, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam: hodie ſacerdotibus in perniciem ſui officij verteretur. Exemplo ergo Danielis non ſolum accuſandi, vel redarguendi, ſed etiam iudicandi poteſtatem ſub-*
Eſa. 9. & 42. *diti ſibi in prælatos vendicarent: ſi illud in argumentum noſtræ actionis liceret aſſumi, quod nulla vnquã auctoritate permittitur. Magis ergo ex hoc facto datur intelligi: quod in nouiſſimis temporibus ſuſcitaret Deus ſpiritum pueri iunioris, illius videlicet de quo per prophetam dicitur: [Puer natus eſt nobis.] & iterum: [Ecce puer meus.] Qui iudices iniquitatis, ſcribas ſcilicet, & pharisæos falſis criminibus Suſannam, ideſt eccleſiam accuſantes, & ream adulterij pronunciantes, eo quòd Chriſtum ſequeretur, conuinceret, & condemnaret. ¶ Item Hieronymus a refert in libro virorum illuſtriũ, quòd*
† al. XIV. *Damaſus Papa a ſubditis de adulterio accuſatus cum quadraginta † duobus*
Initio 4. ſynodi ſub Symmacho. *epiſcopis ſe purgauit. ¶ Item Symmachus Papa in Romana ſynodo dignitate ſua expoliatus prius ſtatui ſuo reddi decernitur, vt tunc veniret ad cauſam, & ſi ita recte videretur, accuſantium propoſitionibus reſponderet. Digna res viſa eſt maximo numero ſacerdotum, quæ mereretur effectum: & cũ poſtmodum ordinaretur, quomodo eſſet accuſandus: præfatus Papa, vt cauſam diceret, occurrebat: ſed ab æmulis eſt impeditus.*

a ¶ Trahenda.] 22. quæſt. 2. ſi quis per vetus.
b ¶ Sanguinis.] 23. quæſtio. vltim. his à quib. & capi. leg. & ca. occidit. & ext. ne cleri. vel mona. ſententiam ſanguinis.

Si quis

Si quis. [CASVS. Quidam redarguebat Grego. quòd multa faciebat contra rationem, Dicit Grego. vt veniant ad Apoſtolicam ſedem, & ibi cognoſcatur, vt iſta inter eos feratur ſententia.

Forum rei ſequi debet actor.

a ¶ Si quis.] Quia actor forum rei ſequi debet: extra de fo.comp. cum ſit generale. & C.de iuris om.iud.l. iuris ordinem. vel quia cauſa fidei eſt, quæ in eccleſia eſt tractãda, vt 23.q. vlt. cõuenior. & ſu.ea. q.2.præceptũ.23.q.1.quoties.

b ¶ Confeſſionem.] id eſt, ſcripturam.

EX HIS. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, prælatos poſſe a ſuis ſubditis accuſari, cũ iſti tres Apoſtolici fuerint a ſuis ſubditis accuſati. Sed reſpõdet, ꝙ iſti Apoſtolici exemplo Dñi non coegerũt alios prælatos recipere ſubditos ĩ accuſationem ſuã: ſed pmiſerunt hoc fieri ex humilitate.

Accuſatus quandoque dat expenſas accuſatori.

c ¶ Prælatos.] Et dabuntur eis expenſæ ab epiſcopo quẽ accuſãt ſi egẽt, vt ext. de acc.c.ex parte.nã & dãtur ſeruo agenti cãm libertatis. C. de or. cog.l.vlt.ſimiliter ei qui egit de inofficioſo teſtamẽto, & obtinuit ſi aduerſarius appellat, ff.de inof.te.l.ſi inſtituta. §.penul.

PAulus.] CASVS. Paulus dyaclinę ciuitatis epiſcopus fuit accuſatus à ſubditis de lapſu, deinde conuictus depoſitus fuit epiſcoporum iudicio. & ſubſtitutus fuit ei poſtea Nemeſion: quòd an fuerit factum voluntate vel neceſſitate ſequenti capitulo declaratur.

LAtor.] CASVS. Paulus epiſcop⁹ depoſitus fuit & Nemeſiõ fuit eis ſubſtitutus, quẽ Paul⁹ more pdonis epiſcopatum ingreſſus ab eccleſia proiecit, & ad necem fere perduxit, res eccleſiæ auferendo, de quibus omnibus Nemeſion conqueſtus eſt Papæ. Papa mandat Ioanni epiſcopo, vt ſi dictus Paulus res eccleſiæ abſtuſit, eum reddere compellat. Si vero ipſi Ioanni cõſtiterit eum tantum res proprias abſtuliſſe: licet grauiter deliquerit (ne addatur afflictis afflictio) eas permittatur habere: ita tamen quod ſi damnum eccleſiæ intulit, reſarcire modis omnibus compellatur: & ſi de cætero ad epiſcopatum aſpirare tẽtauerit, in monaſterium ad agẽdam pœnitentiam perennem detrudatur.

d ¶ In corporali.] Scilicet adulterio vel inceſtu, vt 30. quæſtio. 1. non debet ſecus ſi de ſimplici fornicatione, pro qua hodie non deponitur, vt 81. diſt. presbyter. & 34.diſt.fraternitatis, niſi de rigore factum fuerit. 81.diſtinct. ſi quis epiſcopus. & cap. presbyter. aut diaconus.1.

Fornicatio ſimplex non eſt digna depoſitione.

3 Adde ad hoc tex. in l. ſi adulteriũ. cum ibi no. per Bar.ff.de adult.

e ¶ Nemeſion.] Nota ꝙ Papa non vocat eum fratrem licet eſſet epiſcopus, hodie aliud eſſet. extra de cri. fal. quam graui.

a ¶ Hieronymus.] *In catalogo B. Hieronymi, aut alijs ipſius libris nihil tale legitur, in vetuſtis tamen Pontificalibus in vita Damaſi hoc refertur.*

*Item Gregorius ait de ſe ipſo.*

¶ Redarguendi ſe licentiam beatus Gregorius alijs præſtat. Cap. XLII.

Poly.l.1.tit. 28. Anſel.2. c. 20.

SI quis [a] ſuper his nos, arguere voluerit, vel extra auctoritatem nos facere contenderit: veniat ad ſedem Apoſtolicam, quo omnia eccleſiaſtica negotia, de quibus quæſtio habetur, confluere iuſſa ſunt: vt ibi ante confeſſionem [b] ſancti Petri mecum iuſte decertet, quatenus in ibi vnus ex nobis ſententiam ſuſpiciat ſuam.

¶ *Eſt Gregorij quarti in epiſt. citata ſupra ead. q. 6.c.decreto noſtro, & diſt.19. nulli fas. in qua epiſtola cum multa dixiſſet de priuilegijs, & primatu Romanæ eccleſiæ, iſta adiungit.*

*Ex his omnibus colligitur, quòd ſubditi poſſunt reprehendere, & accuſare prælatos [c] ſuos. Sed ſicut de Chriſto dictum eſt, quando Iudæis dixit: [Si male locutus ſum, &c.] ita de iſtis intelligendum eſt, quòd ſuo exemplo prælatis dederunt facultatem recipiendi ſubditos in accuſationem ſui ſed non cogerunt, Item.*

¶ De eodem. Cap. XLIII.

Burc.l.1.182. Iuo p.5.c. 398. † al. Declatinæ.

P*Aulus Dyaclinæ † ciuitatis epiſcopus accuſatur à ſubditis de lapſu carnis: conuincitur, deponitur, alius loco eius ſubſtituitur.* ¶ *Hoc an ex diſpenſatione accuſati, an ex rigore iuris ſit factum, ex regeſto Gregorij ad Ioannem epiſcopum primæ Iuſtinianæ, lib.10.epiſt. 33. poteſt deprehendi, vbi ait.*

¶ *Verba ſunt Gratiani, qui proponit ſummam ſequentis capituli, quòd ſæpe facere ſolitum eſſe multis locis eſt notatum.*

¶ Paulus Dyaclinæ. † ciuitatis epiſcopus ſubditorum accuſatione conuictus deponitur. Cap. XLIIII.

† al. Declatinæ.

Burc.l.1. c. 182. Iuo p. 5.c.398. † al. Declinatinæ.

LAtor Nemeſion ad nos veniens indicauit, quòd Paulus Dyaclinæ † ciuitatis epiſcopus, inter alia mala in corporali [d] crimine lapſus à ſuis clericis accuſatus, & conuictus, epiſcopali ſententia depoſitus eſt: poſtea cum auxilio ſæcularium veniens epiſcopatum more prędonis ingreſſus eſt: ablatiſq. rebus eccleſiæ dilectiſſimum Nemeſion [e] latorem præſentium ſibi ſubſtitutum, ab eo

epiſcopatu proiecit,& ad ſummã iniuriã, ac necem penè perduxit. Fraternitas itaq; veſtra hæc omnia curet addiſcere, & quæcumq; eccleſiæ abſtulit,omni mora, vel excuſatione ceſſante [a] reddere [b] cõpellat. Si vero nihil eccleſiæ,ſed propriũ [c] ſe dixerit abſtuliſſe (quamuis graue, & iniquum fuerit, vt non à vobis [d],vel à metropolitano eius hoc petierit,ſed temerario auſu agere præſumpſerit) verumtamen ſi quid proprium tulit [e] ſub fraternitatis veſtræ debet examine conſtare,ſi verũ eſt.Sed & illud diligenter quærendum eſt, ſi quid male de rebus dilapidauit eccleſiæ; vt ex eo quod nunc abſtulit, illud reformare,ac ſatisfacere modis omnibus compellatur.

¶ *In hoc capite non referũtur ipſa omnino verba Gregorij( quod à Burchardo & Iuone fit)ſententia tamen ſatis expreſſa eſt.*

*Hoc edicto † [f] nõ in accuſatores,vel depoſitores vlciſcitur;ſed in depoſitum vlterius proſequitur,vt ſi vltra ad epiſcopatũ aſpirare tentauerit,modis oĩb. repellatur, & ad agendã pœnitentiã perennem in monaſterium detrudatur. Quem ergo Gregorius ad epiſcopatũ aſpirantem omnibus modis repellit,quẽ graui pœnitentiæ ſubijcit; patet non ſua diſpenſatione [g],ſed canonum cenſura a ſubditis eſſe accuſatum,& conuictum. Et vt iam non exemplis,ſed legibus agamus; videndum eſt, quid Gregorius ſcribat Innocentio [a],& reliquis epiſcopis Sardiniæ lib.7.indict.2.epiſt.8. ita dicens.*

† *al. dicto.*

[a] ¶Innocentio.] *In originali impreſſo eſt,* Vincentio atque quam plurimis epiſcopis.*In vetuſto autem exemplari Vaticano exprimuntur nomina epiſcoporum, ad quos hæc epiſtola ſcribitur hoc ordine.*Vincentio,Innocentio, Mariniano,Libertino,Agathoni, & Victori epiſcopis Sardiniæ.

¶Quòd ſubditi prælatos ſuos accuſare poſſunt.
Cap. XLV.

METropolitanum [h] veſtrũ in aliquo [i] poſtponere nõ præſumatis,excepto ſi(quod non optamus)contra eundem habere vos aliquid cauſæ contingat, vt ob hoc ſedis Apoſtolicæ iudicium petere † debeatis.

† *al. iudicium requiratis.*

*Itẽ vniuerſis epiſcopis cõcilij Bizacij lib.10.epl.27.*

¶Vitam prælatorum ſubditi nulla diſſimulatione negligant. Cap. XLVI.

SIcut(inquit)laudabile,diſcretumque eſt reuerẽtiam,

[a] ¶Excuſatione ceſſante.] Iuſta tamen exceptio, vel excuſatio admittitur,extra de oſt.deleg.ex parte.2.§

[b] ¶Reddere.] Cum de mero iure deberet iſte in exilium relegari centum milliaribus a ciuitate remotus.C. de epiſc. & cle.quicumque.Item cadere debuiſſet a iure ſuo 1. C.vnde vi. ſi quis in tantam, 16.q.6. placuit. ſed melius eſt vt eum ſua auferre ſinat eccleſia, q̃ in perniciem eccleſiæ amplius incandeſcat. ut j.17.q.ult.§.ult.

[c] ¶Proprium.] Hic nõ ꝙ ſpoliator poſſit ſpoliato referre quæſtionem proprietatis. extra de cau.poſ.c.cum eccleſia 2.& ſeq.quod non eſt uerũ,ut extra de reſti.ſpol. item cum quis. & c.in literis.ſed diſpenſatiuè cum ipſo actum eſt,ut patet in gloſſ.præcedenti.

[d] ¶Vt non à uobis. Loquitur primati: quia apud metropolitanum prius eſt conueniendus,ut infra,c.proxi. & 9.q.3.nullus primas. & c.conqueſtus.

1 Quòd iſte nõ fuit punitus de miſericordia factũ eſt prout no. L. & lo. 16.qõ.1. placuit.

2 Iſta decr. non probat hoc ſimpliciter: quia ibi utrumq; ius fuit deductũ in iudiciũ Arch.

[e] ¶Tulit.] Arg.contra.16.q.6.placuit. & cap. de lapſis. vbi dicitur, ꝙ monaſterio traduntur res depoſiti.ſed illud verum eſt quando detruditur in monaſterium, ſed hic non fuit depoſitus.

HOC EDICTO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradicto c. lator. ꝙ cum accuſatores epiſcopi vel depoſitores nõ puniũtur, ſed cõtra depoſitum proceditur, vt amplius ad epiſcopatũ nõ aſpiret: apparet ꝙ ſubditi admiſſi ſũt cõtra ſuũ prælatum nõ ex diſpenſatione ſed ex cenſura canonũ.Et quod admitti poſſunt, probat per ſequentia cap.

[f] ¶Hoc edicto.] Verba ſũt Gratiani vſq; ad illum locũ, vt ſi vltra. & à loco illo ad locum illũ,quem ergo,ſũt verba Gre. exinde ſunt verba Gratiani.

[g] ¶Diſpenſatione.] ideſt, voluntate.

METropolitanũ] CASVS.Præcepit Grego. Innoc. & alijs epis Sardiniæ, vt in cauſis ſuũ metropolitanũ non deſerant, niſi velit agere contra eũ in quo caſu ad Apoſtolicũ recurrant.

[h] ¶Metropolitanũ.] Ex contemptu. 3. alias omiſſo eo poſſunt adire Papam,vt ſ.ea. q.6.ca.2. & 3. Itẽ intellige iſtud qñ epi inter ſe litigant. nã ſi epus litigat cõtra clericũ,tũc coram arbitris eſt litigãdũ.11.q.1. ſi clericus. Ex contemptu ergo intellige fieri, quando ſine cauſa declinatur eius iuriſdictio ſicut dico, ꝙ ſine cauſa nõ poteſt quis declinare iuriſdictionem epiſcopi etiam per querelam factam Papæ 4. vt plene dixi in conſtitu. vt debitus, extra de appell. argu.non eſſe appellandum omiſſo medio, ſed hic non loquitur de appellatione.

3 Adde Alex. de Imol. in l. ſi uide §. hoc iudiciũ. col. 4. ff. ſi qs ius dicẽ. nõ obtemp.

Iuriſdictio epi ſine cauſa nõ poteſt declinari.

4 Hoc indiſtinctè reprobat, cũ et legatus adeat. extra de or. leg.c.1.& ita hẽt cõſuetudo ſm Gof. q̃ eſt optima legum interpres. ext. de conſuet.cum dilectus Archid.

[i] ¶In aliquo.] Epiſcoporum enim eſt iudex ordinarius primo loco metropolitanus. 10.q.3.quia cognouimus. 11.q.1.ſi clericus. aduerſus.

SIcut.] CASVS. Clementius patriarcha fuerat de quibuſdam criminib.accuſatus: quare Papa delegat cauſam epiſcopis concilij Nicaſij,& præcipit illis,vt cum omni ſolicitudine ac uiuacitate quæ dicta ſunt inueſtigentur, & ſi uera fuerint, canonicè puniantur,& ſi quis in hoc fauore perſonæ gratia vel quolibet blandimento negli-

Digitized by Google

**negligens fuerit, apud Deum iſtorum criminum particeps reputabitur.**

a ¶ Perlata.] A ſubditis.& ſic facit ad propoſitum Gratiani 1. aliter hoc c.nihil facit ad propoſitum Grat. niſi velis dicere eo ipſo ꝙ dedit alijs licentiam iudicandi,ergo & accusādi.

quilibet poſſit accuſare ſuum epiſcopum, & hoc c.continuatur illi 12.q.2.quatuor.

d ¶ Protinus.] Nonne neceſſaria eſt admonitio? certè ſic. Ideo expone protinus,ideſt, poſt tertiam admonitionem 2.vt ī.ea.q.1.ſi peccauerit.ſic.ext.de ſimo.licet.

e ¶ Pon-

1 Cum iſti cognoſcere debeant ex delegatione Papæ. L.Idē ſētit hic H. & Io.de Fā.

2 Idē ſentit hic H.& L.

& honorem debitū exhibere prioribus; ita rectitudinis, & Dei timoris eſt, ſi qua inter † eos correctione indigēt, nulla diſſimulatione poſtponere, ne totum (quod abſit) corpus incipiat morbus inuadere,ſi languor non fuerit, curatus in capite. Quædam α enim ad nos de Clementio primate veſtro perlata [a] ſunt;quę quoniā ita grauia ſunt, vt tranſire indiſcuſſa vllo modo non debeant;fraternitatem veſtrā hortamur [b],vt cū omni ſolicitudine, ac viuacitate mētis indagare multis modis debeatis illata; & ſi ſunt,vt audita ſunt,vltione canonica reſecētur.¶Admonemus aūt,vt non cuiuſquam perſonæ gratia non fauor, non quodlibet blandimētum quenquam veſtrum, vel ad diſcutiendum,quę nobis nunciata ſunt;molliat; vel à veritate excutiat:ſed ſacerdotaliter ad inueſtigādā vos propter Deum veritatē accingite. Nam ſi quis in hoc piger, aut negligens eſſe præſumpſerit; dictis criminibus apud Deum ſe nouerit eſſe participem, cuius zelo ad perſcrutandas ſubtiliter nefandi cauſas facinoris non mouetur.

† al. in eis.

α ¶Quædam.] *Et hic ſummatim referuntur verba B. Gregorij. Quare pauca tantum quædam ſunt addita,quæ neceſſaria videbantur.*

*Hæc ſi quis ſpecialia,& ex his generalem regulam colligi non oportere contendit: audiat aliquid Gelaſius C.XXVIII. dicat omnibus clericis cuiuſcunque ordinis, ita ſcribens.*

α ¶C.XXVIII.] *Hic citatur numerus capitum, vt eſt in codice canonum;de quo in præfatione dictum eſt.*

Gelaſius epiſcopis per Lucaniam, & Brutū, & Siciliam conſtitutis,epiſt.1. cap.30.

¶Clerici exceſſus ſui epiſcopi auribus deferant Romani Pontificis. Cap. XLVII.

Accuſare quis qñque cogitur.

QVapropter [c] nec clericorum quiſpiam ſe Apoſtolicæ † offenſę futurum cōfidat immunē,ſi in his,quæ ſalubriter ſequēda Apoſtolica deprompſit † auctoritas, ſiue epiſcopum,ſiue presbyterum,ſiue diaconum viderit excedentē,non protinus [d] ad aures † Romani Pōtificis [e] deferre [f] curauerit, probationibus duntaxat competenter exhibitis, vt trāſgreſſionis vltio fiat, & cæteris interdictio [g] delinquendi. Sin † vero [h], modis omnibus erit vnuſquiſque pontificum ordininis,& honoris ſui eliſor,

† *al.huius.*
† *al.promptiſſimus.*
† *al.noſtras.*
† *al. Sin vero modis omnibus erit vnuſquiſque pontificum ordinis, & honoris eliſor.*

3 Ad idē C. de ege. & ma. diffamari. C.de priua. car. l. 1. circa fi.
Et eſt ſpāle in dilapidatione vt quilibet cleric9 teneat denūciare. & eſt rō qa inſimul debent adminiſtrare: aliàs ſecus. Sed contra quo ad hoc.ſ.c.px. ibi aut ī his q̄ ſunt, &c. vnde dico ꝙ quilibet clericus tenet denunciare crimē ſui p̄lati ſm Ioā.

b ¶ Hortamur.] Nota ꝙ per verbū hortamur, & monem9. mandat iuriſdictio ſic ī.ea.q.1.notum. ff.de offi.præſi.ſępè ur̄ tn̄ ꝙ prouinciale cōcilium ordinario iure cognoſcat de primate ſiue de metropolitano ſuo. nā cū cōcilium iudicet de Papa in his in q̄bus ipſe poteſt iudicari:ergo concilium Metropolitani poteſt iudicare d̄ ipſo. Ad hoc inf. ea. ſi q̄s arg.cōtra.17.d.multis.nā ibi appellatur a concilio ad metropolitanū: ergo cum concilium ſit minus metropolitano,non poteſt ipſum iudicare.21.d.inferior. Sed poteſt dici, ꝙ quantum ad ſua negocia, eſt minor metropolitan9 cōcilio: quātum ad aliorum negocia eſt maior. Sed in c.multis.non appellat a concilio, ſed a quadā congregatione ep̄orum ad metropolitanū: ſed adhuc obſtat 21.diſ. nunc autem. Sed poteſt dici, ꝙ poteſt iudicare de ipſo concilio:non tn̄ eū cōdēnare poteſt, ſed qd̄ poſſit iudicari à concilio,bene facit 9.q.3.ſaluo.& c.ſi autē. & 63.diſtin.Salonitanæ.Sed eſt argum. cōtra ſupra c.prox. Ioan.

Concilium prouinciale an poſſit de archiepiſcopo cognoſcere.

HÆC SI QVIS. CASVS.Dicit Gra.ꝙ quę ſupra dicta ſunt ꝙ ſubditi poſſunt accuſare prę latos.generalia ſunt & non ſpecialia: & ſi quis dicat ea eſſe ſpecialia, audiat quid dicit Gelaſius de omnibus clericis generaliter cuiuſque ordinis.

QVapropter.]CASVS.Hoc c.cōtinuatur illi c.12.q.2. quatuor.vbi dicitur,ꝙ de redditib.eccleſię quatuor debent fieri portiones:prima epiſcopo:ſecunda clericis: tertia fabricæ: quarta pauperibus eſt aſſignanda. Dicitur ergo in hoc cap.ꝙ ſi quis clericus viderit prælatum ſuum in iſtis quartis diſtribuendis peccantem & excedentem, ſtatim debet Romano Pontifici nunciare, & probare quod nunciat,vt puniatur excedens: quod ſi nō fecerit,deponatur.

c ¶ Quapropter.] Videtur hic ſpecialis caſus, in quo

e ¶Pontificis.] Vel alterius ſuperioris.Ioan.
ADDITIO. Idem ſentit Hug.in ſuo caſu huius cap.

f ¶ Deferre. ideſt, denunciare H.c habes ꝙ aliquis cogitur accuſare,vt 1.q.1.quiſquis.& 5.q.5.c 1.extra qui fil.ſint legit.c.cauſam.& 24.q.3.tam ſacerdotes 3 ar.cōtra extra de acc.licet.in fi.& 5.q.2.ſi primates.& 3.q.4. clericus. & C.vt nemo inuit.agere.l.vna Sol.ad denunciationem quilibet tenetur, de qua hic loquitur.nō autem ad accuſationem vt in contrarijs.

g ¶Interdictio.] Forte ſpeciale eſt.in dilapidatione,vt quilibet teneatur denunciare.

h ¶Sin vero.] ideſt, ſi non fecerit quod dictum eſt de quatuor portionibus.12.q.2.quatuor.

a ¶Sup-

a ¶ Suprimenda.] inf. 5. q. 5. ſi primates. contra ſed illud de crimine iniuriarũ, de quo poteſt epiſcopus componere cum clericis ſuis, ſiue inter partes.

SI quid.] CASVS. Præcipit Papa quibuſdam clericis, vt ſi viderint pontificem ſuum damnificantem res eccleſiæ, vel facere contra prohibitionem, denuncient ſibi, vt puniatur.

b ¶ Relatione. Ex hoc patet quòd loquitur in denunciatione, &c. ſicut c. ſuperius Ioan.

CLericos.] CASVS. Videtur in hoc c. dici, ꝙ clerici, & laici, qui proni ſunt, & faciles ad accuſandũ alios, non debent admitti ad accuſandum epõs, vel clericos, niſi prius eorũ opinio, & vita diſcutiatur: Beneuen. tamen intellexit aliter, hoc mõ ſcilicet, ꝙ clerici vel laici non admittantur, exceptis criminibus niſi accuſati ſint de crimine infamati. Sed prima poſitio magis conſonat literæ, & verior videtur.

c ¶ Aut laicos.] Accuſantes epõs aut clericos decernimus nõ eſſe recipiendos paſſim, & ſine probatione. Io.

ſi cuiquam clericorum, vel eccleſiæ totius audiui hæc putauerit ſuprimenda.[a]

*Idem.*

¶ De eodem. Cap. XLVIII.

Iuo p. 5. c. 151. Anſ. l. 7. c. 161. Poly. l. 3. tit. 12. & lib. 4. tit. 18.

SI quid in eccleſia damni, aut in his, quæ ſunt præceptionis noſtræ auctoritate α prohibita, pontificem veſtrũ videritis admittere, mox noſtris auribus relatione [b] ſignate, vt quid fieri debeat, cenſeamus.

α ¶ Auctoritate.] *Abeſt iſta dictio a pleriſque uetuſtis exẽplaribus, & ab alijs collectoribus, qui etiam Gelaſium citant.*

*Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 21.*

¶ Clerici, aut laici ſine examinatione ad epiſcoporum accuſationem non admittantur. Cap. XLIX.

Anſ. l. 3. c. 135.

CLericos, aut laicos [c] accuſantes epiſcopos, aut clericos paſſim β, & ſine probatione, ad accuſationẽ nõ recipiendos decernimus, niſi prius eorum [d] diſcutiatur exiſtimationis γ opinio.

β ¶ Paſſim.] ἁπλῶς καὶ ἀδοκιμάστως *quæ Dionyſius vertit* temere, atque indiſſ[illegible]enter. *poſſuntque etiam coniungi cum ſequenti membro id vero copioſe exponitur in concilio Conſtan. 1. cap. 6.*

γ ¶ Exiſtimationis opinio.] ὑπόληψις, *Ideſt, extimatio.*

*Item ex ſynodo Romana.*

¶ Qualibet perſona epiſcopos, aut alios accuſans, monſtranda documentis inferat. Cap. L.

in c. Hadriani. c. 24. Caius in epi. ad Fœlicem. c. 2. Sixtus iij. eps oriental. c. 2. Lib. 7. capitul. c. 438.

SI quis epiſcopus presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici apud epiſcopos (quia alibi [e] nõ oportet) a qualibet perſona fuerint accuſati, quicumq; fuerit ille, ſiue ſublimis vir honoris, ſiue vllius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis [f] arripuerit, nouerit docenda δ probationibus [g], monſtranda documentis ſe debere inferre.

δ ¶ Docenda.] *Sic apud Sixtum tertium, & in capitulari: apud Caium vero, & Hadrianum paulo aliter quemadmodum, & alijs locis huius capitis nonnulla, ſed non magni ponderis, ſunt varietates.*

*Item Damaſus Papa Stephano archiepiſcopo, epiſt. 3. cap. 3.*

¶ Sacerdotes non accuſent, qui ad eundem ordinem prouehi non poſſunt. Cap. LI.

Sup. ea. c. teſtes verſ. ſacerdotes. Poly. l. 1. c. 171. Iuo p. 5. c. 290.

SAcerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari nõ

d ¶ Eorum.] ideſt laicorũ, vel clericorũ, ſi ſũt ignoti, vt ſ. c. quæ tẽdũ, vel eorũ. ideſt, epiſcoporũ. q accuſantur, quia ſi vita eorũ antea bona fuit, laici i nullo poſſũt eos accuſare vt ſ. c. q. 1. in primis in fi. & ex. de teſta. veniens. ſi uero mali, & laici, & quilibet criminoſi admittũtur [1] niſi inimici, & conſpiratores extra de ſi. licet Hely. & de ſent. & re iud. cũ l. & A. Et ex hoc loco Baz. fundauit ſuam opinionẽ, vt dixi in ſũma. ſed intelligas loq in illis cauſis, in qb. laici poſſunt accuſare clericos.

Laici an poſſint clericos accuſare.

1 Hoc intellige in exceptis criminibus. Ioan. de Fant. Imperij meri ẽ de criminib. cognoſcere.

SI quis eps.] CASVS. Dr hic ꝙ ſi qs accuſauerit epũ vel diaconũ, vel alterius ordinis clericum, de quo vix aliquis commendatur accuſator, cũ ex odio fieri pſumatur, ſciat ſe dẽre talia crimina inferre, quæ probationibus, & documẽtis valeat plenarie demonſtrare.

e ¶ Quia alibi.] Arg. ꝙ ſolus eps hẽt merum Imperiũ in ſua diœceſi, vt 11. q. 1. de pſona 5. q. 6. delatori hoc. n. eſt merum Imperium, ſ. cognoſcere de criminib. ff. de offi. eius cui mãd. ẽ iuriſ. 2. & l. 1. ff. de of. pſi. illicitas §. q vniuerſas, & C. de [2] ba. ſciant.

2 Sub. & id in generali cõmiſſione non transferuntur, vt in iſta lege hic allegata, & ff. de pi. obliga. & legitur & not. ext. de of. le. ꝙ tranſlationẽ. Ar.

f ¶ Illaudabilis intẽtionis.] accuſationẽ vocat illaudabilem intentionẽ: qa cauſæ materiam criminibus creare noſcũtur. C. de iudi. ꝓperandũ, & præſumit ſemper. ꝙ iuidię cã fiat accuſatio, vt 6. q. 1. ſi omnia, & quia vix ſine culpa experiri poteſt: ideo clerici ab ea abſtinere debent, vt de pœ. d. 5. qualitas ſ. ea. q. 6. decreto. Vel dic illaudabilem quo ad vulgi opinionem. Nã præſumitur alias qs bono zelo accuſare, vt extra de do. & contu. veritatis. in parte deciſa. Ex charitate enim debet prouenire accuſatio. ext. de acc. ſi quis eps, & qui accuſat, publicæ ſalutis cuſtodiam gerit. vt C. de famoſis libel. l. vna.

Accuſatio ex charitate debet puenire.

g ¶ Probationibus.] Sic C. de proba. ſciant. Ioan.

Cri-

CRiminationes. ] CASVS. Dicitur, ꝙ ſi aliqui ſint ignoti, qui velint alios accuſare, ꝙ non ſunt admittendi, niſi prius coram iudice ſe probent irreprehenſibiles eſſe, & omni ſuſpicione carere. Si intelligas c. de notis, dr̃ ꝙ non ſunt admittẽdi ad accuſationẽ ſacerdotũ niſi probent corã iudice, &c. qđ ꝓbatur eo ipſo, ꝙ cõtrariũ non probatur.

a ¶ Per alios. ] id eſt, procuratores. inf. 3. q. 9. abſens.

b ¶ Et actis. ] i. actionibus [1] vel literis epõrum ſuorum, vt 19. q. 1. ſi duę, & hoc ſi ſunt ignoti, & eſt ſi. inf. 3. q. 5. canonica. vel tñ valet eis teſtimoniũ populi, quantum examinatio, vt 24. d. c. 1. Io.

COLLIGITVR. CASVS. Grat. ex ſupradictis infert, ꝙ ſubditi bene poſsũt accuſare p̃latos. Sed poſtea q̃rit an monachi poſſunt accuſare epõs, & videt̃, ꝙ remoueantur, & hoc probat per ſeq. cap.

PLacuit. ] CASVS Hoc ca. intelligitur đ monachis ſm Grat. Sic ergo pone caſũ. Quæſitũ fuit ab Hadriano, an monachi vocẽ accuſãdi epõs, vel contra eos teſtiſicandi habeãt. Et r̃ſidet ꝙ nõ quia mortui ſunt nõ humanis actibus, quia loquũtur vt alij homines, vel q̃a inter ſunt cõtractibus, vt emptionis, vel vẽditionis, ſed diuinis, i. accuſationibus epõrum, quæ Dei timore fieri debent. in cõcilio etiam Chalcedonen. pręcipitur vt non pręſumãt eccleſiaſticas actiones attrectare. Quidã tñ intelligũt hoc c. de criminoſis qui mortui ſunt non humanis vocibus, i. malitijs, ſed diuinis, i. bonis operibus, vel humanis, quia vocẽ habẽt, vt alij homines, & ſecundu hoc non facit ad propoſitum Gratiani.

diuinos, quia nõ poſſunt baptizare, ſepelire, prædicare pœnitentiam dare, vt 16. q. 1. c. 1. & c. qui viuere.

e ¶ Quia funeſtam. ] Quia ſemper debent flere. 16. q. 1. placuit.

NVllus. ] CASVS. Dicitur hic, quòd nullus monachus

poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem nõ debent, nec poſſunt prouehi honorem.

*Item Iginus Papa, epiſt. 1.* — Item Lucius Papa epiſt. vnica.

¶ Niſi irreprehenſibiles in maiorum accuſatione non recipiantur. Cap. LII.

CRiminationes maiorum natu per alios [a] nõ fiant, niſi per ipſos, qui crimina intendunt; ſi tamẽ ipſi digni, & irreprehenſibiles apparuerint, & actis [b] publicis docuerint omni ſe ſuſpicione carere, & inimicitia, atque irreprehenſibilem fidem habere, ac conuerſationem ducere.

*Colligitur itaque ex his omnibus, quòd ſubditi in accuſatione prælatorum ſunt admittendi. Nunc videndum eſt, an monachi in accuſatione epiſcoporum ſint audiendi.*

*Hadrianus Papa in capitulis, c. 31. videtur eos ab accuſatione remouere ita dicens* — Iuo p. 6. c. 326. Item Stephanus ep. 2. & Melchiades ep. vnica. inf. 3. q. 4. hi, qui capit. l. 7. c. 322. Anſ. l. 3. c. 88. Iuo p. 16. c. 332. Pann. l. 5. c. 45. Cod. l. penult. qui accuſare non poſſunt.

¶ Monachi ſacerdotes accuſare, vel in eos teſtificari non poſſunt. Cap. LIII.

PLacuit [c] eorum accuſandi ſacerdotes, & teſtificandi in eos vocem obſtruere, quos non humanis, [α] ſed diuinis vocibus mortuos eſſe [d] ſcimus: quia vocem funeſtam [e] interdici † potius, quàm audiri oportet. — † al. interdi-di.

α ¶ Nõ humanis. ] *In epiſtola, Stephani eſt*, quos humanis, & diuinis vocib. damnatos, vel mortuos eſſe cognoſcimus, *In epiſtola aũt Malchiadis eſt, quemadmodũ hic reſtitutũ, eſt ex vetuſtis exẽplarib. Gratiani, & capitulo Hadriani; ſed ſubiungitur.* Qm̃ infidelis homo mortuus eſt in corpore viuẽte: *& fortaſſe ſignificatur locus Mat.* 8. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos: *aut locus Pauli.* 1. *Tim.* 5. viuẽs mortua eſt. *Quamobrẽ quod proprie pertinet ad homines, infames maximiſq; flagitijs obnexios (vt eſt inf. 3. q. 5. c. canonica.) nõ bene videtur hic referri ad monachos: ſed minime id malitioſe factum, eſt cum Gratianus monachus eſſet.*

*Item in concilio Chalcedonen. c. 4. præcipitur, vt eccleſiaſticas actiones monachi attrectare non præſumant.* — 16. q. 1. qui vere.

*Item Pelagius II. epiſcopis Italię.*

¶ Monachi in accuſatione non ſunt audiendi. Cap. LIIII. — Anſ. l. 3. c. 63. Poly. l. 4. tit. 34.

NVllus monachus talia vnquam arripiat, nec ſecularia, [f] aut eccleſiaſtica [g] negotia perturbare præſumat; quia mortua in talibus vox eſt eorum.

c ¶ Placuit. ] Hoc c. idem Hadrianus [2] intelligit de infamibus, vt inf. 3. q. 4. hi qui. & inf. 3. q. 5. canonica. Vel intellige cum Grat. de monachis. ſ. criminoſis, nam certũ eſt ꝙ monachi accuſare poſſunt, vt extra de accuſa. c. ex parte, & 1. ſ. ca. cum paſtoris.

d ¶ Mortuos eſſe. ] Quãtum ad ciuiles actus, & etiam ad

chus præſumat aliquem accuſare vel perturbare ſæcularia negotia, vel eccleſiaſtica, quia in talibus mortua eſt vox eorum.

f ¶ Nec ſæcularia. ] id eſt, tutelam, & procurationem.

g ¶ Aut eccleſiaſtica. ] id eſt, baptizare, quod olim non licebat eis. 16. q. 1. placuit.

1 Vñ dicit L. acta publica vocat eorum bona opera publica, per quæ manifeſtedocetur, ꝙ iſtis carent, & illa hñt. Arch.

2 Idem ſentit hic L. ſed non videtur bona litera, cum nullũ iſtorũ capitulorum hic allegatorum ſit Hadriani, vt patet ex ipſorum ſupraſcriptione. Arch.

**SED ALIVD.** CASVS. Soluit Gra. & dicit, ꝙ monachi non admittuntur ad accuſandum epiſcopos ex preſumptione temeritatis, ſed neceſſitate charitatis bene admittũtur, vnde præcipiť, vt cubicularij epiſcopi ſint clerici religioſi, vel monachi, ut de eius vita teſtimoniũ dicere

prælatis, vt 23.q.4. duo iſta. & cap. ita planè. & q. vlt. ꝑterea. Vel intellige de atrocibus, vt tunc quilibet teneatur. arg. extra de ſen. exc. quantæ. 23. c. vlt. & de pœ. di. 1. periculoſę. Vel dic ꝙ quilibet tenetur prohibere proximum à peccato committẽdo. 22.q.5. hoc vr. ſecus in commiſſo. 93. diſt. diaconi. Ioan.
c ¶ Scrupulo.] id eſt, ſuſpicione.

*Sed aliud eſt, quod ex præſumptione aſſumitur temeritatis: aliud quod ex neceſſitate geritur charitatis. Monachi enim ex præſumptione epiſcopos accuſare non poſſunt, ex charitate poſſunt. Vnde & in canonibus præcipitur, ut cubicularij epiſcopi ſint uel religioſi clerici uel electi monachi, ut de eius uita teſtimonium dicere poſſint.* (7. c. cauſa paſtoris.)

7 ¶ *Item illud Eleutherij Papæ in epiſtola ad Galliæ prouincias, omnibus generaliter dicitur.*

¶ Conſentire conuincitur, qui cum poſſit, peruerſis negligit obuiare. Cap. LV.

(ſup. diſt. 83. c. error. & diſ. 86. c. facientis.)

NEgligere, cum poſſis [a] deturbare [b] peruerſos, nihil aliud eſt quàm fouere. Nec caret ſcrupulo [c] ſocietatis occultę, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.

(Ad Paulinum.)

*Item Hieronymus tam de ſe, quàm de alijs monachis in primo prologo bibliæ* [α] *ſcribit dicens.*
α ¶ Bibliæ.] *In pleriſque uetuſtis Gratiani codicibus legitur*, bibliothecæ.

¶ Quantum ex vitæ merito quis eccleſiam ædificat, tantum nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtat. Cap. LVI.

SAncta quippe [d] ruſticitas, [e] ſolum ſibi prodeſt: & quantum ædificat ex vitę merito eccleſiam Chriſti, tantũ nocet, [f] ſi deſtruentibus non reſiſtat.

*Item Gregorius.*

¶ Subditi vitia prælatorum reprehendere ſtudeant. Cap. LVII.

ADmonẽdi [g] sũt ſubditi, ne plus quàm expedit, ſint ſubiecti: ne cum ſtudent plus quàm neceſſe eſt, hominibus ſubijci, compellantur vitia eorum venerari.

¶ *Collata eſt hæc ſententia ex uerbis B. Gregorij tertia parte paſtoralis, admonitione decima octaua, ubi de elatis & humilibus loquitur.*

*Item generali ſynodo præſidens dixit, c. 2.* (lib. 4. reg. c. 88. & poſt. lib. 12.)

¶ Clerici ſiue electi monachi ſint cubicularij epiſcopi. Cap. LVIII.

(Anſel. lib. 6. c. 14. Poly. li. 7. tit. 5.)

CVm pa-

SAncta quippe.] CASVS. Quidam monachi erãt valde ĩ ſe religioſi, ſed circa correctionẽ aliorum erant tepidi & remiſſi. Tales reꝑhẽdit Hie. dicẽs ꝙ ſancta ruſticitas tãtum ſibi prodeſt, & quãtum ex vitæ merito ædificat eccleſiã, tãn nocet ſi deſtruẽtib. eam non reſiſtat. (1 Quo ad ꝑlatũ dic, ut le. & not. 6. q. 1. illi qui. 30. diſt. c. 6.)
d ¶ Quippe.] Id eſt cũ ſimpliciter & piè viuunt, & alios nolũt increpare. Et intelligitur đ prę latis qui ex officio tenentur reſiſtere malis: & quorũ taciturnitas eſt mortale peccatum, & magnum dãnũ ĩ eccleſia operatur, ut 83. diſt. nemo. Et ẽ hic arg. uitam actiuã eſſe prę ferendam contemplatiuæ, vt 7. q. 1. ſcias. & 8. q. 1. ĩ ſcripturis & hẽnt ſe vt excedentia & exceſſa. Cõtẽplatiua, quãtum ad perſonã contemplãtis magis eſt ſecura, & minus vtilis, actiua uero magis laborioſa, & minus ſecura, ſed magis fructuoſa, ut ex. de renunc. niſi cum pridem. & extra de reg. licet.
e ¶ Ruſticitas.] Id eſt ſimplicitas.
f ¶ Nocet.] Intellige hoc negatiue, id eſt non tm̃ prodeſt ædificando, quantũ edocendo, & reſiſtendo ſimile 44. d. 1. §. dẽt. 22. q. 2. primũ. Ioã.

dicere, poſſint: & quod poſſint admitti etiam monachi probat per ſequentia c. primi c. caſus eſt planus.

ITEM ILLVD. Hæc eſt 7. pars q. in qua probat, ꝙ vnuſquiſq; tenetur obuiare peccantibus, & eos corrigere in quantum poterit ſalua pace, aliàs tenetur ipſe. & ad hoc probandum adducit 6. aucto. Io. de Fant.

NEgligere cum poſſis.] uidetur de prælatis tantum loqui.
b ¶ Deturbare.] Id eſt, prohibere & remouere a malo & hoc cum commode poteſt illud facere, aliàs nõ peccat qui ſic non prohibet. 22. q. 2. primum. & c. faciat. & ſecundum hoc quilibet tenetur prohibere iniuriam a proximo, 23. q. 3. non inferenda. Alij hoc intelligũt de (Maior non corrigere an ſit peccatũ.)

ADmonendi.] CASVS. Quidam ſubditi in bonis ac malis obediebant ſuis prælatis. Sed dicit Grego. ꝙ admonendi ſunt, ne plus quàm expediat ſint ſubiecti, ut uitia illorum non compellantur uenerari.
g ¶ Admonendi.] Bonum mediocrè quandoque dimittitur propter bonum obedientię: ſed malum nunquam fieri debet, ut 11. q. 3. quid ergo Ioan.

CVm paſtoris.] CASVS. Quidam epĩ non habebant clericos cubicularios ſecum, ſed pueros ſeculares, quorum uita qualis eſſet in ſecreto, erat ignota clericis ſecularibus autem pueris nota. Præcepit ergo Greg. ut epĩ, ſecum habeant clericos uel monachos cubicularios, qui poſſint eſſe teſtes de uita & conuerſatione epiſco-

Monachi accuſare poſſunt.

epiſcoporum in ſecreto, & ex ſedulà viſione exemplum profectus ſumant.

a ¶Cum paſtoris.] Generaliter teneas, ꝙ monachi poſſunt accuſare & epiſcopos & alios, dum tamen hoc faciant de licentia abbatis 12.q.1.non dicatis 16.q.1.monachi. Et ſi ſuum abbatem accuſare vult habebit expenſas à monaſterio, vt extr. de accuſ. ex parte: & tũc non eſt neceſſarius conſenſus abbatis. ſed ſi aliũ vult accuſare, non habebit expẽſas a monaſterio. Si ſunt in ſcholis, poſſunt agere de his tantum, quę pertinent ad ſtudium, vt extra đ offi. dele. præterea. ff. de re iudi. quæſitũ & ff. de iud. ſi longius.

b ¶Pueri.] i. ſeruiẽtes, ſic 22.q.2.§. Abraham quoq; ff. de verb. ſign. pueri.

Monachum inuito abbate, ſibi põt ẽps ſociare.

c ¶Vt quidã.] Duos habebit ſacerdotes, & tres diaconos, ut de cõſec. diſt. 1. iubemus. Sed nunquid cõtradicente abbate põt ſumere monachum epiſcopus ſibi in ſocium? Non videtur, cum hoc ſit priuilegiũ Papæ, vt 9. quæſ. vlt. per principalem. & 58. diſt. c. 1. & ar. contra 16. quæſtio. 1. qui vere, Ioan. Sol. credo ꝙ ſic. 1 niſi monaſterium ſit exemptũ: cum maiora poſſit, vt extra de exceſſ. præla. ſicut vnire. B. Sed nõne monachi nũquam exibunt de clauſtro, vt 16. q. 1. placuit? Reſpondeo quãdo perfecti ſũt, ſit hoc vt exteri⁹ fructificent, vel qñ ſiũt epiſcopi, & iſti cubicularij poſſunt eſſe teſtes nõ ſolũ de cõuerſatione epiſcopi, ſed etiã de facto eius, vt 12. quæſt. 1. manifeſta. Ioan.

1 Ad hoc facit qđ not. 11. q. 1. per principalẽ. Sed a cõtra. 11. q. 1. cum pro vtilitate. Archid.

prehenſibiles. apparcant.

e ¶In ſocietate.] Nota ꝙ præſumitur contra aliquem. vel pro aliquo ex ſocietate, vt 28. q. 1. ſæpè 81. diſt. clericus & 18. q. 2. diffinimus. Ioan.

f Epiſcopi lectioni.] ¶Poſſint.] ſup. diſt. 93. diaconi.

ſtoris [a] vita † eſſe diſcipulis ſemper debeat in exemplo, plerumque clerici, qualis in ſecreto ſit vita ſui põtificis, neſciunt, quam, vt dictum eſt, ſæculares pueri [b] ſciunt. De qua re præſenti decreto conſtituto, vt quidam [c] ex clericis vel etiã ex monachis electi miniſterio cubiculi pontificalis obſequantur, vt is, qui in loco regiminis eſt, tales † habeat teſtes, [d] qui vitam eius in ſecreta conuerſatione videant qui ex viſione ſedula exemplum profectus ſumant.

† Hoc ſtatuit Grego. quando laicos oẽs à miniſterio remouit, vt teſtatur Anto. in hiſto. p. 2. fol. 160.

† habeat tales, qui vitam] orig.

*Idem Virgilio epiſcopo Arelatenſi, lib. 9. epiſt. 49.*

¶Prauos in ſua ſocietate epiſcopus habere non debet. Cap. LIX.

PEruenit ad nos fratrem, & coepiſcopum noſtrũ Serenum Maſſylienſem prauos homines omnino in ſocietate [e] ſua recipere; ita denique, vt presbyterum quendã, qui poſt lapſum in ſuis adhuc dicitur iniquitatibus volutari, familiarẽ habeat. Quod a vobis ſubtiliter requirẽdũ eſt: & ſi ita conſtiterit, curæ vobis ſit noſtra hoc ſic vice corrigere, vt & qui talẽ recipit, nõ familiaritate foueре, ſed diſcat potius vltione comprimere: & qui receptus eſt, idem diſcat cum lachrymis peccata diluere, non iniquitatem immunditijs maculare.

*Item Paſchalis Papa.*

¶Viros boni teſtimonij ſemper epiſcopi ſecum habeant. Cap. LX.

EPiſcopi lectioni & orationi vacent, & ſemper ſecum presbyteros, & diaconos, aut alios boni teſtimonij clericos habeant, vt ſecundum Apoſtolum, & ſanctorũ Patrum inſtituta poſſint [f] irreprehenſibiles inueniri.

*Item Ioannes [g] Baptiſta, cum duceret eremiticam vitam, Scribas & phariſæos, ſacerdotes & leuitas Iudæorum ad ſeueritates aſpera increpatione redarguit.*

*¶Item ex canonibus definitur. (Illi ſacerdotes accuſare poſſunt, qui ad eundem gradum conſcendere valent:) Cum ergo monachi ad ſacerdotij gradum laudabiliter pertingere valeant; patet, quòd & ipſi, ſacerdotes liberè accuſare poſſunt.*

*Luc. 3.*

ſup. ca. c. ſacerdotes.

d ¶Teſtes.] Propter hoc inducit ca. quia qui poſſunt teſtari 2. & accuſare, nec tales epiſcopus poteſt ab accuſatione repellere, vt extra de accuſ. nulli. & C. qui accu. non poſſ. iniquum. argum. contra ſpeciale eſt in epiſcopo. Ioan.

PEruenit.] CASVS. Epiſcopus Maſſylien. prauos homines habebat in ſua conuerſatione, & præcipue quendam presbyterum. fornicatorem hoc peruenit ad notitiam Gregor. quare præcipit Virgilio epiſcopo, vt Maſſylien. vltione compeſcat, & presbyterum fornicatorem cogat pœnitere. Caſus autem ſequentis capit. planus eſt, quia nihil aliud dicitur, niſi quod epiſcopi ſecum debent habere homines boni teſtimonij, vt irre-

ITEM IOANNES. CASVS. Per hunc §. probat Gratia. ꝙ ſubditi poſſunt accuſare prælatos, & dicit, quod Ioan. redarguebat Iudæos ad ſe venientes.

g ¶Ioannes. Probat cum hic eremita accuſabat, quòd monachi poſſunt accuſare, quod verum eſt ſi habent ſpeciale mandatum abbatis. 16. qõ. 1. quæ vere 3. niſi fortè requiri non poſſit ſine magna difficultate. argu. ff. de iniu. ſed ſi vnius. §. filio. vt notaui 12. quæſt. 1. nõ dicatis.

3 Et ext. de acc. ex parte. vbi de hoc. Item vt ex canonib. 3. c. q. ipſi. & c. teſtes & c. ſacerdotes. 6. q. 1. cap. 1. Laur.

ITEM EX. CASVS. Nunc concludit Grat. ex ſupradictis. Dictum eſt, ſupra. ꝙ illi poſſunt accuſare ſacerdotes, qui ad eundem gradum aſcendere poſſunt, ſed monachi poſſunt proucht ad ſacerdotium, ergo poſſũt accuſare ſacerdotes.

De

## QVAESTIO VIII.

DE accuſatione [a] vero, qualiter fieri valeat, in canonibus aperte decernitur.

*Ait enim Calixtus Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſtola ſecunda.*

Et Stephanus epiſt. 1. cap. 11.

¶ Accuſatio ſemper fiat in ſcriptis. Cap. I.

ACcuſatorum perſonæ nunquam recipiātur ſine ſcripto: nec abſente [b] eo, quem accuſare voluerint, quibuslibet [c] accuſare permittatur.

3. q. 9. c. abſentem. Burc. l. 1. c. 171. Iuo p. 5. c. 189.

*¶ In epiſtola Calixti, itemque apud Burchardum, & Iuonem ſic habetur.* Rimandæ ſunt enucleatim perſonæ accuſatorum, quæ ſine ſcripto difficile, per ſcriptum autem nunquam recipiantur: quia per ſcripturam nullus accuſare, vel accuſari poteſt; ſed propria voce, & præſente eo, quem accuſare voluerit, cuicumque † accuſatori credatur. *Quorum uerborum bona pars refertur inf. 3. q. 9. cap. abſente 1. quod ſumptum eſt ex hoc eodem epiſtolæ loco.*

† al. quiſquam accuſator credatur.

*Cod. lib. 4. tit. de probationibus, lege ſi.*

¶ De eodem. Cap. II.

SCiant cuncti accuſatores eā ſe rem deferre debere in publicā notionem, quæ munita ſit idoneis teſtib. vel inſtructa apertiſſimis documentis, vel indicijs [d] ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita.

C. de accuſationib. lib. 9. tit. 2. l. vlt.

*Item Euthychianus Papa epiſcopis Sciciliæ epiſt. 2.*

DE accuſatione. ] Hæc quæſtio diuiditur in duas partes, in quarum prima probatur, ꝙ accuſator debet eſſe præſens, & obligare ſe proprio ſcripto ad talionem. Secunda ibi, [Quæ vero. ]Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur 8. q. qua quæritur, an accuſatio debeat fieri in ſcriptis, & probat primo, ꝙ ſic: poſtea probat contrarium, & poſtea ſoluit in §. [Sed Calixtus.]

Accuſatio & denunciatio & infamatio diuerſa ſunt.

a ¶ De accuſatione. Circa hoc notandum eſt, ꝙ aliud eſt infamatio, aliud denunciatio, aliud accuſatio. Infamatio prohibetur. ſu. ead. q. proxi. accuſatio 5. quæſt. 1. c. 1. & 2. Secunda, ſcilicet denunciatio præcipitur ſu. e. q. 1. ſi peccauerit. ſup. q. proxi. quapp & ſit ſine inſcriptione. 4. q. 4. §. aliquando. Tertia ſcilicet accuſatio permittitur, & in ea inſcribitur, & ſubſcribitur, inf. ea. libellorū. Fallit tamen hoc in ſex caſibus. Non enim ſemper cogitur qs inſcribere, vel in leuibus criminibus, ff. de accuſ. leuiā. & in crimine abigeatus 1. C. de abigeis. l. vna. & in caſu vbi mulier accuſ. 15. q. 3. de crimine. ſecundū quoſdā in crimine apoſtaſiæ, & vbi Chriſtianus Iudæam duxiſſe accuſat. C. de apoſt. apoſtatarū C. de Iudæis. ne qs, & vbi maritus accuſat vxorē iure mariti 4. q. 4. d. c. nullus §. itē. C. de adul. ſi maritus. C. de adul. quamuis & l. iure. Io. ſed hoc falſum eſt ſm ius canonicum, vt extra de procu. tuæ fraternitatis. Item quando officium denunciat crimen alicuius. C. de accuſa. ead. quæ. 4. q. 4. §. aliquando B. Et cū crimen in modum exceptionis proponitur, ſecundū ꝙ diſtinguitur extra de accuſ. ſup his. Nunc videndum quid iuris ſit circa ſingulos modos agendi. Et quidem denunciationem præcedet admonitio, aliàs remouetur denuncians a denunciatione, vt extra de accuſ. ſuper his, & c. ſi quis epiſcopus. & ſu. e. q. 7. accuſatio. & cap. ſi quis ergo. Item crimnoſi, infames. inimici, poſſunt a denunciatione repelli, vt 3. q. 7. qui ſine peccato. & c. poſtulatus & 35. q. 6. eps in ſynodo. & extra de reſti. ſpo. præterea extra de accu. cum oporteat, & dictum eſt ſu. ea. q. 1. ſi peccauerit, & extra ea qualiter 2. pęna conuicti modica eſt, quia debet pęnitere de crimine, & credo eum non eſſe remouendum ab ordine, vel dignitate, niſi delicti qualitas aliud requirat, vt in ſimonia 1. q. 1. ſi quis neque, & qō. 7. requiritis. ſeu ſcādalum inde orirerur, extra de noui oper. nunc. cū ex iniuncto. Si autē agatur in modū inqſitionis, ſimiliter inſcriptio nō eſt neceſſaria, & poteſt ꝑcedi ſine ipſo, q impetrauit inquiſitionem, ſicut & cum ipſo, ſed fama dēt præcedere inquiſitionē, nō ſemel, ſed ſępius, & apud bonos & graues, vt ext. de accuſ. qualiter. & c. cum oporteat, & de ſimonia. licet. Citari etiā debet infamatus, vt audiat ei⁹ exceptio, vt eiſdē c. habetur, & extra de ſen. & re iud. cum l. & A. Et ī hoc caſu poſſunt teſtes recipi lit. nō cōteſt. vt extra, vt lit. non conteſt. quoniā frequēter. §. 3. Pęna huius talis eſt. pręlati ſūt ab adminiſtratione remouēdi. minores ſunt beneficio priuandi. extra eod. qualiter & de ſimo. dilectus. Sed ſi ī modum exceptionis objicitur crimen diſtingue, vt extra eo. ſuper his, & extra de ord. cog. cum dilectus, & debet eſſe præſens. extra eod. qualiter, & in hoc caſu laici bonæ famæ admittuntur ad agendum, excipiendum, & teſtificandum. extra de teſt. tam literis, & 23. diſtinctio. Sed cum crimen objicitur in modum accuſationis, ſemper eſt neceſſaria inſcriptio, vt inf. ead. libellorum. fallit in ſex caſibus ſupra non & in ſeptimo ſecundum quoſdam cū official. s accuſat. C. de accuſat. ea. quæ. In hoc caſu pœna eſt depoſitio, vt ſup. prox. q. lator. & ext. de ſimo. dilectus.

Denunciati punitio.

Inquiſiti punitio.

Accuſati punitio.

Accuſator non ſę cogitur ſe ad pęnā taionis inſcribere. 1 Vbi agitur ciuiliter 4. q. 4. §. abſt.

ACcuſatorum. ] CASVS. Quæſitum fuit a Calixto, an accuſatores recipi debeant ſine ſcriptura, & accuſato abſente. Et certe reſpondetur quòd non.

b ¶ Nec abſente. ] C. de pœ. ne diu. contra. Sed illud ſpeciale eſt in apparitore, ſic ſup. ea. q. 6. §. ſi ſunt quorum. & notaui 1. q. 4. nullus.

c ¶ Quibus libet. ] inf. 5. q. 2. relatum. Sed contra. 5. q. vl. Epiphanium.

SCiant. ] CASVS. Dicitur in hac lege, ꝙ accuſatores accuſationem ſuam debent deferre in publicam notionem, quam poſſint teſtibus, & alijs probationib. iudici demonſtrare.

d ¶ Indicijs. ] 32. q. 1. dixit & 15. q. 6. c. 1. Sed contra 3. q. 9. abſens. ſed ibi non accuſatur, ſed tantum libellus accuſationis propoſitus eſt contra abſentem. libellus tamen in abſentia rei proponitur ff. de adult. miles. §. ſexaginta. Hoc verum eſt niſi abſens ſit per contumaciam 2 vt 3. q. 9. decernimus.

2 Idē tenent B. & L. ad hoc 24. q. 3. de illicita. Arch.

Quiſ-

QVisquis.]CASVS. Hoc c.diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ qui vult alium accuſare in iudicium veniat,& indicet nomen rei,ad pœnam ſe talionis obligando ita quòd accuſator vel accuſatus in cuſtodia habeantur, conſiderata dignitate perſonæ, & ſi accuſator non probauerit,puniatur pœna talionis.In ſecunda parte q̄ incipit ibi, [Qui vero.]dicitur, ꝙ qui vadūt ad ſortilegos, & magos, non admittuntur ad accuſationem.

vt quidam dicunt,]vt ff.de pub.iud.inter habebit etiam inducias triginta dierum ad componendos mœſtos penates,vt C.de exhi.re.l.2.ſecundum canones tamen nō videtur, quòd neceſſaria ſit denūciatio.vel talis ſolemnitas,vt extra de accuſ.licet.in fi.

SED

¶Accuſatio ſemper debet fieri in ſcriptis. Cap. III.

QVisquis [a] ille eſt,qui crimen intendit,in iudiciū veniat,nomē rei indicet,vinculum inſcriptionis arripiat [b],cuſtodiæ ſimilitudinem α (habita tamen dignitatis [c] æſtimatione †) patiatur;nec impunitam fore ſibi nouerit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo [d] ſupplicij. *& infra.* ¶Qui vero ad ſortilegos, magoſque concurrerint, nullatenus ad accuſationem ſunt admittendi.

Cod.Theod.l.9.tit.1.cap.18. In cap. Hadria.c.6. Poly.l.5.tit.1. Iuo p.6.c.332. Pann.l.4.c.76. In cap.Hadria.c.67. int.3.q.5. c.conſtituimus.

† al. exiſtimatione.

α ¶ Cuſtodiæ ſimilitudinem.] *In originali impreſſo eſt,* cuſtodiat ſimilitudinem,habita tamen dignitatis æſtimatione potiatur: nec forte ſibi nouerit,&c. *itemque apud Hadrianum niſi quod habet.* nec ſibi fortè nouerit. *itē que apud Iuonem,& in aliquot vetuſtis Gratiani codicibus,in quorom vno eſt,*habitæ tamen dignitatis.*In Pannormia autem legitur,* cuſtodiat ſimilitudinem ſupplicij,habita tamen dignitatis æſtimatione. Nec forte ſibi nouerit;&c.*In codice eſt eadem lectio, quæ hic retēta eſt.*

*Item Sixtus III.in epiſt.ad epiſcopos Orientales.c.4.*

¶De eodem. Cap. IV.

QVi crimen obijcit,ſcribat ſe probaturum. Reuera β ibi ſemper cauſa agatur, vbi crimen admittitur. Et ibi qui non probauerit, quod obiecit,pœnam,quam intulerit,ipſe patiatur.

Et Fabianus epl.3. inf.3. q. 6.c.1. ſup. 2.q.3.c.3.& 6. Burc.l.16.c.3. Ex cōcilio Arauſico Pann.l.3.c.75.

β ¶ Reuera.] *Addita eſt hæc clauſula ex originali quæ eſt etiam apud Fabianum inf.3.q.6.c.1.*

*Sed Stephanus Papa contra videtur ſcribere dicens, epiſt.2.c.4.*

¶De eodem. Cap. V.

PEr ſcripta nullius accuſatio ſuſcipiatur, ſed propria voce(ſi legitima, & cōdigna accuſatoris perſona fuerit) præſente videlicet eo,quem accuſare deſiderat: quia nullus abſens [e],aut accuſari poteſt, aut accuſare.

Poly.l.5.tit.1. Burc.l.1.c.177. Anſ.l.3.c.55. Iuo p.5.c.293.& p.6.c.328. Pann.l.4.c.53.& 55.

*Sed Calixtus Papa præcipit, vt accuſator præſente eo, quem accuſat, in ſcriptis indici accuſationem offerat, & propria voce literas ſuæ accuſationis legat Sephanus autem prohibet,ne abſens aliquem per epiſtolā accuſare audeat.*[1] *¶Quæ vero ſit forma accuſationis, & quis modus concipiendorum libellorū,Paulus in Digeſtis libro † de publicis iudicijs, titulo de accuſationibus,& inſcriptionibus lege 3.oſtendit dicens.* [¶*Libellorum inſcriptionis*

Lib.48. ff.de accuſ. l.3.qui li.48. in pādectis inſcribit̄ [de publicis iudicijs.

† In vulgaris legebatur.lib.1.

¶ Caſus.ſeq.cap. planus eſt.

a ¶ Quiſquis.] Hoc ponitur C. de accuſ. l.vlt.

b ¶ Vinculum inſcriptionis arripiat.] id eſt, obliget ſe ad talionē.4.q.4.§.inſcriptio.Arch.

c Dignitatis.] Quia pari iure cenſentur accuſator, & accuſatus.3.q.9.c.vl. C.de exhi.re. l.vlt. Tamē rō dignitatis in hoc hſ, quod minus punitur conſtitutus in dignitate, quàm alter.24.q.1.qui cōtra & c.quiſquis.

Dignitate pditus minus punitur quam alter.

d ¶ Similitudo.]Niſi iſtis caſib, exceptis. ſu.e.q.3.§.notādū 2

QVi crimē.] Sed Stephanus,CASVS.Probauit ſup. G.quod accuſatio debet fieri in ſcriptis, modo videtur probare cōtrarium, & probat ſuperficialiter.

PEr ſcripta.]CASVS.Quęſitū eſt vtrū ꝑ epiſtolā poſſit quis aliū accuſare?Et rūdetur ꝙ nō, ſed voce ꝓpria & accuſato præſente, qa abſens ab aliquo accuſari non poteſt.

e ¶ Abſens.] Poteſt .n. libellus dari abſente accuſato, vt 5. q.6.Epiphanium.C. de exhi.re. l.2. & ēt die feriato, vt ff.de adult.miles. §.ſexaginta. prius tamen denunciabit eum accuſator quem vult accuſare:aliàs non audietur, vt ff.de adul. denunciaſſe. & C.de accu.abſentem deinde det libellū iudici: iudex tamen non prius libellum recipiat, quàm inſcriptio ſit facta,& fideiuſſorem dederit de lite proſequenda.C.ad Turpil.l.1. & C.qui accu.non poſ.l.3.Poſt modum vocandus eſt reus in ſecundum legem. C.de exhi. re.l.2.& nomē eius recipietur inter nomina reorum,& hoc fit cum lis eſt conſtit.ff.de adult. ſi maritus. §.præſcriptiones, & ff.de iure fiſ.fiſcus,& prius habebit inducias xx. dierum ad deliberandum, non trium tantum

Accuſato abſente pōt dari libellus.

1 Ad hoc C. de caſu non prius. ff. de iu.ſi lōgius & ita not. Vinc. extra de elect. congregato.

SED CALIXTVS. CASVS. Grat.ſoluit contrarietatē hanc: quia quod dicit Calixtus intelligitur, ꝙ accuſator debet præſente accuſato,& in ſcriptis accuſationem iudici offerre:ſed Stephanus prohibet ne aliquis accuſet alium per epiſtolam.

LIBELLORVM. CASVS. Dicitur in hac lege, qualiter libellus accuſationis in adulterio concipi debeat; dēt fieri hoc modo, Lucius Titius tali die apud talem iudicem accuſat, B. mulierem de adulterio, quod dicit eam cum M.commiſiſſe in tali ciuitate, menſe tali, in domo tali diebus conſulibus tunc exiſtentibus, ſed diē & ho-

Digitized by Google

& horam cōmiſſi criminis, aſſignare non compellitur. Et ſi libelli non ſunt legitime concepti, nomen rei aboletur, & iterum poterit accuſari. Præterea inſcribere debet accuſator, vel alius pro eo, ſi ipſe neſcit literas. & ſi aliud crimen obijcitur, debet in libello accuſationis cō-pre-

concepti libelli, vt ſupra diximus, penitus contrarium eſt in ciuilibus actionibus, vt ff. de eden. l. 1. §. diem autem. A teſtibus autem quæritur dies, vt 3. q. 9. nihilominus. & 35. q. 6. de parētela. De hoc plene dicemus inf. 4. q. 3. in teſtibus 2. & etiam dicent in qua parte domus ſm Hug. dies eſt aſſignanda; quia non licet vagari cū diſcrimine alterius, vt ff. de iiur. l. prætor. Io. Tamen dic, quod nō aliud tenetur dicere teſtis, quàm accuſator propoſuit; quia non aliud iudicādū eſt, quàm in libello comprehenſum ſit. ar. ext. de cauſa poſ. cū ſuper electione. de ſimo. licet Hely. vltra medium. Bar.

Teſtis an de ponere dēat de die.

d ¶ Se profeſſum eſſe.] Ideſt, ſe velle ꝓſequi accuſationem, & ſubiturum talionem ſi non probauerit. Ioan.

e ¶ Sed & ſi aliud.] .i. eodem modo eſt procedendū, ſi aliud crimen obijciat.

f ¶ Reo.] Hoc etiam fiat elapſo biennio, vt C. vt intra certum tempus. l. vlt.

g ¶ Videbimus.] ff. ad Turp. l. in ſenatus. §. vlt.

*conceptio talis eſt. Conſul, & dies* [a]*. Apud illum prætorem, vel proconſulem Lucius Titius profeſſus eſt ſe Maniam lege Iulia de adulterijs* †*, reum deferre, quod dicat eam cū Caio Seio* [b] *in ciuitate illa, domo illius, mēſe illo, Conſulibus illis, adulterium commiſiſſe. Vtique enim, & locus deſignandus eſt, in quo adulterium commiſſum eſt* †*, & perſona cum qua admiſſum dicitur, & menſis. Hoc enim lege Iulia publicorum iudiciorum* † *cauetur, & generaliter præcipitur omnibus, qui aliquem reum deferūt. Neque autem diem* [c]*, neq; horam inuitus comprehendet. Quod ſi libelli inſcriptionum legitimè ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum poteſtas fiet. ¶ Item ſubſcribere debebit is, qui dat libellum,* † *ſe profeſſum eſſe* [d]*, vel alius pro eo, ſi literas neſciat. Sed et ſi aliud* [e] *crimen obijciat, veluti quod domum ſuam præbuit, vt ſtuprum materfamilias pateretur, quod adulterum deprehenſum dimiſerit, quod pretium pro comperto ſtupro acceperit; & ſi quid ſimile, idipſum* † *libello comprehendendum erit. Si accuſator deceſſerit, aliaue qua* † *cauſa eum impedierit, quominus accuſare poſſit, & ſi quid ſimile eſt; nomen rei aboletur, poſtulante reo* [f]*, idque, & lege Iulia de vi, & ſenatuſconſultis* † *cautum eſt, ita vt liceat alij ex integro repetere reum: ſed intra quod tempus videbimus* [g]*. Et vtique triginta dies vtiles obſeruandi ſunt.*

† *al. lege Iulia. adulterij ream.*

† Abeſt à pandectis Florent.

† *al. libellos.*

† *al. & ipſum libellis.*

† *al. aliaue cauſa.*

† *al. ſenatuſconſulto.*

† Adde ꝙ rō eſt, qa locus aggrauat rē geſtam. l. ꝑtor. §. fi. ff. d iniu. & l. aut facta. §. locꝰ. ff. de pœn.

QVidam epiſcopus.] CASVS. Supra in proxima cauſa tractauit de ordine iudiciorū, & de reſt. ſpolia. Sed quia non ad plenum dixerat, ideo ſupponit hanc cauſam tertiam, in qua plenius tractat de reſtitutione ſpoliat. & de inducijs dādis, & an infames ſint admittendi ad accuſandū, & quales teſtes ſint admittendi, & qualis debet eſſe iudex, & de multis alijs: quæ omnia, vt apertius pateant thema proponit, de quo xi. elicit quæſtiones.

# CAVSA TERTIA.

*QVidam epiſcopus* [h] *à propria ſede deiectus eſt, petit reſtitui: poſt reſtitutionem ducitur in cauſam, inducias poſtulat, tandem ad eius accuſationem procedit quidam non legitime coniunctus, & duo infames, & tres religioſi: accuſatores teſtes de domo ſua producunt, & alios ſibi inimicos extra ſuam prouinciam:*

prehēdi, & ſi accuſator deceſſerit, vel alia cā eū impedierit accuſare, nomē rei aboleri reo poſtulāte. & ex integro intra triginta dies poterit ab eo accuſari. Eodem modo ſm Decretiſtas formabiť libellus, excepto eo, ꝙ vbi ponitur nomen Imperatoris, ibi ponetur nomen Papæ, & vbi ponitur nomen Conſulis ponetur nomen epiſcopi.

Inſt ſummulta hīc dēt.

a ¶ Conſul. & dies.] Inſtitutæ accuſationis: quia de die commiſſi criminis loquitur, nam conſul, & dies ſunt ꝓponendi hodie primo ponitur Imperatoris nomen, poſtea Conſulis: poſtea indictio: poſtea menſis, & dies, in Auth. vt præpo. nomen Imper. coll. 5.

b ¶ Caio Seio.] Ideo nomen exprimitur, vt ſecundum qualitatē perſonæ puniatur magis vel minus. Sed quid ſi ignoratur quæ ſit illa perſona? Videtur quod nihilominus ipſum accuſare poſſit, ut 5. q. 1. c. 2.

1 Sub. an teſtes ſubornati videantur. ſm. L.

c ¶ Neque autem diem.] Commiſſi criminis 1, ſed non

h ¶ Quidam epiſcopus.] Hic primum agitur, an ſpoliatus ſit reſtituendus, ſed ſupra cauſa 1. qō. 2. agebatur an ſpoliatus eſſet in ius vocandus. Eſt autem regula, quod ſpoliatus ab alio, quam a iudice, vel etiam ſi a iudice eſt ſpoliatus ſine ordine iuris, ſemper ſtatim eſt reſtituendus, non obſtante exceptione alicuius criminis, vel non canonicæ inſtitutionis, ut extra de reſtitutio ſpoliat. in literis, & capitu. item cum quis & cap. conquerente, & 6. quæſt. 3. deniq; Fallit in caſibus hic notatis. Intruſio, ſcilicet quando aliquis occupauit ſedem Apoſtolicam uiolenter, ut infra ead. §. pater, ſed hoc ſpeciale eſt in Papa. Dilapidatio, ut 3. q. 2. quia c. ſed hodie hoc nō tenet, quia non eſt ſpoliandus aliquis niſi probata ſuſpicione: ut extra de ſimo. licet. Criminis enormitas, ut 2. q. 5. ſuper

Spoliatus eſt ſemper reſtituendus regulariter.

Spoliato in multis caſib. denegat reſtitutio.

per cā. Infamia,& criminis euidētia, vt 2.q.5. presbyter ſi.& q.1. ſcelus,& cap. manifeſta. Item crimen ſimoniç, extra de ſimo. accuſarum.&c. tanta. Cōtumacia, vt 3.q. 9. decernimus, Scandalum, vt 3.q.6. hæc quippe. Fornicatio notoria, extra de diuor. ſignificaſti. Item cum reus eſt abſens, extra de off. iud. dele. conſultationibus. Cum incontinēti deiecit. extra de reſt. ſpo. olim Item cum ſpoliatio eſt probata in modum exceptionis. extra de ord. cog. cum dilectus. Item ſecundum quoſdam cum incontinenti ſpoliator vult probare exceptionem, extra de reſtit. ſpo. literas. ff. ad exhib. l. 3. §. ibid. Item cum a muliere obijcitur ſæuitia viri, vt extra de reſtit. ſpol. ex tranſmiſſa. Item in caſu quem habes, ext. de diuor. gaudemus in fi. Itē exceptio rei iu. 2.q. 6. §. diffinitiua. Itē exceptio iuriſiurandi, vel pacti ſecundū quoſdam, vt ext. de reſtit. ſpoliat. accepta,& capi. ſolicite. Item ſi ſub cōditione poſſedit. ext. de reſt. ſpol. olim cām. Itē ſi ex gratia, vel precario poſſedit. infra. 10.q.3. qa cognouimus, & ex de exc. prælat. cum ad quorundam. Item ſi poſſedit, vt colonus. ff. de vi. ar. cū fūdum. Hoc autem ſcias, ꝙ quatuor ſunt auxilia producta p quæ petitur reſtitutio, actio interdictum, condictio ex canone, iudicis officiū. Actione petitur reſtitutio, vt actione, qā met⁹ cā dat reſtitutio cōtra quēlibet 1, poſſeſſore. ff. qd met. l. metu. §. uolenti. Item actione de dolo petitur reſtitutio,& p il lā non fit reſtitutio. niſi contra illum qui dolum fecit. ff. de dolo. ſi plures. Item per interdictum reſtitutio datur contra illum ſolum, qui uim fecit, ut extra de reſtitut. ſpol. cum ad ſedem in fin. Per condictionem ex canone datur reſtitutio contra quemlibet poſſeſſorem, ut extra de app. bonæ memoriæ,& extra eod. cap ſæpe, & inf. ead. redintegranda. Item per iud cis officium petitur reſtitutio cum aliquis propter abſentiam perdit rem ſuam, de qua agitur. ff. ex quibus cau. maio. lib. 1. & per totum,& illa poteſt agi contra quem libet poſſeſſorem, ut 16. q. 3. porro.

Reſtitutio petitur quatuor auxilijs

1 Nam p hāc actionem ad uocatur res ēt ab eo qui metum non intulit. ff. quod met. cauſ. ſi cum except. §. 2. C. eo. tit. nō intereſt. Ar. ab d.

Quod reſtitutio. ] CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur an reſtitutio ſit danda oib. expoliatis. Et probatur, ꝙ ſic p c. ſequentia.

EPiſcopi. ] CASVS. Quæſitum fuit vtrum crimen aliquod poſſit obijci epiſcopis reb. ſuis expoliatis, vel de ſedibus ſuis eiectis ante reſtitutionem? Et certe reſpondet Papa, quod non.

*reus crimino ſo iudici offertur ab vno tantum audiendus,& iudicandus. Quidam de accuſatoribus, & teſtib. abſentes per epiſtolam illum accuſare,& in eum teſtificari contendunt: cum multa capitula ei obijcerentur, in primo accuſatores deficiunt: demum accuſatio in accuſatorem vertitur.*

1 *Hic primum quæritur, an reſtitutio danda ſit quibuſlibet expoliatis.*

2 *Secundo de inducijs, an poſt reſtitutionem tantum, an etiam poſt vocationem ad cauſam quibuslibet concedendæ ſint.*

3 *Tertio, quo ſpatio menſium utrique ſint concedendæ.*

4 *Quarto, an infames, & non legitime conuicti, ad accuſationem ſint admittendi.*

5 *Quinto, an teſtes de domo accuſatorum ſint producendi, vel inimicorum vox ſit audienda.*

6 *Sexto, an extra prouinciam reus ſit producendus.*

7 *Septimo, an ſit audienda eius ſententia, quem cum reo par inficit malitia.*

8 *Octauo, an ab uno tantum epiſcopus ſit audiendus, uel iudicandus.*

9 *Nono, an accuſatores, vel teſtes in abſentem uocem accuſationis, uel teſtificationis exhibere ualeant.*

10 *Decimo, an deficientes in primo capitulo ſint admittendi ad ſequentia.*

11 *Vndecimo, an accuſatio liceat accuſationem in accuſatorem uertere.*

## QVAESTIO. I.

*QVod reſtitutio quibus libet danda ſit, multis auctoribus probatur. Ait enim Gaius Papa, epiſtol. unica ad Fœlicem epiſcopum, cap. 3.*

¶ Expoliatis, vel eiectis omnia ſunt redintegranda. Cap. I.

Mutatis uerbis, ſed incolumi ſententia. Anſ. l. 3. c. 46.

EPiſcopis ſuis rebus expoliatis, vel a proprijs ſedib. eiectis omnia [a], quæ eis ablata ſunt, legibus ſunt redintegranda: quia priuſquam hoc fuerit factum, nullum crimen [b] eis obijci poteſt.

*Item Fabianus epiſt. 2. epiſcopis Orientalibus.*

a ¶ Omnia. ] Etiam depoſita, ut ff. depoſi. l. 1. qui autē. & ff. de ui. & u. ar. l 1. quod autem.

b ¶ Nullum crimen. ] A Spoliatore, uel generaliter à nullo, cum ſit inermis, ut inf. ea. q. 2. oportet.

b ¶ Nullum crimen. ] Pro quo fuerunt ſpoliati ſecundum Hug. uel nec illud nec aliud poteſt obijci a ſpoliatore. 2.q.2. in ſcripturis,& c. nullus. Sed mirū eſt, ſi aliquis non poteſt eū de crimine illo accuſare, ut inf. q. 2. cum eccleſiæ,& cap. prox. cum res inter alios acta alijs non præiudicet. Item nunquid ſpoliator poteſt eum accuſare poſtquam eſt reſtitutus? Arg. ꝙ non, ext. reſt. ſpo. item quis, arg. contra, ꝙ poſſit ſaltem ciuiliter 2. inf. ea. q. 2. audiuimus.

a ¶ Om-

2 Adde ꝙ ēt criminaliter concor. tex. in l fi. C. de ord. cog. & in l. ſi maritus. C. de do. int. ui.& uxor.

Epiſco-

EPiſcopi.]CASVS. Dicitur hic, ꝙ non debent epiſcopi ad ſynodum vocari, uel eis crimen aliquod obijci, niſi prius rei propriæ, uel eccleſiæ eis fuerint reſtitutę: niſi ſpoliati eſſent auctoritate Romani pontificis.

Spoliatus ſpoliatorē reconueniri poteſt.

a ¶ Epiſcopi.] Si tñ ſpoliatus uelit agere contra ſpoliatorem.

SED NOTANDVM CASVS. Dicit Grat. in hoc §. ꝙ non ſufficit, ſi reſtitutio fiat ſolis verbis, uel per ſententiam, niſi præſentialiter omnia reſtituentur officio iudicis, ut expulſus habeat ciuilem & naturalem poſſeſſionem per ſe, uel animo ſuo, & corpore alieno, ut per procuratorem & in eodem loco vñ ablata sũt fiat reſtitutio, quod probatur per ſeq. cap.

## ¶De eodem. C. II.

Anſ. l. 3. c. 50.

EPiſcopi, [a] ſi a proprijs ſedibus, aut eccleſijs ſine auctoritate Romani Pontificis α expulſi fuerint; anteq̃ ad ſynodũ vocentur, proprius locus, & ſua omnia eis redintegranda ſunt. Nulla enim permittit ratio, dum ad tẽpus eorum bona, vel eccleſiæ, atque res ab ęmulis, aut à quibuſcumque detinẽtur, vt aliquid illis obijci debeat: Nec quidquam poteſt eis quoquo modo quilibet maiorum, vel minorum obijcere, dum eccleſijs, rebus, aut poteſtatibus carent ſuis.

α¶S ne auctoritate Romani Pontificis.] *Sunt hæc verba etiam apud Anſelmum licet non ſint expreſſa in originali, cuius hic ſententia potius, quam ipſamet verba referuntur vſque ad verſicu.* Nulla.

*Sed notandum eſt, quòd reſtitutionis ſententia ſola nõ ſufficit, niſi præſentialiter omnia iudicis officio reſtituãtur, vt eiectus, vel ſpoliatus etiam naturalẽ [c] poſſeſſionẽ recipiat, ſiue animo ſuo, & corpore alieno, uelut per procuratorem; ſiue animo, & corpore ſuo. Cuncta quoq;, quæ ſibi ablata fuerant, quacunque conditione, in eodem loco, vnde ſurrepta fuerant, reuocanda ſunt.*

Et Euſebius epiſto. 2. & in 5. ſynodo Romana ſub Symmacho.

*Vnde Ioannes Vrbis Romæ epiſcopus ſcribit Zachariæ archiepiſcopo, epiſt. 1.*

## ¶De eodem. C. III.

Anſ. l. 3. c. 51. & 44.

j REdintegrãda ſunt omnia expoliatis, vel eiectis epiſcopis præſentialiter ordinatione Pontificũ, & in eo loco β [d] vnde abſceſſerunt funditus reuocãda, quacũque conditione tẽporis, aut captiuitate, [e] aut dolo, [f] aut violentia † maiorũ, aut per quaſcumque iniuſtas cauſas, res eccleſiæ, vel proprios, aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe noſcuntur ante accuſationem. γ aut regularem ad ſynodum vocationem eorum, *& reliqua.*

† al. virtute.

β¶In eo loco.] *Apud Iuonem, & Symmachum legitur*, & in eorum vnde abſceſſerunt, poteſt item, funditus reuocanda. *Apud Euſebium vero*, in eorum vnde abſceſſerunt, loca funditus reuocanda.

SI QVIS CASVS. Induxi teſtes contra aliquem in aliqua cauſa: contra me ijdem inducebantur: uolebam

eos

eos repellere; quæritur an poſſum? Et reſpõdetur ꝙ nõ, niſi probem poſtea capitales inimicitias interueniſſe inter me & illos; arguere tamen potero eorum teſtimonia ex dictis eorum, ſi contradicant ſibi: vel ſi probauero eos corruptos promiſſione, vel etiam datione pecuniæ.

a ¶ Pro-

ſnia in rem iudicatam 2. vt extra de ſent. & re iudi. lator. &c. conſanguinei. Vel ideo mulier fuit admiſſa in illa decret. ex tenore quia ignorauit de quo die teſtes vellẽt teſtari: ſed ſi quis ſcit de quo die velit quis probare. & ante publicationem non proteſtatur, ꝙ die illo nõ fuerat in loco tali, poſt publicationem eũ nõ admitterem, & qđ hic dr̃, ꝙ põt obijci in dicta, verũ, eſt oſtẽdẽdo eos eſſe contrarios ſibi 3. Item inſtrumẽtum induci põt poſt publicationem, vt ext. de fide inſtr. cum dilectus. Si q̃ritur quare viſo inſtrumento induci pñt teſtes, vt C. de cõtrah. ſtipul. optimã. & non viſis atteſtationibus? Rñ. ideo q̃a ſi vnus vult im℘bare inſtrumẽtum per teſtes, reliquis põt per teſtes inſtrumento fidem facere: quod non eſt in teſtibus. Ioan. Ego credo quod publicatis atteſtationibus ſuper nouo articulo (ſicut dicit T.) poſſunt induci teſtes: licet legiſtæ dicunt contrarium, & hoc non ſolũ eſt in cauſa matrimonij, ſed etiam in alia cã, vt ext. de fide inſtr. cum Ioannes. & extra de teſti. ex tenore &c. veniens. 2. In cauſa appellationis inducunt teſtes ſup nouis articulis, pendentibus ex veteribus. ext. cap. fraternitatis. Legiſtæ ſecundum opi. Ioan. inducunt ſuper nouis & ſuper ueteribus articulis. C. de app. l. eos. B.

2 Dic quod de hoc dixi 2. quęſt. 6. in princ. in addi. ſed cõtra ext. &c. Arc.

3 Hæc ſnĩa vera eſt, & hr̃ ex texto, cũ dicit, ex ipſis depoſitionib. &c. nõ dicit, alienis depoſitionibus, ſed ipſis. Arch.

alia lite producantur [a], nõ licebit perſonas eorum excipere; niſi oſtenderit inimicitias inter ſe & illos poſtea emerſiſſe; ex quibus teſtes repelli leges præcipiunt: non adimenda ſcilicet ei licentia ex ipſis diſpoſitionibus teſtimonium eorum arguere [b]. Sed & ſi liquidis probationibus datione, vel promiſſione pecuniarum eos corruptos eſſe oſtenderit [c], etiam eam allegationem integram ei ſeruari oportet.

¶ *In hoc capite varias leges digeſtorum, & codicis ita refert Gratianus, vt interdum eadem prorſus afferat verba, interdum vero mutet, ac tranſponat, & in ſummam redigat. Ac plura quidem ſunt ex originali emẽdata, niſi vbi Gratianus de induſtria mutauerat.*

α ¶ Per quos.] *In vulgatis legebatur,* per quæ. *Emendatũ vero eſt manuſcriptis, & lege ipſa, in qua agitur de exhibitione teſtium, non autem de editione inſtrumentorum.*

β ¶ Coarctentur.] *Sic in aliquot manuſcriptis, quæ lectio cum his verbis legis,* arctari præcipimus: *magis conuenit, quam vox,* coerceantur, *quæ erat in impreſſis.*

Sulpitius Seuerus l. 3. uitæ S. Martini.

*Sed obijcitur illud B. Bricij, qui uoce pueri triginta dies ab ortu habentis innocens probatus eſt. Sed miracula diuina ſunt admiranda, non in exemplum humanæ actionis trahenda.*

## QVAESTIO IV.

*De quarta uero [d] quæſtione Fabianus Papa epiſt. 2. ad epiſcopos Orientales conſtituit dicens.*

Quod approbo nõ reprobo.

1 Concor. tex. in l. Ponponius. ff. de neg. geſt.

a ¶ Producantur.] Teſtem inductum pro me teneor recipere contra me, vt hic. Similiter illum qui fuit iudex pro me, teneor recipere contra me, vt 3. qõ. 8. cuius in agendo 1. Item allegationem vel rationem pro me inductam, recipiam contra me. ſup. 10. diſt. ſi Romanorũ. Similiter inſtrumentum. extra de cenſi. cum olim. Item iuramentum. C. de reb. credi. generaliter. Argum. contra iſta 2. q. 7. ſi hæreticus. 37. diſt. ſi quid veri. Sol. iſta ſunt ſpecialia fauore fidei.

b ¶ Arguere.] Sed hoc non poteſt fieri niſi per alios teſtes; ergo viſis atteſtationib. poſſunt induci alij teſtes: quod eſt contra id extra eo. fraternitatis. Conſueuit reſponderi, ꝙ directè non poſſunt induci teſtes contra teſtes, ſed indirectè, uel probando corruptionem. ut extra eo. ſeries. extra de prob. licet. Vel probãdo teſtes aut perſonas fuiſſe in alio loco tunc temporis. ext. eo. ex tenore. Sed contra hæc eſt cauſa quare nõ admittantur teſtes poſt publicationem, quia timetur ſubornatio: ſed ſubornari poſſunt, licet teſtes indirecte inducantur. Item teſtes aduerſarij volunt probare de alio tempore: ergo ego inducam teſtes ad probandum de eodem tempore iniquum enim eſſet, quòd aliquid permitteretur impugnãti. & non permitteretur defendẽti. ff. de reg. iur. nõ debet cum dicta meorum teſtium poſſim confirmare, vt dixi ſupra 3. q. 3. de inducijs. Ad hoc poteſt dici, qđ ſpeciale eſt in cauſa matrimonij, vt inducantur teſtes quandocunque etiam per ſententiã: quia ibi non tráſit

c ¶ Oſtenderit.] Vel etiam infamiam, poſtea contractã, vt extra de teſti. cogen. præterea. ſimile ſup. diſ. 19. ſi Romanorum. extra de accuſ. nulli.

SED OBIICITVR. CASVS. Dictum eſt ſupra in cap. teſtes autem, ꝙ intra xiiij. annum non poſſunt aliqui teſtificari, ſed contra hoc obijcit Gratia. de puero triginta dierum. Nam cum de fornicatione accuſaretur B. Bricius, & diceretur filium genuiſſe triginta dierum in medio populi profeſſus eſt ille puer Bricium ſuum patrem non eſſe. Sed ſoluitur hoc, ꝙ miracula diuina non ſunt trahenda ad conſequentiam, nec in exemplũ actionis humanæ.

De quarta vero.] Hæc quæſtio diuiditur in tres partes, in quarum prima probat duabus auctoritatibus ꝙ nullus debet eſſe accuſator & iudex & teſtis. Secunda ibi, Inſcriptio.] Tertia ibi, [De domo.] Io. de Fan.

Teſtis & accuſator an poſſit quis ſimul eſſe.

CASVS. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritur an idem poſſit eſſe accuſator, & teſtis. Et reſpondetur ꝙ non, vt inf. ca. 1. & 2. niſi fortè in cauſa matrimonij: ubi dicunt quidam, ꝙ idem poteſt eſſe accuſator & teſtis. arg. 35. q. 6. c. 1. & 2. & in ſumma ubi notauit Hugo. & Ioan. hoc dicit.

d ¶ De quarta uero.] Hic q̃ritur, an aliquis ſimul poſſit eſſe teſtis, & accuſator? Et eſt dicẽdũ, ꝙ nõ, ut inf. e. c. 1. & 2. q.

& 2.q.1. multi. nec.n.ſimul debet quis fungi pluribus officijs ut 16.q.1.presbyteros.& 79.diſt.ſingula. In matrimonio eſt ſpeciale, vt idem ſit accuſator & teſtis, vt not.35. q.6.c.1. tamen inpropriè dicitur in matrimonio accuſatio: nam mixta dr̄ inter ciuilem & criminalem, vt extra de pro cu.tuæ. In denũciatione aũt idē eſt denũciator & teſtis, vt ext. de teſt. in omni negocio.& ext.de ſimo.licet.ſed ex quo ſemel quis apparuit inter accuſatores, iamodo nō poteſt eſſe teſtis: vt extra de accu.cum P.Manconella.

tione debet fieri, vt accuſator obliget ſe ad pœnam talionis, ut probatur nono libro Codicis de accuſationibus.& c. Hug. tamen videtur velle, ꝙ omnia ſupradicta verba ſint de præcedenti capitulo, vſque ibi, [Vt codice. poſtea ſunt verba Gratia. Idem videtur velle Beneuen.

## ¶Accuſator & teſtis, vel iudex aliquis ſimul eſſe non poteſt. Cap. I.

NVllus vnquam præſumat accuſator [a] ſimul eſſe, & iudex † vel teſtis: qm̄ in omni iudicio quatuor [b] perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe; ideſt iudices electos, accuſatores idoneos α, defenſores congruos, atque teſtes legitimos. Iudices autē β debent vti æquitate [c], teſtes veritate, accuſatores intentione ad amplificandā cauſam, defenſores extenuatione ad minuendam [d] cauſam.

Anſel.l.3.c.75. Burc.l.16.c.15. Iuo p.6.c.321. Pann.l.4.c.81.

† Concor. tex. ĩ l.ſi.ff. quod met. cau. & in l. pen. ff.de arbit.& in l.ſi qui uiri. & l. ſi quis in tantam. ff. de iuriſdict. omn.iud.

α ¶Idoneos.] *Apud Fabianum & Burchardum, & Iuonem hic locus ita habet*, iudices electos, & accuſarores, ac defenſores, atq; teſtes. *Verbum quia voces illæ* idoneos, congruos, legitimos, *ſunt in omnibus vetuſtis codicibus Gratiani & Pannormia, nihil eſt mutatum.*

β ¶Iudices autem. *Hæc neque in epiſtola ſunt, neque apud alios collectores niſi in Pannormia.*

NVllus.]CASVS. Dicitur in hoc c.quod nullus debet ſimul accuſator eſſe & teſtis, vel iudex: quoniā in omni iudicio quatuor dēnt eſſe diuerſitates ꝑſonarum ſcilicet accuſatores rei, iudices, & teſtes; & oſtendit quod ſit officium cuiuslibet eorũ: quod in litera patet.

a ¶Accuſator.] Niſi ĩ cauſa matrimonij vt 35.q.6.c.1.

b ¶Quatuor.] Extra de verb. ſigni. forus contra. ſed dic ꝙ quatuor ſunt perſonę, ideſt, quatuor genera perſonarũ, vel dic qd̄ appellat ibi tres teſtes, ideſt, tria ſignã probationum, ſ. inſtrumentorum, teſtium & famę 1. Sed obijcit de crimine notorio, vt extra de ele. venerabilem. §. nos igitur. & vbi qs confitetur aliquid. vbi iudex ex officio procedit. in his enim non accuſator. Sed loquitur hic cum ordinario iure proceditur, ſcilicet in forma iudicij.

Ideſt, argumentorũ ſiue confeſſionum, ut ibi not. Tan. & Ber.& ſic nō ob. qđ not. ſup. ea.q.1. ſæpe, in gl. 1.Arch.

c ¶Æquitate.] C.de iud.placuit.45.diſt.omnis quid.

d ¶Ad minuendam.] Non tamen vt falſo inducat aliquod ius. Sed nunquid tenetur aduerſario dicere iura quæ pro ipſo faciunt; nō: tamen in corporali bello licitum eſt decipere hoſtem, vt 22.q.2.utilem & 23.q.dñs.

*Item Damaſus Papa: epiſt. 3.c.7.*

## ¶Quilibet in cauſas duas perſonas gerere non valet. Cap. II.

ij NVllus introducatur perſonaliter [e], ſed accuſatores & accuſati æqua audiantur ratione, iuxta quod geſtorũ ordo exigit. Accuſatores vero, & iudices nō ijdē ſint, ſed per ſe accuſatores, per ſe iudices, per ſe teſtes, ꝑ ſe accuſati, vnuſquiſq; in ſuo ordinabiliter ordine. ¶Nã inſcriptio [f] primo ſemper fiat [g], vt talionē calumniator recipiat; quia ante inſcriptione nemo debet iudicari, vel damnari; cum & ſæculi leges hæc eadem retineant.

Poly.li.5.tit.1. Burc.li.16.c.31. Pann.li.4.c.80. Iuo p.6.c.337.

2 *Vt codice* [h], *lib. nono, titulo de accuſationibus, & inſcriptionibus, l.7. & codice, eodē lib. de adulterijs, l.6. & titulo de Abigeiſs, l.vnica.* ¶*Aliquãdo etiã ſine inſcriptione*

NVllus.]CASVS. Dicitur hic ꝙ iudex in iudicio non debet uti acceptione perſonarum inter accuſatorē & reum: ſed æqualiter audiat utrumque, & ꝙ per ſe debet eſſe accuſator, per ſe reus, per ſe iudex, per ſe teſtis, & unuſquiſque debet eſſe in ſuo officio.

e ¶Perſonaliter.] ideſt, cum acceptione perſonæ, ut 3.q.9.cap.ult. quia honor unius perſonæ non debet obeſſe alij, ut C.de digni.l.3.ſi.12.11.q.3.ſi quis vero. C. de ſtat. & ima.l.4. iudex tamen magis dignum poteſt honorare, ut 2.q.7. quæritur, & q.8.quiſquis. non tamen ſedebit cum iudice cum agitur in cauſa, ut C.de off.ciui. iud.l.1.

Perſonarum acceptio ñ dēt eſſe in iudicio.

INSCRIPTIO. Hæc eſt ſecunda pars huius quæſtionis in qua ponit Gratia. quatuor caſus, in quibus nō eſt inſcribi neceſſe Io.de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus ꝙ inſcriptio ſemper in accuſa-

uen. in caſibus ſuis: ſed ego habeo.§.ibi.Inſcriptio.&c.

f ¶Inſcriptio.] Et ſi non fuerit facta, nihil ualet quod actum eſt.2. q. 1.in primis.ibi, quod ſi forte hæc ſolenniter. Sed an obligabit ſe accuſans ad talionem; arg. ꝙ ſic, ext. de accuſa.ſuper his.C.de fide inſtru.l.2.contra. C.de aduoc.diuer.iud.l.1. Dico ꝙ ſic, licet quidam legiſtæ ſecus dicant. 2.

2 Adde an & qñ dēt ſe inſcribere. not. Cyn.& do. in l.qui crimen. C. qui accu.nã poſſ.

g ¶Semper fiat.] Niſi in caſib.notatis.2.q.7.in ſumma.

h ¶Vt codice.] Iſtud ut reſpicit uerba ſequentia.

ALIQVANDO. CASVS. Dictum eſt ſ. in §. Gratiani uel in c.ſecundũ quod ſupra not. quod in accuſatione eſt inſcriptio facienda ſemper. Nunc autem ponit Gratianus quatuor ſpeciales caſus, in quibus inſcriptio nō exigitur. Primus eſt quando per officiales nunciantur præſidibus aliorum delicta. Secundus quando uir uult accuſare uxorem ſuam de adulterio iure mariti intra ſexaginta dies utiles computandos a tempore diuortij. Tertius eſt quando quis de abigeatu accuſatur. Quartus eſt in crimine iniuriarum. In alijs uero criminibus ſemper debent fieri inſcriptiones, quæ crimen & tempus deſignent, ut alterutram partium legum auctoritas terrere poſſit. Sed in quibuſdam male dicit Gratianus hic, ut dicit Hug. in ſumma, & ut Ioan. notauit in hoc loco.

a ¶ Per officiales.] Hoc exemplũ nõ valet: quia ibi non fit accuſatio. loquitur. n. in notorio crimine iſta lex, q̃d ſolum officiati denunciant. ſi enim denũciat officialis aliud crimen, ei nõ creditur: niſi probet legitime, vt C. de accuſ. ea quæ. C. de curio. l. curioſi, lib. 12. niſi euidens ſit calumnia, vt C. de adult. iure mariti, ff. eo. is cuius. Iure tamen nouo tenetur 1 vir inſcribere, vt in auth. vt licc. mat. & auiæ. §. cauſas. coll. 9. & extra de procur. tuæ. ſecundum canones non vſ, ꝙ ſuſtineat pœnã talionis, vt 33. q. 5. hæc imago. Sed hoc eſt verum cũ agiť ad tori ſeparationẽ, ſec⁹ ſi agať ad pęnã legalẽ vt extra de procu. tuæ.

Officiales ſolum notoria denũciare debent.

A D- † officium.] orig. Ea quidam C. de accuſ. & inſcri.

*accuſatio fieri poteſt. [Ea enim quæ per officiales † [a] præſidibus denunciantur, & citra ſolennia accuſationum poſſe perpendi incognitum nõ eſt,] ¶ Item codice de adulterijs l. 6. Si maritus iure mariti, hoc eſt intra ſexaginta dies [b] vtiles adulterium uxoris ſuæ accuſare voluerit, quam ex ſuſpicione [c] ſola ream facere valet, non continetur vinculo inſcriptionis. Item C. de Abigeis l. vnica: [Abacti [d] animalis accuſatio non ſolum cum in ſcriptionibus [e], ſed etiam ſine obſeruatione [f] proponitur.] ¶ Item cod. de accuſ. l. 8. [Si quis [g] ſe iniuriam ab aliquo paſſum putauerit, & querelam deferre voluerit, non ad ſtationarios [h] decurat, ſed præſidialẽ adeat poteſtatem, aut libellos [i] offerens, aut querelas [k] ſuas apud acta deponens.] ¶ In alijs [l] autem α criminalibus cauſis dignum eſt, vt inſcriptiones præponantur, quæ magnitudinem videlicet criminis, tempuſque deſignent, ut alterutram partem digna legum terrere poſſit auctoritas β.*

α ¶ In alijs autem.] *Lex 16. de accuſ. ſi habet*, in cauſis criminailbus, *cætera vero eodẽ plane modo atque a Gratiano referuntur.*

β ¶ Auctoritas.] *In vulgatis hic repetebatur verſiculus.* Inſcriptio, *ex capitulo Damaſi: ſed abeſt a vetuſtioribus codicibus, & fruſtra reperitur.*

*De domo etiã iudicis accuſator, uel teſtis produci non debet, ne in cauſam ſuſpictionis incidat iudex.*

*Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imp. epiſtola, cuius initium eſt: [Propoſueramus.]*

¶ Suſpicionis incidet in crimen iudex, de cuius domo, vel accuſator, vel teſtis producitur. Cap. III.

COntra ritum eccleſiaſticum, contraq. venerandas leges [m] ꝑducitur accuſator de imperialib. ædibus [n], & cui imperari poteſt, ad falſum dicẽdum teſtimonium adhibetur. Fiunt ſuſpecti iudices, & mercenarij, & lupi cuſtodes, qui videbantur eſſe paſtores.

¶ *Caput hoc emendatum eſt ex ipſo originali Romæ impreſſo.*

Et Fœlix epiſt. 2. ad epiſcopos Galliæ.

## QVAESTIO. V.

D*E quinta* [o] *uero quæſtione in concilio Carthaginenſi 3. c. 7. ſic inuenitur definitum.*

c ¶ Quã ex ſuſpicione.] 32. q. 1. c. 1. & 2.
d ¶ Abacti.] i. cum quis gregem bigit, vel partem gregis.
e ¶ Inſcriptionibus] ideſt cum agitur criminaliter.
f ¶ Obſeruatione.] i. cũ agiť ciuiliter.
g ¶ Si quis. C. de accuſ. ſi quis ſe.
h ¶ Nõ ad ſtationarios.] ideſt, non pedaneos iudices.
i ¶ Aut libellos.] Cũ criminaliter.
K ¶ Aut querelas.] Cum ciuiliter.
l ¶ In alijs.] Male exẽplificat magiſter vbi nõ cogitur quis inſcribere, ſed veros caſus poſui ſupra. 2. q. 3. notã dum, & q. vlt. in ſumma.

DE DOMO. CASVS. Iſte §. reſpicit illa duo c. ſu. poſita nullus, & nullus, vbi dictũ eſt, ꝙ nõ debet eſſe idem accuſator, & teſtis, & iudex. Nũc vero dicit, ꝙ de domo iudicis nõ dẽt ꝑduci actor vel teſtis, ne iudex habeatur ſuſpectus.

COntra ritũ.] CASVS. Coram Imperatore accuſabať quidã de domo imperiali, & ꝑducebatur accuſator, & teſtis cui poterat imperari. ſed Nicolaus reprehendit hoc dicẽs hoc eſſe cõtra legem & ex hoc iudices ſuſpecti fiunt.
m ¶ Leges.] Extra de offic. iudi. deleg. cauſam 2. ff. de iuriſdi. om. iud. qui iuriſdictioni.
n ¶ De imperialibus ædibus.] ideſt, de domo cuiuſlibet iudicis 1 De hoc dixi 3. q. 5. accuſatores iudex tamen ſuos domeſticos cogitur recipere contra, ſe, vt C. de aſſeſ. ſi poſt.

ADDITIO. In hæc lege non dicitur, ꝙ inſcribant: ſed dicitur ꝙ ſi non probant, puniuntur vt calumniatores, ſecundum Lau.

b ¶ Sexaginta dies.] A tempore diuortij computandos, vt ff. de adul. l. is cuius ope. §. pen. ſed iure extranei poteſt eam accuſare poſt hos dies etiam: dum tamen cauſa non exceſſerit quinquennium ff. eo. titu. mariti. ſed ad tori ſeparationem etiam poſt ſeptẽnium põt, vt 33. q. 2. admonere. Cõſiſtit autem ius mariti in hoc, quòd ex ſuſpicione violenta facit vxorem eam, & quod præfertur alijs accuſatoribus, & quòd nõ inſcribitur: & ꝙ non punitur quaſi calumniator, ſecundum quoſdam:

DE quinta vero.] CASVS. Hic intitulať quinta quæſtio, qua quæritur an ſit excommunicandus accuſatus, ſi die ſtatuta non veniat ad cauſam. Et certum eſt, ꝙ ſic, ſi ex contumacia abeſt, & agitur hic de iudicijs citatorijs ſiue expectatorijs.
o ¶ De quinta.] De iure ter eſt citandus quilibet, vt 24. q. 3.

Maritus duplici iure põt vxorem accuſare.

1 Immo, & lex antiqua dicit, ꝙ ſolẽnia accuſationis implere debet. ff. de adul. l. miles. §. quidam ſm L.

1 Gñaliter ſeruandũ eſt ꝙ nullus ſit iudex in omni cauſa, vbi quis de domo ſua eſt actor, reus vł teſtis, q̃a vł eẽ ſuſpectus ſi hoc cõtingat, delegeẽ cã, ſm H. L.

q.3.de illicita. ſi tñ ad primam citationem nō venerit. delinquit, quia ſpernit mandatum iudicis, & punitur. ff. ſi quis in ius voc. nō ierit. l.2. ff. ſi quis ius dicen. nō obtēp. l. vnica. & præſtabit ſumptus litis de illa factos, vt de iud. ſancimus. Et agitur de inducijs citatorijs ſiue expectatorijs, quæ dantur epiſcopis, & eædem dātur presbyteris, & diaconis, vt 15.q.7. ſi aūt. & dictum eſt de his 3.3.q.2. in ſumma.

Citatio ꝺ iure debet eſſe ꝛina.

Ioan. Sol. excommunicatus eſt, ſed abſoluitur ſine expēſis, quia excommunicatio tenet, niſi in duobus caſibus, vt dᵉ extra de ſen. excom. per tuas. B.

b ¶ Menſis.] Vel trium menſiū, vt inf. prox. q.3.c.1. & q.2.c.2. contra.

## ¶Non eſt à communione ſuſpendendus, qui die ſtatuta ad cauſam venire non potuit. Cap. I.

QVisquis epiſcoporum accuſatur, ad primatem prouinciæ ipſius cauſam deferat accuſator. Nec a communione ſuſpendatur, cui crimen intēditur, niſi ad cauſam ſuam dicendam α, electorum iudicum, die ſtatuta, literis euocatus minime occurrerit: [a] hoc eſt intra ſpatium menſis [b] ex ea [c] die, quā eum literas accepiſſe conſtiterit. Quòd ſi aliquas veras neceſſitatis cauſas probauerit, quibus eum occurrere nō potuiſſe manifeſtum ſit, cauſæ ſuæ dicendæ intra alterum [d] mēſem integram habeat facultatem. Verum tamdiu poſt menſem ſecundum non communicet [e], donec purgetur. Sin autem nec ad cōcilium vniuerſale β occurrere voluerit, vt vel ibi cauſa eius terminetur, ipſe in ſe damnationis ſuæ ſententiā dixiſſe iudicetur. Tempore ſane, quo non communicat, ſic γ in ſua eccleſia, vel parochia communicet [g]. Accuſator autem eius, ſi nunquam diebus cauſæ dicendæ defuerit, a communione non remoueatur, Si vero aliquando defuerit ſubtrahēs ſe reſtituto in communionem epiſcopo remoueatur a communione accuſator † [h], ita ta-

Anſ. l.3.c.122.
Burc. l.3.c.160.
Iuo p.5.c.270.
Pan. l.4.c.106.

inf. 5.q.3. ſi ægrotans

† Cōcor. cū hoc text. & ſua glo. l. in cum. & ibi Bar. ff. de accuſ.

QVisq̃s.] CASVS. Statutū fuit in concilio Carthaginenſi, vt epiſcopi apud primatem prouinciæ accuſent. Et ſi epūs, qui accuſabatur, vocatus ad cauſam, die ſtatuta, hoc eſt intra mēſem cōputādum a die receptionis literarū nō venerit, debet exōicari, & ſi poſtea venerit allegatur⁹ cās quare non venerit, dabitur ei ſpacium alterius menſis: ſed remanebit excōicatus donec probet iuſtum impedimētū: ita ꝙ nec ſuis, nec alienis cōmunicet, interim ſi nō venerit, finito ſecundo menſe, condemnabitur. Si vero accuſator die ſtatuta nō venerit, excommunicetur reo, vel epiſcopo præſente cōmunioni reconciliato. Si tamen poſtea iuſtum impedimentū probauerit, abſoluatur, & cauſam agere permittatur, & expone poſt ſecundum mēſem, id eſt, poſt principium ſecūdi menſis. Vel ſic: Epiſcopus accuſatus, ſi intra tempus vnius menſis a tempore receptionis literarū nō venerit, excommunicatur. ſi allegat iuſtum impedimentum, datur ei alius menſis: ſed remanebit excommunicatus quouſque probabit iuſtum impedimētum, & ſi non venerit ſecundo mēſe, damnabitur. ſi vero accuſator non venit die ſtatuto, excommunicādus eſt, ſed ſi iuſtam probat abſentiam, abſoluetur, & poſtmodum aget. Iſte eſt caſus ſecundum Hug. & ſecundum eum exponitur poſt menſem ſecūdum, id eſt, poſt principium ſecundi menſis.

1 No. hic L. ꝙ talis citatus non eſt excōīa. argu. ext. de pign. ſignificante, ff. de ſolu. ſi ſeruus. Arc.

2 Qualiter aūt ꝓbetur impedimētū & caſus fortuitus. vide Ant. & B. in l. quæſitum. & per Io. de Imo. pleni⁹. ff. ꝺ reiu. hēt ēt ꝑ Part. in l. contumacia. §. fi. ff. de re. iu. & C. ꝺ naufr. l. ij q̃s per Spe. ī tit. de dil. §. 1. ver. in ſum. ꝑ Cy. & Bal. in l. fi. C. de fide inſtr. & ēt per eundē Bal. in l. qui accuſare. C. de eden. & Ant. in l. fi. ꝺ ſerui. facit ēt q̃d not. Bar. in l. ſi quis ex argētijs, §. pen. ff. de eden.

ALIVS. CASVS. Aliquis vult accuſare epūm, vadit ad primatē, vocatur epiſcopus: eligit iudices epiſcopus: deinde vocatur ab eis, vt ſit tali die coram eis, & ſi tunc non venerit, ſuſpendatur. Si autem miſerit nūtium q̃ allegat iuſtam cauſam abſentiæ. vel aliam iuſtam excuſationē, datur ei alius menſis. & ſi in fine ſecundi menſis non venerit, tunc excommunicatur, & ſecundum hoc expone poſt ſecundum menſem, id eſt, poſt finem ſecundi menſis. & ſic non obſtat inf. cauſa prox. q.3. ſi ægrotans. quia ibi datur tertius menſis ad conuincendā malitiam. extra de dolo & contu. cum olim.

a ¶ Occurerrit.] Sed pone, q̃ iudex ita dixerit, ſi non veneris die illa, ſis excommunicatus 1 & ille non venit, quia nō poteſt venire, nunquid erit excommunicatus? Videtur ꝙ non. nam & auditur hic cauſa abſentię, & ꝓbata cauſa 2 non abſoluitur: nec enim extat conditio quia non dicetur non veniſſe, ex quo caſu non venit, vt ff. de conditio. & demōſtra. l.2. nec propoſuit iudex excommunicare ipſum in omni caſu, ſed in caſu contumaciæ tātum. argumen. ad hoc ff. de ſol. ſi ſeruus decem. in fin. & cum non ſit contumax, pœnam contumaciæ nō petit, ſi nō venit, ut ff. de re iud. contumacia.

c ¶ Ex ea.] Nota ꝙ computandum eſt ſemper tempus a receptione literarum, vt hic, & 16.q.3. placuit 2. extra de ap. ſupra c.2. & C. de excu. tuto. l. quinquaginta. nec computabitur dies, in quo recepit literas, vt ff. ſi quis caut. l.1.

d ¶ Alterum.] Sed obijcitur, aut primus mēſis fuit peremptorius, aut non ſi non, quare excommunicatur: cōtra illud 24.q.3. de illicita? Si fuit, quare datur ei alius mēſis poſtea? Item qualiter fuit hic miſſum peremptorium prima vice: contra illud extra de dila. ca. dilecti. Si vis tenere caſum Hug. dic quod hic ex cauſa fuit primo miſſum peremptorium, vt extra de in integ. reſt. tū ex literis in fi. & ff. de iudic. nonnunquā, & ſequēs peremptorium datur ad cōuincēdam malitiam. ſic inf. 5.q.3. c.1. Secundum alium caſum non. eſt primus peremptorius, ſecundum hoc dic quod non punitur hic ſententia excommunicationis, ſed ſuſpenſionis, vel alia. nā bene punitur quis in citatione nō peremptoria, vt 5. quęſ.2. præſenti. C. de iudi. ſancimus, ff. ſi quis in ius voc. non ier. l.2.

e ¶ Non communicet.] In ſacramentis.

f ¶ Damnationis ſuæ ſententiam.] Cum lis eſt cōteſtata, vt dixi 3.q.9. decernimus, vel legitur de ſentētia excommunicationis.

g ¶ Communicet.] Arg. ꝙ qui eſt ſuſpēſus in vna eccleſia, & in altera, quia cum ſit tantum vna eccleſia, non poteſt eſſe partim intra, & partim extra eccleſiā, vt 24. q.1. loquitur. & 6.q.1. ſi quis presbyter. arg. contra. 58. d. ſi quis alterius.

Suſpēſus in vna eccleſia eſt in oībus ſuſpenſus.

h ¶ Accuſator.] Sed quare cogitur iſte accuſare, contra illam regulam C. vt nemo inuitus agere vel accuſare compellatur? Item nonne primo accuſator eſſet admonendus, vt C. qui accuſa. non poſ. qui crimen. Forte hoc eſt ſpeciale in epiſcopo, ſicut aliud inf. cauſa prox. q.2.c.3. & hoc obtinet cū ex accuſatione orta ē īfamia contra epiſcopum, & ideo cogitur accuſator procedere, vt inf. proxi. q.1. quidam, & q. vlt. Epiphaniam. Vel hic inſcriptum fuit, & ideo cogebatur procedere vt ext. de accu.

Accuſare cogitur aliquis quandoque.

1 Idē ſi actor venit & nō reus vel ecōuerſo. iudex tñ fuit impeditus& non potuit adeſſe cauſę:prout no. ext.de do.& contu.venerabilis & l. 6.eo.tit.cap. actor. & eſt q.Bart.Brix.

acc.licet.in fi.Si autem nec accuſator, nec accuſatus venit;tunc neuter eſt puniendus 1. ff.ſi qs in ius voc.nō ier.2.§.vlt.Itē hēs dic, ꝙ ſi accuſator non ꝓbat iuſtam cām abſētiæ,ammodo nō audiť de illo crimine.vt ext. de accu.licet.C.qui accu.nō poſſ.l.3.Itē forte ubi de crimine agitur & ciuiliter.ff.de iure fiſ.l.2.§.ſenatus. Idē vbi accuſator inſtrm falſum, vt ext.de fide inſtr.accepimus.& c.contingit.Idem vbi accuſatur matrimonium vt extra qui matri.accuſ.poſ.c.per tuas.Idem vbi præfigitur terminus ad inducendos teſtes, vt extra de prob. licet.Idē vbi proponiť terminus ad exceptiones ꝓponendas vt ex.de exc.paſtoralis.Idē vbi impetiť ſtat⁹ alicuius. vt C.đ inge.ma.diffamari.Secus aũt in ciuilibus negocijs, vbi per trienniũ expectatur, vt C.de iudi. properandum.

a ¶ Adimatur.] Vt C.qui accuſa.non poſſ. ſi ea. & l. qui crimen.

b ¶ Probauerit.] Suũ ſacrm ſufficit i hoc caſu, vt 12. q.1.c.1. C.de reb.cred.in bono 100.diſ.operatũ. ext.de proc.ex inſinuatione. nō enim requiritur, ꝙ plene probetur cã abſentiæ,ut ex.de ſent.& re iud.c.cum Bertoldus. 2 arg.cōtra ex. de in integ.reſtit.c. ex literis. 3

men vt nec ipſi adimatur [a] facultas cauſæ peragendæ, ſi ſe ad diem occurrere non noluiſſe †, ſed non potuiſſe probauerit.[b]

† al.voluiſſe.

α ¶ Electorum iudicum.] *Iſtæ duæ uoces abſunt ab editione Colonienſi conciliorum in quatuor tomis.*

β ¶ Vniuerſale.] *In concilio ipſo additur*, anniuerſarium, *quod in Africano concilio, c.62. oſtenditur de uniuerſali concilio Africæ eſſe intelligendum.*

γ ¶ Nec in ſua eccleſia.] *Sic in cæteris conciliorum editionibus, & codice canonum, & apud cæteros collectores. Sed in editione quatuor tomorũ eſt*, nec in ſua plebe communicet. *Græce c.19.legitur:* μὴ δὲ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ, μὴ δὲ ἐν παροικίᾳ κοινωνείτω, *id eſt*, neq; in propria eccleſia, neque in parochia communicabit.

## QVAESTIO. VI.

Sexta uero quæſtio eodem ſeptimo capitulo concilij Carthaginēſis tertij terminatur, in quo ſequitur.

Sexta vero. CASVS. Hic poniť 6. q. qua quæritur an illi, qui in accuſatione eporum culpabiles inueniũtur, poſſint de cętero admitti ad ſui vel ſuorum cauſę proſecutionē. Et reſpondet, ꝙ ſic, ſi ſuam velint proſequi iniuriam vel ſuorum ciuiliter & ñ criminaliter: nec in cauſis eccleſiaſticis. Caſum vero illorum ca.illud.& ſi accuſatorum, inuenies ſupra 3.q.10.ſi accuſatorum. Aliud c.planum eſt.

2 Adde no. in l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de proc.& l. penult.§. ad crimen. ff. de publ. iu.
3 Vbi de hoc & 86.d.tanta.

¶ In ciuili, & proprio duntaxat negocio ad arguendum admittitur, qui in epiſcopi accuſatione culpabilis inuenitur. Cap. I.

3.q.10.c.fi. Anſ.l.3.c.121. Burch.ibidem. Iuo ibidem. Pann.ibid.

ILlud vero placuit, vt cum agere cœperit in epiſcoporum iudicio, ſi fuerit accuſatoris perſona culpabilis, ad arguendum † non admittatur, [c] niſi proprias cauſas, non tamen eccleſiaſticas, vel criminales δ aſſerere † voluerit.

† al.dicere.

† al. ad accuſandum vel agendum.

c ILlud.] ¶ Nō admittatur.] iſtud eſt expoſitũ ſup. 3 q.10.ſi accuſatorum & cap.1.& 2.

c ¶ Nō admittatur.] Quidã dicunt quod in nullo crimine admittatur contra epiſcopum.

δ ¶ Vel criminalis.] *Abeſt hoc à concilio, & cæteris collectoribus, ſed retentum eſt ob caſum; & repetitur in caſi accuſatorum.*

*Item ex concilio Carthaginenſi 7.c.2.prope finem.*

¶ Propriam cauſam agere valet, cui accuſare non licet. Cap. II.

Iuo p.16.c.64.

OMnibus, [d] quibus accuſatio denegatur, in cauſis proprijs accuſandi licentiá non eſt deneganda.

d OMnibus.] Excipiuntur excommunicati, vt ſupra ea.q.1.c.1. Item ſerui & impuberes, vt ſup.3.q.7.§. tria in princ.&minores vt

Accuſare prohibentur alii qui.

*Item Fœlix Papa omnibus epiſcopis per Galliæ prouincias conſtitutis, epiſtola ſecunda.*

¶ In accuſatione epiſcoporum deficiens ciuiliter tãtum experiri poterit. Cap. III.

3.q.10.c. fi. Iuo p.6.c.418.

SI accuſatorum perſonæ in iudicio epiſcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittãtur, niſi proprias cauſas aſſerere, non tamen criminales vel eccleſiaſticas voluerint.

*Item Hadrianus Papa in capitulis.c.5.*

¶ De eodem. Cap. IIII.

QVòd ſi accuſatorum perſonæ in iudicio epiſcoporũ culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, niſi proprias cauſas habuerint, non tamen criminales, vel eccleſiaſticas.

vt C. de autho.præſtan.l.elarum.& in caſu quem habes extra qui mat.accu. poſ.cum in tua.Item fallit in vſura rio, ut ext.de vſu.quia fruſtra. Itē fallit in liberis & parentib. vt 2.q.1.prohibētur.Item in muliere,vt 32.q.1. §.hoc in mulieribus.

municabitur: & eſt hoc cum innocens aliquis infamatur,ſecus ſi reus fuerit qui accuſatur: quia expedit peccata nocētium eſſe nota.ff.de iniu. eū qui,in prin.Io.

QVi in alterius.] CASVS. Quæſitum fuit ab Hadriano, quam pœnam debet ille pati, qui libellum ſcri

# CAVSA QVINTA.

IN infamiam.] CASVS. Sup. dictū eſt d̄ iis q̄ manifeſtè accuſant. Nūc ſupponit quintā cām, in qua tractat de iis, q̄ occultè accuſant.ſ.per libellum famoſum, quem clanculo ſcribunt in alicuius infamiam. Interſerit etiam Gratianus de iudiciis: & qualiter quis ſit vocādus ad cauſam, & an cauſa criminalis poſſit ꝑ ꝓcuratorē experiri ſiue expediri& qūo epiſcoporū iudiciū debeat ventilari: & quomodo illi q̄ aliorū crimina detegunt, culpādi ſunt, vel laudādi. In fine repetit de pœna calumniatorum Vt autē hęc & alia faciat. pręmittit thema,de quo ſex elicit quæſtiones.

DE prima quæſtione. CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio. qua quæritur qua pęna debeat puniri qui famoſum libellū in alterius iniuriā ſcribit. Et reſpondet, ſi apparet, & nō ꝓbauerit qđ conſcripſit,ſecundū canones verberat̄, vt ī.ea.c.1.ſecundū leges decapitat̄, vt inf. ead. ſi quis famoſum. Si vero nō apparet, debet moneri vt appareat. Si vero celauerit ſe,excommunicari debet, vt infra eodem quidem.

*IN infamiam cuiuſdā epiſcopi chartula accuſationis occultè cū ſcribitur;tandē accuſator procedit in publicū. Epiſcopus autē ſemel literis euocatus, cauſæ ſuæ die ſtatuta adeſſe nō ualens,ꝑ procuratorē iudici ſe præſentauit:abſq; ſynodali audiētia dānatur. Demū iudicio per appellationē renouato, de accuſatoris inimicitia epiſcopus cōqueritur:tandē in ipſa ꝓbatione deficit accuſator.*

1 *Primo,quæritur,qua pœna ſit feriēdus, qui famoſum libellum clanculo ſcribens,probare negligit quæ literis mandauit.*

2 *Secundo quoties ſit vocandus ad cauſam, antequam ſententiam damnationis accipiat †.* † al.excipiat.

3 *Tertio, an per procuratorem cauſam ſuam agere valeat qui per ſeipſum cauſæ ſuæ adeſſe non poteſt.*

4 *Quarto,an abſq; ſynodale audientia ſit damnandus.*

5 *Quinto, an ideo aliquis habendus ſit inimicus, quia crimen alterius indicat.*

6 *Sexto, qua pœna ſit plectendus,qui,quod intulit, probare non valet.*

## QVAESTIO I.

D*E prima [a] queſtione Hadrianus Papa ſcribit in capitulis, c.49.al.50.dicens.*

### ¶Flagelletur, qui ſcripta in alterius famam neglexerit probare. Cap. I.

QVi in alterius famam publicè α [b] ſcripturā,aut verba contumelioſa cōfinxerit, & repertus ſcripta nō probauerit;flagelletur:[c] & qui [d] ea prius inuenerit,rumpat,ſi non vult actoris facti cauſam incurrere.[e]

Capit.l.7.c.361. Anſ.li.5.c.88. Iuo p.4.c.156. & p.16.c.235.

α ¶Publice.] *Hadrianus,Capitulare Caroli,& Iuo habent*, in publico.

Libellum famoſum cōponens qua actione punitur.

1 Vbi no.H. ꝙ iſtud ſit verum: niſi fortè ſit talis ꝑſona, quæ attingi non debet, puta epiſcopus.

a ¶De prima.] Hic quæritur qua pœna punitur qui famoſum libellum vel falſum compoſuit occulte,& probare non vult quod ſcripſit, & diſtinguitur aut certum eſt quis compoſuit, aut non. Si certum eſt,aut eſt conuictus,aut ſponte confeſſus.Si conuictus ſecundum leges decapitatur,vt §.ead.ſi quis.& ſit.inteſtabilis,ī.cauſa prox.q.3.§.ob carmen,ſm canones verbo ſubiicitur.verberibus, vt ī. e. c. 1. 1Si vero ſpōte cōfitetur,cum non poteſt probare, mitius cum eo agitur, vt inf.ea.c.2.in fi. Si nō eſt certum, debet admoneri vt prodeat in publicum, & probet quod ſcripſit: quod ſi non fecerit,primo priuabitur ſacramentis,poſtea excōmunicabitur bit famoſum,vel alia turpia in alterius iniuriam. Et reſpondet,ſi apparet,& non probat,debet verberib.flagellari,& quicunque talem ſcripturam inuēnerit, rumpat ſi non vult pœnam auctoris incurrere.

b ¶ Publicè.] ideſt,in publico loco.

c ¶ Flagelletur.] Secundum leges capite punitur infra ea.ſi quis.No.a pœnas corporales in fligi ſecundum canones,vt ſup.45.d.cum beatus.

d ¶ Et qui.] Sic.C.de furtis.ciuile.

e ¶ Incurrere.] Poteſt tamē probare crimen,ſi vult ff. de iniur.cum qui.Ioan.

Qui-

QVidam.] CASVS. Gregorius nitebatur quandam ſedare diſcordiam per quendam notarium ſuum nomine Caſtorium. Sed quidam maligni ſpiritus ſcripſit libellum in iniuriam Caſtorij. & cum nocte poſuit in loco publico ciuitatis, in quo continebatur, & Pa-

quod tempus teneatur exire; ſtatim tenetur exire, quod ſi non fecerit, ex quo eſt in mora, ſtatim incidit in excõmunicationem. argu. 2. q. 7. quapropter. 1. q. 1. cõſtat. ff. de manumiſ. teſta. libertas. Sed videtur ꝙ quamdiu põt exire non ſit excommunicatus. ff. de verb. oblig. ita ſtipulatus. §. 1. Petrus Hiſpanus dixit expectandum vſque ad quadraginta dies extra de purg. cano. ca. vl. Hęc tñ veritas ẽ, ꝙ cõditio affirmatiua aliter exponitur q̃ negatiua, cum. n. dicitur, ſi intraueris capitolium, exponitur ſic, ideſt, ſi cum primum potes intrare, intres, vt ff. de cõdi. & de cõditio, ſed cõditio negatiua ſic exponitur, ſi non intraueris, ideſt, cũ primum deſinis poſſe itrare, vt ff. de verb. oblig. ita ſtipulatus. §. 1. niſi in caſu hic poſito. & in caſu libertatis, vt ff. de manuteſta. libertas, §. 1.

Cõditio affirmatiua, & negatiua diuerſimode exponitur.

*Item Gregorius l. 5. epiſt. 30. ſiue c. 130.*

¶De eodem. Cap. II.

Iuo p. 6. c. 381.

QVidam maligni ſpiritus concilio repletus, contra Caſtorium notarium, ac reſponſalem noſtrum nocturno ſilentio in publico α ciuitatis loco conteſtationẽ poſuit in eius crimine loquentem, mihique etiam de facienda pace callide contradicentem β. Et quia quiſquis veraciter loquitur, ſemetipſum innoteſcere non debet formidare; oportet vt publice exeat, & quæcunq; in conteſtatione ſua loqui præſumpſit oſtendat. Quòd ſi non exierit [a] neque publice [b] confeſſus fuerit, quiſquis ille ſit, qui hoc agere præſumpſit, vel cõſenſum in tantæ iniquitatis conſilio præbuit, ex Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſpiritu difinimus, vt ſancti eius corporis, ac ſanguinis participatione priuatus ſit. Si vero, quia latet, & quoniam neſcitur, teneri ad diſciplinam † [c] non valet, ſi tanti mali conſcius, etiam prohibitus, corpus, ac ſanguinem Domini percipere præſumit, anathematis vltione percuſſus ſit γ, vt fallax, ac peſtifer ſanctæ eccleſiæ corpore ſit diuiſus. *& infra.* ¶Sin autem in eadem ciuitate, egreſſus ad publicum potuerit [d] docere, quæ dixit, vel certe ſciens ſe non poſſe, quæ ſcripſit, oſtendere, errorẽ [e] ſuum fuerit aperte confeſſus; Dominici corporis, ac ſanguinis participatione non ſit priuatus; neque a corpore ſanctę eccleſiæ alienus exiſtat.

† *diſciplina.* ] orig.

α ¶Publico.] *Hac vox abeſt a manuſcriptis, & originali, & Iuone. ſed ob caſum eſt retenta, & in aliquot vetuſtis eſt gloſſa interlinearis.*

β ¶Contradicentem. *Quæ ſequuntur vſque ad verſiculum,* Quod ſi, *addita ſunt ex ipſa epiſtola, & referuntur etiam ab Iuone.*

γ ¶Percuſſus ſit.] *Antea legebatur,* percutiatur: *ſed cum ea, quæ antecedũt, ipſo facto ligent, quia ad occultum delictum referuntur, emendatum hoc eſt, quemadmodum alia multa, ex epiſtola ipſa. Apud Iuonem vero legitur,* anathematis vltione percuſſus, vt fallax, &c.

*Item in concilio Eliberitano, c. 52.*

¶Anathematizentur; qui famoſos libellos in eccleſia ponunt. Cap. III.

capitulat. l. 6. c. 245.
Poly. l. 3. tit. 22.
Anſ. l. 3. c. 89.
Iuo p. 3. c. 251. & 3. c. 154.
Burc. l. 3. c. 199.

SI qui inuenti fuerint famoſos libellos in eccleſia ponere, anathematizentur.

b ¶Publice.] Contra inf. de pę. d. 1. §. his auctoritatib. vbi pęnitenti dicitur, nõ tibi dico vt te prodas. ſed iſtud eſt ꝗ de teſtatione criminis. Vel ibi loquitur de occulto crimine [1] ſed hic de manifeſto, licet perſona ſit ignota.

[1] Quod no. 50. di. de pęnitentibus. Quidam dicunt, qđ hic dicitur ſpeciale, & in fauorẽ infamati, & odiũ infamantis ſtatuituitur. Vel illud de pęna: hoc de accuſatione. Criminoſus q̃nq; poteſt accuſare.

c ¶ Ad diſciplinã.] ideſt, correctionem.

d ¶Potuerit.] Sed nõ ne reus hunc accuſatorẽ poſſet remouere, quia eũ non præmonuit, vel (qđ verius eſt.) q̃a ei ſuſpectus eſt. 6. q. 1. q̃ crimen. ſed forte de innocentia ſui confidebat, ſed certe licet iſte ſit infamis ipſo facto, & per ſententiam tãtum in odiũ ſuum, & in fauorem rei admittitur ad accuſationẽ, vt ſic clareat de innocentia rei, & vt accuſator non probans puniatur de calumnia. Et ſic eſt ſpeciale, ꝙ aliquis criminoſus admittitur ad accuſationem, licet non proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam.

e ¶Errorem.] ſup. d. 8. conſuetudo. ſup. 2. q. 3. §. notandum.

Papa ſignificabatur, ꝙ Caſtorius nolebat controuerſiam terminare. Dicit Greg. ꝙ ſi ille non vult exire, ſit a corpore Chriſti remotus. Si vero adhuc latere pręſumpſerit, anathema ſit. ſi vero vult exire, & quod dixit ꝓbare, vel publice confiteri errorem ſuum, non ſit ſuſpenſus a corpore Chriſti, vel anathematizatur. Seq. c. patet.

a ¶ Non exierit.] Nonne debuit admonitio præcedere excommunicationem, 12. q. 2. indigne, ſed forte hic pręceſſit, & quia illud tempus hic non adijcitur vſque ad

SI qui.] SI QVIS. CASVS. Quæſitum fuit ab Imperatore quid fieri debet de libello famoſo, quem quis in aliquo loco reperit? & reſpondet quòd qui eum inuenit, ſtatim deſtruere debet, & nulli ipſum manifeſtare. Si vero non deſtruxit, ſed alij eum doloſe reuelauerit, deca-

decapitari debet, ſicut auctor ipſius libelli, ne talis libellus lædat opinionem eius contra quem factus eſt.

a ¶ Capitali. ]Si capitale fuit crimen conſcriptum, aliàs non, vt ſup. cauſa proxi. q. 3. §. ob carmen.

VOcatio autem. ] CASVS. Hic ponitur ſecunda quæſtio, qua quæritur quoties aliquis ſit vocandus ad cauſam. & certũ eſt ꝙ ſemel, ſecundo & tertio, vel vno ꝑ omnibus peremptorio, vt 24. q. 3. de illicita. & quidquid de citationib. dicatur īfra c. 1. & 2. hodie induciæ citatoriæ arbitrio iudicis relinquũtur, vt inf. ead. q. 3. ſi ægrotans.

*Item Codice lib. 9. tit. de famoſis libellis, lege vn. Impp. Valentinianus, & Valens A A.* ¶*Si quis famoſum libellum domi ſiue in publico, vel quocunque loco ignarus repererit, aut corrumpat prius, quàm alter inueniat, aut nulli confiteatur inuentum. Sin vero non ſtatim eaſdem chartulas vel corruperit, vel igne conſumpſerit, ſed vim earum manifeſtauerit; ſciat ſe quaſi auctorem huiuſmodi delicti capitali [a] ſententia ſubiugandum.* ] *& infra.* [*Huiuſmodi autem libellus alterius opinionem nõ lædat.*

## QVAESTIO II.

*VOcatio autem eius, qui impetitur, non ſemel, ſed bis, & tertio per congruum ſpatium rationabilibus ſcriptis fieri debet.*

*Vnde Damaſus Papa Stephano archiepiſcopo, epiſt. 3. ſcribit dicens.*

¶Vocatio ad ſynodum eius, qui impetitur, & in ſcriptis, & per ſpatium fiat congruum. Cap. I.

Poly. l. 5. tit. 1. Anſ. l. 3. c. 50. Burc. l. 1. c. 156. Iuo p. 5. c. 266.

VOcatio [b] ad ſynodum iuxta decreta patrũ canonica eius, qui impetitur rationabilibus ſcriptis [α] per ſpatium fieri debet congruum, atq; canonicum, quia, niſi canonicè vocatus fuerit ſuo tempore, & canonica ordinatione, licet venerit [c] ad conuentum quacunq; neceſſitate, niſi ſpontè voluerit, nullatenus ſuis reſpondebit inſidiatoribus.

α ¶Rationabilibus ſcriptis.] *In epiſtola Damaſi loco horum verborum legitur*, tam ſua præſentia, quam & ſcriptis, atque apocriſarijs; *uerum Anſelmus, Burchardus, auctor Polycarpi, et Iuo cum uulgata lectione conueniũt.*

*Item Sylueſter Papa.*

¶Quibus temporum ſpatijs reus vocetur ad cauſam. Cap. II.

Polv. l. 5. tit. 3. Anſ. l. 3. c. 120. † *al. perſonaliter.*

PRęſenti [d] decreto cẽſemus, vt in primis paternaliter† vocentur, & per ſeptem dies expectentur, nullus eccleſiaſticæ rei interdicta licentia. Huic vero expectationi

VOcatio. ] CASVS. Quæſitum fuit a Damaſo qualiter debeat ad cauſã vocari qui accuſat? Et reſpondet quòd debet citari per ſcripturam per ſpatium cõgruũ, & canonicũ. etiã ſi ad ſynodum venerit propter alia negocia non citatus nullo modo compellitur ſuis inſidiatoribus reſpondere, niſi velit.

b ¶ Vocatio. ] Si ter citetur quis. licet nõ dicatur peremptoriè tamẽ ſufficit hoc, vt peremptoriè ſit citatus, vt C. quomo. & quando iu. l. conſentaneum. & l. tres denũciationes. & l. ceſſante. illud tamẽ apponere debet iudex, ꝙ peremptoriè citet & debet comminari parti ſi non venerit, quòd procedet ff. de iud. in perẽptorio. & vel in prima, vel ſecunda, vel tertia citatione poteſt citare peremptoriè, vt ext. de in integ. reſtitutum ex literis, in fin. ff. de iud. nõnunquam. dummodo non mutaretur peremptorium nimis, ut extra de dila. dilecti.

Iudex citans perẽptoriè hoc dẽt exprimere.

Exceptio reuocandi domum.

c ¶ Venerit. ] Si aliquis inuenitur Romæ pro ſua neceſſitate, uel ex cauſa delationis, uel appellationis, non cogitur ibidem reſpondere, ſed poteſt domum reuocare ut ff. de iud. l. 2. §. ea quoq;. ff. quibus ex cau. in poſ. ea. l. ad cognitionem, & in auth. de ſanc. epiſ. §. ſi uero epi. coll. 9. ſecus eſt ſi ſit ibi ex uoluntate, ut in auth. ea. §. ſi qs eps, aut clericus. C. de epiſ. & cler. oẽs. §. in hac. Nam Roma communis patria eſt, ut ff. ad muni. Roma. nam cũ epi faciunt concilia, bene tenetur ibi quilibet rñdere extra de libel. obla. c. 1. nam illuc quilibet generali citatione citatur, ut diſt. 18. per totum. Quare ergo dicitur hic, ꝙ non teneantur reſpondere coram ſynodo? Dic ꝙ appellat hic ſynodum aliquem cõuentum eporum, qui propter neceſſitatem aliquam ſit, non tamẽ ſynodi cauſa conueniunt. Vel dic, ꝙ ſpeciale eſt in accuſatione, vt accuſatus non teneatur reſpondere coram ſyndo, niſi habeat inducias ſecus in ciuilibus cauſis.

PRæſenti. ] CASVS. Quidam dicunt, ꝙ hoc ca. loquitur de inducijs citatorijs inferiorum ordinum, uel laicorum, qui ſunt in eadem ciuitate, uel in locis propinquis. Eſt ergo caſus. Sylueſter Papa ſtatuit in hoc c. ꝙ illi qui accuſantur, citari debeãt, & expectari primo per vij. dies ſine aliqua pœna per alios vij. ita vt eccleſiam non ingrediantur ad officia diuina audienda, poſtea per duos, pace & communione eccleſiæ eis interdicta, poſtea per alios duos dies ſub eadem pœna, deinde expectentur per vnum diem, quo elapſo anathematizẽtur, hodie tamen quidquid hic dicatur, induciæ iudicis arbitrio relinquuntur.

d ¶ Præſenti. ] Vel intelligitur hoc c. de raptoribus rerũ eccleſiaſticarum, propter odium eorum, uel de clericis in eadẽ ciuitate conſtitutis [1] quib. minores dantur induciæ quam remotis, vt inf. e. q. 3. ſi ægrotans, uel de laicis, vel ſunt paternales adiectiones, uel ꝑ quas qs expecta-

1 Hãc ſnĩam teneas ſm Lau. & Ioã. Nã illud intelligitur in cã ciuili: habet ergo tales inducias 19. dierũ añ quã cõdemnet. ſm Io.

ſtatur etiam poſtquam canonice, & per tempus legitimum citatus non venerit, vel non tenet per illud inf. 24.q.3.de illicita.

a ¶ Addantur.] Simile.C.de iu.auth.iubemus. extra de dolo & contum.cum olim.

b ¶ Com-

fratribus.vel in choro,vel in menſa,vel in dormitorio.

R Elatum.] CASVS. Quidã iudices eccleſiaſtici accuſationẽs & teſtes recipiebant in cauſa criminali per epiſtolas, quod dicit Damaſus non eſſe faciendũ in futuro,& quod nuper factum eſt,debeat emẽdari.Nam accuſat⁹ legitime citatus accuſatorẽ.& teſtes debet habere pręſentes,& locum defendendi, vel ad abluenda crimina, nec iudex ex iracundia damnat delinquentem.

iterum addantur [a] ſeptem dies interdicta eccleſiam intrã di licentia,& omnia diuina officia audiẽdi.Poſt verò addantur duo dies,quibus a pace,& communione [b] ſanctæ eccleſiæ ſunt ſuſpenſi. Deinde, vero iterum alijs duobus diebus ſub eadem expectatione deportentur [α]. Quibus vno die ſupraddito,omni expectatione veluti iam deſperata, reus mox anathematis gladio feriatur.

α ¶ Deportentur.] *Antea legebatur* expectentur.] *Emẽdatũ eſt ex Polycarpo, Anſelmo,& uetuſtis Gratiani exẽplaribus in quorum nonnullis hæc eſt gloſſa interlinearis*, ideſt,expectentur.

*Item Damaſus Papa ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 6.*

¶ Nullius accuſatio per ſcripta ſuſcipiatur.

C. III.

Anſ. l.3.c.48.
Poly.l.5.tit.1.

R Elatum eſt ad ſedem Apoſtolicam,vos accuſationes fratrum per ſcripta [c] ſuſcipere abſque legitimo accuſatore. Quod deinceps in omni terrarum orbe fieri Apoſtolica auctoritate prohibemus; & quod nuper factum eſt, abſque vlla retardatione corrigere † curamus; nec vnquam prius per ſcripta eorum, qui accuſant,cauſam diſcutere liceat, quam per querelantium inſtitutionem † vocati canonice ad ſynodum veniant, & præſens per præſentem agnoſcat veraciter & intelligat, quæ ei objiciuntur.*& infra.*¶ Leges enim ſæculi accuſatores præſentes exigunt, & non per ſcripta abſentes. Vnde canonica Patrum conſtituta non ſemel, ſed ſæpiſſime clamant, nec accuſationes nec teſtimonium † [d] vllum per ſcripta poſſe proferre, nec de alijs negotijs quicunque teſtimonium dicãt,niſi de his, quæ ſub præſentia eorum acta eſſe noſcũtur.Similiter,& qui alium accuſare elegerit,præſens, per ſe, & non per alium accuſet, inſcriptione videlicet pręmiſſa.Neque vllus vnquam iudicetur,antequam legitimos acccuſatores præſentes habeat, locũque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curandum namque † eſt,ne ira [e] quemquam ſubripiat †,faciatque citius omne,quod non licet.

† *corrigi rogamus* ] orig.
† *al. inſtitutiones.*
11.q.3.c.eorum qui

† *teſtimonia.*] ori.

2.q.9.qui accuſare.

† *al.quoque.*
† *al. cuiquam ſubrepat.* ]

c ¶ Scripta.]Sic ſup. 2.q.8.perſcripta.

d ¶ Teſtimonium.] judiciale.nam per literas poteſt aliquis perhibere alij teſtimonium famæ ſuæ, vt 71.diſt.extraneo. cap.hortamur.& de conſecr.diſt.1.iubemus. Sed iudiciale non.

Teſtimoniũ per literas põt exhiberi.

e ¶ Ira.] Quia tempore iræ non diſcernit homo qđ iuſtũ eſt, vt 11.q.3.illa.

S I primates.]CASVS.Quidã accuſabant epiſcopos ꝓſequẽdo ſuam iniuriam,vel ſuorũ:quærit Anaſtaſius a Fęlice,qualiter ĩ hoc negotio ſit ꝓcedendũ ł & rñdet,ꝙ ipſi dẽnt ad cõcordiam reuocari per tranſactionem, ſi fieri poteſt: alioquin debẽt legitime citari,& eis primates debent quidquid obijcitur ſignificare,vt parati venire poſſint ad reſpondendum.Si vero deiecti fuerĩt vi, vel timore,aut ſuis rebus expoliati, accuſatorib.reſpondere non debent, niſi prius reſtituantur.

*Item Fœlix Papa ij. Athanaſio, & omnibus orientalibus epiſcopis,epiſt. 1.c.3.*

¶ Vi aut timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati ad ſynodum non vocentur. C. IIII.

Bur.l.1.c.221.
Ino p.5.c.335.

S I primates, accuſatores epiſcoporũ cũ eis pacificare [f] familiariter minime potuerint; tũc tempore legitimo eos ad ſynodum canonice conuocatam, non intra anguſta tempora canonice conuocent,& non prius,quam eis

f ¶ Pacificare.] Põt ergo iudex componere inter partes,vt 90.d.ſtudendum. & 23.q. vl.ſi quis mẽbrorũ & q. 4. ſi illic.ff.de no.ope.nũ. l.j.§.põt.& eſt ſimile.ff.de vſu.ęquiſſimũ. Sed hoc verum eſt ĩ crimine,qđ nõ ĩducit depoſitionẽ. quia ĩ alijs licet cõponatur, põt iudex ex officio ſuo de crimine inquirere, vt ex. de coll.detec. c.1. & 2.C. de abol.l.2. Similiter in denunciatione non admittitur compoſitio, vt ſupra 2.quæſtione 7.quapropter 1.Vel intelligitur cum non accuſatur de iniuria facta eccleſiæ,ſed perſonæ.23.quæſt.4. ſi is qui & ſic non ob.2.q.7.quapropter. Vel melius ibi loquitur in denũcia-

Iudex an poſſit inter partes componere.
1. In hoc cõtradicit,quia vĩ neminem eſſe cogendũ ad accuſandum.
L.Sed hoc locum hẽt in ſolenni accuſatione, ad q̃ nemo cõpellitur niſi caſualiter, 1.c.2.& inf.c.q.6. Epiphanium. Arch.

b ¶ Communione.] Sed nonne eſt eadem hæc pęna cũ prima? nam cui interdicitur eccleſia, interdicta ſunt ſacramenta eccleſiæ,vt 12.q.2.de viro,& 33.q.2.latorem. Item non poteſt intelligi de communione fideliũ, quia de illo loquitur in fine. Sed dic, quod loquitur de communione fratrum, ideſt, quod non communicabit alijs

per ſcripta ſignificent, quid eis [a] opponitur, vt ad reſponſionem præparati adueniant. Nam ſi aut vi, aut timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati fuerint; nec canonice vocari ad ſynodum poſſunt, nec reſpondere æmulis debẽt, antequam canonice reſtituantur, & ſua eis omnia legaliter reddantur.

*His auctoritatib euidentiſſime datur intelligi, quòd niſi quis canonice vocatus fuerit etiamſi aliqua occaſione ad ſynodum veniat ſuis nullatenus cogitur reſpondere inſidiatoribus. Canonica autem vocatio eſt, quando ſeruato dierum interſtitio ſecũdum auctoritatem beati Silueſtri cauſæ ſuæ literis adeſſe iubetur, quibus quid ei obyciatur auctoritate Fœlicis Papæ ſignificari oportet.*

## QVAESTIO III.

*QVòd autem [b] per procuratorem ſuum cauſam agere valeat, qui impeditus cauſa ſuæ adeſſe non valet, auctoritate Romanæ ſynodi, quæ tempore Hadriani Papæ celebrata eſt, probari videtur, in qua c. 5 ſic ſtatutum legitur.*

¶ Pro ſe legatum ad ſynodum mittat, quem grauis neceſſitas premit. C. I.

In capitulis Hadriani. cap. 5. & Felix. 1. epiſt. 2. Poly. l. 5. tit. 1. Burc. l. 1. c. 51. Iuo p. 5. c. 161. Pann. l. 4. c. 19.

SI ægrotans fuerit epiſcopus, aut aliqua eum grauis neceſſitas detinuerit; pro ſe legatum [c] ad ſynodum mittat; nec a communione ſuſpendatur, cui crimen in-

tiatione, ad quam quilibet tenetur. De hoc nota. ſup. 2. q. 3. notandum 2. in fi.

a ¶ Quid eis. Sic 3. q. 9. iudicas. extra de dila. præterea extra de app. ſignificantibus.

prælaturas, recuſabant eas, dicentes ſe velle eſſe in contemplatione. Sed Greg. dicit, ꝙ ex hoc ſe magis eſſe dignos oſtendūt: qa ſicut ambientibus magis eſt dignitas denegandi: ſic eſt renuentibus concedenda. Et docet ꝙ qui eliguntur ad dignitates, & ad officium prædicandi, non debent renuere, ſi digni ſunt. Quod tribus rationibus, vel auctoritatibus probat: & hoc in prima parte. In ſecunda parte oſtendit ꝙ quietem contemplationis debemus deſiderare: ſed cum neceſſe eſt, poſtponenda eſt propter multorum vtilitatem. Quod probat duobus exemplis. ſcilicet exemplo Hieremiæ, qui cum inuitaretur ad prædicandum dixit A. a. a. Domine neſcio loqui, quia puer ego ſum. Et exemplo Eſaiæ, qui de cōtēplatione obtulit ſe dicens: Ecce ego, mitte me. Sed ſciendum, quòd iſti non fuerunt cōtrarij. qa Hieremias nō ex toto recuſauit, ſed timuit ſubire officiū prędicandi. Nec Eſaias ante miſſus ē, q ſe ꝑ altaris calculū purgatū vidit. i. per carbonē ſumptum de altari, vbi erat ignis perpetuus ad opꝰ ſacrificij. Prima auctoritas vel ratio eſt ibi, Et ſicut ſcriptum eſt. &c. Secūda ibi, Et rurſus. ] Tertia ibi, Et paſtori. ] Secūda pars incipit ibi, [ Quies itaque, &c. ]

a ¶ Veniſſe. ] Per electionē, vel forte volebant recuſare.

b ¶ Fugientibus. ] Sic 40. diſt. ante omnia. C. de epiſ. & cl. ſi quēquam. & ſup. 74. diſ. epiſcopus. cōtra. Sed illud de penitus inuito: ſed ab initio aliqs dēt cogi vt conſentiat: nā nullus eligēdus eſt niſi ab initio diſſentiat. 1. q. 6. c. vlt. tepide tamen debet diſſentire. ſicut fęmina. 32. q. 2. honorāt alias ſi diceret, nolo, cū forte vellet: faceret cōtra cōſciētiam. extra de præſumptio. c. vlt. vel ſi forte diceret. nō ſū dignꝰ. licet. H. dixerit qđ poſſit ſimulare ſe, non eſſe idoneum. arg. 22. q. 2. vtilem.

c ¶ Scriptū eſt. ] In epiſtola ad Hebr.

d ¶ Et rurſus. ] In ſecunda epiſtola ad Corinthios.

e ¶ Minime. ] Ergo qui ſe dignū credit, & prælaturam ſibi oblatam nō recipit, mortaliter peccat, vt ſu. ea. c. xi. & inf. c. qui epiſcopatū.

f ¶ Opere. ] Arg. diuerſarum perſonarū ſniam vtrāque tenere. 22. q. 2. beatus. & de cōſec. diſt. 2. quotidie & 35. q. 5. ad ſedem. Itē arg. pro diuerſis conſuetudinibus. 12. diſt. illud. 31. diſt. aliter. & de conſecr. diſt. 4. de trina. Item arg. pro diuerſitate teſtium. extra de verb. ſig. nihil obeſt. & de pęn. diſt. 1. periculoſe. 23. q. 7. quicunque. ſup. diſt. 5. ad eius. & extra de teſti. cum tu fili.

a ¶ Flo-

Electus per quæ uerba conſentire debet.

a ¶ Plene. ] Ecce reſponſio illius, qui ad epiſcopatũ petitur, non dicet expreſſe nolo: quia tunc mentiretur. 22. q. 2. cum humilitatis, nec debet ſe ſtatim ingerere, ſed dicat vt dixit Mutinenſis epiſcopus. Nolens volo, ]& volẽs nolo. 16. q. 1. vos autem.

h ¶ Ex aduerſo. ]. i. ex eo ꝙ vnum contrarium commendatur. aliud vituperatur, vt inf. de pœ. d. 2. §. econtrario. & no. hic ꝙ optima eſt probatio, quæ fit per ſuum contrarium, vt hic, & 1. q. 1. c. 1. & 13. q. 2. animæ. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſdic. l. 1.

Probatio quæ fit per ſuum contrarium, eſt optima.

vero Hieremias amori cõditoris ſui ſedulo inhærere deſiderans, ne mitti ad prædicandum debeat, contradicit. Quod ergo laudabiliter vnus appetijt; hoc laudabiliter alter expauit: iſte, ne tacitæ cõtemplationis lucra loquẽdo perderet: ille, ne damna ſtudioſi operis tacendo ſentiret. ſed hoc in utriſque eſt ſubtiliter intuẽdũ; quia & is, qui recuſauit, plene [a] nõ reſiſtit: & is, q mitti uoluit, ante ſe per altaris calculum purgatum [b] uidit: ne, aut non purgatus adire quiſquam ſacra miniſteria audeat; aut quem ſuperna gratia elegit, ſub humilitatis ſpecie ſuperbe contradicat.

*Idem in Moralibus, lib. 35. c. 13. ad c. 42. Iob.*

Et Aug. ſerm. 5. ad fratres in heremo. Poly. l. 6. tit. 22.

¶ Locus deiectionis in uoto dignitatis, ſemper fit in neceſſitate. C. X.

SCiendum ſummopere eſt, quòd obedientia aliquãdo ſi de ſuo [c] aliquid habeat, nulla eſt: aliqñ autem, ſi de ſuo aliquid non habuerit, † [d] minima. Nam cum huius mundi ſucceſſus præcipitur, cum locus ſuperior imperatur; is, qui ad percipienda hæc obedit, obediẽtiæ ſibi virtutem euacuat, ſi ad hæc etiam ex proprio deſiderio anhelat. Neque enim ſe ſub obedientia dirigit, qui ad accipienda huius uitæ proſpera libidini propriæ [e] ambitionis ſeruit. Rurſus, cum mundi deſpectus præcipitur, cũ ꝓbra adipiſci, & contumeliæ iubentur; niſi ex ſe ipſo animus hæc appetat, obediẽtiæ ſibi meritũ minuit: quia ad ea, quæ in hac uita deſpecta ſunt, inuitus [f] nolenſque deſcendit. *& paulo ſuperius.* ¶ Obediẽtia quippe uictimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam uero uoluntas propria mactatur. Tanto igitur quiſque Deum citius placat, quanto ante eius oculos repreſſa arbitrij ſui ſuperbia, gladio præcepti ſe immolat. Quo cõtra, ariolandi peccatũ inobediẽtia [g] dicitur, ut quanta ſit uirtus obedientiæ, demõſtretur. Ex aduerſo [h] igitur melius oſtenditur, quid de eius laude ſentiatur. Si enim: [ Quaſi ariolãdi peccatum eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere, ] ſola eſt [i], quę fidei meritum poſſidet, obedientia. † ſine qua quiſque infidelis eſſe conuincitur, etiam ſi fidelis eſſe uideatur.

† al. habeat.

c. 12. 1. Reg. 15.

Ibidem.

† abeſt ab ori.

*Item Auguſtinus lib. 19. de ciuitate Dei, c. 19.*

Anſel. 6. c. 28.

¶ Qui præeſſe, & non prodeſſe deſiderat, epiſcopare non debet. C. XI.

QVi epiſco-

Promouendus crimen ſuum confiteri debet.

b ¶ Purgatum. Arg. pro H. ꝙ promouendus debet epiſcopo confiteri crimen, & epiſcopus debet eũ purgare. i. ſecum diſpẽſare. Eſaias. n. adhuc immũdus obtulit ſe: & poſtea fuit purgatus. Itẽ eſt hic arg. ꝙ ſi aliquis eligitur, qui adhuc eſt in mortali peccato, ꝙ ideo non eſt vitioſa electio ſi ipſe velit corrigi 1 vt ſup. 50. diſt. quid eſt. Itẽ eſt hic argum. quòd duo ſimul poſſunt eligi, vt ſi vnꝰ ſuccũbat, alter obtineat, vt dixi ſup. 61. diſt. ſtudij.

1 Ar. ad hoc 50. diſt. quid eſt. 24. q. 3. dixit.

SCiẽdũ. ] CASVS. Hoc. c. diuidit in duas partes. In prima parte dr̄ ꝙ cũ qs inuitatur ad dignitatem & ad proſpera, & obediat, ſi anhelanter aſpiret, nulla eſt talis obedientia, quæ non habet meritũ: quia de ſuo ꝓprio motu habet, & de ambitione. Si vero incitat ad opprobria & cõtumelias, & non obedit libẽter, nullũ habet meritũ ex obedientia. In ſecunda parte cõmẽdat Greg. obediẽtiam, eam victimis vitæ præponẽdo, & vituperat inobediẽtiam, eã idololatriæ comparando. Secunda pars incipit ibi, ] Et paulo ſuperius. ]

c ¶ Si de ſuo. ] Ideſt, ex ambitione, ponitur enim in mala ſignificatione, vt 3. q. 9. pura.

d ¶ Non habuerit. ] De propria voluntate.

e ¶ Propriæ. ] Hic patet rõ, quare epiſcopo inuito nõ poteſt clericus eius vocari ad epiſcopatũ, vt 63. diſt. litteras: ſed inuito eo fit monachus. 19. q. 2. duæ. quia iſte præſumitur facere ex ambitione, & facit ad ſuum commodum: ille nequaquam.

Clericus inuito ep̄o nõ fit ep̄s, ſed bene monachus.

f ¶ Inuitus. ] Arg. quod remunerari nõ debemus de eo quod inuiti facimus, vt 13. q. 2. quam præpoſterum 20. q. 1. illud & 32. q. 5. ille.

g ¶ Inobedientia. ] In hoc patet quòd inobedientia æquiparatur hæreſi, vt dixi. 5. q. 3. in ſum.

i ¶ Sola eſt. ] Ideſt, neceſſaria, ſic ſup. diſt. 8. c. ſi ſolus.

QVi epiſcopatum. ] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponit Aug. litterã Apoſtoli dicẽtis. Qui epiſcopatũ deſiderat, &c. & dicit quod epiſcopatus eſt nomen laboris, & non honoris tantum, vt ille, qui præficitur, pro ſubiectis debeat laborare: & ſi præeſſe voluerit, & non prodeſſe, epiſcopum ſe putare non debet. In ſecunda parte dicitur quòd otium contemplationis eſt deſiderandum: dignitas autem non eſt pe-

petenda. ſed ſi propter neceſſitatem imponitur eſt ſuſcipienda pro plurimorum vtilitate: ita tamen, vt ex toto contemplatio non deſeratur. Secunda pars incipit ibi. [ Itaque a ſtudio cognoſcendæ. ]

a ¶ Qui epiſcopatũ. ] Ideſt, epiſcopari, ideſt, præeſſe vt proſit, nõ vt præſit. ut 40. diſt. multi. ſperare ergo & deſiderare poſſumus epiſcopatum, vt 59. d. ſi officia. 72. d. in ſingulis. & 1. q. 1. non eſt putanda.

b ¶ Itaque. ] Dixit ꝙ quis poteſt deſiderare epiſcopatum: modo dicit qualiter, ſcilicet ut non ingerat ſe. ff. de procu. l. quæ omnia.

Epiſcopatũ deſiderare poſſumus.

patum [a] deſiderat, bonũ opus deſiderat. ] Exponere voluit, quid ſit epiſcopatus: quia nomen eſt operis, nõ honoris. Græcum eſt enim atq; inde ductum vocabulum, quod ille, qui pręficitur eis, quibus præficitur, ſuperintendit, curam eorum, ſcilicet gerens. ἐπὶ, quippe, ſuper, σκόπος vero, intentio, eſt. Ergo epiſcopos α, ſi velimus, latine ſuperintẽdentes poſſumus dicere: vt intelligat nõ ſe eſſe epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, nõ prodeſſe. Itaque [b] a ſtudio cognoſcendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium. Locus vero ſuperior, ſine quo regi populus nõ poteſt, & ſi ita teneatur, atque adminiſtretur, ut decet; tamen non decenter appetitur. [c] Quamobrem otium ſanctum quærit charitas veritatis: negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis: quã ſarcinam ſi nullus imponit percipiendæ, atque intuendæ vacandũ eſt veritati: ſi autem imponitur; ſuſcipiẽda eſt propter charitatis neceſſitatem: ſed nec ſic omnimodo veritatis delectatio deſerẽda eſt, ne ſubtrahatur illa ſuauitas [d], & opprimatur β [e] iuſta neceſſitas.

Eligere ſeipſum nemo poteſt.

α ¶ Epiſcopos. ] *Apud ſanctum Auguſtinum & Anſelmum legitur*, ἐπισκόπους, ſi velimus latine, ſuperintendere poſſumus dicere.

β ¶ Opprimatur. ] *in originali eſt*, & opprimat iſta neceſſitas. *ſed ob gloſſam non eſt emendatum.*

c ¶ Appetitur. ] Arg. ꝙ aliqs ſeipſum nõ debet eligere ſi poteſtas in eũ ſit tranſlata ſu. e. i ſcripturis. & 16. q. 1. uos aũt, qa inter cõferẽtẽ & eũ cui cõfertur, erit diſtãtia, ut extra de bapt. debitũ ſimile extra de iure patro. per noſtras, & extra de inſtit. cum ad noſtram. tũ poteſt ſe coeligere, vt ext. de elec. cum in iure.

d ¶ Suauitas. ] Contemplationis.

e ¶ Et opprimatur. ] ideſt, ut contẽplatio eum penitus nõ impediat, qui forte nimis vult eſſe intentus cõtemplationi.

O Portet. ] Hęc eſt tertia pars qõ. I qua oñdit magiſter quales dẽnt eſſe, q eligũtur, vt præſint alijs, ſcilicet tales ꝙ ad eorum comparationẽ cęteri grex dicantur. & hoc ꝓbat per ſex auctoritates. Ioa. de Fant.

CASVS. Petr⁹ elegit Clementem ſibi ſucceſſorẽ: & docuit ꝙ prelatus dẽt eſſe doct⁹, & irreprehẽſibilis ad inſtar Clemẽtis, vt animas rudes docẽdo pro capacitate audiẽtiũ poſſit inſtruere. Sequentia duo cap. plana ſunt.

In epiſt. 1. Clementis ad Iacobum.

*Item Petrus.*

¶ Pro ingenio diſcentium doctor moderetur verba doctrinæ. C. XII.

3 OPortet eũ, qui docet, & inſtruit animas rudes, eſſe talem, vt pro ingenio [f] diſcẽtium ſemetipſum poſſit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipſe præcipue apprime [g] eſſe eruditus, & doctus [h], irreprehẽſibilis, maturus, pauidus: † [i] ſicut ipſi probaſtis † fore [k] hunc clementem poſt me.

In eadem epiſt. † *al. impauidus.* † *al. probabitis.*

*Item eiuſdem.*

¶ Qui omnibus præeſt, ſingulos releuare contendat. C. XIII.

CLemens, tanquam qui omnibus præeſſe te noueris ſingulos, prout potueris, iuua [l]; & ſingulos releua [m] qui & ſingulorum onus & ſolicitudinem portas.

In comm. ad ea verba [& conſtituas per ciuitates.]

*Item Hieronymus ad Titum, c. 1.*

¶ Contra Chriſtum faciunt, qui gratia, non meritis gradum eccleſiaſticum tribuunt. C. XIIII.

QVi uos ſpernit, me ſpernit. Ex quo manifeſtum eſt eos, qui Apoſtoli lege contempta, eccleſiaſticum gradum non merito uoluerint alicui deferre, ſed gratia; contra Chriſtum facere: qui qualis in eccleſia presbyter conſtituendus ſit, per Apoſtolum ſuum in ſequentibus executus eſt.

*Luc. 10.*

f ¶ Pro ingenio. ] Simile 43. d. ſit rector.

g ¶ Apprime. ] ideſt. valde.

h ¶ Et doctus. ] Quę ſacerdotes, vel epiſcopi ſcire debeant habes 38. d. nulli. &c. ſeq. ſufficit tamẽ mediocris ſcientia, vt ext. de electio. cũ nobis.

i ¶ Pauidus. ] ideſt, timens peccare.

k ¶ Fore. ] ideſt, futurum eſſe.

C Lemens. ]

l ¶ Iuua. ] Largus enim erit. 86. d. fratrem.

m ¶ Releua. ] Ar. iudicẽ poti⁹ ꝺbere ſeruare

*Item Hieronymus in libro Leuitici.*

¶ *In hoc & duobus ſequentibus capitibus pro Origene citatur B. Hieronymus harũ homiliarũ interpres. Quod cur fieri potuerit ſup. diſt. 36 c. ſi quis eſt adnotatum.* Origenes ho. 6. ad c. 8. Leuitici.

¶ Ad ſacerdotium non eligatur, niſi qui cęteris & ſanctior, & doctior habetur. C. X V.

Leui. 8.

LIcet ergo Dominus de conſtituẽdo principe pręcepiſſet [a], & Dominus elegiſſet; tamen cõuocatur etiã ſynagoga. Requiritur enim in ordinãdo ſacerdote & pręſentia populi [b]: vt ſciant omnes, & certi ſint, quia qui pſtantior [c] eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotium, & hoc aſtante † populo [d]: ne qua poſtmodum retractatio [e] cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideret. Hoc eſt autem, quod & Apoſtolus pręcepit in ordinatione ſacerdotis dicens: [ Oportet autem illum, & teſtimonium habere bonum ab his, qui foris ſunt.] Ego tamẽ, & amplius aliquid video in eo, quod dicit, [ quia conuocauit Moyſes omnem ſynagogam: ] & p_o, quòd conuacare ſynagogam hoc ſit, colligere oẽs animos, & in vnum cõgregare virtutes: vt cum ſermo de ſacerdotalibus ſacramentis habetur, vigilẽt omnes animi virtutes, & intẽtæ ſint, vt nihil in eis ſapiẽtiæ, nihil ſciẽtię, nihil deſit induſtrię: ſed adſit omnis multitudo ſenſuum, adſit omnis congregatio ſanctarum cogitationum: vt quid ſit pontifex [f], qd vnctio, quid † indumenta [g] eius, conferens intra ſacrarium cordis ſui, poſſit aduertere.

† al. atteſtante.

1. Tim. 3.

† al. quæ.

1 Ad hoc faciit quod le. & no. ſ. 22. q. 4. innocẽs, in fine.

uare miſericordiam, quam rigorem. 1 vt 45. diſt. licet. & 50. diſt. ponderet. in fine, quia ſtatim non debet puniri, ſed tenetur ſæpius remittere, vt 45. diſt. licet. & 26. q. 7. alligant.

LIcet.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ electo prælati fieri debet in pręſentia populi, ne aliqua poſtea retractatio fiat, & vt ſciant omnes qui ſanctior & melior ad epiſcopatum eligitur. Et hoc probatur exemplo Moyſi, qui in electione Ioſue totam congregauit ſynagogam, & auctoritate Pauli. In ſecunda parte dicitur, ꝙ cõgregare ſynagogam ſiue populum eſt, qñ prælatus & electus cõgregat oẽs virtutes animi ſimul & ſenſus, & bonas cogitationes, ſciẽtiã, & bonos mores, vt ille electus intra ſe cõferens, intelligere poſſit quid ſit põtifex, quid vnctio quid indumẽta epiſcopi. Secunda pars incipit ibi, [ Ego tamen. ]

a ¶ Præcepiſſet.] Ar. ꝙ qñque licet iudici excedere fines mandati, dum tamẽ alias ſententia nihil cõtineat iniqui. arg. ext. de ſent. & re. iu. cauſam. Nam qui datur ad eligẽdum poteſt poſtulare, ut extr. de elec. ĩ cauſis 2. & de renun. poſt tranſlationem. in princ. Et procurator datus ad rem vendicandã, põt agere ad exhibendum. ff. de ꝓc. ad rem mobilẽ. ſufficit. n. quod fiat id quod eſt vicinum mandato; licet ipſum non ſit mãdatum, vt ff. de iud. ſol. iam tamen. §. vlt. ff. mand. l. vlt. Item arg. quod licet cõtradicere reſcripto vel mandato principis quandoq; extra de off. deleg. ex parte. quia licet mandet ſoli epo, ꝙ det alicui præbendam: tamen non facit hoc ſine conſenſu canonicorum, vt no. 7. q. 1. petijſti.

2 Vbi đ hoc & 61. diſtĩ. nullus ĩ gl. 2. in fin. & 22. q. 4. innocens, in fine.

Principis mandato. Cõtradicere licet.

b ¶ Præſentia populi.] Sup. diſt. 63. plebs Diotrenſis. & c. noſſe. & c. vlt. & ſup. 1. q. 1. ordinationes.

c ¶ Qui præſtantior.] Hic comparatiua temperat H. ſecũdum cum ſufficit ꝙ bonus eligatur eſt autem aliquis bonus eo ipſo ꝙ nõ eſt malus, vt extra de præſump. dudum. & ff. de leg. 2. cũ pater. §. rogo. nec enim maior bonitas vnius alijs debet facere præiudicium, vt 3. q. 9. neceſſe. & 1. q. 1. teneam⁹. & C. de ſtat. & imag. l. ult. Si autem aliquis de alia eccleſia eligitur, ipſe debet optimus eſſe: ſicut ſi tutor de eadem ciuitate ſumitur, ſatis eſt ſi eſt bonus: ſi de alia; tunc erit optimus, ff. de tuto. & cur. dat: diuus. Alij dicũt ꝙ meliorem ſemp eſſe pręferendũ. vnde ſi pauciores volunt eligere optimũ, maior pars minus bonũ, ſi minor pars appellat, tenet eorũ appellatio. nam iuſtam cauſam aſſignant, ut extra de his quæ fiunt à maio. parte. c. cũ in cunctis. ſed ſi illi elegerint, caſſanda eſt eorũ electio, cum ſemper optimum dubuerũt eligere, ut 63. di. metropolitano. 61. diſt. nec emeritis. 75. diſt. cap. vlt. 74. diſt. epiſcoporũ. nõ obſt. 16. q. vlt. mo

Electio facta. de bono an ualeat ubi melior eſt.

3 Secundũ L. cuius fuit tota iſta glo. uſque. ibi, ma gis. &c.

naſterium. vbi dicitur, ſufficit ꝙ non ſit malus, quia illud intelligunt cum alius ibi melior non eſt. In monachus etiã obtinet quod ſp melior eſt eligendus. in auth. de mona. §. vlt. colla. 1. ego magis adhæreo opinioni H. nam cum non ſit vitium in eligentibus, nec in electo, quare erit electio caſſanda? nam appellatio non debet caſſare niſi ea quæ iniuſte facta ſunt. ext. de reſt. ſpol. audita, & ext. de elect. cum nobis. Item ſi bonus iuſte poteſt eligi, ergo contra illam electionem non admittitur appellatio: quia contra ea quæ perpetuo decreto ſancita vel ſtatuta ſunt, non admittitur appellatio. ff. de appell. reci. uel non l. pen. & ult. nõ enim eſt quęrendũ de meritis perſonæ, cum maior ſit numerus ex una parte quã ex altera, ut extra de elect. dudum. ſic uides in ſimili. nã ſemper de eadem eccleſia debet prælatus eligi. ſi tñ maior pars eligat de eccleſia aliena, licet poſt appellationem præualet electio maioris partis, cum altera pars neminẽ eligit, ut ext. de elect. cum inter R. imo ex aliorũ opinione ſequeretur, ꝙ quilibet peccaret bene faciendo quia bene poſſet meliorem rem facere: & magiſter peccat in legendo, quia poſſet melius facere. ſ. orare.

d ¶ Populo.] Ergo in his quæ publicè facta ſunt nõ poteſt cõtradici. 54. d. nulli. 87. d. ſi expoſitus. 16. diſtinct. quod dicitis. & cum in principio electionis, quis cõſenſit, poſtea non auditur contradicens, ſup. di. 1. in iſtis. & inf. ead. q. 2. dilectiſſimi.

e ¶ Retractatio.] Per hoc uidetur, ꝙ populus poſſit retractare electionem, quæ ſit in eius abſentia, cum excipere poſſit cõtra electum, ut 23. d. illud. cum eis inuitis non ſit dandus epiſcopus, ut 63. d. c. ult. Sed hoc nõ concedo, ut dixi. 62. diſt. c. 1.

Electioni an poſſit populus contradicere.

f ¶ Pontifex.] Vel eius officium. 36. diſt. ſi quis nult.

g ¶ Quid indumenta.] 43. d. ſit rector diſcretus.

Si

SI ergo.] CASVS. Probat Hiero. in hoc c. ꝙ nulli licet ſibi eligere ſucceſſorem. argu. à minori, quia ſi non licuit Moyſi, qui tantus erat, multo minus licebit alijs, niſi Deus alicui aliquid reuelaret, ſicut fecit Moyſi, qui de præcepto Domini Ioſue coram populo ſibi ſuc-

a ¶ Quis erit.] Argu. ꝙ non licet minori quod maiori non licet. 22. q. 5. ſi Paulus.
b ¶ Clamoribus.] Sic ergo electio, quæ fit ad clamorem populi, non valet, vt hic, & extra de elect. Oſius, & eſt ſimile. C. de pœ. l. decurionum ſic 22. q. 4. vnuſquiſque. 1 qui enim ad clamorē populi manumittit aliquē, vř coactus manumttere. C. qui manumit. nō poſ. l. 2. & ff. q & a qb. ſi priuatus. Quandoq. ad uocem populi aliquid fit. 28. d. de Syracuſanæ. 50. d. conſtitueretur attamen ad clamorē populi remittit alicui pœna ff. đ fica. l. penul. De hoc no. 61. diſt. miramur.

Electio ad clamorē populi non debet fieri.

1 Vbi đ hoc. & 7. q. 5. sūt qui opes. in prin. ibi videas.

Origines hom. 22. ad c. 27. Num.

*Item ex libro Numerorum.*

¶Populi gubernatio diuina electione præſtetur. C. XVI.

† al. permittitur.

SI ergo tantus ille, ac talis Moyſes non permittit† iudicio ſuo de eligendo principe populi, de conſtituēdo ſucceſſore; quis erit,[a] qui audeat, vel ex plebe, quę ſæpè clamoribus[b] † gratiā, aut ad pretium fortaſſe excitatis moueri ſolet vel ex ipſis etiā ſacerdotibus, quis erit, qui ſe idoneum[c] ad hoc iudicet, niſi ſi cui orāti, & petenti à Domino reueletur? ſicut & Deus dicit ad moyſem [Aſſume ad temetipſum Ieſum filium Naue hominem, qui habet ſpiritū Dei in ſemetipſo, & impones manus tuas ſuper eum: & ſtatues eum corā Eleazaro ſacerdote: & præcepta ei dato in conſpectu totius ſynagogæ, & ꝑcipe de ipſo coram eis: & dabis claritatem tuam ſuper illum, vt audiant illum filij Iſrael.] Audis euidenter ordinationē principis populi tam manifeſtè deſcriptam, vt penè expoſitione nō egeat? Nulla hic populi acclamatio,[d] nulla conſanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio eſt. Propinquis agrorum, & prædiorum relinquatur hæreditas. Gubernatio populi illi tradatur, quē Deus elegerit: homini ſcilicet tali, qui habet, ſicut ſcriptum audiſtis, in ſemetipſo ſpiritum Dei, & præcepta Dei in conſpectu eius ſunt, & qui Moyſi valde notus, & familiaris ſit: ideſt, in quo ſit claritas legis, & ſcientia, vt poſſint eum audire filij Iſrael.

† al. aut gratia, aut pretio fortaſſe excitata.

Num. 27.

*Item Gregorius clero, & ciuibus Neapolitanis, lib. 8. epiſto. 40.*

Anſ. l. 6. c. 9. Poly. l. 2. tit. 1.

¶Non ex fauore, ſed ex iudicio debet venire electio. C. XVII.

NEc nouum,[e] nec reprehenſibile[f] eſt in eligēdo epiſcopo populi ſe vota in duas partes diuidere: ſed graue eſt quando in huiuſmodi cauſis non ex iudicio, ſed ex ſolo fauore venit electio.

sup. ſi ergo.

*Cum autem gubernatio populi ei tradi iubetur, quē Deus elegerit; datur intelligi, quòd aliquando quibuſdam traditur, quos Deus non elegit.*

*Vnde Hieronymus.*

Origenes hom. 4. in lib. Iudicū. & gloſſa ordi. ad. c. 4. Iudic.

¶Non ex arbitrio Dei aliquando datur princeps eccleſiæ. Cap. XVIII.

4 AVdacter fortaſſis aliquid dicimus: tamē quod ſcriptum eſt, dicimus. Nō ſemper princeps populi, †

† al. populo.

c ¶ Qui ſe idoneū.] Ar. nullꝰ: ꝑt ſe eligere ſu. ea. ī ſcripturis.
d ¶ Acclamatio.] ſu. c. prox. cōtra. Sed ibi bonū teſtimonium populi auditur: hic vero ſtrepitus negatur 5. q. 4. in loco.

NEc nouum.] CASVS. Neapolitani nō ſolum diſcordabant in electione archiepiſcopi ſed ēt eligabāt aliquos nō cōſiderata bonitate, ſed potius amore & cōsāguinitate. quare Grego. ſcribit eis dicēs non eſſe nouū, nec reprehenſibile vota eligētium ſe in duas partes diuidere: ſed tunc eſt reprehenſibile cū electio non prouenit ex iudicio, ſed ex fauore.
e ¶ Nec nouum.] Simile. 63. di. noſſe qa quot ſunt homines, tot ſunt ſententiæ, quot ſunt ſentētiæ: tot ſunt opiniones, inf. de conſec. diſti. 4. ſicut in ſacramentis. & ff. de recep. arb. item ſi vnus §. principaliter.
f ¶ Nec reprehenſibile.] Si non eſt reprehenſibile, quare ergo caſſatur electio, quę fit in ſchiſmate; vt extra de elect. quia. 2

2 Dic ꝙ tūc nō eſt reprehenſibile cū vtraq; pars mouet̄ bono zelo. ar. 65. diſt. ca. 1. 70. diſtin. ſi duo Arch.

CVM AVTEM CASVS. Sup. in hoc c. ſi ergo dictum eſt. ꝙ gubernatio populi traditur illi, quem Deus elegit, de quo colligitur a ſenſu contrario: quod aliquando traditur dignitas illis, quos non elegit Deus, vt inf. c. proxi.

ceſſorem eligit. Et hoc in prima parte. In ſecunda parte dicitur, ꝙ gubernatio populi tali debet concedi, qui ſpiritum Dei in ſe habeat, & præcepta Dei in conſpectu ſuo, & qui ſit notus & familiaris Moyſi, id eſt, Deo, & inſtructus in lege Dei, ſecunda pars incipit ibi, Gubernatio populi.

AVdacter. Hæc eſt 4. pars q. in qua dicitur, ꝙ quandoque dat Deus malos ꝓlatos propter peccata populi. & hoc probat per cap. iſtud & ſequens. Io. de Fan.

& eccleſiæ iudex per Dei arbitriũ [a] datur: ſed prout merita noſtra depoſcunt. Si mali ſunt actus noſtri,& operamur malignum in conſpectu Domini;dantur nobis principes ſecũdum cor noſtrum. Et hoc tibi de ſcripturis ꝓbabo. Audi namq; quod Dominus dixit:[ Fecerũt ſibi regem,& non per me: [b] principem, & non per conſilium [c] meum.]Et hoc dictum videtur de Saul illo:quem vtique ipſe Dominus elegerat, & regẽ fieri iuſſerat. Sed quoniã nõ ſecundum voluntatem Dei,ſed ſecundum peccatoris populi meritum fuerat electus;negat eum cum ſua volũtate,vel conſilio cõſtitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in eccleſijs fieri:quod pro meritis populi,aut in verbo, & opere potens à Deo tribuitur rector eccleſiæ: aut ſi malignũ faciat populus,in conſpectu Domini α;talis eccleſiæ iudex datur,ſub quo famem& ſitim populus patiatur;non famem panis,neque ſitim aquæ,ſed famem audiendi verbum Domini.

α ¶ Domini.] *In uulgatis ſequebatur*,& tales perſeuerẽt *quæ ſunt inducta auctoritate manuſcriptorum, homiliæ ipſius, & gloſſa ordinariæ. In uno autem manuſcripto ſunt gloſſa interlinearis.*

*Item Auguſtinus tractatu 46 ad c.10 Ioannis.*

¶ Non ſunt filij;ſed mercenarij,qui honorem ab hominibus appetunt. Cap. XIX.

SVnt in eccleſia quidam præpoſiti, de quibus Paulus apoſtolus dicit;(Sua querẽtes,non quæ Ieſu Chriſti. Quid eſt, ( ſua quærentes?) non Chiſtum gratis diligentes,non Deum propter Deum quærentes, temporalia cõmoda ſectantes,lucris inhiantes,honores ab hominibus appetentes.Hæc quando amantur,à præpoſito,& ꝑpter hæc [d] ſeruitur Deo;quiſquis talis eſt,mercenarius eſt;inter filios ſe non computet.

*Non ergo qui preficiuntur,ſemper cæteris meliores intelliguntur.*

*Vnde Hieronymus ad Titum c.1.*

¶ Ex electione non præficiuntur epiſcopi,ſed comprobantur. Cap. XX.

ILlud inferendum eſt aduerſum eos,qui de epiſcopatu intumeſcũt,& putant ſe non diſpenſationem Chriſti, ſed imperium conſecutos: quia non ſtatim omnibus his meliores ſint,quicumque epiſcopi non fuerint ordinati, & ex eo,quòd ipſi electi ſunt, ſe magis exiſtiment comprobatos:ſed intelligãt propterea quoſdam à ſacerdotio remotos;quia eos vitia liberorum impedierint. ſi autem peccata filiorum iuſtum ab epiſcopatu prohibent;[f] quã-

CASVS. Hieronymus docet in hoc c. ꝙ prælatus eccleſiæ quandoque datur bonus. qñque malus pro meritis ſubditorum Et probat exemplo Saulis, qui non fuit electus Deo iubente, ſed prout mala merita populi exigebantur. fuit electus Deo permittente. Elegerat permittendo,& elegerat ꝑ Samuelem ad inſtantiã populi petẽtis. fieri iuſſerat,non ſecundum voluntatẽ Dei ſpontaneã, ſed extortam.

a ¶ Arbitrium.] Approbatũ,ne ſit cõtra ſſ.23.q.1. qd culpatur. vbi dĩ, ꝙ nõ eſt poteſtas niſi à Deo iubente vel ſinente, 26.q.5.nec mirũ,ſed non approbat [1], ſed ꝑmittit eos regnare. ſſ.6.q.1. ex merito.

b ¶ Et nõ per me.] comprobantem, ſed tamen iubentem. Et ita eſt argu. ꝙ qñq; aliquid iubemus qđ non approbamus.& eſt arg.contra ea q̃ ꝑ improbitatem obtinẽtur,ꝙ illa dicunt fieri inuito dãte, vt extra de reſcript. ſi quando. & C.de pe. bo.ſubla.l.1.& 7.q.1.ſeias.vbi hẽs, ꝙ q inuitus aliquid facit, potius dicitur pati q̃ facere,vt ſup.d.6. teſtamentum.

c ¶ Per conſilium.] Id eſt,approbationem.

SVnt in eccleſia.] CASVS. Auguſtinus dicit,ꝙ quidam prælati ſunt in eccleſia,qui ſeruiunt Deo non propter Deum, ſed propter temporalia cõmoda, qui magis dicẽdi ſunt mercenarij, quàm prælati. Et ita datur intelligi, quod Deo tantum permittente tales eligũtur. Sequẽs §.per ſe patet.

d ¶ Propter hæc.] Argũ. pro re temporali non eſſe ſeruiẽdũ alicui, niſi ſecundario,ut 75. diſti. cap. ult.& 61. diſtin. qđ ꝓdierit.& 74. diſt. Conſuluit. 59. diſt. ſi officia.

ILlud.] CASVS. quidam putabãt ſe eſſe vel effici meliores eo ipſo ꝙ eligebantur ad epiſcopatum: ſed Hieronymus dixit,quod ꝓpter hoc non ſunt meliores, & oſtendit, ꝙ ſi quis ſcit ſe eſſe indignum, non debet recipere dignitatem: quia quanto potentior eſt, tanto magis punietur. Et quod indignus dignitatem recipere non debeat probatur exemplo patris,qui propter delicta filiorum repellitur à dignitate.

e ¶ Meliores. Arg. ꝙ non plus debet pro aliquo præſumi, ideo quia habet dignitatem 40. diſtin. non loca. & c. multi & 2. q.7.queritur.& d.9. ego ſolus.ar.contra 11.q.3.abſit.& 61.diſt.miramur.in ſi.

f ¶ Prohibẽt.] ꝑp negligẽtiã [2],vt ſu.47.diſt.§. nec eſſe.

1 Scilicet omnem poteſtatẽ:quia aliqua eſt mala, ſed tñ permittit. Deus regnare eam ꝑp peccata populi. Vnde Iob. Facit Deus regnare hypocritã ꝑp ꝑuerſitatem populi, ſub intelligitur. puniendam uel uindicadã ſecundũ H.& Lau.

2 Sub. quæ facit peccatũ porprium. argu. 7.q.1. §. cum autẽ ver.tali.

Oſeæ 8.

Amos 8.

Anſ.l.7.c.146. Phil.2.

In cõm.ad eũ locũ] Si quis eſt ſine crimine.]

Qua-

QValis.]CASVS. Dicitur hic, ꝙ non ſolum epiſcopi, presbyteri, & diaconi, ſed etiam quilibet clericus inferioris ordinis debet præcellere laicos in ſermone, & uitæ conuerſatione: quia vbi laici ſunt meliores, nulla poteſt eſſe ædificatio.
a ¶ Ma-re. vt C. de proceſſ. & medi. magiſtros, lib. 10. & erit talis magiſter cuius comparatione ſui diſcipuli paleæ dicantur vt 25. diſt. 6. criminis.
b ¶ Meliores. &c.] Ideſt, clericos eſſe deteriores quam laicos. ſufficit enim clerico, ſi eſt bonus.

to magis vnuſquisque ſi conſiderans, & ſciẽs, quia potẽtes potenter tormenta patientur, retrahet ſe ab hoc, non tam honore, quam onere, & aliorum locum, qui magis digni ſunt, non ambiet occupare.

In comm. ad loca] Nemo te contẽnat.]

*Item eiuſdem ad Titum, c. 2.*

¶Pro gradu ſui officij quemque meliorem eſſe oportet. C. XXI.

QValis enim ædificatio erit diſcipuli, ſi ſe intelligat magiſtro eſſe maiorem? [a] Vnde non ſolum epiſcopi, presbyteri, & diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populum, cui pręſident conuerſatione, ſermone, & ſcientia pręcedant; verum etiam, & inferior gradus; exorciſtę, lectores, ędituí, acolythi [α], & omnes omnino, qui domui Dei ſeruiunt: Quia vehementer eccleſiã Chriſti deſtruit, meliores [b] laicos eſſe, quam clericos.

In comm. ad ea verba. [Sed hoſpitalẽ.]

α¶Acolythi. *Eſt hæc dictio in oĩbus vetuſtis Gratiani exemplaribus, quæ tamẽ apud B. Hieronymũ nõ legitur.*

*Item ad Titum, c. 1.*

¶Populus iudicabit epiſcopum ſua officia non agentem. C. XXII.

*Matth. 12.*

VEreor, [c] ne quomodo Regina Auſtri veniens a finibus terrę audire ſapientiam Salomonis iudicatura [d] eſt homines tẽporis ſui, & viri Niniuitę acta pœnitentia ad prædicationem Ionę condemnabunt [e] eos, [f] qui maiorem Iona ſaluatorem audire contempſerunt; ſic plurimi in populis epiſcopos iudicent [g] ſubtrahẽtes ſe ab eccleſiaſtico gradu, & ea, quę epiſcopo non conueniunt exercentes.

*Item Ambroſius in increpatione ad populum, ſer. 83.*

¶Qui clericos ſuos non corrigit, populum corrigere non valet. C. XXIII.

QVid autem ego vos arguo, cum poſſitis me vno ſermone conuincere? [h] conuincor enim, cum in hac parte clericos vobis magis video negligẽtes. Quomodo enim poſſum corrigere filios, cum fratres [i] emendare non poſſim? aut qua fiducia ſucceſeam [k] laicis, cũ a conſortibus pudoris verecundia conticeſcam? Ego autem fratres non de omnibus loquor: ſunt certe quidam deuoti, ſunt & alij negligentes. Ego neminem [l] nomino conſcientia ſua vnumquemque conueniat.

Simile quidam auctor operis imperf. in Matth. hom. 40.

*Item Beda ſuper Matthæum.*

VEreor.] CASVS. Dicit Hiero. ſe timere ne plures laicorum iudicent epiſcopos male ſua officia exercẽtes per cõparationẽ melioris vitę, ſicut regina Auſtri, q̃ venit de finibus terræ audire ſapientiã Salomonis, iudicatura eſt homines ſui temporis in die iudicij comparatione meliores vitę & Niniuitę cõuerſi ad prædicationẽ Ionæ, iudicaturi ſũt illos Iudęos, q̃ Chr̃m maiorem Iona contempſerunt.
c ¶ Vereor.] Ideſt, uerecundor.
d ¶ Iudicatura.] Nõ poteſtate iudicij [1], quia illud fœminæ non habent. 3. q. 7. §. tria. ff. de regulis iur. l. 2.
e ¶ Condemnabũt.] melius viuendo.
f ¶ Eos.] ſ. Iudęos.
g ¶ Iudicent.] ſu. d. 28. c. vl. cõtra. ſu. di. 21. nolite, cõtra. 6. q. 1. oues cõtra. ſed nõ dñr ſubditi corrigere ſiue iudicare p̃latos ptãte officij; ſed vitæ comparatione, vt. 2. q. 1. nonne.

1 Dicas iudicaturam in die iudicij cõparatione melioris uitæ.

QVid autẽ.] CASVS. Ambr. cũ increparet populum delinquẽtem, dixit, ꝙ populus poterat eũ conuincere vno ſermone, & ſibi pudorem inferre, cum clericos hẽat incorrigibiles, quos emẽdare nõ poſſit, nec eos, vult nominare, cũ peccata eorũ ſint latẽtia, ſed vnuſquiſque conſulat ſuam conſcientiam.
h ¶ Conuincere.] Et ruborẽ incutere ex hoc, ꝙ laici meliores ſunt clericis nõ enĩ poſſet ob hoc reprehendi. 47. d. q̃d ad nos. quia non criminis relatione, ſed innocẽtia reus purgatur. ff. de pub. iud. is qui.

Reus innocentia purgatur.

a ¶ Maiorem.] Sic ſup. 96. diſt. ſi quis dubitet & ſup. diſtinct. 61. ſtatuimus. & c. quid proderit. unde quidam diſcipuli in hoc decepti nimis feſtinant ad cathedram, & dum delectantur in loco gloriæ, fiunt alijs auctores ruinę, ut 48. diſt. quoniam cum magiſter faciat cathedram, non cathedra magiſtrum, ut 40. d. c. ult. magiſtri enim moribus, & ſcientia, & facundia, debent alios pręcedere.

Cathedra nõ facit magiſtrum.

i ¶ Cum fratres.] Aliàs ſocij dicuntur 10. q. 3. cauendũ.
K ¶ Succenſeam.] ideſt, iraſcar.
l ¶ Neminẽ.] Contra, ſu. 5. q. 5. nõ uos. ſed hic loquitur q̃n crimẽ nõ põt probari, ibi q̃n põt; occulta. n. crimina non habent uindictam. 6. q. 1. ſi omnia. 22. d. erubeſcãt.

¶Epiſcopo ad ſalutem non ſufficit moribus, & vita populo adæquari. C. XXIIII.

NEc ſufficere nobis ad ſalutem arbitremur, ſi turbis negligentium, vel quorumlibet indoctorum, fide, vel actibus adæquemur; quibus, ſacris literis vnica eſt credendi [a] pariter & viuendi regula præſcripta.

*Ne ergo (vt ſupra dictum eſt) tales ſui officij ſucceſſores aliquis ſibi quæreret, prohibentur epiſcopi alterū pro ſe ſucceſſorem ſibi ſtatuere ac deſignatis nominib. in locum ſuum alium ſubrogare.* ſup. Apoſtolica.

## QVAESTIO. II.

*QVòd autem amicorum patrocinia [b] in aliquorum electione conualeſcere nō debeāt, auctoritate beati Gregorij Papæ probatur, qui in ſecundo libro Regeſti, indi. 11. epiſt. 22. ſeu cap. 61. ſcribit Antonio ſubdiacono dicens.*

¶In electione epiſcopi non numerum datio, nec aliquorum patrocinia conualeſcant. C. I. Poly. l. 2. tit. 3. Iuo p. 5. c. 129.

ILlud quidem præ omnibus tibi curæ ſit, vt in hac electione nec datio quibuſcunque modis interueniat præmiorum, nec quarumlibet perſonarum patrocinia [c] conualeſcant. Nam, ſi quorundē patrocinio [d] fuerit quiſquam electus, voluntatib. eorum, cum fuerit ordinatus, obedire, reuerentia exigente, compellitur: [e] ſicque fit, vt & res illius minuātur eccleſiæ, & ordo eccleſiaſticus nō ſeruetur. Talem ergo; te admonente; perſonam debent ſibi eligere, quæ nullius incongruæ voluntati deſeruiat; ſed vita, ac moribus decorata, tanto ordine digna valeat inueniri.

*Idem ad clerum Mediolanenſem, li. 2 Indict. 11. epiſ. 29 ſeu c. 68.*

¶In electione antiſtis communi vtilitate, non ſuo lucro quiſque proſpiciat. C. II. Polyc. ibidem. Iuo p. 5. c. 130.

DIlectiſſimi filij, officij noſtri cenſura commoniti ſuademus, vt in hac ſuſcipiēdi antiſtitis cauſa null⁹ veſtrum neglecta vtilitate cōi, ſuo lucro proſpiciat; ne, ſi quiſquam propria cōmoda appetit, friuola æſtimatione

NEc ſufficere.] CASVS. Quidam prælati putabant ſufficere ſi adæquarentur laicis, & negligentibus in fide, vel in operibus: ſed dicit Beda hoc non ſufficere, niſi præcellant eos ſcientia & doctrina.

a ¶ Credendi.] Quantum ad articulos fidei. laicis tamē ſufficit pictura pro doctrina, de conſec. d. 3. perlatum.

NE ERGO. CASVS. Concludit Gratian⁹ ex ſupradictis ſic: ne prælati malos ſibi eligerēt ſucceſſores, iō ſtatutum eſt, vt nemo ſibi eligat ſucceſſorem.

QVòd aūt.] CASVS. Hic ponitur ſecunda quæſtio, vbi quæritur an amicorum patrocinia cōualeſcere debeant in electione aliquorum. Et certe ſi cōſiſtant in pecunia, vel obſequio, ſimonia eſt, vt ſup. 1. q. 1. ſunt nonnulli. In precibus diſtinguitur. aut enim ſūt carnales, aut ſpirituales. Carnales p digno nō inducūt ſimoniam, vt prima q. 1. quibuſdam. pro indigno ſic, vt prima q̄ſtione prima, de ordinationibus. Spirituales vero ualent, nec per eas inducitur ſimonia, vt prima queſtione prima, latorem. In obſequio etiā conſueuit diſtingui. vtrum ſit honeſtū, vel nō: & ſi honeſtum, vtrū exprimatur, vel deducatur in pactū, ꝙ ſeruiat, vt præbēda ſibi conferatur.

Simonia an inducatur p amicorū patrocinia.

b ¶ Patrocinia.] Patrocinia aut conſiſtunt in pecunia, vel obſequio: & tunc fit ſimonia: aut in precibus; & tūc aut ſūt carnales. aut ſpūales, ſi ſpūales, ualēt: nec per eas ſimonia cōmittitur 1, vt prima quæſtio. prima, latorem. carnales etiam pro digno ſunt recipiēdæ, vt 1. q. 1. quibuſdā in fi. ſed preces carnales pro indigno factæ, inducunt ſimoniam. 1. q. 1. de ordinationib. & dic vt ſup. c. Moyſes.

1 Ad idē 50. diſt. clerico ubi de hoc.

ILlud.] CASVS. Præcipit Gregorius Antonio ſubdiacono, cum quædam epiſcopalis eccleſia vacaret, vt nullam perſonam eligi permittat per pecuniam, vel per preces carnales amicorum: quia qui taliter ſublimatur, illis compelluntur obedire quorum preces, vel pecunia interuenerunt: & ſic per eos res eccleſiæ dilapidantur 1. Talis ergo in illa eccleſia eligatur perſona, quæ ſit uita & moribus decorata: & tanto ordine digna.

c ¶ Patrocinia.] niſi dignus ſit ille pro quo petitur; vt ſu. 1. q. 1. nullus itaque, & c. pueri & c. quibuſdam in fi.

d ¶ Patrocinio.] Sed nonne ſuffragium patris prodeſt filio ff. quod cuiuſque vniuer. l. illud. ſed illud quantum ad numerum eligentium.

e ¶ Compellitur.] Quia ad antidota tenetur, ut ff. de petit. hær. ſed & ſi 6. conſuluit. & 83. diſt. nihil. & extra de teſta. cum in officijs. humanū. n. eſt, ut quis exhibeat ei reuerentiam a quo percepit beneficium, ut 16. quæſt. 2. ui ſis.

Beneficij collatori reuerētia debetur.

DIlectiſſimi filij.] CASVS. Vacante eccleſia Mediolanen. unuſquiſq. clericorum nitebatur amicum ſuum præficere inſpecta tantum utilitate propria, & neglecta communi, ſed docet Gregorius, ut hoc nō faciant ne friuola æſtimatione fraudentur, ſiue fallantur: quia mens quam cupiditas ligat, perſonam præferendam nō examinat iudicio recto: quare præcipit, ut ante electionem

Digitized by Google

ctionem ſubtiliter iudicantes talem eligant, cui debeant ſemper obedire: quia poſt electionem non poterunt iudicare de ipſo.
a ¶ Libero. ] Sic 83. diſt. nihil. ſic 11. q. 3. quatuor. ADDITIO. Et c. pauper per quæ iura & hic habet arg. quod iu-

pepigit, quod poſt electionē præſtaret iuſum vt inf. ca. Artaldus. Si vero ante electionē iuret, vel pactū faciat, ſimonia eſt, vt inf. e. c. talia. & hæc vera ſunt, cum minoribus, & ſubiectis præſtatur iuramentum. præſtare autem ſuperiori ante electionem, non videtur ſimonia: arg. ſup. 100. diſt. optatum.

fallatur: quia nec libero a iudicio prçferendam ſibi perſonam examinat mens, quam cupiditas ligat. Penſantes igitur, quç cunctis expediūt, ei, quem vobis diuina gratia prætulerit, integerrimam ſemper in omnibus obediētiam prçbete. Iudicari b namque à vobis vltra nō debet ſemel prçlatus; ſed tanto nunc ſubtiliter iudicādus eſt, quanto poſtmodum iudicandus non eſt.

## QVAESTIO III.

*Quod autem c ſimoniacus habendus nō ſit qui poſt electionem pro indēnitate eccleſiæ iuramētum præſtitit; facile probatur. Aliud enim ante electionem iuramentū facere, vel ſe facturū paciſci ad hoc vt eligatur: aliud eſt nulla precedēte conuentione poſt electionē huiuſcemodi iuramentum offerre. Illud ab officio tanquam munus impenſum deijcit: hoc autem conſecrando nullum impedimentum generat.*

*De priori caſu ſcribit Pelagius Papa clero Catinēſi.*

¶ Qui in epiſcopum eligitur, de rebus eccleſiaſticis aliquam ſecuritatem nulli faciat. C. I.

Anſ. l. 6. c. 40. Poly. l. 2. tit. 3.

Talia quidem iam dudum ad fratrem, & coepiſcopū noſtrum Eucarpum de viſitatione Catinēſis eccleſiç ſcripta direximus, vt in eis iudicium noſtrū potuiſſetis agnoſcere. Veruntamen, quia quoſdam ibi non ſanaītētione, ſed prauis ſtudijs diſſenſiones ſuſcitare, veſtra etiam relatione cognouimus, qui ſcientes ſe ad epiſcopatum nec çtate, nec ſcientia, nec vitç meritis poſſe perduci, ad hoc tantummodo inquietare eccleſiam volunt vt ſibi de his, quç ex ipſa prçſumpta ſunt, impunitatē. d

c ¶ Quod autem. ] & ante & poſt electionem licite ſecūdum quoſdā petitur cautio, quæ habetur ex iure uel conſuetudine. 63. diſtin. q2. 1. q. 3. quæſitum. extra de præben. ſignificatum. A ſuperiore uero quælibet cautio peti poteſt. 28. diſt. de Syracuſanç. 10. q. 3. c. vlt. 18. q. 2. Eleutherius. 100. diſtin. optatum. & c. cōtra morem. Quidam tamen dicunt, quod ante electionē nulla cautio poteſt peti & ſi præſtetur, ſimonia eſt? quia videtur eā facere, vt eligatur inf. ea. cap. 1. Idē eſt ſi promittat ante electionem ſe iuraturū poſt electionem, ut 1. q. 2. quam pro. ſed poſt electionem bene poteſt, 2 quia tūc nihil ſperat ab eis: ſed à ſuperiore, vt dixi, pōt peti. & ei p̄ſtari tale iuramentū, ſiue ante electionē ſiue poſt. 100. diſtin. optatū. 28. diſ. d Syracuſanç. & 23. diſt. quamquam. tamē id quod prius dixi uerius videt maxime ſi quilibet canonicorū ita iurat: Ego iuro, q̄ ſi fuero factus epiſcopus, nihil alienabo de rebus eccleſiæ: quia tutor eligitur ſub tali conditione, ſi ſatis dederat. vt ff. de tute. muto. §. 1. extra de elect. ſignificaſti. nec tñ uidetur eſſe conditio, ſed potius admonitio quædam, ut dicit illa l. muto. tñ ex perſona contrahentium præſumi debet contractum ſiue promiſſionem eſſe ſimoniacam, vel non ſicut & præſumitur circa vſurarium contractum ex perſona contrahenti, vt extra de pig. c. illo. in fi.

Cautio iuratoria an poſſit peti ab eligendo uel electo.

2 Scilicet præſtari iuramentum ſubditus, nec tūc peccat, nec ipſi poſſunt venire contra electionem ſiue ſit confirmatus ſiue non, ſm H. B. & La. extra de el. publicato. Arch.

quòd iudex pecunia vel alia affectione corruptus non poteſt recte iudicare ſecundum Hugo.

b ¶ Iudicari. ] Arg. q̄, electum quem ſemel comprobaſti, non potes poſtea reprobare 1. vt inf. 32. q. 5. horrendus, arg. extra de his, quæ fi. à maio. parte cap. ex ore. in fi. ſup. di. 4. erit & cap. in iſtis. ſup. e. q. pxi. c. licet ſimile ff. de decur. l. pe. in fi. & arg. ff. de pact. dot. cōuenire. ff. de neg. geſt. Pomponius. ar. contra C. de lib. cauſa non idcirco & l. non mutant. & C. de profeſ. & medi. l. grāmaticos. lib. 10. extra de elect. cum dilectus contra vbi patientia non çquiualet electioni. contra id quod eſt ff. de pup. ſi ego. §. 1. Sol. electus ſemel approbatus non poteſt amplius reprobari ab eligentibus, niſi ex cauſa noua, vel de nouo ad eorum notitiā ueniente. tūc enim bene poteſt ab eis reprobari, vt extr. de offic. deleg. inſinuante. & extra de excep. paſtoralis. & ff. de mulie. & ho. vt gradatim §. reprobari & ita intelligitur illa decr. & illa lex grammaticos.

Electus ſemel approbatus, an poſſit poſtea reprobari.

1 Argu. ad hoc ext. de ſpon. impu. de illis j. §. vlt. vbi de hoc. & extra de reg. ad noſtram. ibi videas in glo. 1. Ad idem extra li. 6. de ele. nuli. Arch.

Quod autem. ] Hic intitulatur tertia quæſtio, qua quæritur, utrum ſit ſimoniacum præſtare canonicis iuramentum poſt electionem pro indemnitate rerū eccleſiæ. Et reſpondet quod non, niſi ante electionem

Talia. ] CASVS. Pelagius facit. Eucarpum viſitatorem Catinenſis eccleſiæ, & ei ſignificauit q̄ deberet fieri circa electionem epiſcopi: ſed poſtea Elpidius diaconus electus eſt fere ab omnib. pauci tñ eius electioni conſentiebant niſi iuraret ſe illi præſtare impunitatem de rebus eccleſiæ, quas vſurpauerant. quòd totum cum audiſſet Papa relatione clericorum, & Leonis viri magnifici, de cuius teſtimonio non erat dubitandum præcepit Pelagius clericis Catinenſibus, vt Elpidium diaconum cum decreto electionis & cū viſitatoris epiſtola Romā perducant, & monet eū, vt clericis reſiſtentibus ſibi, nec iuramentum nec promiſſionē faciat aliquā: quia ſi fecerit tanquam indignus repelletur.
d ¶ Impunitatem. ] Vt remitteret eis ea, quæ abſtulerant. illud enim eſt ſimonia. remittere enim eſt dare,

 vt ex-

vt extra de teſtibus ueniens 1.ff.de calum. quinetiam. diſſe tale quid intelligendum eſt, ꝙ ipſe ſciat. 2 ſic in Auth.de her.& fal.§. ſancimus.i fi.§.& ſi vero.i coll.1.

a ¶ Viri.] Argu. teſtimonio vnius credi, vt ff. de dote præle. Teopompus ſup. 97.diſ. nobiliſſimus. ſu.diſt.86.tãta inf. 23.q.4.ſiter q̃relas 20.q.3.præſens ar.contra.33.q.2.admonere 1.

2 Ad hoc facit quod ꝙ no. extra ſ ele. bonæ memoriæ. in glo.ſi ceſſet, &c. in prin.

futurus promittat epiſcopus,& fiat rapinę ſecuritas,epiſcopatus ambitio;hoc etiam vos duximus commonẽdos vt decretũ in Elpidium diaconum factum,& ſubſcriptũ ab omnibus, quos veſtra relatio deſignauit, ad nos cum prædicti viſitatoris epiſtola,& cum eodem diacono maturetis,Deo propitiante,perducere. *& poſt pauca.* Cum igitur huc filius noſter magnificus vir Leo prætor veniſſet, retulit nobis de ſingulis, q̃ ibi mota ſunt,& quomodo vota prope totius ciuitatis in Elpidio diacono concordarent.Vnde quia de memorati viri [a] teſtimonio dubitare omnino nõ poſſumus;idcirco,ſicut dictum eſt,Elpidium diaconum ad nos facite properare: nec expectetis vlterius,vt admonitio ad eum noſtra debeat deſtinari.† Quem tamẽ hoc per veſtram dilectionem in præſenti iuſſione ſpecialiter admonemus,ne cui ſe aliquid dare vel daturũ eſſe promittat; ſed neque de eccleſiaſticis ꝑteritis cauſis aliquam ſecuritatem cuiquã audeat facere ſiue ꝓmittere,aut quaſi factus epiſcopus ea quæ direpta ſunt nõ repetat;ſed apud eos,à quibus direpta ſunt permanere libere patiatur:ſciens,quod ſi tale aliquid fecit, vel fecerit, nec à nobis omnino permittitur valere ipſa promiſſio, & cum iudicij [b] noſtri quod de ipſo habuimus damno, [c] paſtoralis conſecrationis ordinem promereri non poterit.

† al.iterari.

Emendatus, eſt hic locus ex Anſelmo, & Polycarpo.

*De ſecundo vero caſu in geſtis Vrbani ſecundi legitur.*

¶ Poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ licet electo iuramentum præſtare. C. II.

ARtaldus Arelatenſis [a] epiſcopus,Narbonẽſis eccleſiæ ſuffraganeus Romam conſecrandus ad dominum Papam Vrbanum venit: ſuus quippe archiepiſcopus eum conſecrare nolebat, quoniam poſt electionem ſuam propter bona eccleſiæ conſecranda canonicis iurauit. Conſecratus itaque eſt à domino Papa Vrbano,ante purgatus huiuſmodi iuramento [d]. De iuramento, quod canonicis noſtræ eccleſiæ feci poſt electionem, nullam conuentionem ante,vt eligerer [e],feci.Narbonenſis vero archiepiſcopus,nullius [f], præter id,criminis cauſa,cõſecrationem noſtram omiſit,me ſciente [g]; neque mihi criminis conſcius ſum, propter quod à ſacra † me vnctione repellat.

† al.ſacerdotio me repellat.

a ¶ Arelatenſis.] *In manuſcriptis etiã ſic habetur. Sed viſum eſt ſubeſſe mendũ quia hic epiſcopus vocatur ſuffraganeus archiepiſcopi Narbonenſis: in concilio antẽ ſecundo Arelatenſi Arelate refertur ad prouinciã Viẽnenſem Et quamuis Gulielmus Durandi in ſpeculo de auctor. & vſu pallij hoc citet, vt oſtẽdat Arelatẽſem archiepiſcopũ ſubeſſe Narbonenſi; tamẽ Ioãnes Andreas in notis ad illũ locũ expreſſe ſcribit in hoc capitulo non agi de Arelatẽſi archiepiſcopo. & valde ꝓbabile eſt pro Electẽſi ſeu Elatenſi,qui vere eſt ſuffraganeus archiepiſcopi Narbonenſis, corrupte ſcriptũ fuiſſe,* Arelatenſis.

b ¶ Iudicij.] Id eſt quod circa eum fecimus, nos mutabimus.

1 Obtinet vbi aliter nõ læditur: vel in forma iudicij non agitur ſecundum Hug. Vel dic ut not. in glo. vnde non tenet, &c. de hoc 17. diſt. placuit & 80. diſt. tãta. Arch.

c ¶ Damno.] Quia retractabimus quod fecimus.

ARtaldus.] CASVS. Artaldus fuit electus in epũm Arelaten. eccleſiæ, poſt electionẽ præſtitit iuramẽtum canonicis de indemnitate rerum eccleſiæ, propter quod archiepiſcopus Narbonen. noluit eum cõſecrare. idcoque Romam iuit. & cõſecratus ẽ ab Vrbano:prius tamen præſtito iuramento, quod nullã conuentionem. fecerat ante electionem ad hoc vt eligeretur, & ꝙ propter nullũ aliud crimen ipſum repellebat. Et ſunt verba notarij ſcribentis geſta Vrbani.

d ¶ Iuramento. Argumẽtum, ꝙ ſolus epiſcopꝰ ſola manu ſe expurgat, vt 2.q.5. quanto. ſed iſtud obtinet cũ nõ habet compurgatores.

e ¶ Vt eligeret. Arg. contra, 28.diſtin.de Syracuſanæ.

f ¶ Nullius. Ex hoc verbo dixit Ioã. Fã. quod infamatus de vno crimine,expurgabit ſe de omnibus alijs ſed certe hic nõ fuit generale iuramẽtũ, ſed ſolũ iurauit.quod nullius criminis conſcius erat, & quod archiepiſcopus ei aliud crimen non obiecerat. Sed quare Papa cõſecrauit iſtum pendente adhuc obiectione archiepiſcopi?Sed dic, quod archiepiſcopus in forma iudicij nihil obiecit ei.

g ¶ Me ſciente. Argumentum ad interpretandum negatiue dicta teſtium, vt cum teſtis iurat ſe non vi

Negatiua teſtis depoſitio eſt benigne interpretanda.

QVòd autem.] CASVS. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritur an prælatus ſit deferendus ante ſnīam condēnationis; ſiue feratur ſententia ab hoīe vel a canone. Et dr̄, ꝗ non ut inf. c. vno. & inf. 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

a ¶ Quod

tio tenet quam fecit: ſed ſi tempora appellationis ſunt lapſa & non eſt proſecutus appellationem, idem eſt ac ſi non appellaſſet: & ſm hoc non eſt excōicatus, ut diſtinguitur ff. de his qui not. infa. furti. §. 1. & ff. de iniuſto rup. teſt. ſi quis. §. antepen. Io. Ego credo, ꝗ pendente appellatione clerici dēant ei obedire, cū pendēte appellatione, uel lite nihil ſit innouandū, vt ſ. 2. q. 6. appellatione interpoſita. & ext. vt lite pē. nihil innouet, per totū. ff. ad Turp. l. 1. in fi. & excōicatio tenet, cum ſtatim trahat ſecum ſuam executionem, vt extra de app. paſtoralis Bart.

interim poſſit ſubditum excōicare.

## QVAESTIO IIII.

*QVòd autem [a] clericis ante ſententiæ tempus ab epiſcopo ſuo diſcedere non liceat, probatur auctoritate Symmachi α Papæ dicentis.*

α ¶ Symmachi. *Citatur libellus Ennodij nomine Symmachi Papæ, cuius rei reddita eſt ratio ſupra diſt. 31. c. omnino. & 40. c. non nos.*

¶ Ante tempus ſententiæ non licet clericis ab epiſcopo ſuo diſcedere. C. I.

Iuo p. 6. c. 340. & 341.

NOnne directa ſunt verba canonum: β [Quicunq; clericorum ab epiſcopo ſuo ante ſententiæ [b] tempus pro dubia ſuſpicione diſceſſerit manifeſtam eū manere cenſuram?] *& infra.* ¶ Lex eccleſiaſtica pontificē ab alijs accuſatum, priuſquam [c] ſub luce obiecta conſtiterint, exigit, non relinqui.

NOuerint conditores baſilicarum, in rebus, quas eiſdem eccleſijs cõferunt, nullam a ſe poteſtatem habere: ſed iuxta canonum inſtituta, ſicut eccleſiam, ita & dotem eius ad ordinationem epiſcopi pertinere. Poly. l. 3. tit. 12. Burc. l. 3. c. 203. Iuo p. 3. c. 255. Pann. l. 2. c. 4.

*Item ex concilio Aurelianenſi, 1. c. 17.*

¶ De eodem. C. VII.

DE his, quæ parochijs in terris, vineis, mancipijs, atque peculijs quicunq; fideles obtulerint, antiquiorum canonum ſtatuta ſeruentur, vt omnia, in epiſcopi poteſtate conſiſtant: De his tamen, quæ altario acceſſerint, tertia b pars fideliter epiſcopis deferatur. Poly. l. 3. tit. 11. Burc. l. 3. c. 136. Iuo p. 3. c. 202. Pann. l. 2. c. 61.

*Item ex eodem, c. 16.*

¶ De his, quæ altario deferuntur, medietatem ſibi vendicet epiſcopus. C. VIII.

ANtiquos canones relegẽtes, priora ſtatuta credimus renouanda; vt de his, quæ in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem c ſibi epiſcopus vẽdicet, & medietatem ſibi diſpenſandam ſecundum gradus clerus accipiat, tam de proprijs prædijs, quàm de omni cõmoditate in epiſcoporum poteſtate durantibus.

*Item ex concilio Toletano.*

¶ *In libro manuſcripto priuilegiorum eccleſiæ Toletanæ refertur hoc tanquam caput 15. quarti concilij Toletani ſed in duobus ipſius exemplaribus ex Hiſpania miſſis non habetur: Burchardus, & Iuo citant ex concilio Triburienſi tempore Arnulphi regis.*

¶ De epiſcopis, qui diœceſim ſuam viſitare contemnũt, & ad redimendas manſiones, quæ viſitantibus debentur, clericos cogunt. C. IX.

REłata † eſt coram ſancta ſynodo querimonia plebium, quòd ſint quidam epiſcopi nolentes ad prędicandum, uel ad confirmandum ſuas per annum parochias circumire: qui tamen exigunt, vt manſiones, quibus in profectione vti debuerant, aliquo † pretio d redimentes, & negligentiam dimittentes. Burc. l. 1. c. 229. Iuo p. 5. c. 341. † al. Delata. † al. alio.

2 Sub. hoc ãt dicit, q non hñt ptãtem dilapidationis. ſm L. & hic adde qđ not. 16. q. 7. piæ mẽtis in gl. vl. de cõſ. diſ. 1. ſi quis baſilicam.

a De hac ma. no. ex de cẽ. cũ olim ubi Ho. de hoc notando ponit hanc ſententiã, & eã attribuit Bartol. prouin. g ita ad literam ſenſit ſicut hic dicit per Bart.

DE his. ] CASVS. Dicitur in hoc c. q omnia bona eccleſiarum mobilia, & immobilia in epõrum poteſtate cõſiſtunt, ita q tertia pars oblationũ epõ reſeruetur. Quod autẽ iuris ſit de hoc, in apparatu dicitur.

b ¶ Tertia. ] Alibi dr, q nihil habeat 2 pter cathedraticũ, ut ĩ. ea. q. 3. cap. 1. aliàs de medietate. ut inf. c. proxi. Not. ergo q tpe primitiuo cum pauperes eſſent epĩ, ſtatutum fuit vt epiſcopi de epiſcopalibus eccleſijs, & omnibus bonis eccleſiæ ſumerent medietatem, vt in ca. ſeq. ſed in omnib. parochialib. eccleſijs tertiam 16. q. 1. cõſtitutum procedente tpe ex parochialib. tantum tertiam oblationum, & decimarum haberent, ut inf. eo. c. decreuimus. poſtmodũ quartam. 12. q. 2. vobis, & c. cõceſſo. & c. quatuor. Hodie aũt nec tertiam partẽ parochialium habebũt niſi ad fabricã reparandã, nec illã habebũt niſi uelint fabricã reparare, ut ĩ. q. 3. c. 1. & 3. Vel dic, q ſm cõſuetudinem iſta dãtur, vt ex. de ſepul. certificari. hodie aũt cũ ſint diuites, nihil habebũt præter cathedraticum, vt ĩ. q. 3. cap. 1. Io. parochialis eccleſia tantũ habet quartã decimarũ. & epũs aliã pro ſe. aliàs quartas duas retinet epũs p fabrica, & pauperib. vt 12. q. 2. conceſſo. & c. ſeq. đ alijs reditib. nihil habet de conſuetudine generali, & præſcripta epũs, licet prædicta c. & alia videant dicere cõtrarium, & ita fuit ſententiatum pro epiſcopo Bononienſi contra eccleſiam S. Io. in Perſiceto, & hoc videtur expreſſum. 12. q. 2. uobis. B.

ANtiquos. ] CASVS. Statutum fuit in Aurelian. concilio, ut epũs habeat medietatem oblationum matricis eccleſię, & clerici eiuſdem eccleſię aliam medietatem habebunt. Idem eſt de fructibus prædiorum, & in omni vtilitate eccleſiæ, ita q prędia, bona eccleſiæ in epiſcopis poteſtate conſiſtant.

c ¶ Medietatem. ] Secundum diſtinctionem decr. extra de teſta. requiſiſti.

REłata. ] CASVS. Quidam epiſcopi negligebant ſuas parochias viſitare ſingulis annis ad prædicandum

d ¶ Aliquo pretio. ] Si iſti parochiales ita ſoluerunt aliquos denarios aliquot annis, nunquid epũs poſtea poteſt ad procurationẽ petendam redire? arg. q ſic ext. de cen. olim. argu. contra. ff. quemadmodum ſerui. amit. ſi communem. ubi dicitur, q qui una ſeruitute utitur pro alia perdit primam. Sed quid ſi partẽ procurationis recipit aliquot annis, nunquid per partẽ intelligitur retinuiſſe totũ? vr̃ q ſic infra de pœn. d. 1. vulgaris. ff. quemadmodũ ſeru. ami. ſi ſtillicidiũ. §. vlt. & l. ſeq. vbi dicitur, q p partẽ retinere totum uidetur. ff. de ſer. ruſt. præd. vna eſt via. arg. contra ext. de præſc. auditis ext. de capel. mo. dilectus. Breuiter rñdeas, q in procuratione nulla currit præſcriptio. extra de præſcript. cum ex officij, unde ſiue

par-

partem ſoluerit, ſiue nihil ſemper poteſt petere procurationem, ut not. in præd. c. cum ex officij.
Præſcribi nõ poteſt procuratio.
a ¶ Redimant.] Tamen redimi poteſt procuratio, vt infra ead. q. 3. relatum.
b ¶ Parare.] Vel præparare.

tem fabricæ recepit. ſ. ea. q. 3. vnio. aliter non tenetur, ſed tamen conferre debet cum alijs, vt 16. q. 1. ſi monachus, extra de eccl. ædi. de his. 1

SI AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars q. 3. in qua dicitur vt hic, & in ſeq. c. continetur. Io. de Fant.

Decremant ᵃ qui parare ᵇ debebant. Quæ duplex infamia, neglignetiæ, & auaritiæ, ſanctæ Synodo magno fuit horrori. Statuerunt itaque, ne quis vltra exerceat id cupiditatis ingenium, & vt ſolicitiores ſint epiſcopi de ſuis gregibus viſitandis.

*Item ex concilio Taraconenſi, c 8.*

¶Annuis vicibus eccleſiæ ab epiſcopis viſitentur. C. X.

Burch. l. 3. c. 33. Iuo p. 3. c. 38.

DEcreuimus, vt antiquæ conſuetudinis ordo ſeruetur, & annuis vicibus ab epiſcopo diœceſes viſitentur, &, ſi qua forte baſilica fuerit reperta deſtituta, ordinatoria ᶜ eius reparari præcipiatur: quia tertia pars ex omnibus per antiquam traditionem, vt accipiatur ab epiſcopis, nouimus eſſe ſtatutum.

α ¶Ordinatori.] *In exemplaribus concilij impreſſis, & manuſcriptis, apud Burchardum, & Iuonem legitur* ordinatione ipſius, *ſed ob gloſſam non eſt mutatum. Reliqua vero ex ijſdem ſunt emendata. Burchardus autem, & Iuo addunt præterea in extremo,* ex principibus nouimus ſtatutum.

2 *Si autem epiſcopus inualetudine impeditus diœceſes ſuas per ſemetipſum viſitare non poterit, viſitationis officium committat alijs.*

*Vnde in concilio Toletano quarto, c 35 legitur.*

¶Inualetudine grauatus epiſcopus, viſitationis officiũ alijs committat. C. XI.

Burc. l. 1. c. 87. Iuo p. 5. c. 193.

EPiſcopum per cunctas diœceſes, parochiaſque ſuas per ſingulos annos ᵈ ire oportet, vt exquirat, quo vnaquæque baſilica in reparatione ſui indigeat. Quod ſi ipſe aut languore detentus, aut alijs occupationibus implicatus, id explere nequiuerit; presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui redditus baſilicarum, & reparationes, & miniſtrantium vitam inquirant.

3 *Viſitantes autem epiſcopi, quid a clericis ſuis exquirere debeant, & quid eos docere, in concilio Brachareñſi ſecundo, c. 1 ſic ſtatutum legitur.*

¶Quæ viſitantes epiſcopi a clericis ſuis exquirere debeant. C. XII.

Burch. l. 1. c. 85. Iuo p. 1. c. 75. & p. 5. c. 191.

PLacuit omnibus epis, vt per ſingulas eccleſias epi, & per diœceſes ambulantes primum diſcutiant clericos, quomodo ordinẽ baptiſmi teneant, vel Miſſarum, & qualiter quæque officia in eccleſia peragant. Et ſi rectè quidem inuenerint, Deo gratias agant: ſin autem mini-

CASVS. Supra in c. decreuimus, & c. relata, dictũ eſt, ꝙ epiſcopi debẽt ſuas parochias viſitare: ſed nunc dicit Grat. ꝙ ſi eſt valetudine impeditus, officiũ viſitationis alijs iniũgat.

1 De hoc no. eo. tit. c. 1. & 12. q. 2. quatuor. Archi.

EPiſcopum.] CASVS. Statutũ fuit in cõcilio Toletano, vt epiſcopi ſuas parochias viſitent: qđ ſi non poſſunt presbyteros bonos vel diaconos mittant qui oĩa diligenter inquirant, ſcilicet baſilicarum reparationem, & vitam ſacerdotũ.

d ¶ Annos.] Cũ neceſſaria cauſa ſubeſt, tunc ſingulis annis põt viſitare, ut hic, & ſ. ea. q. 3. cauẽdo. immo tunc quãdocunq; & quotieſcũque opus eſt, poteſt omnes eccleſias viſitare, ut extra de off. arch. mãdamus, ſed ſi non eſt neceſſitas, de triennio in trienniũ viſitabit, ut extra de off. arch. vt archidiaconus, vel hodie bis in anno, ut ext. de cenſi. cum uenerabilis. Sed qualiter 2 iſtud mãdatur alijs, cũ iſtud ſit officiũ archidiacõni, ut 25. d. perlectis? Sed loquit de ea viſitatione, quã habet epiſcopus in re ſua, uel ſecundum conſuetudinem loci dicitur.

Viſitatio quoties fieri debet.

2 Iſta q̃ſtio melius eſſet gl. per ſe ſignata ſuper uerbo p̃byteros. & ita eam ponit. Io. de Fant.

VISITANTES. Hæc eſt tertia pars q̃ſtio. in qua dicit ut hic, & in ſeq. c. continẽtur. Io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſupra, quod epiſcopi debent eccleſias viſitare. Nũc autem dicit Gratia. quid epiſcopi debeãt docere, & quid a preſbyteris requirere cũ ſuas parochias viſitant.

DEcreuimus.] CASVS. Statuitur hic vt epiſcopi ſingulis annis ſuas eccleſias uiſitent; & ſi qua baſilica fuerit deſtructa, præcipiatur ordinatori ſuo, ut eam debeat reparare, de omnibus autem redditibus epiſcopus tertiam tollat.

c ¶ Ordinatori.] idest, ſacerdoti, & hoc uerũ eſt ſi par-

PLacuit.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte di. ꝙ epĩ ſuas parochias uiſitantes prima die debent a clericis exigere, qualiter baptiſma, & Miſſam, & cætera officia peragant, & ſi bene inuenerint, Deo gratias agant: alioquin ignaros inſtruant: ordinent etiam, ut cathecumeni ante xx. dies baptiſmi ad

purga-

Digitized by Google

ſu aliorum epiſcoporum, & reſpondetur ꝙ non : ſaluo Romanæ eccleſiæ priuilegio.

a ¶ Saluo. ] Debet quis ius ſuum proteſtari, ne fiat ei præiudicium. ſic 28. diſt. diaconi. & 7. q. 1. pôtifices. ff. q bus mo. pig. vel hypo. ſol. l. ſi debitor. §. ſi in uẽditione.

ergo in prima, ꝙ nullus primas vel metropolitanus debet ſe intromittere de ſpecialibus negocijs ſui ſuffraganei abſque eius licentia vel voluntate: qđ ſi fecerit, irritum erit quidquid fiet, & ipſe deponetur. In ſecunda parte dicitur, quod primas vel metropolitanus non debet

uo [a] in omnibus Romanæ eccleſię priuilegio, nullus metropolitanus abſque cęterorum omnium comprouincialium epiſcoporum inſtantia, [b] aliquorum [c] audiat cauſas† [d]: quia irritæ erunt aliter actæ, quàm in cõſpectu eorum omnium vẽtilatæ, & ipſe, ſi fecerit, coerceatur à fratribus. †al. cauſas eorum.

*Item Anicetus Papa epiſcopis Galliæ, c. 1.*

¶ De eodem. C. V.

Can. Apoſt. 35.

ARchiepiſcopus [e] nihil de epiſcoporũ cauſis, aut de alijs communibus, iuxta ſtatuta Apoſtolorũ; abſq; cũctorũ illorũ agat conſilio, nec illi aſſumãt, niſi quantũ ad ſuas parochias ptinet, ſine ſuo cõſẽſu: qm̃ tali gaudet concordia altiſſimus, & gloriatur in membris ſuis.

*Item in eadem epiſtola, c. 3.*

¶ De eodem. C. VI.

Poly. l. 2. tit. 24. Burch. l. 2. c. 63. Pann. l. 4. c. 26.

SI autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & ſine omnium comprouincialium præſentia, vel conſilio epiſcoporum, aut eorum, aut aliàs cauſas, (niſi eas tãtum, quæ ad propriam ſuam parochiam pertinẽt) agere, aut eos grauare voluerit, ab omnibus deſtricte corrigat, ne talia deinceps præſumere audeat. Si vero incorrigibilis, eiſque inobediens [f] apparuerit ad hanc Apoſtolicam ſedem, cui omnia epiſcoporum iudicia referri† pręcepta ſunt, eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & cæteri timorem habeant. †al. terminare.

*Item Calixtus Papa epiſcopis Galliæ epiſt. 2. c. 3.*

¶ De eodem. C. VII.

Concor. Lucius epiſto. 1. c. 3. Poly. ibidem c. 6. Burc. l. 1. c. 66. Iuo p. 5. c. 100. & p. 14. c. 72. Pann. l. 4. c. 27.

NVllus primas, vel metropolitan⁹ diæceſani eccleſiã vel parochiam, aut aliquem [g] de eius parochia præſumat excommunicare, vel iudicare, vel aliquid [h] agere abſque eius conſilio, vel iudicio: ſed hoc obſeruet quod ab Apoſtolis, ac patribus, & prædeceſſoribus noſtris eſt ſtatutum, & à nobis confirmatum: id eſt, ſi quis me

ADDITIO. Ad hoc facit C. de his q ſpõ. mune. ſub. lib. 2. li. 10. ſed ar. cõtra. ff. de cond. inſt. quod q s ff. de act. & oblig. obligationũ. §. placet. de hoc le. & not. 28. diſt. c. 1.

b ¶ Inſtantia. ] Id eſt, præſentia.

c ¶ Aliquorum. ] Scilicet epiſcoporum.

d ¶ Cauſas. ] Scilicet criminales, vt 3. q. 8. ſuggero. Et no. ꝙ cũ cauſa eſt inter clericum & epiſcopum, quod metropolitan⁹ in ſynodo comprouĩciali tractabit cauſam. 11. q. 1. ſi clericus niſi velis dicere, ꝙ hodie ſolus metropolitan⁹ obtinet vicem ſynodi quantum ad iſtud. 18. d. c. 1. & 10. q. 3. q a. De hoc dixi. 6. q. 2. c̃pus

Cauſa inter epiſcopũ. & clericum corã quo dẽat tractari.

ARchiepiſcop⁹. ] CASVS. Anicet⁹ Papa ſtatuit vt archiepũs de cauſis epiſcoporum, aut cõmunibus. ſ. criminalib. nihil agat ſine cõſilio ſuorum ſuffraganeorum, nec epiſcopi ſine conſenſu archiepiſcopi aliquid agant, niſi quantum ad ſuas parochias pertinet.

e ¶ Archiepiſcopus. ] Hoc ca. exponit præmiſſa.

SI autem. ] CASVS. Quæſitum fuit ſi archiepiſcop⁹ ſuperbe vult de cauſis criminalibus, vel ciuilibus epiſcoporũ cognoſcere ſine eorũ volũtate, vel eos in aliquo grauare, quid ſit faciendum: & reſpondetur, ꝙ corrigi debet à ſuffraganeis: & ſi fuerit incorrigibilis, ſignificetur Papæ, quatenus per ipſum ſic puniatur, vt cæteri timorem habeant.

f ¶ Inobediens. ] Hic habemus ꝙ metropolitanus poteſt coerceri à ſuffraganeis ſic ſupra ea. ſaluo. in fin. ſimile 63. diſt. Salonitanæ. Sed qualiter ſubditi poſſunt eum coercere? Reſpondetur reprehendere [1] poſſunt ex charitate 2. q. 7. pręſumunt. & c. ſecuti. Iſte autem qui defert querelam ad metropolitanum, ſine appellatione patiatur diſpendium litis. arg. in auth. coll. 3. de defen. ciu. circa medium. §. non habente. in fin. hoc Ideo quia traxit aduerſarium ſuum ad alienum iudicem, vt 11. q. 1. inolita Io.

Metropolitanus a ſuffraganeis reprehẽdi poteſt.

1 Dic ꝙ eſt triplex rep̃henſio, ut no. ſi. 21. d. noliſe. in fi.

NVllus. ] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes prima pars loquitur de ſpecialibus negocijs ſuffraganeorum. Secunda pars de communibus. Dicitur

bet agere cauſas criminales, uel communia negocia ſine conſenſu epiſcoporum, nec ipſi ſine conſenſu metropolitani uel primatis debent aliquid agere, niſi de his quę pertinet ad propriam parochiam, ut omnia concorditer fiant. Secunda pars incipit ibi, ¶ Sed quidquid. ]

g ¶ Aliquem. ] Licet non poſſit iudicare de eccleſia ſuffraganei, poteſt tamen de epiſcopo iudicare 11. q. 1. ſi clericus. Et ſic fallit illa regula. Si vinco uincentem te, multo fortius uinco te. ff. de diuer. & tempor. pręſcrip. de acceſſionibus. §. 1. Item fallit. ff. qui potio. in pigno. habean. Claudius. etiam libertus liberti mei. nõ eſt meus libertus ut ff. de uerb. ſignifi. Modeſtinus. & nõ omnes quę ſunt cum ſorore mea, ſorores meę ſunt. 81. diſtin. legitur.

Si uinco uincentẽ te. uinco te, qñq; fallit.

h ¶ Vel aliquid. ] Ergo nec abſoluere poteſt excommunicatum a ſuffraganeo ſuo. extra de ſent. exc. per tuas epiſcopus tamen abſoluere poteſt excommunicatum ab archidiacono. quia archidiaconus eſt uicarius epiſcopi.

Excõicatum ab epõ, non abſoluit archiepiſcop⁹.

epiſcopi, ut extra de off. Arch. cap. 1. ſed epiſcopus non eſt archiepiſcopi vicarius. Quid de hoc iuris ſit, dixi 25. d. perlectis.

a ¶ Irritum. ] i. irritandum ſi dicas quòd habet iuriſdictionem ordinariam prouinciæ. ſed ſi ſtet proprie, tunc erit

eſſet ibi principiũ capituli, ut dicit Hug. Dicit ergo Beda exponẽs verba Ioannis, & dicit ꝙ Io. ſcribit illi epiſcopo de cuius manu Ioannes requirebat peccata ſubditorum eius, ut eſſet diligens: ne ſine eius conſilio de ſuis ſubditis iudicaret, niſi eſſet negligens.

Anſ. l. 3. c. 88.

tropolitanus epiſopus (niſi quò ad ſuam ſolũmodo propriam pertinet parochiam) ſine conſilio, & volũtate omnium comprouincialium epiſcoporũ extra aliquid agere tẽtauerit, gradus ſui periculo ſubiacebit, & quod egerit, irritum [a] habeatur, & vacuum. Sed quidquid de prouincialium coepiſcoporum cauſis, eorumque eccleſiarũ, † & clericorum, atque ſæculariũ neceſſitatibus agere, aut diſponere neceſſe fuerit, hoc communi † conſenſu comprouincialium agatur põtificum; nec aliquo dominationis faſtu, ſed humillima atque cõcordi adminiſtratione, ſicut Dominus ait: [Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare & alibi: [Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter ]Similiter, & ipſi comprouinciales epiſcopi cuncta cũ eius conſilio (niſi quantum ad parochias proprias pertinet) agant, iuxta ſanctorum conſtituta patrum. *& infra.*

† *al. cum omnium.*

*Matth. 20.*
*Matth. 23.*

¶ Vt vno animo, vno ore concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſæcula.

*Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricenſi archiepiſcopo.*

¶ In ſuffraganei parochia nihil abſque eius conſilio metropolitanus agat. C. VIII.

Iuo p. 5. c. 56.
Pann. l. 4. c. 29.

CONqueſtus eſt Apoſtolatui noſtro frater noſter. Sigedodus archiepiſcopus [b] Narbonenſis, quòd clericos ſuos eo inuito ad iudicium tuũ venire compellas, & de reb. ad eccleſiã ſuam pertinentibus, eo inconſulto, quaſi iure patriarchatus tui diſponas: cũ hoc nec antiq̃tas (cui patres ſanxerunt reuerẽtiã) habeat; & auctoritas ſacrorum canonum penitus interdicat: niſi forte pro cauſis, quæ apud ſe terminare non poſſunt: ad te quaſi ad patriarcham ſuum prouocauerint; [c] vel ſi epiſcopus ſuus deceſſerit; res eccleſiæ ſuæ iudicio tuo [d] diſpenſare voluerit. Primates enim, vel patriarchas nihil priuilegij habere præ cæteris epiſcopis, niſi quãtum ſacri canones cõcedunt, & priſca cõſuetudo [f] illis antiquitus contulit, definimus ita ut ſecundum Nicænas regulas ſua priuilegia ſeruentur eccleſijs: præterquam ſi Apoſtolica ſedes ali-

b ¶ Archiepẽs. ] Hic patet quòd archiepiſcopi ſubſiſt prima tibus & patriarchis. vt 21. diſtinct. cap. 1. & 65. diſt. de perſona. 17. diſtinct. multis.

Archiepiſcopi ſubsũt patriarchis.

c ¶ Prouocauerint. ] Hic patet ꝙ nec archiepẽs, nec primas poteſt cognoſcere de cauſis ſubditorum epiſcoporum, niſi per appellationẽ deuoluãtur ad ipſum. 11. q. 1. peruenit. & ext. de off. deleg. cũ non ignoretis. Idem dico in legato Papæ, vt dixi 2. q. 6. ca. 3. preter hos caſus eſt alter 12. d. de his. Itẽ cũ 1, abſolutus ab archiepiſcopo non vult parere epiſcopo. extra de off. ord. ad reprimendam. Item cum eſt cauſa iter epiſcopũ & clericum. 11. q. 1. ſi clericus, & ſu. 6. queſt. 2. capit. 2. & hoc cum epiſcopus eſt reus. ſed ſi eſt actor, nõ videtur. ꝙ archiepiſcopus ſit iudex rei, vt ex. de off. ord. paſtoralis. Item cum epiſcopus non vult abſoluere excõmunicatum, vt extra de appellat. qua frõte. Item cum archiepiſcopus prouinciã uiſitat extra de præſcript. cũ ex officij. ſed illud nõ dico eſſe generale, niſi vt dixi ſup. ca. queſtio 2. nullus primas. Item cum euidens eſt ſententiam epiſcopi iniuſtam eſſe. extra de appel. ſolicitudinẽ.

Archiepẽs de cauſis ſubditorũ epĩ cognoſcere nõ poteſt.

1 Illud, itẽ, reſpicit textũ. nã in iſto caſu, & ſequẽtibus archiepiſcopus eſt iudex cõpetens.

erit hic arg. ꝙ metropolitanus non habet iuriſdictionẽ ordinariam totius prouinciæ. Quid iuris ſit de hoc, notaui ſup. c. 2.

CONqueſtus eſt. ] CASVS. Archiepiſcopus Narbonenſis conquerebatur de Rodulpho patriarcha Bituricen. qui erat ſuus patriarcha, quod ipſe compellebat clericos ſuos eo inuito ad ſuum iudicium uenire, & res ad ſuam eccleſiam pertinentes eo inconſulto diſponebat. præcipit ergo ſibi Nicolaus, vt de cætero hoc nõ faciat, niſi fuerit ad ipſum appellatum: vel niſi mortuo epiſcopo clerici voluerint res eccleſiæ diſpenſari per ipſum: quia primates nil priuilegij ſuper epiſcopos habẽt, niſi quantum canones concedunt, vel cõſuetudo antiqua: vel niſi Romãna eccleſia aliquem voluerit ſuo priuilegio decorare. ¶ Epiſcopo ſcribit. ] hæc ſunt verba Bedæ. [Et angelo Epheſi, ] & c. ſunt verba Ioannis. Vñ melius

d ¶ Iudicio tuo. ] Aliter enim non poteſt. 12. quæſt. 2. non liceat.

e ¶ Canones. ] Sic 18. q. 2. hoc tantum.

f ¶ Conſuetudo. ] Ergo ratione conſuetudinis poteſt aliquid peti, vt 18. q. 2. ſeruitiũ. ff. de pub. & vect. licitatio. §. carum. ff. communia prædi. venditor Arg. contra. 10. quæſtio. tertia quia. Item ratione diuturnitatis ꝓbatur negatiua: qa aliter non ꝓbatur. ff. de prob. ſi arbiter. Itẽ diuturnitas conſtituit ius. ff. de aqua quo. & æſti. l. hoc iure §. ductus aquæ. & extra de his, quæ fi. à præl. ſi cõſen. cap. ea. noſcitur & argum. 3. quæſtio. 6. hoc quippe. Itẽ cõſuetudo dat iuriſdictionem, vt C. de eman. li. l. vlt. & extra de arb. dilecti. Item cõſuetudo dat priuilegium 2, vt hic, & 63. diſtinct. quia. Arg. contra. 93. diſtinct. illud 100. diſtinct. cõtra morem. hoc proſecutus ſum ſup. diſ. 8. fruſtra.

Conſuetudo multa tribuit.

2 Alias conſuetudo parificatur priuilegio ext. de iu. nouit. vbi de hoc.

a ¶ Speciali.] Ergo Papa in totum poteſt auferre priuilegium vni eccleſiæ, & alij concedere, ut 16. q. 1. frater noſter.

b ¶ Et angelo.] Hæc ſunt verba Ioa. in Apoc. & deberet eſſe initium cap.

h ¶ Iniuſte. Et iuſte 35. q. 9. Gregorius.

ANtiquis.] CASVS. In regulis antiquis fuit conſtitutum, vt ſiue in prouincia remota ſiue in vicina quis appellet in cauſa ciuili, vel criminali, nihil debeat innouari ante quam cauſa ad Apoſtolicum deferatur.

quam eccleſiam, vel ipſius rectorem quolibet ſpeciali[a] priuilegio decreuit honorare.

*Item Beda ſuper Apocalypſim,* [*& Angelo*[b] *eccleſiæ Epheſi ſcribe.*] Glo. ordi ad eum locum Apoc. 2.

¶De eodem. C. IX.

EPiſcopo[c] ſcribit, de cuius manu peccata ſubditorum requirit: ne ſine eius conſenſu ſubditos iudicare debeat.

¶*In gloſſa ordinaria ſic legitur,* Et angelo,] id eſt epiſcopo ſcribit: de manu cuius peccata ſubditorum requirit, & ſine cuius conſenſu ſubditos iudicare non præſumit ipſe Ioannes.

*Sola enim Romana eccleſia ſua auctoritate valet iudicare de omnib de ea vero nulli iudicare permittitur.*

*Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem imperatorem in epiſtola cuius initium* [*Propoſueramus.*]

¶Apoſtolicæ ſedis iudicium a nemine eſt retractandum. C. X.

PAtet[d] profecto ſedis Apoſtolicæ (cuius auctoritate maior non eſt) iudicium a nemine fore retractãdũ: neque cuiquam de eius licere iudicare[e] iudicio: iuxta quod Innocẽtius[f] Papa Ruffo, & cæteris epiſcopis per Theſſaliam cõſtitutis ſcribens ait: [Nemo vnquam Apoſtolico culmini (de cuius iudicio non licet retractare) manus obuias audacter intulit:[g] nemo in hoc rebellis extitit, niſi qui de ſe voluit iudicari] & beatus Papa Gelaſius. [Nec de eius iudicio: (id eſt Romanæ eccleſiæ) canones vnquam præceperunt iudicari: ſententiamque illius conſtituerunt non oportere diſſolui: cuius potius ſequenda decreta mandarunt.]

Anſ. l. 1. c. 75. Iuo p. 5. c. 19. Pann. l. 4. c. 11.

inf. ead. ipſi ſunt §. nec de eius.

¶*Caput hoc apud cæteros etiam collectores, multis verbis omiſſis in ſummam quandam redactum eſt.*

a ¶ Innocentius.] *In epiſtola Nicolai, & apud reliquos collectores eſt,* Bonifacius. *Verum neque in Bonifacij neque in Innocentij epiſtolis inuentum eſt quod hic affertur In ea vero epiſtola Nicolaus refert etiam alia quædam ex epiſtola Bonifacij ad epiſcopos per Theſſaliam.*

*Item Athanaſius patriarcha Papæ Fœlici II.* In tomis conc.

¶Ab alijs damnatos, vel excommunicatos Apoſtolica ſoluit auctoritas. C. XI.

FVit ſemper veſtrę ſanctę Apoſtolicæ ſedi licentia iniuſte[h] damnatos, vel excommunicatos poteſtatiue ſua auctoritate reſtituere, & ſua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerũt, Apoſtolico punire priuilegio: ſicut etiam noſtris, & anterioribus cognouimus actum temporibus. Iuo p. 5. c. 15.

*Item ibidem paulo inferius.* Iuo ibidem.

¶De eodem. C. XII.

ANtiquis regulis ſancitum† eſt, vt quid- †*al. conſtitutum.*

c EPiſcopo. Hæc ſunt verba Bedæ.

SOLA. CASVS. Haſtenus oſtenſum eſt q archiepĩ & primates ſubiectos ſuffraganeorũ ſuorum iudicare nõ poſſunt illis inconſultis, niſi in caſibus cõceſſis. ne autem credatur idem eſſe in Papa, dicit nũc aliud eſſe in eo. Sola enim Ro. eccleſ. poteſt de oĩbus iudicare: ſed nullus de ea poteſt iudicare: & ad hoc inducũtur. c. ſeq.

PAtet.] CASVS. Dĩ in hoc ca. q nullus dẽt tractare, vel iudicare de iudicio ſc. Apo. quia firmũ debet eſſe quod ipſa iudicat. Et hoc probat Nicolaus duobus exemplis. ſ. Inn. & Gelaſij.

d ¶ Patet.] Ab hoc loco vſq. in finẽ agitur de excellẽtia Papæ. & omnia c. quaſi idem dicant.

e ¶ Iudicare.] Nam talis crimen ſacrilegij incurrit, vt 17. q. 4. §. qui autem.

f Innocẽtius. Familiaris eſt hęc probatio, q vnus Papa inducit alium in teſtem: ſed hoc iõ, quia de ipſorum teſtimonio nõ eſt dubitandũ[1]: ſicut Dñs mala Sodomę per angelos probauit 2. q. 1. Deus.

Papa Papam inducit in teſtem.

1 Ad hoc, 8. q. 3. talia.

g ¶ Intulit.] Qui manus intulit p poſito, vel cõtumax eſt erga ducem, vel præſidem, capite punitur. ff. de re. mil. l. omne. §. 1. & 2. irreuerens miles, & cõtumelia parentis capite punitur 86. d. non ſatis in fine.

FVit.] CASVS. Dĩ in hoc c. q ſemper fuit licentia ſedi Apo. iniuſte damnatos, vel excommunicatos reſtituere: & eos qui iniuſte damnãt, vel excommunicant punire.

tur, vt per ipſum ſententia confirmetur, vel infirmetur. Seq. cap. patet.

a ¶ Vt quidquid. Id eſt, vt ſi appellatur Romam, uel a remotis, vel a vicinis partibus: nil attẽtaretur ante ſententiam Papæ, ſupra, diſt. 17. multis.

b NEmo.] Niſi ſe alicuius iudicio ſubmittat, vt 2. q. 7. nos ſi. & in cauſa hæreſis. 40. diſt. ſi Papa & cũ ſubmittit ſe confeſſori ſuo, tenetur ei parere: & ligabit eum ſententia illius. Arg. contra eſt quod dicitur de dedicatione eccleſiarum, extra de pœn. & remiſ. quod autem. Item cu Papa peccat, põt eius peccatum etiam eccleſiæ denunciati ſecũdum admonitionem Euangelij, vt 2. q. 1. ſi peccauerit. hoc determinatur 40. diſt. ſi Papa.

Papa confeſſori ſuo parere debet.

¶ Nequid [a] (quamuis in remotis, aut in longinquo poſitis prouincijs) ſuper epiſcoporum querelis, aut accuſationibus ageretur, non prius tractandum, vel accipiendum eſſet, quàm ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet deductum, vt huius auctoritate iuxta quod α fuiſſet faciendum, pronunciatio infirmaretur; aut firmaretur.

α ¶ Iuxta quod.] *Iuo legit.* iuxta quod fuiſſet pronunciatio, infirmaretur, aut firmaretur, *In corpore cõcilio-rum*, iuſta quæ fuiſſet pronunciatio, &c.

*Item Innocentius Papa.*

Syluester in conc. Romano, c. 20.

¶ Prima ſedes nullius iudicio ſubiaceat. C. XIII.

Poly. l. 1. tit. 16. Deuſdedit p. 3. Anſ. l. 1. c. 19. & l. 4. c. 39. Pann. l. 4. c. 5.

NEmo [b] iudicabit primam ſedem, β iuſtitiam temperare deſiderantem. Neq; enim ab Auguſto, neque ab omni clero, [c] neque a regibus, neq; a populo iudex iudicabitur.

¶ *In omnibus vetuſtis Gratiani exemplarib citatur ex Innocentio. Sed fere eadem habentur in concilio Romano ſub Syluestro, c. 20. & ex ipſo citant indicati collectores.*

β ¶ Iuſtitiam temperare deſiderantem.] *Sic etiam in Pannormia ex Syluestro. Sed in vulgata concilij editione eſt*, quoniam ſedes a prima ſede iuſtitiam deſiderant temperari.

*Item Symmachus Papa.*

In lib. Ennodij.

¶ De eodem. C. XIIII.

Poly. ibidem. Anſ. l. 1. c. 24. Iuo p. 5. c. 10. Pann. l. 4. c. 8.

ALiorum hominum cauſas Deus voluit hoĩes terminare; ſed ſedis iſtius præſulis ‡ ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. Voluit B. Petri Apoſtoli ſucceſſores cœlo tantum debere innocentiam, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagini inuiolatam exhibere conſcientiã. Nolite æſtimare eas animas inquiſitionis † non habere formidinem, [d] quas Deus præ cæteris ſuo reſeruauit examini. Non hẽt apud illũ reus de allegationis nitore ſubſidium, qñ ipſorum factorum vtitur eo teſte, quo iudice. Dicas forſitan, omnium animarum talis erit in illa diſceptatione conditio: replicabo, [e] vni dictũ: [ Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiã meam: & quæcunq; ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cęlis. ] Et rurſus ſanctorum [f] voce patet, Pontificum dignitatẽ ſedis eius, factam toto orbe venerabilem: dum illi, quidquid fidelium eſt vbique, ſubmittitur: dum totius corporis caput eſſe deſignatur. De hac mihi videtur dictũ per prophetam: [g] [ Si hæc humiliatur, [h] ad cuius confugietis auxilium? & vbi relinquetis gloriam veſtram? ]

‡ al. præſulẽ.

† al. de inquiſitorib.

Matth. 16.

Eſa. 10.

*Item Anterus Papa ad epiſcopos prouinciarum Beticæ, & Toletanæ.*

c ¶ Neque ab omni clero. Arg. q concilium non põt Papã iudicare, ut extr. de elec. ſignificaſti. vñ ſi totus mũdus ſẽtẽtiaret ĩ aliquo negotio cõtra Papam, videtur q ſẽtẽtiæ Papæ ſtãdum eſſet, vt 24. q. 1. hæc eſt fides. Arg. cõtra: quia orbis maior eſt urbe. 93. diſ. legimus.

ALiorum.] CASVS. Quæſitũ fuit a Symmacho vtrũ cũ ſit apoſt. poſſit ab hoĩe iudicari. Qui rñdet dicens q Deus aliorũ cauſas voluit p homines terminari: ſed Romanũ Pontificẽ ſuo examini reſeruauit: apud quẽ non habebit aliq's de allegationis nitore ſubſidium: quia idem. ſ. Deus erit iudex & teſtis. ſed alij omnes a Papa iudicantur, cui per Petrum datæ ſunt claues ligãdi, & ſoluẽdi: cũ ipſe ſit caput omnium, & auxiliũ omnium, ut dicitur per Eſaiam prophetam. Seq. duo capit. plana ſunt.

d ¶ Formidinem.] Imo ſine uenia debet puniri, ſicut diabolus, qui maxima comparatione aliorum creatus eſt, ut inf. de pœn. diſt. 2. principium.

Papa delinquens dẽt ſine uenia puniri.

e ¶ Replicabo. Hoc eſt dicere, cum ipſe ſit maior omnibus. grauius punitur cũ peccat. 11. quæſt. 3. præcipuè.

f ¶ Sanctorum. Id eſt, in ſanctis concilijs confirmantur.

g ¶ Prophetã Eſaiã.

h ¶ Si hæc humiliatur. De arca fœdẽ-

1 De iſta hẽ 5. 12. diſt. 5. ecce 2. q. 7. ſ. de his ẽt. 24. q. 1. quia ĩ qua ſignificabitur ſedes Romana.

ris loquitur prophe ta quam Iudæi fere- bant ad bella.

a F Acta.] ¶ Corrũ- punt, ſup. 6. q. 1. ex merito, & c. dete- tiores.

b I Pſi ſunt cano- nes Sicut Impe- rator eſt lex anima- ta in terris, vt in au- th. de conſulibus, in fi. coll. 4.

C Vncta.] CASVS. Hoc c. diuiditur ĩ duas partes. In pri- ma parte dicitur, ꝙ eccleſia Romana de omnib. iudicat; ipſa vero a nemine iudi- catur. Itẽ ꝙ ad Papã de omni parte mun- di appellatur: ab eo vero nullꝰ appellat. In ſecunda parte di- citur: ꝙ eccleſia Ro- mana ſẽper habuit poteſtatem, & habe- bit quoslibet abſol- uere, & dãnare nul- la ſynodo congrega- ta. Secunda pars inci pit ibi, [Sed nec il- la.] Seq. c. planũ eſt.

c ¶ De qualibet. Er go a legato appella- tur, vt ext. de ſen. & re iudi. c. vlt. & ext. de of. leg. licet. Sed nunqd a laico appel lat ad Papam? Non, niſi in his quæ ſpe- ctant ad iuriſdictio- nem eccleſię, ut ext. de app. ſi duobus.

d ¶ Nemo.] A prin- cipe. n. & a ſenatu appellari nõ valet, vt ff. a quibus ap. nõ li. l. 1.

F Ratres.] CASVS. Epiſcopi Hiſpa- nię auctoritate regũ quoſdam iniuſte dã- nauerant, quos Six tus Papa reſtituit, & præcepit epiſcopis, vt omnia eis itegre reddant, niſi ipſi & principes eorum ve- lint ab eccleſia ſepa- rari.

Nunc

¶ De eodem. C. XV.

F Acta ſubditorum iudicantur a nobis: noſtra vero iu dicat Deus. *& infra.* ¶ Deteriores ſunt qui vitam, moreſque bonorum corrumpunt, [a] his, qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt. Poly. ibidem. Anſ. l. 1. c. 53. ſup. 6. q. q. 1. c. ex me rito, cum ſeq.

*Item Gelaſius Papa ad Fauſtum legatum.* Nicolaus ad Michae lem epiſ. 7.

¶ De eodem. C. XVI.

I Pſi ſunt canones, [b] qui appellationes totius eccleſiæ ad huius ſedis examen voluere deferri. Ab ipſa vero nuſquam prorſus appellari debere ſanxerunt: ac per hoc illam de tota eccleſia iudicare; ipſam ad nullius commea re iudiciũ: nec de eius vnquam præceperunt iudicio iu dicari, ſententiamque illius conſtituerunt non oportere diſſolui, cuius potius decreta ſequenda mandarunt. Anſ. l. 2. c. 56. Iuo p. 5. c. 9. Sup. c. patet in fi.

*Idem omnibus epiſcopis.*

¶ De eodem. C. XVII.

C Vncta per mundũ nouit eccleſia, quòd ſacroſancta Romana eccleſia fas de omnib. habeat iudicãdi: ne- que cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet [c] mundi parte appellandum eſt: ab illa autem nemo [d] eſt appellare permiſſus. ¶ Sed nec illa præterimus, ꝙ Apoſtolica ſedes ſine vlla ſynodo præce- dente: & ſoluẽdi, quos ſynodus inique dãnauerat, & dã- nandi, nulla exiſtẽte ſynodo quos oportuit, habuit facul tatem: & hoc nimirũ pro ſuo principato, quem B. Petrus Apoſtolus Domini voce & tenuit ſemper, & tenebit. In epi. ad epõs per Dardaniam conſti- tutos. Poly. l. 1. tit. 8. Anſ. l. 1. c. 47. & l. 2. cap. 16. & 24. Pann. l. 4. c. 9.

*¶ Omnia quæ in hoc capite leguntur, habentur in epiſto- la Gelaſij ad epiſcopos per Dardaniam, ſed non eodem ordine cõpoſita. Caput autem ſequens, in quo multa hu- ius ipſius capitis verba continentur, in eadem epiſtola eodẽ prorſus modo habetur: Itaq; fieri poteſt, vt ex alia epiſtola caput hoc ſumptum ſit, quæ non extet: aut Grat. hæc duo tanquã diuerſa capitula referat quod apud an- tiquiores etiam collectores diſtincta repererit. in epiſto- la etiam Nicolai ad epiſcopos Galliæ, quæ nuper eſt im- preſſa in appendice bibliothecæ, hoc citatur ex Gelaſio.*

*Idem epiſcopis per Dardaniam conſtitutis.*

¶ De eodem. C. XVIII.

C Vncta per mundum nouit eccleſia, quoniam quorũ- libet ſententijs ligata Pontificum, ſedes beati Petri Apoſtoli ius habeat reſoluendi; vtpote, quæ de omni ec- cleſia fas habeat iudicandi, &c.

*Item Sixtus Papa ſecundus Hiſpanorum epiſcopis, epiſt. 2. c. 4.*

¶ De eodem. C. XIX.

F Ratres, quos timore terreno iniuſte damnaſtis, ſcitote a nobis iuſte eſſe reſtitutos: quibus ex ſancti Petri & Apoſtolica auctoritate omnia, quæ eis ablata ſunt, integerrime reddi præcipimus, ſi nõ vultis & vos, & prin- cipes veſtri a collegio noſtro, & membris eccleſiæ ſeparari. Anſ. l. 2. c. 25. Poly. l. 1. tit. 8. Burch. l. 1. c. 192. Iuo p. 5. c. 247.

*Item Stephanus epiſcopus Gualberto Patriarchæ.*

¶ Cuiuslibet eccleſiæ clericos Papa valet ordinare. C. XX.

Anſel. lib. 6. c. 31. Ivo par. 5. c. 13.

NVnc vero iterato tibi ſcribimus, nolentes alicuius eccleſiæ priuilegium [a] infringere, licet Apoſtolica prærogatiua poſſimus de qualibet eccleſia clericum ordinare: deſine iam cuiuſpiam zelo Cumenſis *a* eccleſiæ antiſtitem protelare: quia ſi protelaueris, & eum conſecrare iam toties monitus non maturaueris, proculdubio ad nos veniens, conſecratus abibit.

*a* ¶ Cumenſis. *Sic etiam Anſelmus ſed apud Iuonē plenius* Deſine iam cuiuſpiam zelo electum à clero, & expetitum à populo Lintuardum Cumenſi eccleſiæ antiſtitem protelare.

*Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epiſtola, cuius initium. [ Propoſueramus.]*

¶ De eodem. C. XXI.

ſupra 1. q. 1. Anſel. lib. 1. c. 72. & lib. 2. c. 14.

PEr principalem [b] Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, de qua ſupra partim expoſuimus, poteſtatem, ius habemus, non ſolum monachos, verum etiam quoſlibet clericos de quacunque diœceſi, cum neceſſe fuerit, ad nos [c] conuocare; atque eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus inuitare.

2 *Sed aliud eſt, quod ex temeritate aſſumitur præſumptionis: aliud quod ex neceſſitate geritur charitatis. Cum ſuffraganei archiepiſcoporum ſubditis ſuis ad malum fauere cœperint, atque circa eorū correctiones, negligentes* [d] *extiterint; tunc licet metropolitanis præter illorum voluntatem; & ligandos damnare, & recōciliandos abſoluere. Cū vero epiſcopi zelo diuinæ charitatis accenſi, bonos verbo & exemplo ædificant, & malorum vitia aſpera increpatione redarguunt: abſque talium conſilio non licet metropolitanis in eorum parochia aliquid agere, vel diſponere. Vnde in fine capituli Martini Papæ non ſimpliciter dictum eſt [ nihil agat.] ſed cū determinatione, [ nil p̄ſumptiue aſſumat abſque eorum conſilio, ] vt vitium præſumptionis videatur improbatum, non officium charitatis. Sic & Apoſtolus quia Corinthios vidit negligentes circa correctionem fornicatoris, ſua auctoritate illum dānauit. Ioannes vero, quia epiſcopum Epheſiorū vidit paratum ad corrigenda vitia ſubditorum, ſine eius auctoritate illos corrigere noluit: ſed illum tantum de eorum correctione admonuit.*

ſup. ead. per ſingulas 1.

ſup. cum ſimus, §. probatur.

ſup. epiſcopi.

NVnc vero.] CASVS. Gualbertus Patriarcha antiſtitem Cumenſis eccleſiæ conſecrare nolebat. ſed Stephanus ſcripſit ei, vt eum conſecraret, & quia eum adhuc non conſecrabat, iterum ſcribit ei præcipiens, vt eum debeat conſecrare: & ſi non fecerit dicit, quod ſi Romam venerit, conſecrabit eum.

a ¶ Priuilegium.] Reſcriptum Apoſtolicum ſic interpretaberis, vt nulli afferat præiudicium, vt hic, & extra de conſuet. cum olim, in fi. 63. diſt. quanto. ſic 99. diſt. ecce. C. de emanc. nec auus. 1

1 Ad idem 85. diſt. c. 1. in fi. ubi de hoc & 25. q. 2. ſer uatis. i prin. ibi videas.

PEr principalem.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd Apoſtolicus habet poteſtatē de qualibet parte mundi monachos, vel clericos ſæculares ad ſe vocare, & opportunitatibus exigentibus inuitare ad ordinem, vel dignitatem, vel officium aliquod.

b ¶ Per principalem.] Hoc c. eſt s. 1. q. 1. c. per principalem, poſt principium.

c ¶ Ad nos.] Sicut Papa priuat aliquem clerico ſuo. eadem ratione poteſt Imperator aliquem priuare ſeruo ſuo. C. quib. ex cau. ſerui. pro præ. liber. accipi. l. 1. Item alicui poteſt rem ſuā auferre, vt C. de quadri. preſ. bene. Similiter auferre poteſt & Papa beneficium. 19. diſt. i memoriā. Itē poteſt alicui auferre ius p̄ſentādi, etiam legatus Papę, vt extra de offi. leg. dilectus. & extra de cōceſſ. præb. & ecc. non vacan. quia diuerſitatē. & epiſcopum deponere. Sed nunquid omnes ſimul? Non, quia ſic vniuerſam eccleſiā turbaret, quod eſſe non debet. 1. q. 7. & ſi illa.

Beneficium poteſt auferre Papa.

SED ALIVD. CASVS. Supra probauit Gratianus, quòd archiepiſcopus poteſt judicare parochianū ſui ſuffraganei eo īcōſulto: poſtea probauit contrarium. Nunc autē ſoluit dicens, ꝙ quando ſuffraganei fauent ſubditis ſuis ad malū, & circa eos ſunt negligētes in corrigēdo, poteſt tunc archiepiſcopus ſoluere, vel ligare inuitis ſuffraganeis. quando vero ſunt ſolicitę circa ſubiectos, non poteſt tūc eis inconſultis. Et hanc ſolutionem probat auctoritate Martini, & duobus exēplis, ſcilicet Pauli, & Ioannis.

d ¶ Negligētes.] Magiſter dicit, ꝙ quam cito negligēs eſt p̄latus in corrigēdo, ſine omni admonitione auferetē ei iudiciū, 2 vel iuriſdictio ſic ſupra ead. eſſimus. ſic extra. de acc. ſicut olim. & ex eo. quòd non vult iudex procedere, videtur quod ſtatim expirauit ſua poteſtas, ut extra de offic. deleg. cum ſuper. & C. de appell. ex eo. & C. de offic. præf. Orien. ſi quos. & extra de foro compet. ex tranſmiſſa. Argum. contra ſupra ead. nunc vero. & extra de ſtatu monacho in ſingulis.

Prælato negligenti auferatur iuriſdictio.

2 Sed H. ītelligit poſt admonitionē.

Quidam

# CAVSA DECIMA.

*Q*Vidam laicus [a] baſilicã à ſe factam à diœceſana lege ſegregare quærit: epiſcopus eccleſiam cum omni dote ſua ad ſuam diſpoſitionem pertinere cõtendit: tandem euincit epiſcopus. & per parochias militib comitatus crudeliter deſæuit: quæ eccleſiæ ſunt, tanquam ſibi debita, vſurpare contendit.*

1 *Modo primum quæritur, an baſilica cum omni dote ſua ad epiſcopi ordinationem pertineat.*

2 *Secũdo an res eccleſiarum epiſcopis vſurpare liceat.*

3 *Tertio, quid nomine cathedratici à ſuis ſacerdotibus exigere valeat.*

## QVAESTIO PRIMA.

*DE prima quæſtione ſic definitur in concilio Ilerdenſi, c. 3.*

¶ Baſilica, quæ conſecratur, à diœceſana lege non ſegregatur. C. I.

SI ex, laicis quiſpiam à ſe factam baſilicam conſecrari deſiderat; nequaquam eam ſub monaſterij [b] ſpecie vbi congregatio [c] non colligitur α; à diœceſana lege audeat ſegregare.

¶ α Colligitur. ] *In concilio impreſſo, ac manuſcripto ſequitur.* vel regula ab epiſcopo non conſtituitur.

Et in Vormac. c. 6. & 55. & in Moguntino ſub Arnulpho, cap. 4.

*Item ex concilio Toletano. 3. c 19.*

¶ Eccleſiæ cum dotibus ſuis in epiſcopi poteſtate conſiſtant. C. II.

SIc, quidam contra omnem † auctoritatem eccleſias,

In Troſl. c. 6. Burch. l. 3. c. 20. Iuo p. 3. c. 23. Pann. l. 2. c. 12.

† *al.* canonũ.

Lex diœceſana, & iuriſdictio in quibus conſiſtunt.

QVidam laicus. ] CASVS. in ſuperiori cauſa dictũ eſt quid iuris habet archiepũs ſuper ſuffraganeis ſuis. Nunc vero ſupponit x. cauſam, in qua oſtẽdit Gratia. qd iuris habeat epũs in eccleſijs ſui epiſcopatus. Et v. hoc cõpetẽtius agat, ꝓponit thema, ex quo tres elicit q̃ſtiones.

a ¶ Quidam laicus. ] Lex diœceſana conſiſtit in recipiẽdo, vel cathedraticum, vel tertiam partem decimarum, vel quartã, vel hoſpitiũ. Lex iuriſdictionis conſiſtit in cõferẽdo, poteſt enim cõferre ſacramenta, coercere delicta, de cauſis cognoſcere. Quãdoq; lex diœceſana cõprehendit etiam legem iuriſdictionis, vt extra de præſcr. auditis. quantũ ad legẽ iuriſdictionis ſubſunt epiſcopo, & eccleſię, & monaſteria omnia. 18. q. 2. hoc tantum. & c. monaſteria. & c. cognouimus & 16. q. 1. interdicimus, quantũ ad legẽ diœceſanam ſolę ſæculares, vt ĩfra eo. de his. & c. antiquos. 2. q. 2. ſtatuimus. ſed regulares eccleſię. vt monaſteria nõ, vt hic & c. 1. & 16. q. 1. cũ pro vtilitate. & 18. q. 2. q̃ ſit neceſſariũ cathedraticum. n. nõ ſoluunt. 7. ea. q. 3. inter cętera nec partẽ decimarũ. 16. q. 1. cum pro vtilitate ea. quę ſi. & c. decimas. nec epm ad miſſas publicas recipiunt. 18. q. 2. luminoſo. & c. dudum, præſtant tamen ſeruitium epõ. vel ex prima inſtitutione, vt 18. q. 2. Eleutherius. vel etiã ratione viſitationis, vt extra de præſcr. cum ex officij. vel quod debetur ex conſuetudine, vt 18. q. 2. ſeruitium. Capellę vero monachorum ſubſunt epõ quantum ad vtranque legem. 16. q. 2. ſanè & extra de priuil. cum & plantare in eccleſijs, niſi pleno iure fuerint monaſterijs collatæ. ſed hoc dicemus. 16. q. 2. in princ.

DE prima quæſtione. ] Hæc q. diuiditur in 4. partes, in quarum prima probat Magiſter per 2. aucto. ꝙ eccleſia cum omnibus ſuis rebus debet eſſe ſub poteſtate epiſcopi; & de rebus eccleſiæ, ſ. decimis, & primitijs, & de talibus debet epiſcopus habere tertiam vel quartam, vel mediam ſecundum diuerſas conſuetudines. Secunda ibi. [ Si autem. ] Tertia ibi. [ Viſitantes. ] Quarta ibi. [ Quia ſacerdos. ] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima qõ, in qua quæritur, an eccleſia cum omni dote ſua pertineat ad diſpoſitionem epiſcopi. Et eſt dicendum, ꝙ omnes eccleſię præter monaſteria ſubſunt epiſcopo quo ad legem diœceſanam, & quo ad legem iuriſdictionis, vt infra ead. q. fere per totum. & 16. q. 7. omnes baſilicæ, ſed monaſteria exemptã ſunt a lege diœceſana, vt 7. ea. c. 1. & q. 3. inter. & 16. q. 1. cum pro vtilitate. & hoc in fauorem religionis. ſed non ſunt exẽpta a lege iuriſdictionis, vt 16. q. 1. interdicimus. Idem eſt de capellis monaſteriorum. Eſt autem lex diœceſana, qua epũs recipit cathedraticum, 1 tertiam .vel ſ. vel quartam partem decimationum ſecundum diuerſas conſuetudines, & qua vocat clericos ad ſynodum, vel exequias. Lex iuriſdictionis eſt qua epiſcopus poteſt clericos ordinare, altaria & eccleſias, & virgines cõſecrare, corrigere, ſuſpendere, cognoſcere de cauſis ciuilibus, & criminalibus, & generaliter ad ſuam iuriſdictionem pertinet omnia ſacramenta conferre.

1 Quod non præſcribitur ſm id quod not. 15. q. 7. quicunq;. in gl. 1. in fi.

SI ex laicis. ] CASVS. Quidam laicus capellam quandam cõſtruxit, & cum peteret eam conſecrari, volebat eam non ſubeſſe epiſcopo quantum ad legem diœceſanam, ſicut nec monaſteria. Quæſitum fuit in concilio Ilerden. an hoc fieri poſſet. Et reſpondetur ꝙ non, ſine voluntate epiſcopi.

b ¶ Sub monaſterij. ] Id eſt, quaſi ibi velit monaſteriũ conſtruere.

c ¶ Vbi congregatio. ] Sed quot homines faciunt collegium monachorũ? Rñ. duo, vel tres, vt ext. de elec. c. 1. ſm leges tres. ff. de verb. ſign. Neratius. Sed decẽ hoies faciunt populum, vt 10. q. 3. vnio ff. vi bon. rapt. §. prętor, §. 1. & decẽ oues gregem. licet quatuor. vel quinq; porci gregẽ faciant. ff. de abigeis, oues. Sed duo non faciunt familiam, vt ff. de verb. ſign. ſi deteſtatio. in fi.

SIc quidam. ] CASVS. Quidam poſtulabant eccleſias, quas

Eccleſiæ concedens aliqd an poſſit illud ab epi administratione eripere.

quas ædificauerant ſic conſecrari, ut dos earum ad epiſcopi ordinationem nõ pertineret: quare quæſitum fuit in concilio Toletano quid ſuper hoc fieri debeat. Et reſpondetur, ꝙ ſi tale quid factum eſt in præterito, corrigatur, & ſtatuitur vt de cætero non fiat: ſed omnia ſint in

liber in traditione rei ſuæ poteſt ponere legem ꝗ vult, etiam cum tradit rem eccleſiæ, vt ext. de cond. app. verũ. 18. q. 2. Eleutherius. Item laicus poteſt prædium dare eccleſiæ, & in eo cẽſum retinere. 11. q. 1. ſi tributum 23. q. vlt. tributum. Similiter patronus põt petere ſeruitiũ

quas ædificauerint, poſtulant conſecrare, vt dotẽ, quam eidem eccleſiæ contulerint, cenſeant ad epiſcopi ordinationem non pertinere [a]. Quod factum taliter α in prçterito corrigatur, vt & in futuro ne fiat prohibeatur; ſed omnia ſecundum conſtitutionem antiquam ad epiſcopi [b] ordinationem, & poteſtatem pertineant.

α ¶ Taliter.] *Sic eſt in antiquioribus editionibus, et duobus Vaticanis conciliorum codicibus, ſed in Colonienſi quatuor tomorum editione, & in Codice Lucenſi Regio, & in concilio Vormacienſi, & Moguntino, & in Panormia hoc modo,* quod factum, & in præteritum diſplicet, & in futuro prohibetur.

*Item ex concilio ſecundo Cabilonenſi.*

¶ Eccleſiæ, & omnia iura earum ad ordinationem epiſcopi pertinent. C. III.

Burc. lib. 3. c. 146. Iuo p. 3. c. 211.

DEcretum eſt, ut omnes eccleſiç cum dotibus [c] ſuis, & decimis, & omnibus ſuis β in epiſcopi poteſtate conſiſtant, atque ad ordinationem ſuam ſemper pertineant.

β ¶ Suis.] *In vulgatis ſequebatur,* iuribus, *quæ vox abeſt ab omnibus collatis manuſcriptis. Apud Iuonem, & Burchardum eſt,* omnibus rebus ſuis.

*Item Leo Papa quartus in epiſtola ad epiſcopos Britaniæ, c. 2.*

¶ Vnaquęque parochia epiſcopi prouiſione regatur. C. IIII.

REgenda eſt vnaquæque parochia ſub prouiſione, ac tuitione epiſcopi per ſacerdotes, vel cęteros clericos, quos ipſe cum Dei timore prouiderit, cui iure pertinere videtur, & circumire, vt ſibi neceſſarium viſum fuerit eccleſiaſtica vtilitate cogente.

*Item ex concilio Antiocheno, c. 24.*

¶ Iudicio, & poteſtate epiſcopi res eccleſiaſticę gubernentur. C. V.

12. q. 1. pręcipimus ex can. Apoſt. 41.

QVæcumque γ res eccleſię ſunt, conuenit cum omni diligentia, & bona fide, quę Deo debetur, qui omnia prouidet, atque iudicat, gubernari, & diſpenſari cum iudicio, & poteſtate epiſcopi, cui totius plebis animę [d] videntur eſſe commiſſę.

γ ¶ Quæcunque. *Græcè ſignificantius,* τὰ τῆς ἐκκλησίας, τῇ ἐκκλησίᾳ φυλάττεσθαι δεῖ καλῶς ἔχει, *id eſt,* recte habet, quæ eccleſiæ ſunt, ipſi eccleſiæ ſeruari oportere.

*Item ex concilio Toletano, 4. c. 32.*

qđ inſtitutũ eſt ſibi ab epõ ante cõſecrationẽ. ext. de iu. pat. c. preterea. Quidã dicunt, ꝙ hic loquitur in eo caſu qñ primo dedit pure, ſed poſtea uoluit adijcere conditionem, quod non licet, quia perfecta donatio non recipit conditionem, ut C. de donat. quæ ſub modo. l. perfecta. & 32. q. ult. c. unico. in fi. Alij dicunt, ꝙ dos eccleſiæ ſpectat ad ius publicum, ut ſ. 1. d. ius publicũ. ſed ius publicum pacto priuatorũ tolli non põt. 1 ff. de pac. ius publicum ext. de ſi. comp. ſi diligẽti. Tu breuiter dicas, ꝙ illud pactũ eſt contra naturam illius contractus, & eſt contra leges. nam ſm iura, res oẽs eccleſiaſticæ ad ordinationẽ epiſcopi ſpectant, ut j. eo. nouerint. aliàs ſi non obuiat honeſtati uel iuri, licite põt pactum quod appròbatum eſt præmiſſis canonib. apponi, ut in pręmiſſis caſibus. nã quilibet in traditione rei ſuæ poteſt apponere legẽ quam vult. ff. de pa. l. in traditionibus.

1 Sub. & ſic non obſtãt lex prædi. in traditionib. quę loquitur qñ ꝑ pactum iuri publico nõ derogat. arg. ff. de pa. iuriſgentiũ. Arch.

b ¶ Ad epiſcopi.] In eccleſijs autem monachorũ abbati preſbyter reſpõdebit in temporalib. epiſcopo in ſpiritualib. ut 16. q. 2. ſane, & extra de cap. mo. in eccleſijs.

DEcretum.] CASVS. Hoc c. cum trib. ſequentib. fere eundem habent caſum, ſcilicet ꝙ eccleſiæ cum omnib. ſuis rebus debent eſſe in poteſtate epiſcopi, vt de eis diſponat & ordinet ſcđm quod fuerit diſponẽdum

in poteſtate epiſcopi.

a ¶ Non pertinere.] Hic habes, ꝙ contractus tenet, ſed pactum oppoſitum in contractu contra naturam contractus non tenet ſic extra de cond. appo. c. 1. & 16. q. 1. ſi quis laicus, & extra qui cler. vel vo. inſinuante ſic inf. de conſec. d. 1. ſi quis baſilicam. Sed obijcitur nõne qui-

& ordinandum, viſitando eas tempore opportuno.

c ¶ Cum dotibus.] Nihil tamen de eis diſponet citra cõſenſum prælati, ut extra de off. ordi. cum ab eccleſiarũ. & inf. q. 2. c. pen.

QVæcunque.] ¶ Animæ.] 12. q. 1. præcipimus. ADDITIO. & 18. q. 2. cognouimus.

a ¶ Non

a Nouerint.] ¶ Nullam.] inf. 17. q. 4. ſunt qui inf. 16. q. 7. decernimus contra. Sed ibi habent poteſtatem tantum defendendi eccleſias. 1

De his.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ omnia bona eccleſiarum mobilia, & immobilia in epõrum poteſtate cõſiſtunt, ita ꝙ tertia pars oblationũ epõ reſeruetur. Quod autẽ iuris ſit de hoc, in apparatu dicitur.

vel confirmandos pueros: procurationes tamen exigebant ac ſi eccleſias viſitarent, quod ex auaritia, & negligentia procedebat, & ideo ſtatutum fuit in concilio Toletano, ut hoc de cætero non faciant epiſcopi, ſed ſolicite, & diligenter ſuos greges viſitent, cupiditatem vitantes.

¶ Baſilicarum conditores in rebus eccleſiarum nullam poteſtatem ſe habere cognoſcant. C. VI.

Nouerint conditores baſilicarum, in rebus, quas eiſdem eccleſijs cõferunt, nullam a ſe poteſtatem habere: ſed iuxta canonum inſtituta, ſicut eccleſiam, ita & dotem eius ad ordinationem epiſcopi pertinere. Poly. l. 3. tit. 12. Burc. l. 3. c. 203. Iuo p. 3. c. 255. Pann. l. 2. c. 4.

*Item ex concilio Aurelianenſi, 1. c. 17.*

¶ De eodem. C. VII.

De his, quæ parochijs in terris, vineis, mancipijs, atque peculijs quicunq; fideles obtulerint, antiquorum canonum ſtatuta ſeruentur, vt omnia, in epiſcopi poteſtate conſiſtant: De his tamen, quæ altario acceſſerint, tertia b pars fideliter epiſcopis deferatur. Poly. l. 3. tit. 11. Burc. l. 3. c. 136. Iuo p. 3. c. 202. Pann. l. 2. c. 61.

*Item ex eodem, c. 16.*

¶ De his, quæ altario deferuntur, medietatem ſibi vendicet epiſcopus. C. VIII.

SI quis eps. ] CASVS. Quæſitũ fuit quam pœnam dẽat pati eps, qui alienat rẽ eccleſię nulla neceſſitate cogẽte, uel qui alienat res uacãtis eccleſię, qd intelligit Hu. nulla neceſſitate cogente. Et rñdet, ꝙ conuictus debet rem reſtituere, & poſtea deponi.

f ¶ Non eſt. ] Quia forte mortuus eſt: quia ſede uacãte nõ poteſt

1 De hoc & leg. & no. 12. q. 1. eps eccleſiaſticarũ.

Alimentorũ noĩe cõprehenduntur. veſtes & habitatio.

2 Adde quid veniat appellatione alimentorum. gl. in l. cũ hi. §. qui tranſigit ff. de trãſ. Bar. in l. legatis. ff. de ali. & ciba le.

Conſanguinitas elidit ſuſpicionem.

poteſt alienari res eccleſiaſtica. ita 12. q. 2. ſi qua de rebus. & melius extra ne ſe. va. nouit. 1 tamen H. dicit, ꝙ ſede ſacerdotali vacante. auctoritate epiſcopi poteſt fieri alienatio, vt 71. diſt. fraternitatem. & ſup. ead. q. 1. decretum, & eſt argu. pro ipſo. C. qui admi. ad bo. poſt. bonorum. Sed eccleſia epiſcopali vacante, clerici nihil poſſunt alienare. Item patet hic, ꝙ epiſcopus nihil poteſt alienare ſine conſenſu ſacerdotis. 12. q. 2. placuit. c. abbatibus.

1 & ex̃ de re. ecc. nõ alie. dudum. vbi eſt expreſſũ Arch.

a ¶ Honore.] Pœna enim alienatoris indebite, eſt depoſitio. 12. q. 2. Vulteranæ. & c. abbatib. &c. Apoſtolicos. 18. q. 4. nullus.

ſeruili more ſeruire; quia legitur in epiſtola Petri prima, neque vt dominantes, &c.

c ¶ Duos ſolidos.] Ad plus. 3 minus enim quandoque dãtur, vt ext. de cen. olim. & inf. ea. nec numerus. Et forte ſolidus hic appellatur aureus, & vt C. de ſportu. l. 2. & in

3 Inf. eo. Iter cętera. ſic extra de of. or. conquerẽte vbi not. quare dicatur cathedraticum & quare ſynodaticum.

& res ipſas eccleſiæ propriæ reſtaurare cogatur, & in iudicio epiſcoporum deijciatur auditus, & conuictus, α & tãquam furti, aut latrocinij reus ſuo priuetur honore a.

α ¶ In clero.] *In codice Lucẽſi regio legitur* inſcio clero.

β ¶ Et conuictus.] *Hæ duæ voces non ſunt in capitulo Martini neque apud Burchardum, neque apud Iuonem parte. tertia. Parte autem quinta abeſt præterea vox* auditus. *vetuſtis tamen omnibus Gratiani codicibus conuenit cum vulgatis.*

## QVAESTIO. III.

Q*Vid vero* b*nomine cathedratici epiſcopus exigere debeat. in ſecundo concilio Bracharenſi, capitulo ſecundo legitur.*

QVid vero.] Hæc qõ. diuiditur in duas partes. In 1. ponit 5. auctor. per quas probat de cathedratico, & de alijs. Secũda ibi, [Cathedraticum.] Io. de Fant.

CASVS. Hic ponitur 3. qõ. qua q̃rit̃, quid epiſcop⁹ exigere debeat nomine cathedratici. & reſpõdet, ꝙ duos ſolidos, vt ĩ. ead. illud. ꝑter quam à monaſterio, vt ĩ. ea. ĩter cętera. hi aũt duo ſolidi erũt illi⁹ monetæ, q̃ frequentat̃ in regione, vt ff. de leg. 2. nũmis. Itẽ procurationes põt petere tempore viſitationis, vt ſ. ea. q. j. relata. Itẽ collectas imponere, vt ext. de cen. cum Apoſtolus. Itẽ pręter cathedraticũ medietatẽ uel tertiam partem oblationum, vt inf. ea. ſ. cathedraticum.

¶ Præter honorem cathedratici nihil epiſcopus per diœceſes exigat. Cap. I.

PLacuit, vt nullus epiſcoporum per ſuas diœceſes ambulans, pręter honorem cathedræ ſuæ, ideſt duos ſolidos, c aliud aliquid per eccleſias tollat: neque tertiam d partem ex quacũque oblatione populi in eccleſijs parochialibus requirat: ſed illa tertia pars ꝓ luminaribus eccleſiæ, vel reparatione ſeruetur, & ſingulis annis epiſcopo inde ratio fiat. e Nam ſi tertiam partem illam epiſcopus tollat, lumen, & ſarta tecta abſtulit eccleſiæ. Similiter & parochiales clerici ſeruili more in aliquibus operibus epiſcopo † ſeruire non cogantur: quia ſcriptum eſt: [Neq; vt dominantes in clero.]

† al. epiſcopi 1. Pet. 5.

*Item ex concilio Emeritenſi, c. 16.*

¶ Baſilicarum reparationi proficiat tertia, quem epiſcopus accipere conſueuerat. Cap. II.

† al. quippe. † al. parochitanis. † al. ſequeretur. orig.

PRiſcis quidem † canonibus erat decretum, vt epiſcopus de parochianis † eccleſijs tertiam f conſequeretur, † cui ſua pleniſſime ſufficere α poſſunt. Placuit huic ſancto cõcilio, vt nullus prouinciæ Luſitanæ epiſcopus ſentẽtiæ huius terminũ excedat, nec a qualibet parochiana eccleſia tertiam auferre præſumat: ſed quę β exinde

Cathedratici noĩe quid exigendum eſt.

b ¶ Quid vero.] Duos ſolidos a qualibet eccleſia poteſt epiſcop⁹ petere 2 nomine cathedratici pręter quã a monaſterio, vt inf. ea. inter. põt tñ in neceſſitate à clericis collectam petere. ext. de cen. cum Apoſtolis. Appellat̃ ẽt qñq. ſynodaticum, vt ext. de cen. olim quoniã frequenter in ſynodo dãtur. iſti aũt denarij erunt ſecundum communem monetam regionis, vt ff. de leg. 3. nummis. & ſi plures monetæ ſint forte meliores dabũtur. extra de iureiur. quanto in fi. vel ſaltem mediocres, vt ext. de cen. ex parte. Item præter cathedraticum põt ẽps petere moderatam procurationem, vt inf. ca. inter.

2 De hoc no. extra de off. ord. conquerente ibi videas.

PLacuit.] CASVS. Tria prohibentur in hoc c. ſcilicet ꝙ epiſcopus nihil debet tollere a parochialibus eccleſijs præter duos ſolidos nomine cathedratici, neque tertiam partẽ oblationũ tollat, ſed reſeruet reparationi eccleſiæ: neque cogat clericos ſibi in aliquib. operibus inſtit. de pœna temere litigantium. in fi.

d ¶ Tertiã.] ſu. e. q. 1. de his. & c. decernimus. contra. inf. 12. q. 3. c. vlt. & inf. ead. unio. Solu. tertiam habet, cum vult hoc onus fabricæ ſubire.

e ¶ Epiſcopo inde ratio fiat.] Per archidiaconum de redditibus & poſſeſſionibus eccleſiæ, vt 25. di. perlectis.

PRiſcis.] CASVS. Antiquitus epiſcopus tollebat tertiam de parochianis eccleſijs. cui etiam ſuæ pleniſſime ſufficiebant. & ideo ſtatutum fuit in concilio Emeritenſi, vt nullus epiſcopus Luſitanæ prouinciæ cui ſua ſufficiant, illam tertiam auferre pręſumat: ſed relinquat reparationi eccleſiæ.

f ¶ Tertiam.] Poteſt hoc intelligi de tertia, quæ debetur ipſi fabricæ. Alij dicunt de tertia illa, quæ debetur ipſi

Digitized by Google

ſpſi epiſcope, vt illam non debeat habere, ex quo abundat: niſi velit onus fabricæ ſubire.

VNio. ] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, ꝙ ſi epiſcopi volunt recipere tertiam partem oblationum vel decimationum à parochianis ſuis, ſubire debent onus fabricæ reparandæ. ſi vero eas relinquant eccleſijs ſolicitudine epõrum reparentur baſilicæ à presbyteris ſi autẽ eccleſiæ nulla indigent reparatione, accipiant epĩ illas tertias ſi volũt: ſed vltra nihil. In ſecunda parte dicitur, ꝙ plures eccleſiæ non committantur vni presbytero. In tertia parte dr̃, ꝙ eccleſia, quæ habet x. parochianos, habeat proprium ſacerdotem. illa vero quæ minus habet, alijs coniungatur eccleſijs: & qui hanc conſtitutionem deſpexerint, poſt duos menſes excommunicentur. Secunda pars incipit ibi, ] Sed & hoc neceſſariũ. Tertia ibi, Ea. ſ. ratione. ]

conſequi poterat, totum in reparatione ipſarum baſilicarum proficiat.

¶ *Caput hoc in codicib. Gratiani etiã manuſcriptis corruptè citabatur ex concilio Merech. Eſt autẽ in Emeritẽſi. c 16 cuius cõcilij duo exẽplaria ad S. D. N Gregoriũ XIII miſſa ſunt Huius concilij & capitis; & meminit Innocentius III. in epiſtolis Romæ impreſſis, lib 2. epiſtola Petro Compoſtellano ſcripta his verbis.* Emeritenſe vero concilium authenticũ eſſe multis rationibus aſtruebas, tum quia cum alijs cõcilijs cõtinetur in libro, qui corpus canonũ appellatur, quem Alexãder Papa per interlocutorem authẽticum cõprobauit; tum quia de ipſo concilio ſumptum eſt caput.] Priſcis quidem canonibus.] quod continetur in corpore Decretorum.

α ¶ Sufficere poſſunt. ] *Sublata eſt negatio q̃ erat ĩ vulgatis, qm̃ & ab vtroq; exẽplari cõcilij & a uetuſtis Gratia. codicib. abeſt & hoc mõ magis cõuenit cũ rõne legis.*

β ¶ Sed quæ exinde. ] *In exemplaribus concilij legitur.* Sed quæque exinde conſequi potuerat; totum in reparatione ipſarum baſilicarum proficiat.

*Item ex concilio Toletano. 16 c 4.*

¶ Non accipiant epiſcopi tertiam partem, niſi dirutas eccleſias reparare voluerint. C. III.

VNio noſtrę cõgregationis † decernit, atq; inſtituit vt tertias [a], quas antiqui canones de parochijs ſuis habendas epiſcopis cenſuerunt, ſi eas exigendas crediderint, ab ipſis epiſcopis dirutæ eccleſiæ reparentur. Sin vero eas maluerint cedere; ab earundẽ eccleſiarum cultoribus ſub cura & ſolicitudine ſui põtificis, reparatio eiſdẽ eſt adhibẽda baſilicis. Quod ſi omnes eccleſię aut incolumes fuerint, aut quæ dirutæ erãt, reparatæ extiterint; ſecũdum antiquorum canonum inſtituta, ſi tertias ſibi debitas vnuſquiſq; epiſcopus aſſequi voluerit. facultas illi omnimoda [b] erit; ita videlicet, vt citra ipſas tertias nullus epiſcoporũ quidpiã pro regijs [c] inquiſitionibus à parochianis † eccleſijs exigat, nihilque de prædijs ipſarum eccleſiarum cuiquam cauſa ſtipẽdij dare pręſumat. ¶ Sed & hoc neceſſario inſtituendũ deligimus, vt plures eccleſiæ vni nequaquam committantur [d] presbytero; quia ſolus per totas eccleſias nec officium valet perſoluere, nec populis ſacerdotali iure occurrere; ſed nec rebus earum neceſſariam curam impendere: ea ſcilicet ratione, vt eccleſia, quæ vſque ad decem habuerit mancipia; ſuper ſe habeat ſacerdotem; quæ vero minus decem mancipia [e] habuerit, alijs cõiũgatur eccleſijs. Si quis ſanè epiſcopo-

† al. adunationis.

† al. parochitanis.

a ¶ Tertias. H. intelligit hoc de tertia oblationũ, nõ ã tertia decimationum. ſed 5 eu eſt tex. extra de præſcrip. de quarta. Alij dicunt ꝙ epĩs hodie nullã habebit tertiã. niſi ĩ duob. caſibus vnꝰ, ſi vult reparare eccleſiã: & alius, ſi incũbit onus regale, vt hic, dicit. Sed verius ẽ ꝙ epĩs ad ſuũ commodum habet vnam tertiam ꝑ ſe & aliam quã põt tenere ſi vult ſubire onus fabricæ, hẽbit ꝑterea partẽ oblationũ tempore dedicationis, vt ĩf. ca. nec numerꝰ. & 18. q. 2. Eleutheriꝰ. Sed quid ſi epĩs partem fabricæ recepit, dĩ Ide cũ eguerit eccleſia reparatione velit eccl'æ cedere tertiã illã? dico ꝙ non põt ſ Io. ſicut nec vſufructuarius poteſt in tali caſu vſu fructui cedere. ff. de vſufruc. ſed cũ vſufructuariꝰ. & l. ſeq. ff. đ aqua plu. arce. is cũ quo. Male dicit Io. qm̃ reparare dẽt epiſcopus eccleſiam, poſtquã habet quartã fabricæ: quia res tranſit cũ onere ſuo, vt 16. q. 1. ſi quis laicus.

Tertia oblationum an pertineat ad epiſcopum.

1 Sub. ſed epĩs cõpelli dẽt reparare, vt in l. hic alleg. ſecũdũ L. niſi fortè neceſſitate. ceſſiſſet. ff. de aqua plu. arcen. l. cũm.

b ¶ Omnimoda. ] Hic apparet quod illam tertiam poteſt epiſcopus in ſuos vſus conuertere, cũ eccleſia non eget reparatione. ſed fortè contrariũ eſt 10. q. 3. vobis, vbi dicit ꝙ annuatim reſeruabit. Sol. ibi. loquitur de illa parte, q̃ pertinet ad reparationẽ epãlis eccleſiæ: hic vero de tertia parochialis eccleſiæ.

c ¶ Pro regijs. ] Arg. ꝙ ꝓ itinere ad Papam, vel ad regem, non poſſunt epiſcopi vltra ſtatutum petere, vt ext. de cẽſi. cũ Apoſtolus. & 16. q. 1. ſ. placere.

d ¶ Committantur. ] Hic eſt caſus vbi Aliquis poteſt habere plures eccleſias. Alij caſus ſunt notati, 21. q. 1. in ſumma quęſtionis & c. relatio.

e ¶ Mancipia. ] Cum ergo decem faciant plebem, patet

intellectus illius cap. ſup. 2. q. 5. presbyter ſi a plebe.

I Llud.] CASVS. Præcepit Pelagius Creſconio illuſtri defenſori Siciliæ, vt non permittat epiſcopis Siciliæ petere à parochijs ſuæ diœce. vltra duos ſolidos nomine cathedratici: nec conuiuia nimis magna ſibi per eos fieri.

Gelaſium cuius iſtud c. eſt. Dicas ergo ꝙ loquitur de Iudæis & paganis, & tranſeuntibus, & talibus, qui non habent certum domicilium, ꝙ enim hic de pueris non loquatur. patet ex eo quod dicitur, aut in electa. Ipſi enim non poſſunt eligere.

d ¶ Con-

rũ hanc noſtram conſtitutionem parui pẽderit, ſpatijs duorum mẽſium ſe nouerit excommunicatione mulctari. α

¶ *Caput hoc eſt pars quarti canonis concilij 16. Toletani, cuius duo exẽplaria miſſa ſunt ex Hiſpania: ex quibus nõnulla ſunt in hoc cap. emendata & addita. Habitum vero eſt concilium hoc Aera. DCCXXXI. cum illud Emeritenſe habitum fuerit Aera DCCIIII.*

α ¶ Mulctari.] *In concilio ſequitur*; ita nempe, vt poſtquã ab excommunicationis interdicto ad ordinis ſui remeauerit locum, cunctas huius canonis ſanctiones modis omnibus ſtudeat adimplere.

*Item Pelagius Creſconio illuſtri.*

¶ De eodem. C. IIII.

I Llud te volumus modis omnibus cuſtodire, ne q̃ epiſcoporũ Siciliæ de parochijs ad ſe pertinẽtibus nomine cathedratici amplius quã duos ſolidos præſumãt accipere; neque compellere presbyteros, aut clerum parochiarũ ſuarum ſupra vires [a] ſuas eis conuiuia præparare.

Ino p. 3. c. 136.

*Item Gelaſius Papa Fabiano epiſcopo.*

¶ Baptizandis numerus non imponatur: nec cathredratici cum vltra vetuſtum morem exigatur. C. V.

N Ec numerus [b] baptizandis iuſte creditur imponẽdus; cum quãti petierint, vel ad regenerationẽ feſtinauerint, non ſint pro alterius voluntate repellẽdi. Et ideo frater cariſſime huiuſmodi ſuperfluam cõſtitutionẽ modis omnibus remouebis, vt vnuſquiſque, aut in vicina ſibi eccleſia, aut in electa [c] pro ſuæ mẽtis baptizẽt arbitrio. Cathedraticũ etiam nõ amplius quàm vetuſti moris eſſe conſtiterit, ab eius loci presbytero noueris exigẽdum: & de his quæ die dedicationis fuerint offerẽtium deuotione collata, cõſuetudinem [d], quæ generaliter omnibus eccleſijs eſt præſcripta, ſeruabis.

*2 Cathedraticum quod his auctoritatibus epiſcopis permittitur exigere, præter medietatem, vel tertiam partem oblationum, quæ etiam pro varia eccleſiarum conſuetudine ex præmiſſis auctoritatibus epiſcopo debetur, intelligendum eſt: nec illa pars oblationum omnium generaliter intelligenda eſt; ſed uel anniuerſaria dedicationis vel quorundam etiam ſolennium dierum; prout inter epiſcopum & ſacerdotem tempore dedicationis conuenerit.*

a ¶ Supra vires.] Ne victum longi tẽporis breuis hora cõſumat. ext. de cẽſi. cũ Apoſtolus. & te eũdẽ quoſdã à pauperib⁹ nil petet, vt 1. q. 2. placuit. ar. iſ. c. cauendũ. ſed hoc nõ eſt verum: quia ſi aliqs vltra vires fuerit grauat⁹, fiet collectio ab alijs vicinis eccleſijs, vt extra de cẽſi. cum inſtantia. & c. procurationes. non aũt dabit epõ niſi lac ad bibẽdũ: ne ieiuniorũ doctrinã rubentibus baccis prædicet, vt 35. diſt. ſexto. & c. eccleſiæ. Nec bibet vltra tertiam vicẽ. vt 44. d. ĩ illa palea. quãdo presbyter. & comedet lardũ vel carnes vaccinas vł veruccinas cum aceto, vt C. de ero. mili. an. l. ... lib. 12. ar. ſu. 41. diſt. nõ cocanĩ. & c. cõs.

Epõ viſitanti, dandum eſt lac ad bibendum.

N Ec numerus.] CASVS. Fabianus epiſcopus cõſuluit de trib⁹ à Gelaſio Papa. Primo, vtrũ cert⁹ numerus pecuniæ ſit imponẽdus baptizandis. Et reſpondet quod nõ ne pabtizandi a baptiſmi gratia repellantur. Secũdo vtrũ ſit exigendum pro cathedratico vltra antiquam cõſuetudinem. Et reſpõdet quòd non. Tertio quam partẽ debeat recipere epſ de oblationibus, quæ offerũtur in die dedicationis. Et reſpõdet ꝙ cõſuetudo illa dẽt ſeruari, quæ omnibus eccleſijs eſt præſcripta.

b ¶ Nec numerus.] Forte conſuetudo fuerat, ꝙ ſecundum numerum baptizandorum tantum vel plus recipiebatur: quod erat iniquum, vt 1. q. 1. baptizandis. & c. placuit. Ioan.

Diœceſes fuerũt a Dionyſio diſtinctæ.

c ¶ Aut in electa.] Contrarium eſt, inf. 13. q. 2. c. 1. vbi dicitur, ꝙ ideo parochiæ ſunt diſtinctæ, ne aliquis iura alterius uſurpet. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ hoc capitulum loquitur ſecundum ea tempora quando nondum parochiæ erant diſtinctæ. ſed hoc ſtare non poteſt: [1] quia Dionyſius, qui diſtinxit diœceſes, diu præceſſit

1 Ad hoc qđ not. gl. ſup. 99. d. c. 1.

d ¶ Conſuetudinem.] Secundum quod conuenitur cũ epiſcopo tempore dedicationis. 18. q. 2. Eleutherius.

CATHEDRATICVM. Hæc eſt 2. pars q. in qua loquitur de procurationibus, & de exactionibus, & dicitur ꝙ procuratio vna ſola dicitur eſſe in anno: & exactio nulla niſi a iure promiſſa. extra de cenſi. cum Apoſtolus. & hoc probat per 5. auctoritates. Ioan. de Fan.

CASVS. Grat. dicit, ꝙ epiſcopus accipit cathedratici cum præter medietatẽ vel tertiã partẽ oblationũ q̃ offerunt in

Digitized by Google

in die anniuerſariæ dedicationis, vel alterius ſolennitatis, prout conuenerit inter epiſcopum & ſacerdotem.

DE HIS VERO. Dictũ eſt ſ. de viſitati one ẽporum. Sed quia quidã crudeliter ſæuiendo parochias viſitabãt, ideo nunc oſtendit Grat. quid ſuper hoc tenendum ſit. Quia.]

*De his vero epiſcopis, qui per parochias ſuas crudeliter deſæuiunt, ſic eſt ſtatutũ in 3. cõcilio Toletano, c. 20.*

¶ Vltra morem antiquum a parochianis presbyteris epiſcopi nil exigant. C. VI.

Iuo p. 3. c. 137.

1. Pet. 5.

QVia cognouimus epiſcopos per parochias ſuas nõ ſacerdotaliter, ſed crudeliter deſæuire, & dum ſcriptum ſit: [ Forma eſtote gregi, neque vt dominantes in clero, ] exactiones diœceſi ſuæ, vel dãna infligant: ideo cenſemus (excepto quod veterum [a] conſtitutiones a parochijs habere iubent epiſcopos ) vt alia, quæ illis huc uſque præſumpta [b] ſunt, denegentur, hoc eſt, neque in angarijs presbyteri aut diaconi, neque in aliquibus fatigentur indictionibus: ne videamur in eccleſia Dei exactores potius, quàm Dei pontifices nominari. Hi vero clerici, tam locales, quàm diœceſani, qui ſe ab epiſcopo grauari cognouerint, querelas ſuas ad metropolitanum deferre non differant, & metropolitanus non moretur eiuſmodi præſumptiones coercere. †

† al. diſtricte coercere.

*Item ex concilio Cabilonenſi 2 c. 14.*

¶ A parochianis ſtipendia non niſi cum charitate epiſcopi exigant. C. VII.

CAuendum eſt, ne, cum epiſcopi parochias ſuas peragrant, quandã damnoſam erga ſubditos, [c] ſeu erga ſocios [d] tyrannidem exerceant, nec ( quod abſit) cum charitate, ſed cum quadam iudiciaria inuectione † ſtipendia ab eis exigant. Obſeruandum etiam modis omnibus, vt ſi quando eis peragrandæ parochiæ neceſſitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirẽdis rebus emendatione dignis, in prędicatione verbi Dei, in lucris animarum potius, quàm in deprędandis, & ſpoliãdis hominibus, & ſcandalizandis fratribus operã dent. Et ſi quando eis ad peragendum miniſterium ſuũ a fratribus, aut ſubditis aliquid accipiendum eſt; hoc ſummopere obſeruare debent, ne quem ſcandalizent, [e] aut grauent. Tanta ergo in hac re diſcretio tenenda eſt, vt & verbi Dei prædicator, vbi proprij ſumptus [f] deſunt,

† al. inuectiua.

QVia.] CASVS. Quidam epiſcopus viſitando parochias ſuas in clericos crudeliter ſæuiebant eos angarijs & indictionibus fatigando. ſuper hoc vero facta querimonia in cõcilio Toletano conſtitutum eſt, ut de cætero talia non faciant, & quæ hactenus præſumpta ſunt, in futurum denegentur. ſi vero contra hoc venire præſumpſerint, apud metropolitanum clerici conquerantur: qui ſine mora præſumptiones debet remouere. [Angarijs.] Angariæ ſunt onera, quæ perſonis imponuntur: perangariæ poſſeſſionibus. [ Indictionibus. ] Ideſt illicitis exactionibus vel conditionibus.

1 Ar. contra ad hoc 25. q. 2. amputato.

Arg. ad hoc j. 16. q5. 1. nulli ẽporũ vbi de hoc. Archid.

a ¶ Quòd veterum.] Nihil ergo poteſt epiſcopus petere ab aliquo, niſi oſtendat per canones illud ſibi debitũ 1 vt 9. q. 3. conqueſtus 18. q. 2. c. 1.

b ¶ Præſumpta.] Nota ꝙ longinqua vſurpatio non facit ius. vt 93. diſt. illud. 100. diſt. contra morem. 24. q. 1. ſchiſma. extra de ſim. cum in eccleſia. & ca. non ſatis. 1. q. 1. nullus epiſcopus 2. extra de præſcrip. cauſam. Item arg. not. ꝙ ſua auctoritate quis poteſt detinere quod de iure non præſtitit, licet illud diu ſoluerit, vt C. de agric. & cenſ. litibus. l. 1. tẽpus.n. non inducit obligationem. extra de cenſ. peruenit. ff. de act. & obl. obligationũ fere. §. placet. Prætor enim nõ tuetur iniquã poſſeſſionem. ff. de pub. cum ſpõſus. §. ſi res. non enim ſufficit poſſediſſe, niſi causã poſſeſſionis probet. extra de præſcr. ſi diligẽti. ff. de iti. actuq; priu. l. vlt. licet. n. lõgiſſimo tempore aliquid gratis præſtitũ ſit in hoc non currit præſcriptio, vt 16. q. 3. clerici. & c. ſi epiſcopus. C. de præſcr. xxx. vel xl. ann. male. Arg. contra 18. q. 2. ſeruitium: nam libertas non dandi decimam pręſcribitur, 2 ext. de præſcr. de quarta. Itẽ arg. contra. 1. q. 3. quæſitũ. nec cogit quis cauſam poſſeſſionis probare. ff. ſi ſeru. vẽd. ſi qs diuturno. Sol. nec in longa nec in lõgiſſima pſcriptione ſufficit allegare diuturnã poſſeſſionem, niſi aliquam cauſam poſſidẽdi alleget. Sed allegata cauſa, cũ de tempore conſtet præſumit eſſe debitũ. arg. 12. diſt. illa. tñ non tenet probare cauſam ſine titulũ poſſidendi: quia poteſt eſſe ꝙ non habet de hoc inſtrumenta nec teſtes, nec eſt hoc in memoria hominũ, ut 3. q. 6. hæc quippe. Ioan. T. dicit cõtra: quia ſufficit ſi dicat, præſcripſ. niſi præſumptio ſit contra eum. 3

Obligatio non inducit tempore.

2 Sub. cum aliquali titulo. quod dic ut not. extra de præſcr. ſi diligenti. in gloſ. ex hoc vñ. Archid. Poſſeſſio ſine cã poſſidẽdi nõ ſufficit ad præſcriptionẽ.

3 De hac materia not. ẽt 16. q. 3. dilecto. Archid.

CAuendum. CASVS. Quidam epiſcopi dum viſitarent eccleſias ſuas, ſiue parochias pro confirmãdis pueris, & pro delictis corrigendis: intendebant potius dominationi & ſpoliationi, quàm lucris animarum: & in ſtipendijs exigendis ſacerdotes ſcandalizãbant. quare Cabilonenſe concilium ſtatuit vt de cætero epiſcopi non faciant hoc: ſed ſi proprijs ſumptus deſint eis, a clericis cum charitate accipiant: nec grauent aliquem, vel ſcandalizent, & hoc probat auctoritate Apoſtoli.

c ¶ Subditos.] Scilicet laicos.

d ¶ Socios.] Hic dicuntur clerici ſocij epiſcopi, alibi fratres, vt 95. diſt. olim. & 8. q. 1. quid autem.

e ¶ Scãdalizẽt.] Exigẽdo ultra licitũ, ut 11. q. 3. nolite.

f ¶ Sumptus.] Vt ergo ꝙ ſi habet ſumptus vnde poſſit

expen-

expendere, non debet alios grauare. nā potius uidentur hæc peti ex gratia ꝙ de iure. ut extra de cenſ. cum Apoſtolus. & ea quæ domi conſueuit expendere, debet expēdere cum eſt in uia. 1 ut in Auth. de man. prin. §. illud coll. 3. & in Auth. ut iud. ſine quoquo ſuffr. §. nulli. collat. 2. Sed non eſt ita, ut ext. de ſimon. cum ſit Romana. in parte deciſa.

INter cetera.] CASVS. Epiſcopi Gallię cū uiſitabant parochias ſuas ſæuas rapacitates in ſuos ſubditos exercebāt, centū, uel ducentas equitaturas ſecū ducēdo: & ab eis ultra duos ſolidos pro cathedratico, & prādia nimis magna exigebant: & in eccleſia ꝑ duos, uel per plures dies morabantur, ita ꝙ eccleſias uſque ad exinanitionem perducebāt: & ideo ſtatuit concilium Toletanū, ne ultra duos ſolidos exigant pro cathedratico, a quo monaſteria ſunt exēpta, & ultra quinquaginta eqtaturas non ducāt: nec amplius quam una die in baſilica morētur: epiſcopus uero qui contra hoc fecerit, correptioni canonū ſubiacebit.

a ¶ Monaſteriorū.] Infra 16. quæſtio. 2. c. 1. & 2. contra infra 16. quæſt. 1. cum pro utilitate. ī. 18. queſtio. 2. quàm ſit, & capit. ſeruitium. contra.

b ¶ Solutionis.] Ipſa enim monaſteria a lege diœceſana sūt exēpta, ut hic, & 16. q. 1. cū pro utilitate. & 18. queſt. 2. quàm ſit. ſed eorū capellæ non, ut ext. de capel. mona. c. ult. & pen. & extra de præben. de monachis.

c ¶ Quinquagenarium.] Hodie numerus ſingulorū in euectionib. eſt taxatus, ut extra de cenſi. cū Apoſtolus. nec numerus ibi taxatus recipiēdus eſt ſi eccleſia grauet, ut ibidē dī. & ext. de exc. præla. cum ad quorūdam. extra de pęn. c. pen. illos ergo qui ſuperflui ſunt pōt remouere ſacerdos: 2 qa ſi habes ſeruitutem adaquandi certum numerum porcorum: ſi plus ducis ad aquā quàm debeas, ſuperflua poſſunt a domino remoueri, ut ff. de aqua quot. & æſti. l. 1. §. Trebatius. Item ſi cauſa proprij commodi uenit ad eccleſiam, de proprio uiuat, ut C. de ſtat. & imag. l. ult.

Hæc

1 Sed Goffr. putat cont. quia & in ciuitate manens, & uiſitans pōt exigere procurationes, ext. dē cenſ. uenerabili. Archid.

Monaſteria ſunt exēpta a lege diœceſana.

Viſitans ſit cōtentus euectionib. a iure taxatis.

2 Etiam & ep̄m pōt remouere. arg. ff. de aqua quot. & æſti. l. 1. §. item q̄ritur. Arch.

à fratribus accipiat, & item fratres, illius potentia non grauentur, exemplo Apoſtoli Pauli; qui, ne quem grauaret, arte, & manibus victum quærebat. 2. Theſ. 3.

*Item ex concilio Toletano ſeptimo c. 4.*

¶ Vltra duos ſolidos a parochianis eccleſijs epiſcopus non præſumat accipere. C. VIII.

INter cętera denique, quæ cōi conſenſu nos conferre cōpetenter oportuit, querimonias ēt parochialium † presbyterorū Galliæ α prouincię ſolertiſſimè diſcernere decuit, quas contra pontificū ſuorum rapacitates neceſſitas, vt cōperimus, tandem cōpulit in publicum examē deferri. Hi. n. pontifices, vt euidens inquiſitio patefecit, indiſcreto moderamine parochianas † eccleſias ꝑgrauātes, dum in exactionib. ſuperflui † frequenter exiſtūt, penè vſq; ad exinanitionem extremæ virtutis quaſdā baſilicas perduxiſſe probantur. Ne ergo fiat de cætero, qđ conſtat hactenus inordinatè præſumptū; non amplius quàm duos ſolidos vnuſquiſq; ep̄orum pręfatæ prouinciæ per ſingulas diœceſis ſuæ baſilicas iuxta ſynodum Bracharenſem annua illatione ſibi expetat inferri: monaſteriorum a tn̄ baſilicis ab hac ſolutionis † b penſione ſeiunctis. ¶ Cū vero ep̄us diœceſim viſitat, nulli præ multitudine oneroſus exiſtat, nec vnquā quiquagenariū β c numerū euectionis excedat, aut amplius, ꝙ vna die per vnamquamq; baſilicam remorandi licentiā habeat. Quicunque vero pontificum eorundē aliter, quàm decernimus, agendū præſumpſerit, correptioni proculdubio canonū ſubiacebit, tanquā conſtitutorum ſynodaliū tranſgreſſor, & priſcorum patrum edictorum † corruptor.

† Parochianorum.

Anſ. l. 7. c. 196.
† al. parochianas.
† al. ſuperflui ſunt frequentes.

ſup. ead. placuit.
† al. ſolutione penſionis.
Burch. l. 1. c. 86.
Iuo p. 5. c. 192.

† al. edicti.

α ¶ Gallię.] *In concilijs impreſſis, & aliquot Gratiani exemplarib. legitur.* Galliciæ. *In alijs autem. & emendatioribus atque in codice conciliorum Lucenſi regio habetur* Gallicanę prouincię. *Nam eo tempore archiepiſcopus Narbonenſis, & eius prouinciæ epiſcopi ad ſynodos Toletanas conueniebant; quod ex ſubſcriptionib. Toletani tertij apparet. In eo n. Nigetius Narbonenſis metropolitanus Sergius epiſcopus Carcaſſonēſis, & Nebridius ep̄s Agathenſis & procuratores Magalonenſis & Nemauſenſis epiſcoporum ſubſcribunt. Eiuſdem quoq; metropolitani, & ipſius prouinciæ epiſcoporum ſubſcriptiones in quarto, & ſexto Toletanis concilijs impreſſis legūtur, ut illæ, quæ in manuſcriptis habētur, omittātur.*

β ¶ Quinquagenarium.] *In varijs editionib huius concilij legitur,* quinarium. *Verum in codice Lucenſi regio, vno Vaticano, & altero Bibliothecæ Dominicanæ manuſcriptis, & vetuſtis exemplaribus Gratiani, & Burchardo, & Iuone eſt,* quinquagenarium. *Et hanc lectionem ſecutus eſt Innocentius Tertius in concilio Lateranenſi, c. cum Apoſtolus, extra de cenſ. & exact.*

*Item Gregorius epiſcopis Siciliæ, lib. 11. epiſt. 20.*

Hæc allegatio forte hodie non tenet, quia ſi aliquis fuerit ſ. vires grauatus, alij vicini ſacerdotes tenentur conferre, ut dixi. ſ. ca. illud. & extra de cēſi. procurationes.

R Elatum.] CASVS. Epiſcopi Siciliæ graues, & onero- ſi erant eccleſijs ſuis cum eas viſitabant. tandem mediante

omnia ſeruentur, nec ſubiectis ſuis graues in aliquo exiſtant.

a ¶ Summa.] ſup. ea. q. 1. relata. ar. ꝙ pactio interuenire pōt in ſpiritualibus, 1 vt hic & 18. q. 2. Eleutherius. 12. quæſtio. 2. cap. quicunque. extra de deci. ex multiplici. quandoq; enim prohibetur tranſigi, vel paciſci. ſi tñ fiat auctoritate iudicis, tenet, ut extra de præben. niſi. ff. de his. q not. infa. furti. §. pactus. ff. de tranſact. cum hi. §. ſi cui. Sed quare recipitur pecunia pro actu conſecrandi, ut hic dicit. & extra de ſim. cum ſit Romana. & non pro actu baptizādi? ideo dico ne aliqui propter paupertatē, vel auaritiā ſe ſubtrahant a baptiſmo, ut 1. q. 1. baptizandis.

Pactio ēn in ſpiritualibus interuenire poſſit.

1 Verum eſt hoc, dūmodo ſit licita, vt 18. q. 2. Eleutherius. ſm L. d̄ hoc dixi 1. q. 2. q̄ pio - de hoc not. 100. diſ. in ca. Auth.

¶ Sacerdotes ab epiſcopis ſuis vltra modum non grauentur. C IX.

R Elatum eſt nobis ſanctæ memoriæ deceſſoris mei temporibus per ſeruum Dei diaconum, qui tunc eccleſiaſtici patrimonij curā geſſit, fuiſſe depoſitum, vt ſacerdotes per vniuerſas veſtras diœceſes cōſtituti, quoties ad conſignandos infantes egredimini, vltra modum grauari minime debuiſſent. Summa [a] enim præfixa fuerat, vobis vt audio, conſentientibus, quæ ab eiſdem ſacerdotibus pro labore [b] clericorum [c] dari debuiſſet. Atque hoc, quod tunc placuit, ſicut nunc dicitur, minime cuſtoditur. Vnde fraternitatem veſtram admoneo, vt ſubiectis veſtris non graues ſtudeatis exiſtere.

Anſ. l. 6. c. 171. Poly. l. 4. tit. 25.

*Item Pelagius Creſconio Illuſtri.*

¶ Secundum loci mediocritatem epiſcopis conuiuia parentur. C. X.

I Llud magnitudinem tuā minime volumus ignorare, quòd Syracuſanæ ciuitatis epiſcopus inter alia, quæ in cautionū ſuarum pagina ſpopōdit, hoc etiam ſpecialiter ſub interpoſitione pęnæ [d] legitime promiſiſſe legitur; nunquam ſe a quolibet ſuæ diœceſis presbytero vltra duos ſolidos cathedratici nomine petiturum, nec per quamlibet aliam occaſionem quidquam in eius ſe diſpēdio eſſe geſturum. Quod magnitudo tua, non ſolum a prædicto epiſcopo, ſed de omnium epiſcoporum Siciliæ perſonis competenti ſolicitudine cuſtodire nō deſinat; nec ipſa quoque prandia enormia fieri, ſed ſecundum mediocritatem vniuſcuiuſque loci epiſcopo ad conſignationem venienti ſuſceptionis pręparari conuiuium; quia nec eo prætextu pauperibus incuti damna volumus, aut qualibet ratione permittimus.

# CAVSA VNDECIMA.

*C Lericus aduerſus clericū quaſtionem de prædijs agitauit, quem ad ciuilem iudicem producere voluit: reus non niſi ante iudicem eccleſiaſticum ſtare uolebat; actor uero potentia ciuilis iudicis illum a poſſeſſione ſua deiecit. Quo audito epiſcopus eum ab officio ſuſpendit: ille contempta epiſcopi ſententia officium ſuum ad-*

b ¶ Pro labore.] ſ. 1. q. 2. c. ult. inf. 12. q. 2. charitàtem.

c ¶ Clericorū.] Qui laborant cum epiſcopo in uiſitatione.

I Llud.] CASVS. Syracuſanę ciuitatis epiſcopus cū a Papa ordinabatur, ſub interpoſitione legitimæ pœnæ promiſit ſpecialiter quod ab aliquo clerico ſuæ diœceſis, ultra duos ſolidos pro cathedratico nihil eēt petiturus. Præcepit ergo Greg. Creſconio illuſtri ut faciat hoc obſeruari, non ſolū ab epiſcopo Syracuſanę ciuitatis, ſed etiā ab omnib. alijs Siciliæ epiſcopis: nec ipſa prandia enormia fieri ſinat: ſed ſm mediocritatem cuiuſcunq; loci uiſitanti epiſcopo ea faciat pparari: ne ſub hoc prætextu dāna pauperibus inferantur.

d ¶ Pœnæ.] Nota ꝙ aliquis ſub pęna poteſt obligari in ſpirituālibus, ut 23. diſt. quamquam. 16. q. 1. ſtatuimus 1. quæſt. ult. quoties.

C Lericus.] CASVS. In ſuperiori cauſa oſtenſum eſt, quòd eccleſiæ cum omnibus ſuis poſſeſſionibus ad diſpoſitionem pertinent epiſcoporum, ſed quia poſſet aliquis dubitare ſub quo iudice clerici debeant conueniri: ſub eccleſiaſtico ſcilicet, an ſub ſæculari. ideo Gratia. hanc 11. cauſam ſubnectit, in qua oſtendit cleri-

mediante legato anteceſſoris Greg. qui in Sicilia eccleſiaſticum patrimonium gubernabat, facta eſt compoſitio inter epiſcopos, & clericos, ut certa ſumma daretur epiſcopis quolibet anno cum eccleſias viſitarent: quam quia epiſcopi non ſeruabant, præcepit Gregorius, ut

clericos ſub eccleſiaſtico iudice eſſe conueniendos: qđ vt competentius oſtendat, thema proponit: de quo tres elicit quæſtiones.

Q Vod clericus.] Hæc q. diuidiť in tres partes. In prima probat per 24. auctoritates, ꝙ epſ & quilibet clericus per clericos eſt iudicādus, & nō per laicos, niſi forsā eſſet incorrigibilis: quia actor debet ſeq forū rei. Secunda ibi, [His ita.] Tertia ibi, [Ecōtra.] Io. de Fan.

a ¶ Quod clericus.] cauſarum alia eccleſiaſtica, alia ſæcularis. Eccleſiaſticarum alia ſpiritualis, alia criminalis, alia ciuilis. Spiritualis, eſt ubi agitur de decimis, vel matrimonijs. Criminalis ubi agitur de crimine eccleſiaſtico, ſcilicet hæreſis, vel uſurarum; cuius examinatio

Cauſa eſt duplex.

*miniſtrauit. Hoc comperto epiſcopus, ſine ſpe reſtitutionis in eum ſententiam dedit.*

1 *Hic primum quæritur, vtrum clericus ante ciuilem iudicem ſit producendus.*

2 *Secundo ſi producendus nō eſt, an hæc culpa ſit digna ſuſpenſione.*

3 *Tertio, ſi digna non fuerit, an contemptorem ſententiæ ſui epiſcopi irreparabiliter oporteat deponi.*

## QVAESTIO I.

*Q Vod clericus* [a] *apud ſæculares iudices accuſandus non ſit, Caius Papa epiſt. ad Fœlicem epiſcopum, cap. 2. ſcribit dicens.*

¶ Apud ſæcularem iudicem nullus clericus conueniatur. C. I.

N Emo vnquam epiſcopum apud iudicem ſæcularē, aut alios † clericos accuſare preſumat. † *al. reliquos.*

### PALAA. C. II.

j N Vllus iudicum, neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum vllū, aut iuniores † eccleſiæ, ſine licentia † pontificis per ſe diſtringat, aut condemnare præſumat. Quod ſi fecerit, ab eccleſia, cui iniuriam irrogare dignoſcitur, tamdiu ſit ſequeſtratus, quouſque reatum ſuum agnoſcat, & emendet.

Extra de foro compet. cap. 2. Capi. l. 6. c. 154. & l. 7. c. 139. Burc. l. 16. c. 22.

† *al. minores.* † *al. ſcientia.* † *al. permiſſu.*

*¶ Apud Burchardum, & in aliquot Gratiani codicibus ex ijs, qui hanc paleam habent & in Decretalibus: tit. de fo. compe. c. 2. citatur ex concilio Pariſienſi c. 10. Verum in concilio Rhemenſi Trosleiano, cap. 6. refertur ex capitularibus: in quibus habetur bis id eſt li. 6. c. 154. & lib. 7. c. 139. Simile quid legitur in concilio Aurelianenſi 4. c. 10. & Antiſiodorenſi, c. 43.*

Et in conc. Aurelia. 3. cap. 31.

*Item Marcellinus Papa, epiſt. 2.*

CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quęritur, an clericus ante ciuilē iudicem ſit producendus. Et diſtinguas, ꝙ cāuſarum alia eſt criminalis, alia ciuilis, alia ſpiritualis. Criminalis eſt, vbi de crimine agiť. Ciuilis, vbi de poſſeſſionib. & pecunia agiť. Spūalis, vbi tractať de reb. ſpiritualib. ſcilicet de electiōe, de decimis, & primitijs, & de iur. pat. & de vſuris. In quibus omnibus cauſis nūquā clericus debet conueniri ſub iudice, niſi ſub iudice eccleſiaſtico vt inf. ca. nullus epiſcopus, & c. clericum, niſi in cā feudi, vt ext. de iud. cæterum, & niſi ſit incorrigibilis, vt d. 17. nō licuit. & in cauſa reconuentionis, vt ſ. 3. q. 8. cuiꝰ in agendo, & niſi Papa delegaret cauſam ſpiritualē, vel aliam laico, vt ſup. 10. q. 3. illud. Laicus uero ſub iudice ſæculari debet conueniri, ut inf. ca. experientiæ: niſi in ſex caſibus. Vel ſi conueniat epiſcopum ſuper rebus ſpiritualibus, vt extra de deci. quoniā, & 35. q. 6. epiſcopus. Vel ſi conueniatur laicus de crimine eccleſiaſtico, ut infra ead. ſi quis cum clerico, & 6. q. 2. cap. 1. Vel niſi ſunt ruſticæ eccleſiæ, ut 89. diſtin. indicatum. Vel ſi iudex ſæcularis eſt negligens, ut 23. q. 5. adminiſtratores, & quæſt. 2. dominus noſter. Vel niſi ſit raptor rerum eccleſiæ, ut extra de fo. comp. cum ſit generale. Vel ſi ſuſpectus fuerit iudex ſæcularis, uel ſi habetur querela contra epiſcopum, ut in authen. ut diffe. iudi. coll. 11. §. 1. & 2. Et procedit hoc ordine in hac quæſtione. primo probat, quòd clerici non ſunt conueniendi coram iudice ſæculari, vſque ad [§. Cum ergo his.] Deinde probat contrarium, ſcilicet quod in ciuili cauſa coram ſæculari iudice ſunt conueniendi, in criminali coram eccleſiaſtico: quod allegando dicit. Tandem dat ſolutionem in [§. quia ergo.] in fine. Primum ergo cap. huius quæſt. planum eſt.

tio ſpectat ad iudicē eccleſiaſticum, ut ĩ. ea. ſi quis cum clerico. & 6. q. 2. c. 1. Alia eſt ciuilis ſiue pecuniaria, ubi agitur de rebus temporalibus. arg. ad hanc diſt. 16. q. 1. frater. Item ſæcularium alia eſt ciuilis, alia eſt criminalis. In his omnibus nunquam conuenitur clericus, niſi ſub eccleſiaſtico iudice, ut inf. eo. nullus epiſcopus niſi in tribus caſibus, ut in cauſa feudi, ut extra de iud. cæterum, & niſi ſit incorrigibilis, ut 17. diſt. nec licuit. Item, & in cauſa reconuentionis. 3. q. 8. cuius in agēdo. Alios caſus poſui ĩ. eo. clericū nullus. Similiter nec laicus poteſt conueniri ſub eccleſiaſtico iudice niſi in caſibus v. ut ſi conueniat ipſum ſuper rebus ſpiritualibus, ut extra de iud. c. 2. & 3. Vel niſi ruſticæ eccleſiæ conueniantur, ut 89. diſt. indicatum. extra de appel. ſi duobus. Vel ubi aliquis rapuerit res eccleſiæ: tunc potius ex conſuetudine quàm de iure conuenitur ſub clerico. extra de foro comp. cum ſit. & c. ſi clericus. Itē ſi iudex laicus eſt negligens, ext. de foro comp. ex trāſmiſſa. & 23. q. 5. admini-

Cauſa ſæcularis eſt duplex.

Laicus non cōueniť corā iudice eccleſiaſtico niſi in quinq caſibus.

miniſtratores. Vel ſi ſuſpectus fuerit iudex ſæcularis. Vel ſi haberetur querela contra ipſum poteſt adiri eccleſiaſticus iudex, ut in Auth. ut diff. iud. collat. 9. §. 1. & 2. & §. penult. non tamen propter negligentiam eccleſiaſtici iudicis clericus poteſt conueniri coram laico iu- vt ff. de iuriſd. omn. iud. cum quædam. & eodem gaudet priuilegio vxor & filius quo clericus, ut C. de epiſco. & cler. l. 1. & 2. ſed illa, quæ non eſt legitima uxor, non ſortitur forum a perſona viri, ff. ad municip. de iure. §. ult. Ioan. quòd dicit de coniugato, falſum eſt, ut extra, de cle. coniug. Ioãnes. & fortè idem eſt, in depoſito, cũ ſit exauctoratus, vt 50. d. accedens. B.

¶De eodem. C. III.

Anſ. l. 3. c. 22. Pann. l. 4. c. 31.

j CLericum α a cuiuslibet ordinis abſque pontificis b ſui permiſſu nullus præſumat ad ſæcularem † iudicem attrahere: nec laico quemlibet clericum liceat accuſare.

† *al. ſæculare iudicium.* 2. q. 7. laico.

α ¶Clericum.] *In epiſtola Marcellini ſecunda, & concilio Aurelianẽſi 3. vbi hoc repetitur, & in Pannormia ſic legitur* Clericus cuiuslibet ordinis abſque põtificis ſui permiſſu nullum præſumat, &c. *Verum ob gloſſas, & citationes doctorum nihil eſt mutatum.*

*Item ex concilio Nicæno.*

¶*In concilio Nicæno hodie canon hic non habetur, ſed fuiſſe olim plures canones illius concilij ſup. diſt. 16. c.* ſeptuaginta, *eſt adnotatum. quorum partem refert Iulius in reſcripto contra Orientales, vbi numero 34. habetur hoc caput: & ex eo citatur in Polycarpo.*

¶Ab eis quiſque iudicandus eſt, quos ſibi iudices elegerit. C. IIII.

Poly. l. 5. tit. 4. Pann. l. 4. c. 109.

IVdices autem alij eſſe nõ debent quàm quos ipſe, qui impetitur c, elegerit; aut quos ſuo cum conſenſu hęc ſancta ſedes, aut eius primates d auctoritate huius ſanctæ ſedis delegauerint.

*Item Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius Imppp.*

¶Ad ſæcullaria iudicia nullus clericus eſt pertrahendus. C. V.

In cod. Theod. l. 16. tit. de epiſ. audien. c. vlt. Anſel. l. 3. c. 109. Poly. li. 1. tit. 19. 21. q. 1. Naturam tit. 11. q. ſacerdotibus. Hiſtor. eccleſiaſt. li. 10. c. 2. Ruffino auctore.

COntinua lege ſancimus, vt nullus epiſcoporum, vel eorum, qui eccleſiæ neceſſitatibus ſeruiunt, ad iudicia ſiue ordinariorum, e ſiue extraordinariorum iudicum pertrahatur. Habent illi ſuos iudices; nec quidquam his, publicis eſt commune cum legibus. f *Item.* ¶Conſtantinus Imperator præſidens β in ſancta ſynodo, quæ apud Nicæam congregata erat, cum querelam quorundam conſpiceret coram ſe delatam, ait: Vos a nemine dijudicari poteſtis: quia ad † Dei g ſolius iudiciũ reſeruamini.

† *al. quia Dei ſolius iudicio reſeruamini.*

β ¶Præſidens.] *Quàm humiliter ibi ſe geſſerit Conſtantinus docet Euſebius 2. lib de vita ipſius, cap. 10. Socrates lib. 1. c. 5. Theodoretus lib. 1. c. 7.*

b ¶Abſq; Põtificis.] Hodie nec cum conſenſu epi poteſt, ut ex de fo. cõp. ſi diligẽti. alias ab officio ſuſpẽditur, ut 2. q. 6. non liceat. præterea cauſam pdit, vt ĩ. ea. inolita. & c. placuit.

IVdices.] CASVS. Reus & actor cõtendebant de iudicibus eligendis. quæſitum eſt in Nicęno cõcilio, ad cuius petitionẽ debent dari. Et reſpondet, ꝙ illi iudices debent dari quos reus elegerit, ſupple, cum cõſenſu alterius partis, uel illi quos ſedes Apoſtolica, vel eius primates delegauerint.

c ¶Qui impetitur.] Arg. iudices eſſe dandos ad arbitrium rei ut hic; & 15. q. 7. ſi autem. & 3. q. 6. peregrina. & 4. q. 5. q ſ quis. Sed cõtra. ff. de iud. obſeruandũ. vbi dicitur, quòd ille iudex non eſt dandus, quem altera pars nominatim petit. Sed potes ibi illud, altera, intelligere de actore, non de reo. 2 Vel dic. ſi nõ poſsũt concordare actor & reus, tunc dabunt r ſm petitionem rei, vel ſupple. in omnibus illis iſtud, & actoris. Vel dic, quòd hoc c. loquit in criminali cauſa tũc .n. ex plurib. epiſcopis poteſt eligere reus quem vult, ut 3. quæſt. 9. accuſatores.

Iudex an poſſit dari ad arbitriũ rei.

2 Huic ſolutioni ob. ext. de off. deleg. cũ R. ubi eligit actor.

d ¶Primates.] Ideſt, epiſcopi, qui concilium celebrãt auctoritate Papæ. 3

3 Vnde non intelligas in hoc demonſtrare Nicænam ſynodum: illa. n. non habuit primates vel cum dr. hæc ſãcta ſedes, intelligĩ de ſede Romana. Archid.

co iudice, vt extra de iudic. qualiter, in fine.

CLericum.] CASVS. Dico in hoc c. prohibentur, ſ. ut nullus clericum ad iudicem ſæcularem trahat, maxime ſine conſenſu ſui epiſcopi. Item quod nulli laico liceat clericum accuſare.

a ¶Clericum.] Etiam depoſitum, 1 vt 81. diſt. dictum. Nec etiam coniugatum 32. diſt. ſi qui vero. Nec obſt. extra de apoſtat. c. 1. quia ibi loquitur cum talis non vult gaudere priuilegio clericali: quia forte ſit maritus uiduæ: nam tunc perdit priuilegium, ut 84. diſt. quiſquis clericus. Idem dico de ſeruientibus, 2 & mancipijs clericorum, ut 89. diſt. indicatum. & idem priuilegium habet familia quod dominus, ut extra de iudæ. ad liberandam quia libertus forum patroni ſequitur ff. ad munic. aſſumptio. 12. quæſt. 2. eccleſiarum ſerues. Item uxores clericorum: quia ſortitur forum vxor ex perſona viri,

1 Cũ adhuc habeat characterẽ, arg. 32. q. 7. licitè.

2 Idem dicit hic L. cuius fuit maior pars huius gl. & hoc dicit motus ca none eodem ſ. indicatum Vxor ſequit forum viri.

COntinua.] CASVS. Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius conſtituerunt hac lege præſente, ut nec epiſcopus, nec clericus protrahatur ad iudicem ſæcularem ordinarium uel delegatum. Similiter Conſtantinus Imperator præſidens in Nicæna ſynodo, cum quidam coram eo de clericis conquererentur, ait clericos a nullo laico, ſed ab eccleſia iudicandos.

e ¶Ordinariorum.] Ideſt, ad ordinarios, uel delegatos ab Imperatore.

f ¶Cum legibus.] Quæ dicunt clericum poſſe trahi ad ciuilem iudicem, ut ĩ. ead. ſi quis cum clerico.

g ¶Quia ad Dei.] Ideſt, clericorum, qui dij appellantur, ut ĩ. ead. ſacerdotibus.

Nullus

NVllus epiſcop⁹. CASVS. Statuit Bonifacius Papa, ut nullus epiſcopus ꝓducatur in ciuili vel criminali cauſa ad ciuilem iudicem vel militarē: ſi vero iudex hoc iubere audeat, amittet omnia bona ſua, & a dignitate repelletur ſiue deponetur. Quæ autem ſequunt, plana ſunt vſque ibi, [Epiſcopus nō flagitet. Honore,] id eſt, iure prætorio: uel honore iudicis, uel litigatoris. [Excepta,] id eſt, priuilegiata, uel excepta ab hac neceſſitate per leges. a ¶Vel exhibeatur.] Sed nunquid tenetur uenire, & allegare forū, ut extra de appell. cum parati? nō: quia citatio nulla eſt. Nam ubi quis citari non poteſt vel ratione perſonę, uel ratione tēporis, uel cauſæ. non tenetur uenire, ut notani 3. q. 2. ſi epiſcopus. & q. 1. c. 2. & ff. de fer. l. prima.

Citatio nulla nō arctat citatum.

b ¶Cinguli.] Nota ꝙ eccleſiaſticus iudex priuat etiā laicum ſua dignitate, ut 32. quæſt. 5. præceptum, in fi.

TEſtimonium.] c ¶Recipiat.] In cauſa criminali, ut extra de teſti. de cætero.

d ¶In publico.] Scilicet foro 1 ſæculari ne ſit contra diſ. 23. c. illud, inf. 35. q. 5. cap. 1.

1 Præcipuè eſt iſta c. de ſe expurgante loquanť. hęc autē de teſte loquuntur. Archid.

a ¶Nec

*[Item ex concilio Matiſconenſi primo, c. 8.]*

¶De eodem. PALEA. C. VI.

ii NVllus clericus alium clericum ad iudicem ſæcularem accuſare, aut ad cauſam dicendam trahere quocunque modo præſumat: ſed omne negocium clericorum aut in epiſcopi ſui α, aut presbyterorum cum archidiaconi præſentia finiatur. Quod ſi quis clericus hoc adimplere diſtulerit; ſi minor fuerit, vno minus de quadraginta ictus † accipiat: ſi vero honoratior, triginta dierum incluſione mulctetur. Burc. l. 16. c. 11. † al. iſſibus.

α ¶Aut in epiſcopi ſui.] *In concilio Matiſconenſi legitur*, aut in epiſcopi ſui, aut in presbyteri, aut in archidiaconi præſentia finiatur, *verum in prima collectione Decretalium Bernardi, tit. de foro competenti, c. 2. caput hoc refertur eodem modo atque in hac palea,*

*Item Marcellinus β epiſt. 2. ad epiſcopos Orientales:*

β ¶Item Marcellinus.] *In vulgatis citabatur ex Bonifacio ad epiſcopos Galliæ, ſed in aliquot vetuſtis legitur.* Marcel. *Eſt enim hoc caput in 2 epiſt. Marcellini, & ipſi tribuit Iuo ſequens autem eſt, quod in vetuſtis Gratiani exemplaribus, & a Burchardo & Iuone citatur ex Bonifacio ad epiſcopos Galliæ, vt ibi etiam dicetur.*

¶De eodem. PALEA. C. VII.

QVæcunque contentiones inter Chriſtianos ortæ fuerint, ad eccleſiam deferantur, & ab eccleſiaſticis viris terminentur. Et ſi obedire γ noluerint, quouſque obediant, a liminibus eccleſiæ excludantur. Burch. l. 3. c. 139. Iuo p. 3. c. 205.

γ ¶Et ſi obedire.] *Hinc vſque ad finem non leguntur in ipſa epiſtola; ſunt tamen apud Burchardum & Iuonem.*

*Item Bonifacius ad epiſcopos Galliæ.*

¶*Hoc adſcribebatur Marcello ſed ut dictum eſt in proximo ſuperiore notatione in uetuſtis codicibus Gratiani, & apud Burchardum & Iuonem parte 5. c. 278. tribuitur Bonifacio & ſic eſt mutatum. Fere eadem habentur apud Iulianum anteceſſorem nouel 113. cap. 10. quod in alijs, quæ nomine Bonifacij citantur ſolet euenire. Et Iuo eadem parte, c. 369. hoc ipſum caput citat ex libro conſtitutionum, additis nonnullis verbis, quæ ſunt apud Iulianum.*

¶Neque pro ciuili, neque pro criminali cauſa epiſcopus apud ciuilem iudicem producatur. C. VIII.

iij NVllus epiſcopus neque pro ciuili, neque pro criminali cauſa apud quemuis iudicem ſiue ciuilem, ſiue militarem producatur, vel exhibeatur. a Magiſtratus enim, qui hoc iubere auſus fuerit, amiſſionis cinguli b condemnatione plectetur. Auth. nullus epiſcopus. C. de epiſcopis & cler. Burch. l. 1. c. 168. Iuo p. 5. c. 278. & 369.

*Item Syluester Papa in ſynodo Romana, c. 14.*

¶Quilibet clericus non eſt in publico examinandus. C. IX.

TEſtimonium clerici aduerſus laicum nemo recipiat c: nemo enim † clericum quemlibet in publico d examinare præſumat, niſi in eccleſia. Burch. l. 2. c. 204. Iuo p. 6. c. 278. Pan. l. 4. c. 89. † al. etiam.

¶*In ſynodo Romana ſub Syluestro c. 14. & in Pannormia legitur eodē modo atq; apud Gratianū, ac propterea nihil eſt mutatum. Verū in epilogo eiuſdem concilij habetur:* **Teſtimoniū laici aduerſus clericum nemo recipiat.** *Et eodem mo-*

a ¶ Nec honore.] Ideſt, iure prætorio.
b ¶ Ad teſtimonium.] A iudice ſæculari.
c ¶ Excepta.] Ab hac neceſſitate.
d ¶ Iureiurando.] Hæc ſunt verba Gratiani: nec dicit verum, nam epiſcopi bene tenentur iurare, vt 2. qõ. 4. nullam.

de ſuis miniſtris ad epiſcopum, vt propoſitis ſacroſanctis Euangelijs dicat veritatem prout nouerit, ſecundum quod decet ſacerdotes. Et a principio uſque ibi. [Sed iudex.] verba ſunt Gratiani, qui credidit, ꝙ epiſcopus non debet iurare ſed certe iurat, ſed librum non tangit manibus: ſed manibus extẽſis ſuper librum iurat; ſicut feci fieri I cã patriarchæ Graden. & epiſcopi Venetorũ, qui iurauerunt de veritate dicenda: in qua aſſeſſor fui.
e ¶ Iudex mittat.] Extra, de teſti. qui teſtium. ff. de iureiur. ad perſonas.

*do legitur in capitulis Hadriani, c. 72. in concilio Triburienſi, c. 4. & ex ipſo apud Burchardum & Iuonem.*

Tit. 3. l. 7: & in cod. Theod. li. 11. tit. 39. ibidem.

*Item codicis lib. 1. tit. de epiſc. & cler. Imper. Theodoſius:* [*Nec honore,* [a] *nec legib. e͞ps ad teſtimonium dicendum flagitetur.*] ¶ *Item dixit. E͞pm ad teſtimonium* [b] *dicendum admitti non decet. Nam, & perſona dehonoratur,* † *& dignitas ſacerdotis excepta* † [c] *confundetur.*]

† al. inhonoratur. † al. exépta.

*Nouella conſtitutio.*

Nouella 123. 5. præterea nulli apud Iuſtinianum nouel. 123. cap. 9. Iuo p. 5. c. 369. Aut. ſed iudex cod. de epiſ. & cler.

[ *Epiſcopus non flagitetur ad teſtimonium iureiurãdo,* a [d] *ſed Euangelijs tantum corã poſitis.*] ¶ *Item:* [*Sed iudex mittat* [e] *ad eum ex ſuis miniſtris, vt propoſitis ſacroſanctis Euangelijs, ſecundum quod decet ſacerdotes, dicat quæ nouerit.*]

a ¶ Iureiurando.] *Dictio hæc non eſt in nouella. Et verba Græca, quæ ad hoc faciunt ſunt hæc:* οὐδενὶ δὲ τῶν ἀρχόντων ἐξέστω τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀναγκάζειν εἰς δικαστήριον παραγγίνεσθαι ἐπὶ τῷ εἰς μαρτυρίαν. *id eſt,* Præterea nulli magiſtratuũ licebit Dei amãtiſſimos e͞pos cogere, vt perhibendi teſtimonij cauſa in ius prodeant.

*Item Syluester in epilogo concilij Romani.*

¶ Clericus ad ciuilem iudicem clericum perducens anathema ſit. C. X.

SI quis clericus accuſans clericum in curiam introierit, anathema ſit.

*Subaudiẽdum eſt, ſi publicorum iudiciorum cognitio cognitionem petierit: epiſcopale namque iudicium nihil obeſt ab Imperatore poſtulare, vnde in Carthaginenſi concilio octauo legitur.*

In Mileuitano c. 19 & in Afric. c. 71.

¶ *In antiquis etiam codicibus citatur Carthaginenſe octauum quo nomine videtur ſignificari cõcilium Mileuitanum in quo caput hoc extat c. 19.*

¶ Proprio priuetur honore publici iudicij cognitionem ab Imperatore poſtulans. C. XI.

PLacuit, vt quicunque ab Imperatore cognitionẽ publicorum iudiciorum petierit, [f] honore proprio priuetur. Si autem epiſcopale [g] iudicium ab Imperatore poſtulauerit, nihil ei obſit.

*Sic & ſequentes* [h] *auctoritates intelligẽdæ ſũt, quib. clericorum cauſas non niſi clerici cognoſcere iubentur. Vnde Gelaſius Papa ſcribit Ezechiæ* † *comiti.*

† al. Zeiæ.

¶ A ſæculari iudice clericus non eſt audiendus. C. XII.

CHriſtianis gratum ſemper debet eſſe quod ab eorũ poſcitur dignitate præſtandum: quia Deo ſeruien-

PLacuit.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi aliquis ingredietur ad Imperatorem, vt ibi contra aliquem clericũ cauſam tractet criminalem, deponi debet: ſi uero rogat Imperatorẽ, ut ſcribat epiſcopo, ꝙ ſibi iuſtitiam ſeruet, non punitur.
QVi merito facinorum ſuorum ab eccleſia pulſi ſunt, ſi ab aliquo epiſcopo, aut presbytero, vel clerico fuerint in communionem ſuſcepti, etiam ipſe pari [f] cũ eis crimine teneatur obnoxius, refugiens α [g] ſui epiſcopi regulare iudicium.

α¶Refugiens.] *In concilio cum multis impreſſis & manuſcriptis codicib. collato legitur* refugientes, *apud Burchardum uero & Iuonem,* refugientibus, *quod conuenit cũ canone Græco qui eſt nonus. omnia vero hæc uerba,* refugientes, ſui epi regulare iudicium, *in recentioribus*

a ¶Sed hoc. vult dicere, quod Maxim' fuit excõmunicatus cũ omnibus ſuis fautoribus. Nec obſt. ſ. 24. q. 2. c. 3. & ſ. ead. excellentiſſimus.

b ¶Lapſus.] 24. q. 2. cap. 3.

c ¶Excellẽtiſſimus] infra ead. excellentiſſimus.

d QVibus epi.] ¶Non cõmunicetis. Sim. 7. q. 1. ſcire debes. 93. diſt. c. 1. Nec obſt. 6. q. 2. ſi tantũ. quia hic loquitur cũ conſtat de ſentẽtia: 1 ſed ſcitur eam eſſe iniuſtam.

1 Sub. quæ eſt iuſta ex ordine iuſ licatio.

e ¶Liget.] Dum tamen error nõ ſit expreſſus in ſentẽtia. extra ead. per tuas.

QVi merito.] CASVS. Quæſitum fuit in cõcilio Carthagin. quã pœnam pati debeat epiſcopus presbyter, vel clericus, ſi ſciẽter cõmunicent excõmunicatis. Et rñdetur, ꝙ pari crimine obnoxius teneri debet. quod intelligit H. quo ad ſacramenta, & ingreſſum eccleſię. Sequentia duo c. plana ſunt.

f ¶Pari.] Quid ergo ſi eps cõicat alicui excõicato a ſimplici ſacerdote? iam ligatus eſt, a canone. Sed a quo abſoluet? Decret. dicit. ꝙ cõicans excõicato, a ſuo prælato, ideſt a metropolitano. Sed dicas, ꝙ a ſimplici ſacerdote abſoluendus. ext. de penit. & remiſ. ꝙ autẽ. & ita poteſt ab ſolui niſi excõicet ei in crimine, vt ext. c. nuper. videtur tñ ꝙ ſic in ſuſpenſo a iure poſt pœnitentiam non requirit aliqua abſolutio, ſic nec in excõicato a ca non: quod non eſt uerum, ut in cap. nuper, in fine. Sed quid ſi Papa cõicet excommunicato? ille non eſt ligatus: quia non liceat ipſum canon. 25. q. 1. ſ. his ita.

Excommunicato communicans a quo abſolui debet.

g ¶Refugiens.] Ideſt, contemnens.

Clericus

*conciliorum editionibus non ſunt hoc loco, ſed poſt verſ.* ſuſcepti, *A Sorienſi autem codice regis catholici omnino abſunt.*

*Item ex concilio Carthaginenſi 4 c 66.*

¶Qui ſententiam epiſcopi putat eſſe iniuſtam, recurrat ad Synodum. C. XXX.

CLericus [a], qui epiſcopi circa ſe diſtrictionem iniuſtam putat, recurrat ad ſynodum.

*Item Ioannes Chryſoſtomus, hom 4 ad c 2 epiſtolæ ad Hebræos.*

Vincula eccleſiaſtica non ſunt contemnenda. Cap. XXXI.

ij NEmo contemnat vincula eccleſiaſtica. Non enim homo eſt, qui ligat, ſed Chriſtus [b], qui nobis hãc poteſtatẽ dedit, & dominos fecit homines tãti honoris. Iuo p. 14. c. 48. Pann. l. 5. c. 88.

*Item Auguſtinus de verbis Apoſtoli, ſermone 68.*

¶*Sic etiam citat Iuo p. 14 c. 50 ſed p. 2 cap. 94. coniunctè cum multis alijs verbis videtur citare ex libris de unico baptiſmo.*

¶Satanæ traditur, qui ab eccleſia excommunicatur. C. XXXII.

OMnis Chriſtianus, dilectiſſimi, qui a ſacerdotibus excommunicatur, ſatanæ [c] traditur †: quomodo ſcilicet, quia extra eccleſiam [d] diabolus eſt, ſicut in eccleſia Chriſtus: ac per hoc quaſi diabolo traditur, qui ab eccleſiaſtica cõmunione remouetur. Vnde illos, quos tunc Apoſtolus ſatanæ eſſe traditos prædicat, excommunicatos a ſe eſſe demonſtrat. Iuo p. 2. c. 94. & p. 14. c. 50. † *al. tradi dicitur.* 1. Tim. 1. 1 Cor. 5.

*Idem tractatu 27 ad c. 6. Ioannis*

¶De eodem. C. XXXIII.

NIhil ſic debet formidare Chriſtianus, quam ſeparari [e] a corpore Chriſti. Si enim ſeparatur a corpore Chriſti, non eſt membrum eius. Si non eſt membrũ eius, non vegetatur ſpiritu eius. Quiſquis autem inquit Apoſtolus, ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Rom. 8.

*Itẽ Hieronymus* α: [*Quorum remiſeritis peccata etc.*] *Ideſt, quibus eccleſiam inter dixeritis, niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint; ipſis ianua regni cæleſtis clauſa erit.* Matth. 16. Iuo p. 14. c. 53.

α ¶Hieronymus.] *Hæc non ſunt inuenta apud B. Hieronymum, ſed in epiſt. 2. Eutychiani, quem citat Iuo.*

*Item ex concilio Mileuitano c 22.* Et Afric. c. 92.

¶Vicini epiſcopi audiant eos, qui de iudicijs epiſcoporum ſuorum quæruntur. C. XXXIIII. 2. q. 9. placuit, vt presbyteri.

PResbyteri [f], diaconi, uel cæteri inferiores clerici, in cauſis quas habuerint, ſi de iudicijs ẽporum ſuorũ queſti fuerint, vicini epiſcopi eos audiant, & inter eos,

a CLericus.] Intellectum huius c. habes ſupra ea. q. ſi epiſcopus forte.

b NEmo.] ¶Sed Chriſtus.] ex hoc c. dicit P. Hiſpanus haberi cauſam, quare non poſſit appellari a ſnia excõmunicationis, cum Chriſtus eum liget, a cuius ſnia nõ põt appellari. Alia eſt ratio, quia nemo excommunicatur niſi pro cõtumacia 1. ¶. eo. nemo. & nõ auditur contumax appellãs, vt 2. q. 6. §. eſt autem quando. verſ. ſunt etiã quorum. Quidam autem illã aſſignant rationem, quia excommunicatio ſecum trahit executionem ſuam. ex. de ap. paſtoralis. vnde ſicut ab executore nõ appellatur, ita nec ab hac ſnia. Sed hoc non ualet: quia qñq; appellatur ab executore, cum ſ. excedit modũ, & ſententia qua quis abſoluitur ab alio, ſecũ trahit executionẽ: tamen appellatur ab ea. extra de app. qua fronte. Appellari nõ põt ab excõicatione. 1 De hoc no. ſup. cad. epiſcopi.

OMnis.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ omnis qui excommunicatur, ſatanæ traditur: q̃a ſicut extra eccleſiã eſt diabolus. ita in eccleſia Chriſtus. vnde q̃ ab eccleſiã remouetur, quaſi diabolo traditur. & ſic exponit eccleſia de traditis ſatanæ ab Apoſtolo.

c ¶Satanæ.] Dum tamẽ iuſta de cauſa excõmunicetur, ut 23. q. 3. ſi q̃s nõ recto.

d ¶Extra eccleſiã.] argum. quòd qui ſemel excommunicatus eſt, amplius excõicari nõ põt, quia qui extra eccleſiam eſt, non põt magis eſſe extra eam argu. contra 3. q. 4. Engeltrudam. De hoc ibi notaui.

NIhil.] CASVS. Dicit hic Au. ꝙ Chriſtianus nihil debet magis timere, q̃ ſeparari a corpore Chriſti, qđ eſt eccleſia: q̃a ſi ab eo ſeparatur, non eſt membrũ eius, nec ab eo vegetatur. Et hoc probat duabus auctoritatibus, Pauli ſcilicet & Hieronymi [Sic] ideſt, tantum.

e ¶Quàm ſeparari.] Iuſte, aliàs non obeſt, ut extra eo. à nob. ¶. ca. quid obeſt. tñ. ſi contemnitur, ſtatim incipit ligare, 2 24. q. 3. notandum. in fi. ſed ideo maxime eſt, ti menda, quia maxima eſt pœna, vt 24. quæſt. 3. corripiantur. 2 Ad hoc ¶. eo. §. cum ergo in fi.

PResbyteri.] CASVS. Require caſum huius c. ſup. 2. q. 6. placuit. Sequens capitulũ planum eſt. Irrita.] id eſt, irritanda de facto. ſi eſt ipſo iure irrita, ſed non facit hoc c. directe ad propoſitum Gratia.

f ¶Presbyteri. [illegible] habemus ſupra 2. q. 6. placuit.

Itri-

a IRritam.] ¶ Iniuſtā.] i. irritandā. Vel prout ſonat.
b Retractandam.] De facto ſi eſt ipſo iure irrita, vt extra de app. ad præſentiam.

RVrſus.] CASVS. Beneuētanus ſic ponit hūc caſum. Quidam clerici fuerunt de quibuſdam criminibus 26. q. 6. c. cognominus. [Purgare.] Idest, venire ad iudiciū, vt de cauſa cognoſcatur, vt ſic purgetur, vel cōdemnetur. Quidam tamen intelligunt hoc cap. de clericis infamatis, qui ſe purgare contemnunt.

c ¶ Rurſus.] idest, poſt alia ſtatuta. Sic pone caſum. Quidam accuſatus de crimine legitimè fuit citat⁹, noluit venire, excōmunicatur pro cōtumacia. ſi intra annū venerit, auditur ſup crimine, poſtea nō: q̃a habetur pro conuicto, vel cōfeſſo iuris interpretatione. nā qui excommunicatus eſt ꝓ ſuſpicione hęreſis, poſt annum pro hæreticio habetur, vt extra đ here. excōmunicam⁹. circa prin. nō ob. 3. q. 9. decernimus: quia ibi loquitur cum lis eſt cōteſtata. Vel ibi nō punit de crimine, ſed pro cōtumacia. Sed P. Hiſpanus propter hoc verbū purgare, intellexit hoc c. de clerico iſamato, qui ſi citatur, vt ſe purget, & contumax fuerit iuris ĩterpretatione ꝓ cōuicto habetur. 24. q. 3. de illicita. Vel dic quod temperat rigorem illorum canonum, qui dicebāt quod ſi clericus cōtemnit excōicationem, ſtatim deponēdus eſt. ſu. ca. ſi quis presbyter, & ca. ſeq. ſed hic ꝓpter inſultationē hęreticorū datꝰ eis annus ad ꝓbandum innocētiā ſuam: ſed ſi ꝑ annū ſteterit excōmunicatus, tūc primo deponitur. Vel dic, ꝙ etiam poſt annū poteſt audiri de crimine quātū ad hoc vt oſtēdat innocentiā ſuam: ſed nō quantū ad hoc vt recuperet bona ſua, C. de requir. reis. l. 2. qđ tū hic dicitur de anno, videtur correctum extra de cler. non reſid. ex tuæ. Sed dic, ꝙ non habetur pro cōuicto ſpatio minori quàm anno, vt hic dicitur, ſed tamen in minori ſpatio poteſt priuari beneficijs, vt ibi. Et not. ꝙ ſequens cap. loquitur de ciuili negotio, & criminali, hoc autem in criminali tantum.

1 Ita ꝙ direƈte agatur đ crie in quo caſu loquit̃ hoc c. & ſeq. & 3. q. 9. decernimus, & iſta c. loquūtur lite cōteſtata ſm B. quod dic ut no. ext. đ dolo & contu. veritatis in gl. hoc patet. & 3. q. 9. in ſumma. Arc.

quidquid eſt, finiant, adhibiti ab eis ex conſenſu epiſcoporum ſuorum. Quòd ſi & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent niſi ad Africana concilia, vel ad primates prouinciarum ſuarum. Ad transmarina autem qui putauerit appellandum; a nullo intra Africam in communione ſuſcipiatur.

¶ *Huic capiti in vulgatis codicibus præpoſitum erat nomen Palea: ſed in omnibus vetuſtis Gratiani exemplaribus habetur. Citatur autem ſupra 2. q. 6 c. placuit.*

2. q. 6. Irritam. ex Felice.

*Item ex concilio Carthaginenſi. 4. c. 28.*

¶ Iniuſta epiſcoporum damnatiò, irrita eſſe cenſetur. C. XXXV.

; *al. & iniuſtam.*

IRritam eſſe iniuſtam † [a] epiſcoporum damnationem, & idcirco a ſynodo retractandam [b].

*Item ex concilio Carthaginenſi. 5. c. 12.*

Et in Afri. ca. 46. & Vorma. c. 71.

¶ Qui cauſæ ſuæ adeſſe, & innocētiam ſuam afferere voluerit, intra annum excommunicationis hoc faciat. C. XXXVI.

RVrſus [c] cōſtitutum eſt, vt quoties clericis conuictis, vel [α] cōfeſſis in aliquo crimine, vel pp vtilitatē eorū, quorum verecūdiæ parcitur, vel propter eccleſiæ opprobrium aut inſolētem inſultationem hæreticorum, atque gentilium, ſi forte cauſæ ſuæ adeſſe voluerint, & innocētiam ſuam aſſerere; intra annum excōicationis hoc faciant. Si vero intra annum cauſam ſuam purgare contempſerint; nulla eorum vox poſtea penitus audiatur.

Polyc. l. 7. tit. 1. Burc. l. 2. c. 182. Iuo p. 6. c. 232.

α ¶ Vel.] *In omnibus locis indicatis legitur* &. *Sed manuſcripta Gratiani exemplaria cōcordant cū vulgatis. In aliquibus tamē eſt,* cōuicti clerici, vel confeſſi. *Apud Iuonē vero legitur,* vt aliquoties clerici conuicti, & confeſſi; & *vocem,* aliquoties, *habet etiam Burchardus.*

*Item Gelaſius.*

Poly. l. ibid. Anſ. l. 12. c. 24. Burc. l. 11. c. 47. Iuo p. 14. c. 111. Pann. l. 5. c. 136.

† *al. diſſimulat.*

¶ Audientiam ſibi negat, qui excommunicationis ſuæ cauſam agere intra annum differt.† C. XXXVII.

QVicunque intra anni ſpatiū ciuiliter, ſiue publicè [d]

bus accuſati: citati noluerunt venire, propter quod fuerunt excommunicati, quæſitum fuit in concilio Carthaginenſi qualiter vlterius ſit procedendum? Et reſpōdet, ꝙ quamuis contumacia faciente ſint conuicti, vel confeſſi, tamen vt eorum parcatur verecundiæ, ad euitandam inſultationem hæreticorum, vel gentilium, intra annum expectantur, intra quem, ſi venerint, cauſam ſuam defendant: ſi vero non venerint intra annum, poſtea nullo modo audientur. Idem ſentit Hug. & Io. quia qui ſtat in excōmunicatione per annum, iuris interpretatione pro conuicto habetur de crimine ſuper quo accuſatur, nec de eo auditur vlterius: ſed de excōicatione, vel contumacia qñcunque voluerit ſatisfacere auditur, iuxta illud. In quacunque hora peccator, &c.

QVicunque.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ quicūque fuerint excōicati propter ciuilem, vel criminalem cauſam, ſi intra annum cauſam non peregerint coram ſuis excōicatoribus, poſtea non audiantur: ſi vero in excōicatione fuerint mortui, iuxta ſententiam B. Leonis, eis mortuis cōicare non debemus, ſicut eis viuis non communicauimus: ſed diuino iudicio referuentur.

d ¶ Siue publicè.] idest, ſiue criminaliter.

a ¶ Ex-

a ¶ Excommunicatorib. ] Excommunicandus eſt reus, cum talis eſt cauſa ꝙ actor non poteſt mitti in poſſeſſionem, vt extra vt lit. non conteſt. tuæ.
ADDITIO. Et intelligitur hoc cap. quando non liquet, nec liquere poteſt de cauſa: alias eſt diſpenſatio ſecundum Hug.

ꝙ ſententiæ excommunicationis ſiue iuſtæ ſiue iniuſtæ parendum eſt. Modo allegat contrarium, & rñdet illis duobus cap. ſententia paſtoris, & capit. quibus epiſcopi non communicant, & dicit, quod loquũtur de ſententia iniuſta, quæ non eſt ſeruanda, ſed timenda, quod allegan-

cauſam ſuam coram ſuis excommunicatoribus [a] nõ peregerint; ipſi ſibi aditum audientiæ clauſiſſe [b] videantur. Quod ſi obſtinato animo ſine cõmunione defuncti fuerint; nos eorum cauſam, iuxta beati Leonis [c] prędeceſſoris noſtri ſententiam, diuino iudicio reſeruantes, quibus viuis non communicauimus †, nec mortuis communicare debemus.

24.q.2.c.1.

† *al. mortuis communicare non poſſumus.*

PALEA. C. XXXVIII.

QVi vero excõmunicato ſcienter communicauerit, & amodo ſal em in domo ſimul orauerit, atq; latebras, † quominus ad ſatisfactionem perducatur præbuerit; donec ab excommunicatore pœnitentiam accipiat; corporis, & ſanguinis Domini communione priuatum ſe eſſe cognoſcat.

Poly. ibidem.
Anſ. ibidem.
Burc. l. 11. c. 48.
Iuo p. 14. cap. 112.
ex eiuſdem Gelaſij decretis.

† *al. latebras defenſionis.*

*Item ex concilio* [d] *Hilerdenſi, c. 10.*

¶ Tardius recipiatur ad veniam, qui ſacerdote iubente de eccleſia exire contemnit. C. XXXIX.

QVi iubente ſacerdote pro qualicunque culpa ab eccleſia exire contempſerit; pro noxa contumaciæ † tardius [e] recipiatur ad veniam.

† *al. contumelia.*

*Sed quæritur ſi ante damnati abſolutionem epiſcopũ mori cõtigerit; vtrum damnatus poſtea valeat abſolui. De his ita ſtatutum eſt in concilio Epaunenſi. c. 28.*

¶ A ſucceſſore ſoluatur, qui poſt mortem epiſcopi remanet ligatus. C. XL.

Burc. l. 11. c. 50.
Iuo p. 14. c. 114.
Pann. l. 5. c.

ij SI epiſcopus ante damnati abſolutionem obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem ſucceſſori, [f] licebit abſoluere.

*Præmiſſis auctoritatibus, quib. iniuſtæ ſententiæ vſq; ad examinationem vtriuſq; partis parere iubemur, ita reſpondetur. Gregorius non dicit ſententiã iniuſtè latã eſſe ſeruandam, ſed timendã ſicut & Vrbanus* [g] *Timẽda eſt ergo, id eſt nõ ex ſuperbia contemnenda. Reliquæ vero auctoritates de excommunicatis loquũtur, qui vel vocati ad ſynodum uenire cõtempſerunt, vel calliditatibus aduerſantium occurrere neſcientes, iniuſtam ſententiam a iudice reportauerunt, vel qui neglectu ſuæ vitæ ſiniſtram de ſe opinionem naſci permittentes ſententiam in ſe exceperunt. Hos ſi quidem ſolo excommunicationis ſententia ferire licet.*

Et in adiectis capitularibus Caroli filij Ludouicis.

*Vnde in Meldenſi concilio, c. 56.*

b ¶ Clauſiſſe. ] Quãtũ ad cauſam poſſeſſionis. ſed non proprietatis, vñ mitius agitur in ciuili quã in criminali cauſa, vt dictum eſt ſup. c. prox. & ext. vt lit. nõ conteſt. qñ frequẽter. Vel loquitur de actore cõtra quẽ bene proceditur lite non conteſt. vt extra de dolo, & contumacia, cauſam.
c ¶ Leonis. ] 24. q. 2. ſane, & c. de communione.
d ¶ Itẽ ex cõcilio. ] hę ſunt paleæ B.
e QVi iubẽte. ] ¶ Tardius. ] hoc in laico: clericus enim deponitur ſupra ead. ſi quis epiſcopus, & iudex poteſt alicui negare iuſtitiam propter delictum ſuum, vt ff. ex quibus cau. ma. ſed & ſi. §. actio immo quandoque duplicatur alicui pęna propter cõtumaciã ſuam, vt ff. de pœn. authen. damnum. §. quiſquis, & eſt ſimile, ſup. 18. diſ. ſi quis autem.
SED QVÆRITVR. CASVS. Sup. in cap. quicũque dictũ eſt, ꝙ mortui in excõmunicatione ſoli Deo reſeruantur. Nũc vero quæritur, ſi quis epiſcopus excõmunicator primo moriatur qs debeat abſoluere excõmunicatum? Et reſpõdetur ꝙ ſucceſſor: qđ probat ſeq. ca. cuius caſus patet.
f SI epiſcopus. ] ¶ Succeſſori. ] Huic eſt ſimile ff. de iu. mortuo. Eſt ergo hic arg. ꝙ ſucceſſor põt corrigere, & tenetur confirmare factũ anteceſſoris ſui.

Succeſſor factũ anteceſſoris confirmare tenet.

35. q. 9. quod quis. extra de precar cap. 2. & 16. q. 9. illud. 12. q. 2. quicũque, & in authen. vt nulli iud. §. & hoc vero iubemus. ſucceſſor autem delegati non poteſt abſoluere, vel reſtituere poſſeſſionem adiudicatam, niſi ſuccedat in honore, & onere, extra de off. ord. paſtoralis. §. præterea.
PRÆMISSIS. CASVS. Hactenus probauit

legando dicit. Alia vero cap. intelliguntur de contumacibus, & negligentibus: qui licet peccata, de quibus impetuntur, non commiſerint, tamẽ excommunicationis ſententia licite feriuntur: quod probat per ſequentia c. Sequens. §. planus eſt. [ Hos ſolos. ] i. contemptores, vel negligentes.
g ¶ Sicut, & Vrbanus. ] Sup. ead. quibus epiſcopi.

Nemo.

¶ Quibus culpis exigentibus aliquis ſit communione priuandus. C. XLI.

Burc.l.11.c.10.
Iuo p.14.c.80.
Pann.l.5.c.93.

2 NEmo epiſcoporum quemlibet ſine certa & manifeſta peccati cauſa communione [a] priuet eccleſiaſtica. Sub anathemate α autē ſine conſcientia [b] archiepiſcopi, aut coepiſcoporum nullum præſumat ponere, niſi vnde canonica docet auctoritas: quia anathema eſt æternæ mortis [c] damnatio, & non niſi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi.

α ¶ Sub anathemate.] *In concilio Meldenſi & adiectis capitularibus Caroli filij Ludouici legitur*. Anathema aūt ſine conſenſu archiepiſcopi, aut coepiſcoporū, prælata etiā euangelica admonitione, nulli imponat. *Cæteri autem collectores parum a Gratiani diſcrepant.*

*Item ex concilio Aruernenſi.*

¶ *In concilio Aruernenſi, quod extat, non habetur; ſed in Aurelianenſi 5 c.2. & in Vormacienſi, c.13.*

¶ Pro paucis & leuibus cauſis nullus communione priuetur. C. XLII.

NVllus ſacerdotum quemquam rectæ fidei hominē pro paruis & leuibus [d] cauſis a communione ſuſpendat, præter eas culpas, pro quibus antiqui patres arceri [e] ab eccleſia iuſſerunt committentes.

*Item ex concilio Triburienſi.*

¶ Pro his tribus criminibus quilibet communione priuetur. C. XLIII.

Poly.l.7.tit.8.
Burc.l.11.c.74.
Iuo p.14.c.122.
Pann.l.5.c.112.

CErtum † eſt pro his tribus [f] criminibus aliquem excommunicari debere: cum ad ſynodum canonicè vocatus venire contemnit: aut ſi poſtquam illuc venerit, ſacerdotalib. reſpuit obedire præceptis; aut ſi ante finitam [g] cauſæ ſuæ examinationem a ſynodo abire † præſumit.

† al. Decretum. † al. profugus abire.

4 *De his* [h] *inquam, & huiuſmodi, præmiſſa auctoritates loquuntur, non de iniuſte ſuſpenſis. Quòd autem iniuſtæ ſententiæ parendum non ſit, multis auctoritatibus probatur. Quarum prima eſt illa Hieronymi ſuper Matthaum, lib 3.*

In com.ad c.16.

Poly.l.7.tit.3.
Anſ.l.7.c.130.
Iuo p.14.c.7.
Pann.l.5.c.86.

¶ Sequentia paſtoris reum, vel innocentem non conſtituit, vel facit. C. XLIIII.

QVomodo [i] ſacerdos mundum leproſum nō facit; ſic

---

NEmo.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ nullus epiſcopus debet ſuum parochianum excommunicare, niſi propter manifeſtam cauſam peccati. In ſecunda parte dicitur, quòd nullus debet anathematizari ab epiſcopo, niſi ꝑꝑ contumaciam mortalis peccati. nec ſine conſcientia archiepiſcopi, vel ſuffraganeorum.

a ¶ Communione.] Sacramentorum.

b ¶ Sine conſcientia.] Hoc eſt verum, cum illud delictum tangit totam prouinciam, alias non tenet, vt 9.q.3.c.2.& c.archiepiſcopus.

c ¶ Mortis.] Sed cum ſit perpetua damnatio, qualiter dicitur medicinalis, ut 2.q.1.multi? Reſpond. cum contemnitur, eſt damnatio, alias nō, ut 24.q.3.notandū in fi. Item videtur hic, ꝙ nemo ſit excommunicandus niſi pro contumacia, vt 45.diſt.ſed illud.& 24.q.3. tam ſacerdos, & c.eccleſiæ. ſed hoc non eſt verum. 1 vt extra de ver.ſig. ex parte. Vel dic, ꝙ tunc demum quis poteſt excommunicari pro crimine, cum eſt incorrigibilis, cū aliter non poſſit corrigi. 24.q.4.fortè. Ioan.

d NVllus.] ¶ Et leuibus.] Simile ſu.e.epi. Vel intellige de venialib. vt inf.de conſ.d.2.quotidie. & c.panem de altari.

e ¶ Arceri.] Ideſt ex communicari. Baz. tamen intelligit, ꝙ quicunq; eſt in mortali peccato, non debet ingredi eccleſiā, ꝑ id quod eſt 33.q.3. vir cum propria. ſed nō eſt verum, vt ibi dixi. & j.de pœ.d.5. falſas & 2.q.1. qui ſtudet. Io.

1 Ad hoc ē c.qui merito de conſ.d.2. ſi non [illegible] ant. ibi de hoc. & no. ſ.ca.epi ſi ſu. c.excōicatos, & 17.q.4.de preſbyterorum. Arch.

CErtum.] CASVS. Quidam clerici vocati ad ſynodum venire contemnebāt; aut ſi veniebāt, non obediebant, vel ſi obediebant ad tēpus ante finem cauſæ a ſynodo recedebant, quæſitum fuit de iſtis, vtrum pro his tribus criminib. ſint excommunicandi. Et rūdet ꝙ ſic.

f ¶ Trib.] i. pro cōtumacia iſtorū idem eſt de quolibet alio crimine.

g ¶ Ante finitā.] Sic inf.de conſec.diſt.1.miſſus.

DE HIS. Hæc eſt 4. pars quæſt. in qua ꝓbare intendit magiſter ſuperficialiter, ꝙ ſententiæ iniuſtæ nō ſit parendum. ſ. quod neminē ligat apud Deum. ſupple niſi contemnatur, alias contra 2 ;. q.3. notandum. Hoc tamen intēdit probare per 19.ca. quæ aliter intelliguntur, ꝗ in ſententia excommunicationis. Ioan. de Pant.

CASVS. Nunc dicit Grat. ꝙ de talib. contumacib. loquuntur ſupradictæ auctoritates, quib. non eſt cōmunicandum: ſed non loquuntur de iniuſte ſuſpenſis, cui iniuſtæ ſententiæ probat ſophiſticè non eſſe parendum multis auctoritatibus, quarum prima eſt, &c.

h ¶ De his.] Ideſt, de contumacibus.

QVomodo.] CASVS. Oſtendit hic Hiero. ꝙ ſicut ſacerdos vet. teſt. mundum non faciebat leproſum. ſic hodie prælatus non ligat per ſuam ſententiam inſontes, nec ſoluit noxios; ſed ex officio ſuo ſcire debet quis ligandus ſit, & quis ſoluendus.

i ¶ Quomodo.] Si quis enim dicebatur leproſus, ducebatur ad ſacerdotē, & ſi ille iudicabat illū leproſum, vel mun-

Sola non dat nouum ius.

mundum, ita habebatur, vt inf. de pœ. diſtin. 1. §. ex his itaque. Et ſic patet, quod ſententia nõ dat nouũ ius, ſed vetus declarat, vt ff. ſi ſer. vẽ. ſicuti. §. 3. tñ ſi ſola fuerit lata pro reo, per hoc nõ tollitur obligatio, vt ff de cõd. indc. Iulianus. ſed ſi pro actore feratur, dat ei nouã actionem, vt C. de rebus cred. actori.

a ¶ Non alligat.] Quantum ad Deũ, ſed quantũ ad eccleſiam, vt 24. qõ. 3. ſi quis non recto.

b ¶ Nec ſoluit noxios.] Talis abſolutio nõ prodeſt quãtum ad eũ, qui quærit indiſcretũ ſacerdotem, vt eum per imperitiã abſoluat, vt infr. de pœn. d. 6. qui vult.

c ¶ Scit. i. ſcire debet, vt iudex. Ioan. de Fant.

Cui.] CASVS. Dioſcorus hæreticus Alexandrinus Patriarcha quoſdam excõicauit. qui eius ſnia credebãt ſe eſſe ligatos. quæritur a Gelaſio, vtrũ a tali ſnia ſint ligati, & rñdet, quod nõ: nec indigent abſolutione, ſed deponant illam opinionem, & erit ſententia nulla.

d ¶ Illata] a Dioſcoro hæretico, cuius ſnia nulla fuit. Sed quid ſi aliã tuliſſet ſententiam in ſuos ſubditos? Dico, quod tenet, quia illi qui ſunt ext. eccleſiã, bene habent iuriſdictionẽ, vt 23. qõ. 5. ſi peccat. & 3. q. 7. c. vlt. Alij contra ſentiunt, ut 24. q. 1. audiuimus. ſed illud non tenet eũ excõicatus eſt, vt extra de ſent. & re iud. ad probandum.

Secũdũ.] CASVS. Dr hic, quod naturæ Dei. ſ. homini, non põt aliquis iniuſte nocere: nec ipſa põt iniuſte & ſine cauſa nocere: quia Deus nõ patitur quẽquam iniuſte nocere. Seq. capitula plana ſunt vſque ad c. in cunctis.

e ¶ Nec naturę Dei.] Ideſt, Deo.

f ¶ Nec natura Dei nocere.] Qui puniat malefactorem, vt 32. q. 4. nemo.

g Cœpiſti.] ¶ Dirumpit.] Vt 15. q. 6. auctoritatem.

a ¶ Se-

epiſcopus, vel presbyter, non alligat [a] eos, qui inſontes ſunt, nec ſoluit noxios, [b] ſed pro officio ſuo cũ peccatorũ varietates audierit, ſcit qui ligandus ſit, qui ſoluendus.

¶ *Varie hic locus legitur apud collectores. Apud B. Hieronymum ſic habet.* Legimus in Leuitico de leproſis, vbi iubentur, vt oſtendant ſe ſacerdotib. & ſi lepram habuerint, tunc a ſacerdote immundi fiant: non quod ſacerdotes leproſos faciant, & immundos: ſed quod habeant notitiã leproſi & non leproſi, & poſſint diſcernere, qui mũdus, quive immundus ſit. Quomodo ergo ibi leproſum ſacerdos mũdum, vel immundum facit, ſic & hic alligat, vel ſoluit eps & presbyter: non eos, qui inſontes ſunt; vel noxij; ſed pro officio ſuo, cum peccatorum audierit varietates, ſcit qui ligandus ſit, quive ſoluendus.

[*Item Auguſtinus ſuper Matthæum.*

PALEA. C. XLV.

Ridiculum eſt, vt eũ mundum eſſe dicamus, qui vinculis peccatorum ſuorum ligatus eſt, propter hoc ſolum, quòd epiſcopus dicitur habere huiuſmodi poteſtatem, vt ſoluti ab eo, ſoluti ſint in cœlo, & ligati in terris ligati ſint in cœlo ſit ergo irreprehenſibilis, qui alterum ligat, aut ſoluit.

*Item Gelaſius Papa epiſcopis Orientalibus de damnatione Dioſcori.* α

Sentẽtia habetur aliqua ex parte in tomo Gelaſij de anathematis vinculo.

α ¶ Damnatione Dioſcori.] *Sic etiam in manuſcriptis. Apud Iuonem eſt,* de communione Achatij vitanda. *Et Dioſcorus quidem in Chalcedonenſi ſynodo, & a S. Leone primo damnatus eſt: Achatius autem a Fœlice tertio, & Gelaſio ipſo.*

¶ Non eſt petenda abſolutio, cum inique fertur ſententia. C. XLVI.

Iuo p. 14. c. 8.

Cvi eſt illata [d] ſententia, deponat errorem, & vacua eſt, ſed ſi iniuſta eſt, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum, & eccleſiam eius neminem poteſt iniqua grauare ſententia. Ita ergo ea ſe non abſolui deſideret, qua ſe nullatenus perſpicit obligatum.

*Item Auguſtinus de ſummo bono.*

l. 3. de natura boni, cap. 39. Iuo p. 14. c. 9. Coloſ. 3.

¶ Deus non nocet, nec nocere aliquem patitur iniuſte. C. XLVII.

Secundum catholicam fidem, & ſanam doctrinam, & intelligentibus perſpicuam veritatem, nec naturæ Dei [e] nocere poteſt quiſquam, nec natura Dei nocere [f] iniuſte cuiquã, vel nocere iniuſte † patitur quemquam. Qui enim nocet (ait Apoſtolus) recipiet illud, quod nocuit.

† *Impune*] vera lectio.

*Item ſermone 16 de verbis Domini.*

Iniuſta vincula dirumpit iuſtitia. C. XLVIII.

Iuo p. 14. c. 5. Pann. l. 5. c. 33.

Coepiſti habere fratrem tuum tanquam publicanũ, ligas illum in terra, ſed vt iuſte alliges, vide. Nam iniuſta vincula dirumpit [g] iuſtitia. Cum aũt correxeris, &

a ¶ Solueris.] Quaſi dicat. ſi iuſte ligas, erit ligatus & in cœlo. & econuerſo. vt de pę. d. 1. quem pœnitet.

b TEmerarium.] Plerumque.] Nocet enim ſi contemnatur.

c ¶ Vt noceat.] Quia ſi per imperitiam iudicat, facit litem

in tota litis æſtimationē 1. C. de pœ. iu. qui male iu. l. 2. eodem modo ad intereſſe punitur. qui iniuſte excōmunicauit aliquem, niſi errauerit ex cauſa probabili. ut ex de ſenten. excom. ſacro.

d QVid obeſt.] Tabula.] 2. q. 1. c. nomen.

Index male iudicans qualiter punit.

concordaueris cum fratre tuo, ſoluiſti illum in terra cum ſolueris [a] in terra, ſolutus eris & in cœlo.

α¶Cum autem.] *Emendatus, & locupletatus eſt hic locus ex originali, Iuone, & Pannormia.*

*Item de ſermone Domini in monte. lib. 2 c. 29.*

Iuo p. 14. c. 10.

¶ Temeritas iudicandi non ei, qui iudicatur, ſed iudici nocet. C. XLIX.

TEmerarium iudicium plerumque [b] nihil nocet ei, de quo temere iudicatu. Ei autem, qui temere iudicat, ipſa temeritas neceſſe eſt, vt noceat [c].

Poly. l. 7. tit. 1.
Iuo p. 14. c. 11.

*Idem ad clerum Hipponenſem. epiſt. 137.*

¶Non obeſt homini iniuſta ſententia. C. L.

QVid obeſt homini, quod ex illa tabula [d] non vult eum recitari humana ignorantia, ſi de libro viuorum non eum delet iniqua conſcientia?

Iuo p. 14. c. 12.

*Item in libro contra Secundum Manichæum, c. 1.*

¶De eodem. C. LI.

SEnti [e] de Auguſtino, quidquidlibet, ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet.

*Item Gregorius Conſtantio Mediolenſi epiſcopo, libro 6. epiſt. 14. ſeu c. 178.*

Nic. epiſt. 2. ad. Michaele Imp.

¶Quos conſcientia iuſtificat, aliorum maledicta non timeant. C. LII.

IN cunctis, quæ in hac vita aduerſa proueniūt. ſola eſt ſicut noſtis, omnipotentis Dei diſtrictio penſanda, atque ad cor ſemper proprium recurrēdum, vt nullius nos ibi lingua [f] implicet, vbi conſcientia non accuſat. Quem enim cōſcientia defendit; & inter accuſationes liber eſt, & liber, vel ſine accuſatione [g] eſſe nō poteſt, ſi ſola, quæ interius addicit [h], cōſcientia accuſet. De veſtra igitur ſanctitate abſit à Chriſtianorū iudicio, ea quę maledicorum [i] hominum rumoribus conficta credimus, in qualicumque modulo ſuſpicionis adduci, quia ex ſacri eloquij teſtimonio tenemus, vt maiora malaα, cum forſitam dicūtur, niſi, probata, [k] credi non debeant: ſed probata [l] citius vlciſci. [m] *& infra* ¶Hæc igitur dixi, vt nimiæ eſſe leuitatis oſtēderem; ſi quis mala grauia credere ſtudeat, quæ probari nō poſſunt. Vnde ſanctitas veſtra debet mētem ſuam à maledicorum hominum rumoribus, atque obtrectatione diſiungere; & ſola, quæ æternę vitæ ſunt, atque ad vtilitatem ſubditorum proficiunt, cogitare.

al. audit.

α¶Maiora mala.] *Sic emendatum eſt ex originali, & Nicolao: & ſæpe in hac epiſtola repetitur.* mala grauia. *Antea legebatur*, mala maiorum.

e SEnti.] inf. ea. nō ſunt. contra. 12. q. 1. nolo. de cōſe. d. 1. iubemus. i ill's c. dē quod nō ſufficit conſcientia, ſed requiritur bona fama quātū ad alios ſed illa. c. loquūtur quādo ſumus īter tales, q parati ſunt imitari, & nō reprehēdere, unde ne tales corrūpamus exemplo niti debemus, vt fama noſtra luceat coram eis. ſed hic loquitur cū ſumus inter tales, qui nō curant imitari, ſed reprehēdere: tūc ſufficit nobis quantum ad eos conſcientia bona.

IN cunctis.] CASVS. Cōſtantinus archiepiſcopus Mediolan. infamatus erat à quibuſdā maledicis ſuper quibuſdam criminibus, & ideo corrigere ſubiectos pretermittebat, nec etiam prædicabat quia credebat uera eſſe quæ dicta ſunt de eo. Papa vero ſcribit ei, vt propter hoc non dimittat vtilitatē ſubditorum, ſed ſola cōſciētiam mūdā retineat apud Deū & dicit ſe talia nunquā credidiſſe, cū ſacri eloquij teſtimonio d... [illegible] la non eſſe credēda niſi probentur.

f Lingua. Ablatiui caſus, ſ. vt propter nullius linguā credat ſe aliquis implicitum & reum.

g ¶ Accuſatione.] Interiori.

h ¶ Addicit.] Id eſt. condemnat.

i ¶ Maledicorum.] arg. quòd īfamia orta ab inimicis non īducit purgationē. extra de pur. can. cū in iuuētute. & 2. q. 5. omnibus 2 nec ēt a leuibus perſonis. nec ab illis, q de facili credunt.

K ¶ Niſi probata.] ī. 30. q. 5. nullū ante.

1 De hoc no. 2. q. 6. hoc etiam, & extra lib. 6. de re. iud. cum æterni. quæ eſt in no. 4.

Fama bona cum cōſcientia requirit.

2 Vbi de hoc uidear 24. q. 4. non inuenitur iuxta ſi. Arch.

litem ſuam, ut inſt. de obli. quæ ex quaſi deli. na. §. 1. ſed ſi per dolum, incurrit infamiam, & præterea punitur

l ¶ Probata.] Aliàs prolata.

m ¶ Vlciſci.] .i. puniri, q citiꝰ fieri pōt. vt 23. q. 4. cū q ſq;

ET ſi ad tempus.] CASVS. Dicit Aug. quod quamuis homo dãnetur in hoc ſæculo iniuſte à terrena poteſtate, vt Cyprianus martyr: non eſt tñ curandum qm̃ à ſuperiori iudice recipiet coronam. & ſm̃ H. eſt in litera. Proconſul. & ſecundum hoc erit ibi, [ Addixerit. ] & duces cæcorum. Et auctoritate Pauli, qui præcepit Romanis, vt quantum in eis eſſet, cum omnibus hominibus pacem haberent, licet ſcandalizati ſint de hoc Secunda pars incipit ibi. [ Vocandi tamen. ]
c ¶ Ne forte. ] Hæc fuerunt verba Chriſti, cum peteretur

Christus tributum ſoluit.

*Item Auguſtinus in pſal. 36. concione. 3. ad ver. [ Nec damnabit eum. ]*

¶ Fruſtra damnatur ab homine, quem Deus iuſtificat. C. LIII.

ET ſi ad tempus α damnaris ab homine, & ſi dixit ſententiam proconſul in Cyprianum? alia eſt ſella [b] terrena, aliud tribunal cœlorum. Ab inferiore accepit ſententiam, à ſuperiore coronam [c]. Iuo p. 14. c. 13.

α ¶ Et ſi ad tempus.] *Apud B. Auguſtinum de diuino iudicio agentem ſic legitur*. Quando ergo ventum fuerit ad illud iudicium, non eum damnabit: & ſi ad tempus videtur damnari ab homine, & ſi dixit ſententiam, &c.

*Item in pſalmum 37. ad ver. [ Quoniam in te ſperaui.*

C. LIIII.

CVſtodi [d] intus innocentiam tuam, vbi nemo opprimit cauſam tuã. Prçualebit † in te falſum teſtimoniũ ſed apud homines. Nũquid apud Deum valebit, vbi cauſa tua dicenda eſt? Quando Deus iudex erit; alius teſtis, quàm conſcientia tua non erit. Inter iuſtum iudicem, & conſcientiam tuam noli timere, niſi cauſam tuam. Iuo p. 14. c. 14. † al. præualuit.

*Item Gregorius Papa Palladio presbytero, li. 8. epiſ. 45.* Et in epiſtola Sixti iij.

¶ Non hominum linguas, ſed conſcientias curare debemus. C. LV.

INter verba laudantium, ſiue vituperantium ad mentẽ ſemper recurrendum eſt: & ſi in ea non inuenitur bonum, quod de nobis † dicitur; magnam triſtitiam generare debet: & ruſum ſi in ea non inuenitur malũ, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiã proſilire. Quid enim, α ſi homines † laudent, & conſciẽtia nos accuſet? aut quę debet eſſe triſtitia, ſi oẽs accuſent & ſola conſcientia liberos nos eſſe demonſtret? Habemus Paulũ dicentẽ: [ Gloria noſtra hæc eſt, teſtimoniũ cõſciẽtiæ noſtræ. ] Iob quoq; dicit: Ecce in cœlo teſtis meus. ] Si ergo eſt nobis teſtis ĩ cęlo, teſtis in corde, dimittamus ſtultos foris loqui quod volunt. Quid aliud detrahentes faciunt, niſi in puluerem ſufflant, atq; in oculos ſuos terram excitant? vt vnde plus detractionis perflãt, inde magis nihil veritatis videant. Vocãdi tamẽ etiã ſunt ipſi, & tranquille admonendi, eiſq; ſatisfieri modis omnibus debet ſcientes, quid de Iudæis veritas dicit: ne forte [e] ſcandalizemus eos. ] Si aũt ſatis fieri ſibi ex veritate noluerint habes conſolationẽ, quã in ſancto Euangelio conſpicias. Cum enim Dño dictũ fuiſſet: Scis, quia Phariſæi audito-

† al. vobis. † al. omnes. 2. Cor. 1. Iob. 16. Matth. 17.

a ¶ Cyprianũ. ] Martyrem.
b ¶ Sella. ] Id eſt, ſedes iudicis.
c ¶ Coronam. ] Si ſententiam patienter ferat, vt j. c. q̃ iuſtus.

CVſtodi. ] CASVS. Dicit hic, ꝙ licet falſum teſtimoniũ faciat alicui iuſto p̃iudiciũ apud ſacerdotes, non tñ apud Deum præualebit, cum Deus erit iudex. & ſola conſcientia teſtis: & ideo in anima debet innocẽtia cuſtodiri, vbi cauſa iuſti ñ opprimit.
d ¶ cuſtodi. ] Quia corpori vis poteſt neri, non animę. 32. q. 5. §. 1. & 2. q. 6. ĩ prin. Io. de Fant.

INter verba. ] CASVS. Hoc c. diuiditur ĩ duas partes. In prima parte dicitur, quod ſiue laudamur ſiue vituperamur, ſp̃ eſt ad mẽtem recurrendum, & ſi bonũ quod dicitur, nõ eſt in nobis, triſtari debemus. Si vero malum, quod homines de nobis loquũtur, nõ eſt in nobis, multum gaudere debemus. nam licet mala de nobis dicantur; conſcientia tamẽ apud Deum nos liberos eſſe demonſtrat quod probat duabus auctoritatibus, ſcilicet Pauli & Iob. Stulti vero bonis detrahẽtes, puluerẽ peccati in oculos ſuos ſufflãt: quia magis ſibi nocẽt q̃ alij ſicut in puluerẽ ſufflãs magis nocet ſibi q̃ alijs. In ſecũda parte dicitur, quod ĩfamãtib. eſt ſatisfaciẽdum ſi parati ſunt recipere ſatisfactionẽ: ne forte ſcandalizẽtur: qđ probat exẽplo Chriſti, qui ne Iudęi ſcãdalizarentur, ſoluit tributum. ſi autem nolunt ſatisfactionem recipere, de ipſorum ſcandalo non eſt curandum. Et hoc probatur duabus rationibus, ſcilicet exemplo Chriſti, qui cum audiſſet Phariſæos ſcandalizatos, eo quod docebat cibos non diſcernendos, non curauit ſed ait, Sinite illos. quia cæci ſunt, retur ab eo tributum, dixit Petro: Vade ad mare, & piſcem, qui tibi prius occurrerit, tolle. & quod inueneris in ore piſcis, da pro me & pro te. 23. q. 1. iã nunc Et eſt ar. quod aliquid omittatur ratione ſcandali. diſt. 50. de his vero.

a ¶ Verbo

a ¶ Verbo.] Non quod intrat in os, ſed quod procedit ex ore coinquinat hominem: tunc dixerunt diſcipuli: ſcis quia phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt? phariſæorum enim erat religio in cibis diſcernendis.
b ¶ Scandalizati ſunt.] Ideſt indignati 1 ſunt.
c ¶ Præ-

eſt curandum de detractionibus malorum. Sed dicit Grat. ꝙ hoc intelligẽdum eſt de illis, qui parati ſunt reprehendere, & non imitari, apud quos ſola conſcientia ſufficit: apud uero illos, qui parati ſunt audire, conſcientia & fama eſt neceſſaria: quod probat ſequens c.

1 Forte melius diceret dedignati: ſm id quod le. & no. 45. d. uera iuſtitia. Arch.

Math. 15.

verbo [a] hoc ſcandalizati ſunt [b]] reſpondit: [Sinite illos: cæci ſunt, & duces cęcorum.] Paulus quoque apoſtolus admonet, dicens:] Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt cum omnibus hominibus pacem habentes.] Dicturus quippe,] Cum omnibus pacẽ habentes.] quia hoc difficile eſſe proſpexit, præmiſit: [c] [ſi fieri poteſt.] Sed tamen adiunxit, quod poſſit fieri, cũ dixit. [quod ex vobis eſt.] Quia ſi nos in mente charitatem erga odientes ſeruare cupimus, & ſi illi nobiſcum pacem non habent; nos tamen cum illis [d] ſine dubio habemus.

Rom, 12.

*¶ Quid enim.] *Addita ſunt nonnulla ex epiſtola B. Gregorij, & partim etiã Sixti tertij: ĩ qua idẽ fere repetitur.*

*Hoc inter eos obſeruandum eſt, qui parati ſunt ſuſpicari, quod non vident, parati ſemper reprehendere, nunquam imitari. Apud alios autem conſcientia eſt neceſſaria nobis, fama illis.*

*Vnde Auguſtinus libro de bono viduitatis, c. 22.*

¶ Conſcientia nobis, & fama proximis eſt neceſſaria. C. LVI.

12. q. 1. nolo, vt aliquis.

NOn ſunt [e] audiendi ſiue viri ſancti, ſiue fœminæ, quando reprehenſa in aliquo negligentia ſua, per quam fit, vt in malam veniant ſuſpicionem, vnde ſuã vitam longe abeſſe ſciunt, dicunt ſibi coram Deo ſufficere conſcientiam: exiſtimationem hominum non ſolum impudenter, verum etiam crudeliter contemnentes, cum occidant † [f] animas aliorum, ſiue blaſphemantiũ viam Dei [g] (quibus ſecundum ſuam ſuſpicionẽ, quaſi turpis, quæ caſta eſt, diſplicet vita ſanctorum) ſiue etiam cum excuſatione [h] imitantiũ, non quod vident, ſed quod putant. Proinde quiſquis a criminibus flagitiorum, atque facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſibi benefacit: quiſquis autem etiam fama, & in alios miſericors eſt. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, alijs fama noſtra.

† al. occidunt.

*Item Hieronymus ſuper epiſtolam Pauli ad Philemonem.*

Ad locum] Gratias ago Deo meo.

¶ Apud Deum maledicitur, qui morib. diſſonam profert ſententiam. C. LVII.

Iuo p. 14. c. 6.
Pann. l. 5. c. 84.
*Prou. 17. ſecundũ 70.*

8 SI quis [i] dixerit [k] iuſtum [l] iniuſtum, & iniuſtum iuſtum, abominabilis vterque apud Deum eſt. Similiter, qui ſanctum dicit eſſe non ſanctum, & rurſum nõ ſanctum aſſerit ſanctum; abominabilis [m] apud Deũ eſt.

*Idem ibidem paulo ſuperius.*

NOn ſunt audiẽdi.] CASVS. Quidam ſancti uiri, vel fœminæ cum infamarẽtur a quibuſdam, non curabant, dicentes ſolam conſcientiam mundam ſibi ſufficere apud Deum, queſitũ fuit ab Aug. utrum bene dicerẽt? & reſpon. ꝙ non: quia cõſcientia noſtra nobis eſt neceſſaria: alijs uero fama noſtra. Vel etiam cũ excuſatione. verbi gratia: Videbãt mali iuſtum ex cauſa infirmitatis frangere ieiunia: qui neſcientes cauſam reprehendebant: unde non debent hoc facere in publico: uel forte prælatus malum parochianum propter ſcandalum tolerat in peccato, quod alij neſcientes reprehendunt: & ideo cõdẽt eis dici. Sequens capitulum patet.
e ¶ Non ſunt.] Infra 2. q. 1. nolo.
f ¶ Cum occidant.] exemplo, ut 2. qõ. 7. Paulus.
g ¶ Viam Dei.] ideſt, Chriſtianam religionem. 3
h ¶ Cum excuſatione.] Vt ſi uiderẽt aliquem ſoluere ieiunium iuſta de cauſa, ipſi idem faciũt exẽplo eorum: cũ tamẽ ignorent cãm quare ille faceret: & ſic ſe excuſant per alium,
i SI quis.] Hic reuertitur Grat. ad propoſitũ, ad oſtendẽdum. ſ. ꝙ ſnĩa iniqua nocet ei, q eam protulit, non aũt ei contra quẽ prolata eſt. põt etiam hoc intelligi de reb. ipſis, ideſt, ſi quis vitia dixerit eſſe uirtutes, vel econuerſo.

3 Sub. in qua iſti uiuunt, qui tñ talia faciũt, uel q ueniunt in malam ſuſpicionẽ: ſicut ſi aliqs ſanctus hõ intret ſolus ad publicas meretrices, ut eis prædicaret, & eas corrigeret. Arc.

c ¶ Præmiſit.] Arg. ex ordine verborum argumentandum, ar. 43. d. c. 1. in fi. extra dẽ reſcrip. cum dilecta.
d ¶ Cum illis.] Arg. quod fides eſt illi ſeruanda, qui eã non vult ſeruare 33. q. 5. quod Deo. 22. q. 4. innocens. cõtra arg. extra de iureiu. peruenit. in fi. 2. & eſt huic ſimile. ff. de arb. Celſus. §. idem.

2 Ad idẽ 95. diſt. eſto. ubi de hoc.

HOC INTER EOS. CASVS. Dictum eſt ſupra in c. inter uerba, ꝙ dimittendi ſunt ſtulti foris loqui: nec

K ¶ Dixerit.] Iudicando.
l ¶ Iuſtum.] Abſoluendo.
m ¶ Abominabilis.] Qui mortaliter peccat: & conſonat ei quod dicit Auguſt. ſuper primam epiſtolam ad Corint. quod errare in rebus, eſt mortale peccatum, ſcilicet cum putat quis id opus eſſe bonũ quod eſt malũ: uel econuerſo. nam quilibet adultus tenetur ſcire hoc eſſe bonum, illud malum. Vel dic, dixerit, ideſt firmiter

Error quãq. eſt peccatũ mortale.

miter aſſeuerauerit, cum non ſit certus.

SI quis hominem. CASVS, Redit Gra. ad propoſitum ſuum, ſcilicet ad probandum iniquam ſententiam nocere ei, qui eam tulit: & non illi cõtra quem lata eſt: & ita non eſſe ei parendum. Eſt ergo caſus huius c. Quidam dicebant iuſtũ hominem eſſe iniuſtum: alij dicebant iniuſtum eſſe iuſtũ. quæſitum fuit à Hiero. vtrũ iſti ſint mali? & rñdet ꝙ ſic: & hoc probat auctoritate Eſaiæ dicentis: Vę his, qui dicunt dulce amarum.

tianus, ꝙ prælatus non debet abſoluere delinquentem, niſi prius videat à Domino peccatum ſibi eſſe remiſſum. Et hoc probat exemplo Lazari mortui quatriduani: quem diſcipuli non abſoluerunt prius quàm viderunt ipſum à Chriſto viuificatum. Seq. duo c. patent.

¶ Chriſtum violat, qui ſanctum non ſanctum, vel non ſanctum ſanctum eſſe crediderit. C. LVIII.

ix SI quis hominem, qui ſanctus non eſt, ſanctum eſſe crediderit,[a] & Dei eũ iunxerit ſocietati; Chriſtum violat, cuius corporis omnes membra ſumus. *& infra.* ¶ Omnes credentes, ſecundum Apoſtolũ, Chriſti corpus efficiũtur. Qui in Chriſti corpore errat[b] & labitur, aſſerens membrum eius vel ſanctum eſſe, cum nõ ſit, vel nõ ſanctum eſſe, cũ ſit, vide quali crimini obnoxius fiat. [Vę (ait Eſaias) qui dicũt dulce amarum, & amarum dulce, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.] Dulce puto eſſe ſanctimoniam, amarum, quod ſanctimoniæ contrarium eſt.

*Rom. 12.* *1. Cor. 6.* *Eſ. 5.*

*Item Iſaiam, c. 5.*

¶ Aeternum vę maledictionis inueniet, qui bonos malos, & malos bonos dixerit. C. LIX.

VAE, qui dicitis malũ bonum, & bonum malum, ponẽtes tenebras lucem, & lucem tenebras. *& paulo ſuperius.* ¶ Propterea captiu⁹ ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius[c] interierũt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit[d] infernus animã ſuã, & aperuit os ſuum abſque vllo termino, & deſcenderunt fortes eius, & populus eius, & ſublimes, glorioſique eius ad eum, & incuruabitur homo,[e] & humiliabitur vir,[f] & oculi ſublimium deprimẽtur, & exaltabitur[g] Dominus exercituum in iudicio, & Deus ſanctus ſanctificabitur[h] in iuſtitia.

Eod. c.

*Item Gregorius homilia 26. in Euang.*

¶ Ligandi ſoluendique poteſtate ſe priuat, qui hanc iniuſte exercet. C. LX.

IPſe ligandi atque ſoluendi poteſtate ſe priuat,[i] qui hanc pro ſuis voluntatibus, & non pro ſubiectorum moribus exercet.

inf. c. plerumq. Pol. l. 7. tit. 1. Iuo p. 14. c. 3. Pann. l. 5. c. 79.

*Item ibidem paulo inferius.*

¶ De eodem. C. LXI.

IVdicare de ſubditis digne nequeunt, qui in ſubditorum cauſis ſua[k] vel odia, vel gratiam ſequuntur.

*Idem ibidem paulo inferius.*

Iuo ibidem. Pan. l. 5. c. 80.

¶ Non eſt vera præſidentis abſolutio, niſi ſequatur arbitrium interni † iudicis. C. LXII.

† *al. æterni.* inf. c. plerumq. Iuo ibidem. Pann. l. 5. c. 81.

TVnc vera eſt abſolutio præſidentis, cum interni †[l] ſequitur arbitrium iudicis.[m] Quod bene quatri-

† *æterni.* orig.

a ¶ Crediderit.]. i. aſſeuerauerit.

b ¶ Errat.] Non opinãdo, ſed ſtulte aſſerendo.

VAE qui dicitis.] CASVS. Eſaias docet in hoc c. ꝙ q dicit malum eſſe bonũ, & econuerſo, habebit pęnam temporalẽ & æternam. & hoc probat exemplo Iſraelitici populi, q nõ ſolũ captiuus ductus eſt ĩ Babylonẽ, ſed etiã infernus dilatauit animam ſuã, vt eos reciperet & os ſuum abſque termino aperuit: qa ĩ hoc deſcẽderũt [Ad eã.] ideſt, ad infernum. Et poſſunt hęc duo c. intelligi nõ ſolum de perſonis, ſed etiã de reb. ſcilicet de vitijs & virtutib. ut ſi aliquis dicat uitium eſſe uirtutẽ, vel ecõuerſo. Seq. duo capit. plana ſunt.

c ¶ Eius.] Ideſt, Hieruſalem.

d ¶ Dilatauit.] Loquitur humano more.

e ¶ Homo.] i. minor.

e ¶ Homo.] Ideſt ſuperbia.

f ¶ Vir.]. i. maior.

f ¶ Vir.] Ideſt, ſuperbus.

g ¶ Exaltabitur.]. i. altus apparebit.

h ¶ Sanctificabitur.] . i. ſanctus apparebit, ut ibi, [Sãctificetur nomen tuum.]

i IPſe.] ¶ Priuat.] . i. meretur priuari ſic 12. qõ. 2. ſępe fit, vel proprie, quia priuilegium non conceditur ad abuſum.

r Ideſt, facit pp ꝙ debet priuari. & eſt ſi. 55. d. pęnitens, ĩ ſi. 82. d. plurimos iuxta ſi. 4. q. 3. quiſquis.

k IVdicare.] Sua.] Vt inf. ea. quatuor.

TVnc uera eſt.] CASVS. Inducit hoc c. Gratianus, ꝙ ẽt iniuſta abſolutio non prodeſt: & à contrario ſenſu: nec iuſta condemnatio. Eſt ergo caſus. Oſtẽdit Gra-

l ¶ Interni.] Ideſt, conſcientiæ, vel Dei.

m ¶ Iudicis.] Ideſt, Dei. hic vult dicere, quòd ſacerdos neminem abſoluit, niſi præceſſerit abſolutio Dei, ideſt contritio.

l ¶ In

Pri-

PRiuilegium.] Hæc eſt pars illius ſup.diſt.74.vbi iſta cap. geſta.

a ¶ Priuilegium.] Perditur priuilegium propter abuſum,vt hic. 1 Propter delictũ 25.q.2.ita nos.Item propter contrarium factum. extra de priuile. ſi de terra.& extra

b NOn debet.] Pœnam.] Si ergo conſtet ibi, φ ſententia iudicis eſt iniqua, potes iudici violenter reſiſtere.extra de appel.ſignificauerunt. 61.diſt.cap.nullus inuitis. Eſt ergo hic arg.φ ſi quis celebrat poſt excõicationẽ iniuſte latam, φ nõ debet ſuſtinere aliquam pœnã: qa qui ꝓbat ſniam ex.õicationis eſſe iniuſtam,nõ eſt cogẽdus ad aliquam ſatisfactionem ext. de off. ord.ad reprimẽdam. arg. ĩ.ead. cui eſt. ſed hoc non eſt verum.vt ſ.ca.ſi ep̃s fortè.& c.ſeq. 2

Concor. ẽ.in l.liberam. ff.de pe 1. & in l. q ne. ff. de eg.geſt.

duani mortui reſuſcitatio illa ſignificat,quç videlicet demonſtrat,quia prius mortuum Dominus ſuſcitauit,& viuificauit dicens: [Lazare veni foras.] & poſtmodum is, qui viuens fuerat egreſſus: a diſcipulis eſt ſolutus,ſicut ſcriptum eſt.

*Ioan.11.*

Simplicius Papa, epiſt.2.

*Idem in regeſto.*

¶ Priuilegio meretur exui, qui eodem abutitur.

C. LXIII.

Anſ.l.4.c.3. Burch.l.1.c.29. Iuo p.5.c.140.

Concor.l. Chriſtianos. C. de paga. ſac. & temp. & l. liberã, ff.de pec.

PRiuilegium [a] omnino meretur amittere,qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. †

¶ *In regeſto B.Greg.ex quo citatur,non eſt inuentũ. Habetur autem in epiſtola 2. Simplicij Papa,cui etiam Nicolaus primus in epiſtola ad Hincmarum,cuius initium eſt,*Epiſtolam beatitudinis tuæ,*& Burchard.& Iuo,& aliquot vetuſta Gratiani exemplaria tribuunt ſupra et̃ diſt.74.c.vbi.§.nam priuilegium. citatur ex eodem Simplicio.Simile eſt quod B. Aug. ſermone de tempore 247. ſcribit.* Iudicio.n.legum, iure ab obtenta dignitate deijcitur, qui priuilegio ſibi conceſſo abutitur.

*Item Gregorius Antonio ſubdiacono, lib.2.indict.11. epiſtola 9.*

¶ Is,in quem canonica non fertur ſententia,pœnam non debet ferre canonicam. C. LXIIII.

ſup.ca. cui eſt.

NOn debet is pœnam [b] ſuſtinere canonicam,in cuius damnatione non eſt canonica prolata ſentẽtia.

ſup.ca.ſi epiſcopus] & [Placuit.]

*Ex his datur intelligi,quòd iniuſta ſentẽtia nullũ alligat apud Deum; nec apud eccleſiam eius aliquis grauatur iniqua ſententia,ſicut ex Gelaſij [c] capite habetur. Nõ ergo ab eius communione abſtinendum eſt,nec ei ab officio ceſſandum,in quem cognoſcitur iniqua prolata ſentẽtia. Cur ergo capitula Carthaginenſis, [d] & Africani, [e] atque aliorum conciliorum, prohibent iniuſtè damnatũ in communione recipi ante iudicij examinationem? cur & illud in concilio Moguntinenſi ſtatutum eſt?* †

† In Toletano 4. c. 27.

¶ Qui damnatur à ſynodo, quomodo in ſecunda innocens reparetur. C. LXV.

Burc.l.2.c.192. Anſ.l.8.c.27. Poly.l.2.tit.36. Iuo p.5.c.367. & p.6.c.237. Pann.l.3.c.80.

inueniatur.

EPiſcopus,presbyter, aut diaconus a gradu ſuo iniuſtè deiectus,ſi in ſcd̃a ſynodo [f] innocens reperiaĩ, † non poteſt eſſe quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram altari de manibus epiſcoporum: ſi epiſcopus eſt, horarium, [g] annulũ,& baculũ; ſi presbyter horarium,&

2 Sed hoc ſophiſticũ eſt, qa illud cap. cui eſt intelligiĩ de ſnia q̃ ipſo iure nulla eſt: qa data a non ſuo iudice: qa ab hæretico damnato Hug.

EX HIS. CASVS. Cõcludit Grat.ex ſ. dictis,φ iniuſta ſnia nec apud Deum,nec apud eccleſiam quẽquã ligare p̃t. Et ad hoc probandum ſophiſticè inducit cap. Gelaſij Papę.ſup.ca. cui eſt illata.& ideo dicit ab eius cõione nõ eſſe abſtinendũ. Sed poſtea huic ſolutioni obijcit duo ca. ſcilicet Carthaginenſis concilij, & Africani. ſup.eo.cleric⁹. & ca.placuit.obijcit etiam cap. Moguntinen. concilij, vt ĩ. ea.c.proxi.

Excõicatus iniuſtè celebrans an ſit puniendus.

c ¶ Ex Gelaſij.] Sup. ead. cui eſt.

d ¶ Carthaginẽſis.] Sup.ca. ſi epiſcopus.

e ¶ Et Africani. Supra ca.cap.placuit.

EPiſcopus.] CASVS. Quidam epiſcop⁹, vel presbyter, vel diaconus iniuſtè fuit degradatus.quæſitum fuit in concil. Moguntin. vtrũ poſſit exercere officium ſuum ſicut prius faciebat? Et reſpondetur φ non,niſi inſignia graduũ recipiat coram altari de manu epiſcoporũ, ſicut prius amiſerat. Idẽ eſt de reliqs clericis. hodie ſol⁹ Papa reſtituit depoſitos, ut ſ. 2.q.6.10 2. vñ hoc c. ẽ correctũ.vel loquitur ſm antiqua tẽpora: vel delegatis a domino Papa.

f ¶ Synodo.] Hodie conciliũ nõ deponit ep̃m, ſed ſolus Papa,nec cõciliũ reſtituit ep̃m,ſed ſolus Papa, ut 2.q.6.10. Et hic eſt arg.φ ep̃s põt reſtituere clericũ depoſitum: qđ verũ eſt cũ dicit depoſitionẽ nullã.quia per falſos teſtes,vel per allegationes eſt conuictus:licet ſit ar.cont. ff.de q.l.1.in fi. ADDITIO.Vbi hr̃,φ præſes prouinciæ illum,quem dãnauit,reſtituere nõ poteſt, ſed illud intellige cum petiĩ reſtitutio officio iudicis: ſecus vbi iure actionis. Arch.

Ep̃s deponitur, & reſtituitur a ſola Papa.

g ¶ Horarium.] Id eſt,ſtolam.

propter mandatum domini. 22. q. 5. qui compulſus, &c. ſi quis coactus. Reſp. tamen excuſatur a pœna pro parte, ſed non a peccato. ſup. d. 4. denique.

IVlianus.] ¶ Obediebant.] inf. 15. quæſt. 6. nos ſanctorum.

Cum autem diceret eis,producite arma in Chriſtianos, tunc cognoſcebant Imperatorem cœli.

¶ *Infra eadem c.* Imperatores, §.Iulianus, *habetur hac ſententia:fortaſſeque ex eo loco mutatis verbis,confectũ eſt hoc capitulum.*

*Item Fabianus Papa,epiſt.2.omnibus epiſcopis.*

¶ Non iubet aliquid iniuſtum,qui Deum timere probatur. C. XCV.

QVi omnipotentem Deum metuit;nec contra Euangelium,nec contra Apoſtolos,nec contra prophetas, vel ſanctorum patrum inſtituta,aliquid vllo modo agere conſentit.

*Item Nicolaus Papa Lothario regi.*

¶ Et qui peccat,& qui peccanti conſentit,vterque reus eſt. C. XCVI.

ITa corporis tui cedere motibus conſenſiſti, & relaxatis voluptatum habenis, temetipſum in lacum miſeriæ,& lutum fæcis prohibitum deieciſti; vt qui poſitus fueras ad gubernationem populorum, effectus ſis ruina multorum. Probat [a] hoc Thiegualdi, & Guntharij dudum epiſcoporum legitimus caſus: qui pro eo,quòd te minime competenter erudierunt; quinimmo quia præuaricationem tuam tegere argumentis ſuis, & ſub quadam iuſtitiæ ſpecie fucatis quibuſdam exquiſitis adinuentionibus æquitatem obruere ſtuduerũt; noſtra ſunt Apoſtolica depoſiti auctoritate,& ab omni epiſcopatus regimine regulariter ſequeſtrati.

Iuo p.8.c.227. *Pſal.39.* ſup.ea.Tengualdũ.

*Item Auguſtinus ſermone 6.de verbis Domini.*

¶ De eodem. C. XCVII.

QVi reſiſtit poteſtati, [b] Dei ordinationi reſiſtit. Sed quid † ſi illud iubeat, quod non debeas facere? Hic ſane contemne poteſtatem,timẽdo poteſtatem. Ipſos humanarũ legum † gradus aduertite. Si aliquid iuſſerit curator;nonne faciendum eſt? tamen,ſi contra proconſul † [c] iubeat; non vtique contemnis poteſtatẽ, ſed eligis maiori ſeruire. Nec hinc debet minor iraſci, ſi maior prælata eſt. Rurſus ſi aliquid ipſe proconſul iubeat, & aliud iubeat Imperator; nunquid dubitatur illo contempto, illi eſſe ſeruiendum? Ergo ſi aliud Imperator,& aliud Deus; quid iudicatis? Solue tributum: eſto mihi in obſequium: recte; ſed non in idolio. In idolio prohibet. Quis prohibet? Maior poteſtas. Da veniam: tu carcerem; ille gehennam minatur.

Beda Rom.13. Poly.l.1.tit.27. † *ſed ſi* ] orig. † *al.rerum.* Rom.13. † *al.proconſulem.*

ctorum,& c.iuratos.contra. ibi enim dicitur,ꝙ ſi dominus eſt nominatim excommunicatus,vel hęreticus,ſtatim vaſallus eius abſolutus eſt a ſacramento. Reſpõ. Iulianus adhuc tolerabatur ab eccleſia, ne ſuſcitaret ſcandalum aduerſus Chriſtianos, 1 hoc aũt verũ eſt, quia excõicatio nõ tollit obligationem, qua eſt vaſallus obligat⁹ domino,ſed tantum effectum obligationis. vnde dño abſoluto ſtatim tenetur ei obedire, vt 15.q.6. nos ſanctorum.

Excõicatio dñi non liberat vaſallum a ſacramẽto.

1 Sub. ideo ei obediebat arg.3. q.7.c. vlt. ĵ.17.q.4. §.vlt.Arch.

ITa corporis.] CASVS. Nicolaus Papa ĩ hoc c. redarguit Lotharium regẽ, q fornicabatur cum Gualdrada,& ſubiectis pręebebat exempla ſimilia faciendi, & quod ipſe deliquerat in hoc, ꝓbat per Thiegualdũ,& Guntharium epiſcopos, qui depoſiti ſũt, qa crimen ipſius approbauerunt, ei obediẽtes in malo.

a ¶ Probat.] Arg.ꝙ ſententia lata cõtra vnum, præiudicat alij. ſic 3. q. 6. hæc quippe. 81.d. tantis ext.de ſent.& re iu. cum ſuper. vbi alter appellans cogitur ꝓbare cauſam appellationis.

QVi reſiſtit.] CASVS. Dicit hic Aug.ꝙ ſi aliquis nõ obedit poteſtati in bonis, Deo reſiſtit. Si vero ptãs malum iubeat, potius ẽ obediendum dño cœli, quam domino terreno. & hoc ꝓbat exẽplo ſęcularium poteſtatum, in quibus ſi maior præcipiat cõtra minorẽ,maiori eſt obediendum.

b ¶ Poteſtati.] Hæc regula vbiq; fallit, nã potius tenemur obedire epõ, quam metropolitano, ut 9.q.3.per totũ.Item & monachus poti⁹ obedit abbati, 2 q̃ epiſcopo, vt 58.d.c.1.& 2.& potius ſtaẽ excõicationi prælati,q̃ abſolutioni epiſcopi,ex. de off.ord. cum ab eccleſiarũ. niſi intelligas in eo caſu loqui, quando minor habet iuriſdictionem a maiore, ſecundum ꝙ loquitur.ff.de iud.l.iudicium. Vel loquitur in eo caſu,cũ appellatur ad maiorem, tunc potius maiori, quam minori parendum eſt. Item adhuc obijcitur de epiſcopo, q potius obedit regi, quam ſuo metropolitano. 18.diſt. ſi quis epiſcopus. ſed ibi loquitur cum præuenit mandatum regis. Item obijcitur de vxore, quæ potius obedit viro,quam Deo,vt 33.q.5.manifeſtum. ſed ſolutum eſt ſup.ca. ſi dominus.

Monachus abbati poti⁹ quam epõ obedire dẽt.

2 Nã potius eſt monach⁹ ſub abbate, quam uxor ſub uiro, ut no.33.qõ.5. noluit. Arc.

c ¶ Proconſul.] Si.d.8.quæ contra mores.& loquitur hic in eo caſu, qñ in eadẽ ciuitate ſunt plures iudices, quorum unus maior eſt alio, ubi maior iudex põt puniꝛe minorem,ut C.de off.rec.prouin. potioris.H.

Impe-

IMperatores.] CASVS. Donatiſtæ dicebant, ꝙ cum Imperatores Chriſtiani iubebant aliquid contra eos, ſubditi obedire non debeant: ſed Aug. ſcribit contra eos, docens, ꝙ ſi Imperatores in errore eſſent, & iuberent iuſtos affligi, eis nō eſſet obediendum: quia Deus hoc prohibet. & hoc probat exemplo Nabuchodonoſor, qui cū præciperet aureā ſtatuam adorari, qui nō obedierunt, placuerunt Deo. Si vero Imperatores contra hæreſes, & contra hæreticos pro veritate aliquid iubent, qui non obedierit, peccat: & hoc probatur exemplo Nabuchodonoſor. qui præcepit, vt quicunq; blaſphemaret Deum Sidrac. Miſac, & Abdenago, iret in interitum, & domus eius iret in perditionē. Poſt miracula præcepit Nabuchodonoſor vt Sidrac, Miſac, & Abdenago, adorarent ſtatuā aureā, & qa facere noluerunt, præcepit eos mitti in fornacem ardentem: ſed qa ignis nō nocuit eis, ideo poſtea præcepit, vt nullus Deum eorū blaſphemaret.

Eph. 6. Hic iam tibi aſſumenda eſt fides tua tanquam ſcutum; in quo poſſis omnia ignita iacula inimici extinguere.

¶ *Emendatum & locupletatum eſt caput hoc ex ipſo originali.*

*Item Donatiſtis, epiſt. 166.*

Sup. diſt. 9. c. 1. Polyc. ibidem.

De eodem. C. XCVIII.

IMperatores, ſi in errore eſſent (quod abſit,) pro errore ſuo contra veritatem leges darēt: per quas iuſti & probarentur, & coronarentur, non faciendo quod illi iuberent; quia Deus prohiberet. Sicut iuſſerat Nabuchodonoſor, vt aurea ſtatuta adoraretur: qđ qui facere noluerūt, Deo talia prohibenti placuerunt. Quādo autem Imperatores veritatem tenent, pro ipſa contra errorem iubent, Quod quiſquis cōtempſerit; ipſe ſibi iudicium acquirit. Nam & inter homines pęnas luit, & apud Deū ſortem † non habebit; quia hoc facere noluit, quod ei ꝑ cor regis, ipſa veritas iuſſit: ſicut ipſe Nabuchodonoſor poſtea miraculo ſalutis trium puerorum commotus, atq; mutatus, pro veritate contra errorem, edictum propoſuit, vt quicumque blaſphemarent Deum Sidrac, Miſac, & Abdenago, in interitum irent, & domus eorum indiſperſionē. Et non vultis, vt aliquid tale contra vos iubeant Imperatores Chriſtiani, cū ſciant à vobis in eis, quos rebaptizatis Chriſtum exſufflari? [a] *Idem in pſalmis*. ¶ Iulianus extitit infidelis Imperator. Nonne extitit apoſtata, iniquus, idololatra? Milites Chriſtiani ſeruierunt Imperatori infideli. Vbi veniebatur ad cauſam Chriſti, non agnoſcebāt, niſi illum, qui in cœlo erat: Quādo volebat, vt idola colerent, vt turificarent; præponebant illi Deum. Quando autem dicebat, producite aciem, ite contra illam gentem; ſtatim obtemperabant. Diſtinguebāt dominum ęternum à domino temporali; & tamen ſubditi erant propter dominum æternum, etiam domino temporali.

Dan. 3.

al. frontem.

In pſal. 124. ad verſ. Quoniam non derelinquet.] Beda ad Epheſios 6.

ſu. ea. Iulianus. Iuo p. 5. c. 7.

*Item Gregorius, c. 12. libri 35. in Iob.*

¶ Per obedientiam bonum deſerere, malum vero nunquam facere licet. C. XCIX.

QVid ergo mirum; ſi homo peccator, ſe obediētię in præſentis vitæ breuitate [b] ſubijcit, quando hanc mediator Dei, & hominum tenuit, & tenendam præcepit, & cum obedientes remunerat, non relinquit. Sciendum vero eſt, quòd nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem per obedientiam debet bonum, quod agitur, intermitti. [c] Neque enim in paradiſo arbor mala extitit, quam Deus homini, ne cō tingeret, interdixit: ſed vt melius per obedientiæ meritum homo bene conditus

Ex ſufflari.] & a vobis, & ab illis quos rebatizatis.

a ¶ Exſufflari.] Sicut enim noſtri ſacerdotes exſufflant in baptiſmo diabolū: ſic ſacerdotes hæreticorum Chriſtū, vt 23. q. 4. quando. & de cō ſec. d. . poſtea.

IVLIANVS. CASVS. Iulianus Imperator, & apoſtata habebat ſub ſe milites Chriſtianos, qui ſi ꝓcipiebat eis, vt idola colerent, vel alia mala facerēt, nō obediebant: ſi vero præcipiebat eis, vt contra hoſtes pro republica dimicarēt, obediebant, ei.

QVid ergo.] CASVS. Docet in hoc cap. Gre. quod homo peccator in hac vita præsēti dēt ſuo pręlato in bono obedire: & hoc probatur exemplo Chriſti, qui vſque ad mortem patri obediuit. Docet etiā ꝙ bonū mediocre debet ſubditus ꝓpter obediētiā dimittere: quod probat exemplo Adæ, cui Dñs ꝑcepit, vt ab eſu arboris paradiſi abſtineret nō quia arbor mala eſſet, ſed vt à bono mediocriter prohibit⁹, per obedientiæ meritum creſceret. Si uero prælatus malum præcipiat, nunquam eſt ei obediendum.

b ¶ Breuitate.] Breue enim dr̄ tempus vitę hui⁹. 23. q. 4. ipſa pietas. & de pęn. diſt. 5. conſideret.

c ¶ Intermitti.] Nota pro obediētia omitti bonū, vt hic, 21. diſ. deniq; & ff. de re mili. l. 3. §. 1 bello. & 16. q. 1. monachi. Itē pro obediētia bonum eſt pati ēt quod iniuſtum eſt. ſi. 100. diſt. contra morē, & licet iſte iniuſte facit præcipiendo. iſte tū iuſte facit parendo 23. q. 1. quid culpatur. in fin. & adimplere tenemur præceptum licet vix tolerabile, 19. diſtin. in memoriam. Sed

Obedientia eſt ſumme neceſſaria.

quid ſi epiſcopus pręcipiat alicui, ut eat Romam, & ille ſe excuſat, ideo quia alij inueniuntur meliores. Hæc excuſatio non valet. 1 quia in legationibus ordo non eſt ſeruandus, vt ff. de leg. ſciendum. §. penul. & eſt hic ar. quod ſi clericus uouerit itĕr peregrinationis, ꝙ non poteſt ire inuito epiſcopo. de conſe. d. 5. non oportet.

1 Ad idem quod leg. & not. 23. q. 1. cap. vlt. ubi de hoc uide. & ꝙ leg. & not. 16. q. 1. nos autem. Arc.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis c. dicens, ꝙ ſi ſubditi excōicentur à prælato: quia non obediunt ei in malo, tali ſententiæ non eſt obediendum: quia iniqua ſententia non grauat quenquam apud Deum. Et oſtendit, ꝙ ſupradicta c. in quib. cōicantes excommunicatis ab eccleſia ſeparari iubentur, non intel-

QVi conſentit.] CASVS. In hoc c. tractatur de duob. generibus conſenſus in malum: ſcilicet de conſenſu cooperationis, & de cōſenſu illius, qui hominē in malo defendit. Primus conſenſus pariter cum faciente punitur, ſecundus magis. Et hoc probat duabus auctoritatib. ſanctorum patrum. q̄ ſunt in libro quē dicunt, Vitas patrum.

a ¶ Qui conſentit.] per cooperationem, & auctoritatē, vt 2. q. 1. notū ſit. i fine. ADDITIO. Alias eſt cōſenſus per negligentiam 1. q. 1. quid quid alias per conſilium, ſiue per approbationem, Arch.

b ¶ Acrius. j. 24. q. 3. qui aliorum ſ. 36. diſt. tanta.

SI is qui.] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ nullus ex præcepto prælati debeat aliqd facere quod ſit contra Dominū & hoc probat auctoritate Pauli dicentis, etiam ſi nos, &c. Seq. duo c. plana ſunt.

Excōicare ſeipſum nemo poteſt.

c ¶ Etiam ſi nos.] Ergo aliquis ſeipſum, vel ſibi parem excōmunicare poteſt, ut hic, & 11. quęſt. 2. nō liceat 21. diſt. nunc autem. Sed contra: par in parem nō habet imperiu, vt 21. diſt. inferior. extra de ele. innotuit. nec aliquis in ſeipſum habet imperitum, vt ff. de arbi. c. pen. Sed dic quod per hæc verba non anathematizauit, ſed tantū dixit eū eſſe anathematizatum, id eſt, ſeparatum ab eis, vt et non eſſet credendū. vel oſtendit pĕr hęc verba quid fieri debeat. Et eſt ſimile quod nō ſemper eſt credendum viro ſancto. 50. diſt. ſi quis præpoſtera.

creſcere; dignum fuerat, vt hunc etiam à bono prohiberet: quatenus tanto verius hoc, quod ageret, virtus eſſet; quanto, & a bono ceſſans auctori ſuo ſe ſubditum humilius exhiberet.

α ¶ Tenuit, & tenendam præcepit.] *Hæc abſunt à pleriſq; manuſcriptis, & ab originali Simile quiddā legitur apud B. Auguſtinum ſermone 5. ad fratres in heremo*. Nec mirū, inquit, ſi nos peccatores obedientiæ ſubijcimur, quādo hanc mediator Dei, & hominum etiam in morte non deſeruit, & ei ſe ſubiecit, qui per oīa erat patri æqualis.

*Item Iſidorus.*

¶ Apud Deum maledicitur, qui peccantibus conſentit. C. C.

Smaragdus c. 69.

Anſ. l. 12. c. 5.
Burch. l. 11. c. 46.
Iuo p. 14. c. 110.

QVi conſentit[a] peccantibus, & defendit alium delinquentem; maledictus erit apud Deum, & homines, & corripietur increpatione ſeueriſſima. Hinc etiam quidam ſanctiſſimus pater ait. Si quis peccantem defendit, acrius [b] quàm ille, qui peccauit, coerceatur. Hinc & alius pater ait. Si quis alterius errori conſenſerit, & illi conſilium dederit, vt ſe tardius humiliet, ſciat ſe cum illo ſimili modo iudicandum culpabilem.

¶ *Prima pars huius capituli vſq; ad vocem,* ſeueriſſima, *habetur in regula B. Pachomij Romæ edita. Totum vero extat apud Smaragdum in expoſitione regulæ B. Benedicti, cap. 69. Citat autem Baſilium quemadmodum & Burchardus & Iuo: & ſenſus eſt in regulis ipſius Baſilij breuioribus regula ſeptima.*

*Item Iſidorus.*

¶ Non eſt obediendum, quod contra Deum præcipitur. C. CI.

SI is, qui præeſt, fecerit, aut cuiquam quod à Domino prohibitum eſt, facere iuſſerit; vel, quod pręceptū eſt, prætererit, aut prætetire mādauerit, ſancti Pauli apoſtoli ſententia ei ingerenda eſt, dicentis; [Etiam ſi nos,[c] aut angelus de cælo euangelizauerit vobis, præterquā quod vobis euangelizauimus, anathema ſit.] *Idem.* ¶ Si quis prohibet α vobis, quod à Domino præceptū eſt, vel rurſus imperat fieri, quod Dominus prohibet; execrabilis ſit omnibus, qui diligunt Deū. *Idem.* ¶ Is, qui præeſt, ſi præter volūtatem Dei, vel præter quod in ſanctis ſcripturis euidenter præcipitur, vel dicit aliquid, vel imperat; tamquam falſus teſtis Dei, aut ſacrilegus habeatur.

Gal. 1.

¶ *In regulis breuioribus B. Baſilij, c. 114. & 303. ſimillima leguntur hiſce omnibus, quæ in hoc capite cōtinentur.* β ¶ Si quis prohibet. *In lib. B. Baſilij de inſtitutis monachorum Ruffino interprete, fere eadem habentur, c. 14. quemadmodum vltimus ver.* is qui pręeſt, *ibidem, c. 16.*

*Cum ergo ſubditi excōmunicantur ideo, quia ad ma-*

Digitized by Google

Intelliguntur de quibuslibet communicantibus. quod probat ſequentibus cap. Sententiæ excõicationis, vt ob hoc faciat malum quod præcipitur, tñ ei eſt obediendum: quia ſe debet gerere pro excommunicato, & petere abſolutionem, uel ſententiæ præceptis.

Dic ꝙ ſi ambo illa uerba proferũt, non eſt excommunicatus. I. contrarium credo. B. Item quid ſi indeterminate dico, excommunico alterum illorum, nunquid ambo ſunt vitandi? uidetur ꝙ ſic, quia in genere poteſt ferri excommunicatio. ext. de off. ord. ſi ſacerdos.

a ¶ Coſu. ea. cui eſt illata.

*lum cogi non poſſunt;*[a] *tunc ſententiæ non eſt obediendũ: quia iuxta illud Gelaſii: [Nec apud Deum, nec apud eccleſiam eius quemquam grauat iniqua ſententia]*

8 *Quod autem ſupra, communicantes excommunicatis de eccleſia abijci iubentur, non de quolibet modo communicantibus intelligendum eſt.*

*Vnde Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum archiepiſcopo.*

QVOD AVTEM. Hæc eſt 8. pars q. in qua excipit quaſdã perſonas, quæ non ſunt excõicatæ, quã quam excommunicatis communicent, dum tamẽ in crimine non cõmunicent eis: & hoc probat p quatuor auct. Io. de Fant.

¶De his, qui cum excommunicatis communicant. C. CII.

Iuo p. 14. c. 46. Pann. l. 5. c. 106.

EXcellentiſſimus rex Carolus Apoſtolatum noſtrum cõſuluit, quid agendum ſit de his, qui communicãt cum his, qui cum Engeltruda ſæpe damnata fæmina cõmunicãt:[b] quoniam eam cum communicatoribus ſuis, & fautoribus pari vinculo anathematis conſtat eſſe adſtrictam. Quapropter nunc beatitudini tuę iniungimus, vt ſuper hoc noſtra auctoritate fretus curam de his ſumere ſtudeas: & quia docta diuinitus sãctitas tua valde nouit aliud eſſe ex neceſſitate, aliud ex ignorãtia, atque aliud, quod ex ſtudio delinquitur, iſtudq; poſterius duobus prioribus diſtrictius eſſe puniendum; idcirco ſolerter inuigilet, & cauta diſcretione ſingulorum modos dijudicet: quatenus, qui ex neceſſitate, aut ignorãtia delinquunt, auctoritate noſtra per te abſoluãtur:[c] ſi tamen ipſa eorum ignorantia, vel neceſſitas vera, & non ſimulata, vel nõ ex voluntate[d] proceſſerit: quia, vt bene noſti, plerique ſunt, qui poſſunt quidem, ſed nolunt recta noſſe. Vñ pſalmiſta de huiuſmodi: [Noluit, inquit, intelligere, vt bene ageret.] Illos autem, qui ſtudio ſuo obligantur, & contemptu, interdicta noſtra poſtponunt; nõ niſi digna ſatiſfactione præueniente volumus a te prorſus abſolui.

B. Greg. l. 34. moral. cap. 16.

Pſal. 35.

Excellẽtiſſimus.] CASVS. Engeltruda fuit excõicata cum omnib. ſuis cõmunicatorib. & fautoribus, cum quib. fautoribus quidam communicabant ex neceſſitate: quidam ex ignorantia: quidam ex uoluntate: unde Carolus quęſiuit a Nicolao, quid de his faciẽdum ſit. Nicolaus uero ſcribit non Carolo, ſed Hincmaro Rhemorum archiepiſcopo, & præcipit, ut communicãtes ex neceſſitate, uel ignorãtia, abſoluat auctoritate Apoſtolica, niſi ignorãtia illa, uel neceſſitas ex uoluntate, uel ex ſimulatione proceſſerit. ſpõte uero cõmunicantes nõ abſoluat. niſi digna ſatisfactione interueniente abſoluant de facto: quia reuera excommunicati nõ ſunt, ut inf. ca. prox. Vel poteſt dici, ꝙ antiquo iure excommunicati erant, ſed hoc corrigitur per c. prox. quoniam multos.

*Item Gregorius vij. lib. 5. Regeſti, in concilio Romæ habito.*

¶De ijs, qui ſine culpa cum excommunicatis communicant. C. CIII.

QVo-

a ¶ Cogi non poſſunt.] Quid ſi epiſcopus dicat, excommunico te, & abſoluo te, an potius ſit excõicatus, quam abſolutus? Duæ hic ſententiæ uidentur, ſicut plura ſunt præcepta iudicium, ut extra de dolo & contumac. cum dilecti: ſicut plures ſunt ſtipulationes cum promittitur hoc & illud. ff. de uerb. oblig. ſcire debemus. & l. qđ dicitur.[a] Dic, ꝙ nulla eſt excommunicatio, propter ſui cõtrarietatem. Si aũt diuerſę ſnīæ ex interuallo proferuntur, ualet utraque. Item quid dices ſi dicat, excõico te, uel abſoluo? Dic ꝙ ſi ante nõ erat excõmunicatus, modò eſt excõicatus: ſed ſi fuit ante excõicatus, modo eſt abſolutus. Io. Ego dico, ꝙ talis prælatus præſumitur fatuus, & pro eodem habetur ac ſi non tuliſſet ſententiã, ut extra de ſucceſſ. ab inteſt. cum delictus. B. Item pone, mandatum eſt duobus, ut excommunicent aliquem, & unus dixit: excõmunico te, ſi ille nõ excommunicat te,

…xcõico te … abſoluo …, an liget …el abſoluat.

Sub. & ſic … pro abſo…tro, & cum …ſolutio ul…ma fuerit, …n P. & idẽ …ntit Io. de …nt.

b ¶ Communicãt.] non intelligas, ꝙ hæc excõmunicatio tranſit in tertiam perſonam: quia ipſa cum ſuis communicatoribus omnibus fuit excommunicata: unde illi communicantes, intelligũtur nominatim excommunicati, ut extra de ſenten. excommun. quod in dubijs.

c ¶ Abſoluanutr.] Ideſt, abſoluti iudicentur,[a] ſic 24. q. 1. audiuimus.

d ¶ Vel non ex voluntate.] *Sic* ff. quod metus cau. ſi mulier.

QVoniã multos.] CASVS. Iſte tripliciter ponitur ab H. qui notatur etiam in apparatu. Sed ego Bartho. Brix. ſine præiudicio melioris ſententiæ hunc caſum ſic intelligo. Quidam communicabant excõicatis tempore Gregor. vij. uel ignorantia iuris, uel propter nimiam ſimplicitatẽ: quidã timore, uel neceſſitate, nec curabãt poſtea petere abſolutionem: quos cum uideret Gregor.

a Sub. q̃a reuera excõicati nõ sūt, ut j. c. prox. uel põt dici, ꝙ antiquo iure excõicati erãt, ſed corrigitur p ca. j. c. prox. qm. ſm B.

niam [a] multos peccatis noſtris exigētibus pro cauſa excōmunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorantia; [b] partim nimia ſimplicitate, [c] partim timore, partim etiā neceſſitate; [d] deuicti miſericordia anathematis [e] ſentētiam ad tempus, [f] prout poſſumus, opportune temperamus [g] Apoſtolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo hos ſubtrahimus: videlicet vxores, [h] liberos, ſeruos, ancillas, ſeu mancipia, nec non ruſticos ſeruientes, & omnes alios, qui nō adeo curiales ſunt, vt eorum conſilio ſcelera perpetrentur, & eos, [i] qui ignoranter excommunicatis communicant, ſiue illos qui communicant cum eis, qui excommunicatis communicant. Quicūque autē orator, ſiue peregrinus, [k] aut viator in terram excommunicatorum deuenerit, vbi non poſſit emere, vel non habeat vnde emat; ab excommunicatis accipiēdi licētiam damus. Et ſi quis excommunicatis non † in ſuſtentationem ſuperbię, ſed humanitatis cauſa dare [l] aliquid voluerit, non prohibemus.

† *al. in ſuſtentationem, non ſuperbia.*

*Item Bonifacius martyr Zacharia Papa in epi. qua incipit: Paterna.*]

¶De Bonifacio, qui excommunicatis, & pſeudoepiſcoppis [a] ſe non communicaturum iurauit. C. CIIII.

a¶Et pſeudoepiſchpis.] *Sic in aliquot vetuſtis antea legebatur*, excommunicatis à pſeudoepiſcopis.

Iuo p.2.c.95.

ANteceſſor prędeceſſoris veſtri venerandæ memo-

ſine abſolutione decedere: antiquum rigorem excōicationis temperauit, excipiēs ab hac excōicatione quaſdā pſonas, ſ. vxores & filios, ſeruos, & ancillas, mācipia, ruſticos & ſeruientes excōicatorum, & corū curiales: dūmodo ſupradictorū conſilio ſcelera non perpetrentur. excipit ēt, qui ignorātia facti participāt excōicatis, & eos q tranſeunt per terrā excommunicatorū. In fine dicit, ꝙ non prohibetur aliquid dari excōicato intuitu pietatis. Ben. etiā hunc caſum ſic ponere videtur. [ Ad tēpus.] i. propter tempus futurū, vel propter defectū noſtri temporis.

a¶Quoniam.] Quidam ſic ponunt hūc caſum: Aliquis propter enorme crimen fuit excōicatus, & ꝓpter enormitatem criminis ꝓhibetur tēpore Gregorij, ꝙ nec filius, nec vxor, nec aliquis de familia ei cōicaret, & hoc licite potuit fieri, vt dicunt, per id ꝙ eſt 24.q.3. ſi habes. ibi, [ Niſi grauiſſime cōmoueret. Sed cū Gregori⁹ videret eos cōtemnere talē excōicationem, tēperauit ſententiam circa familiam. & ſecundū hoc expone. [ Perire ] ꝑ cōtemptum: quia non petebant abſolutionem.

b ¶ Ignorantia.] Facti craſſa & ſupina.

c ¶ Simplicitate.] Iuris errore.

d ¶ Neceſſitate. Quæ uitari poterat, vel etiam ineuitabili. ſed certe Inno. ponit hāc qōnem, & eam nō ſoluit, ſcilicet verū pro enormi delicto tota familia ſit vitanda. extra de ſent. exc. inter alia. in fi. & præterea hoc ſtatutum nō eſſet generale, ſed tm̄ in vno caſu qn̄ quis cōmitteret crimen enorme. Alij ſic ponūt caſum. Apoſtolus ait: ſi qui fratres nominātur, cū his nec cibū ſumere licet & illa ſnīa ad oēs fideles extendebatur, vt ſu. ea. ad menſam. vnde vſque ad tempus Gregorij tenebatur ꝙ familia excommunicatorum vitabatur ſaltem in ſacramentis hunc nimium rigorem tēperat hic Greg. nec. n. quo ad eccleſiam triumphantē ligatæ erant tales perſonæ, nec etiam credendū eſt Apoſtolū voluiſſe vxorē ſeparādā. eſſe a viro. & ſm hoc expone. perire, ideſt, puniri ab eccleſia in ſacramentis. Tertius caſus melior videtur. Ante tempus Gregorij oēs qui in hoc c. continētur, ipſo iure erant exempti ab excōicatione, licet communicarent excōicatis: ſed quidā ſimplices credebāt ſe excōicatos, ſi cōicarēt dn̄is ſuis. uel vxores maritis, nec tn̄ petebant abſolutionem: & ſic peccabant mortaliter ꝑ conſciētiam læſā. quia oē ꝙ fit cōtra conſcientiā ædificat ad gehēnā. 18.q.1. ſ. ex his. & melius. ext. de ſim. ca. per tuas 2. Dat ergo hic Greg. cōſtitutionem, ꝙ tales nō ſunt excōicati habendi: & expone perire ꝑ conſcientiam ignorantia facti. i. ignorauerunt eos fuiſſe excōicatos, & tn̄ eis ignoranter communicauerunt. & credebāt ſe teneri. nec petebant abſolutionem.

Excōicatis ſine periculo communicat corū familia.

e Anathematis.] Improprie ponitur, ideſt, ſimplicis excommunicationis.

f ¶ Ad tempus.] Scilicet futurum.

g ¶ Temperamus.] Ideſt, temperata eſſe oſtendimus. eſt ergo hoc verum, ꝙ nūquam familia excōicanda eſt propter delictū dn̄i, niſi forte vt dixi, propter enormitatem ſceleris, vt 24. qō. 3. ſi habes. vbi dicit Auguſt. Niſi grauiſſime commoueret, nunquam excommunicarem filium pro delicto patris. Sed nōne tota familia Bonifacij fuit ꝓ eo excōicata, qa oblationes familiæ ſuæ nō recipiebant, vt 17.q.4. miror? Sed dic ꝙ tm̄ in ruborē dn̄i non recipiebātur oblationes familiæ: ſicut nō recipiunt oblationes raptorum, & diſcordantiū & impenitentiū, licet non ſint excommunicati, vt 90.d. oblationes.

Familia pro domini delicto non eſt excōicanda.

h¶ Vxores.] Sed nunquid vir excōicatus pōt petere debitum ab vxore: dicit H. ꝙ non: ſed ipſe tenetur reddere; quod concedo. Sed ſi petat vir mulierem in iudicio, & ipſa obijcit ei excōicationem, iudex tenetur ex ſuo officio reſtituere ei mulierē, cū in hoc caſu poſſit ei cōicare vnde credo ꝙ tenetur ei debitum reddere. Hoc tn̄ ſcias ꝙ ſi filius eſt excōicatus vel ſeruus non debet pater uel dn̄s coicare ei, vt 27.q.1. de filia. ſi filius ſit in poteſtate patris, tenetur filius cohabitare ei ſed ſi eſt emācipatus, tunc tenetur filius vitare patrem. huic tn̄ obſtat 22.q. ult. de forma. vbi eadem fide eſt ſuperior inferiori adſtrictus, qua econtrario. ea tamen quæ hic dicuntur, non tenent in clericis, quia ſemper debent vitare ſuum ep̄m excōicatum, ut 93. diſt. miratus. quia non ſunt ita adſtricti epiſcopo uinculo naturæ ſicut filius patri.

Excōicationē opponere viro uxor non poteſt.

i ¶ Scelera.] Ideſt, ſi tales ſunt, qui non ſeruiunt ei in crimine, in quo nec filius nec vxor excuſatur, ut extra de ſent. excom. inter alia.

K ¶ Si peregrinus.] Extra eo. ſi vere.

l ¶ Dare.] Dummodo nō ſit eccleſiaſticū ſtipendiū 1. vt ext. de cler. exc. mi. poſtulaſti. & eſt ſi 42. d. quieſcamus. quia elemoſyna nulli eſt deneganda 86. diſ. paſce.

1 No. contra id qđ notat Ber. compoſtella. ext. de elect. quod ſicut. c.

ANteceſſor.] CASVS. Gregorius miſit Bonifacium martyrem ad prædicandum verbū Dei Germanicis gentibus, ſed cum ſacramēto adſtrinxit, vt uerbo & facto

&c̄to bonis ſacerdotibus communicaret; falſos vero & hypocritas vel corrigere, vel declinaret, quòd ex parte ſeruauit, & ex parte ſeruare non potuit. nam cū veniſſet in Franciam, non potuit facere quin excommunicatis cōicaret neceſſitate cogente, non tñ in ſancta cōione corporis Chriſti illis cōicauit, de quo cū putaret ſe obligatum, conſuluit Papam Zachariam. Zacharias vero reſcribit ſibi ſequens c. quod prædeceſſor, in quo ſupradicta narrat, dicens ꝙ ex tali cōione neceſſitatus nullum contraxit detrimentum: ex quo anima eius conſilio, vel conſenſu iniquitatis eorum non eſt coinquinata.

riæ Gregorius dum me indignum ordinauit, & ad prędicandum verbum Dei Germanicis gentibus miſit; ſacraméto [a] me cóſtrinxit, vt canonicis, & iuſtis epis, & presbyteris in verbo, facto, & conſenſu adſtipulator [b] fieré, & adiutor, (quod cum diuina gratia adimplere ſtudui:) falſos autem ſacerdotes, hypocritas, & ſeductores populorum vel corrigeré ad viam ſalutis, vel declinarem, & abſtinerem a cōmunione ipſorum: quod ex parte ſeruaui, & ex parte cuſtodire, & implere non potui: ſed ſpiritualiter [c] impleui ſacramentum, quia in cōſenſum. & in conſilium eorum nō venit anima mea: corporaliter aūt ab eis omnino abſtinere non potui. Dum.n. veniſſem ad principem Francorum cogente eccleſiarum neceſſitate; non tales ibi reperi, quales volui: ſed tamen in ſancta cōmunione corporis Chriſti illis non communicaui.

Gen. 49.

¶ *Epiſtola in qua habetur capitulum hoc edita eſt per Laurentium Surium in vita S. Bonifacij legati Germaniæ, & martyris. Emendatior autem extat manuſcripta Romæ in bibliotheca monaſterij Dominicani.*

*Item Zacharias Papa Bonifacio martyri in epiſtola, eius initium eſt Benedictus Deus.* ]

¶ Excommunicatis non communicat, qui eis animo non conſentit. Cap. CV.

Iuo p. 2. c. 96.

QVod [d] prædeceſſor noſter beatæ memoriæ Gregorius huius ſanctæ ſedis Apoſtolicæ præſul, dum ad prędicandū verbum Euangelij tuam miſiſſet fraternitatem in Germanię partibus, & gētibus illis paganis, verbo pollicitationis illam voluit ante eſſe munitam: † ita vt orthodoxos epos, presbyteros, vel quoſcumq; reperire potuiſſes in verbo exhortationis perfectos, [e] amplius confirmares, & eis communicares (quod & factum eſt:) ſi quos vero ſedutores epos aut pſeudopresbyteros, vel quoſque a recto fidei tramite deuiantes reperiſſes; nulla tibi cum eis eſſet communio: quod te ſolatiāte Deo vſque ad præſens ſpiritualiter ſeruaſſe confeſſus es: vel ſi omnino propter principalem, & humanum fauorem gétis Francorum, dum ad eos acceſſiſſes, corporaliter abſtinere non valuiſti, cogente eccleſiarum Dei neceſſitate; & tamen in eorum conſilio, & conſenſu communionis anima [f] tua non eſt coinquinata. Itaque propter hoc, ꝙ cum eis conuerſatus es non conſentiens iniquitati eorum; nullum tibi eſt detrimentum coram Deo.

† al. munitam.

¶ *In epiſtola præcedunt hæc verba,* Suggeſſit itaque ſancta fraternitas tua in ſuis apicibus, quòd præceſſor noſter, &c.

9 *Excommunicatiònis autem forma, & modus, atque reconciliationis hic eſt.*

a Sacramento.] Sacramētū forte ideo requiſiuit ab eo, quia habuit eū ſuſpectū, vel ad cautelam.

b Adſtipulator.] Ideſt, confirmator.

c Sed ſpiritualiter.] Arg. ꝙ ſufficit, ꝙ quis nō faciat cōtra mentē reſcripti, licet faciat contra verba. ſic 22. q. 2. ne quis & q. 5. humanæ. ff. de in ius voc. quāuis. Hic enim verboten⁹ exceſſit fines mādati: & habem⁹ hic ꝙ iuramētum pro parte valet, & ꝓ parte nō. 22. q. [illegible] iter ſic donatio. 12. q. 2. ſi quos.

Reſcriptum quantum ad verba quandoque non ſeruatur.

d QVod. Supple ſcripſiſti nobis.

e Perfectos.] Hic hēs ꝙ perfectū amplius pōt perfici. vñ licet matrimonium dicatur perfici ꝑ carnis copulam: non ideo prius fuit imperfectum. Et ex hoc eſt arg. ꝙ excommunicatus amplius pōt excommunicari.

Perfectum amplius perficitur.

f Anima tua.] Sufficit ergo mētaliter aliquid impleri, ētſi non corporaliter adimpletur, vt 23. q. 4. recedite. Item argu. ꝙ in obligationib⁹ bonæ fidei plus eſt intelligendum quā verbis exprimatur, 23. q. 5. ſi non licet. 32. q. 4. meretrices. Item arg. ꝙ ſi iuraui amodo nō accedere ad cōcubinam meā, ꝙ per hoc nō excluditur mihi licitus matrimonialis coitus arg. 31. q. 1. illud nam ſi liberta iurauit non nubere, de illicitis nuptijs ītelligitur. ff. de iure patro. adigere. §. vlt.

EXCOMMVNICATIONIS. Hæc ē nona pars quæſtionis, in qua queritur qualiter quis debet anathematizari, & abſolui, & de hoc ponit quatuor capitula. Io. de Fant.

CASVS. Supra facta eſt mentio de excommunicatione, quæ

quæ quia indiget reconciliatione, ideo Gratianus oſtendit quæ ſit forma, vel modus reconciliationis: prius tamen oſtendit quæ ſit forma excomunicationis.

DEbent. ] CASVS. Dicitur hic, ꝙ qñ eṗs facit ſolennem excõicationem, duodecim ſacerdotes debent eṗum circũſtare, tenẽtes candelas ardẽtes ĩ manibus ſuis, & in fine anathematis eas debẽt proijcere, & pedibus cõculcare: & poſtea epiſtola ṗ parochias debet mitti continens nomina excõmunicatorũ, & cãm excommunicationis.

a ¶ Debẽt. ] Sed cũ dicit: excõmunicote: videtur ꝙ de minori ſit intelligẽdũ. arg. extra de cẽſi. ex parte. ff. de leg. 3. nũmis. ff. de reg. iu. ſp in obſcuris. & ff. de pœnis, ſi pt s. Nã maior ſemper ſpecificãda eſt. argu. 3. q. 4. Engultrudã. Ioan. ſed certe à verbis nõ eſt recedendũ, vt ff. de leg. 3. non aliter.

b ¶ Cõculcare. ] Nec poſtea ſumentur ad aliquẽ vſum, ſed foras proijcientur, ut ſal infatuatum 2. q. 7. non omnes.

CAnonica. CASVS. Hic docet cõciliũ Arauſicum. qualiter eṗs ſentẽtiã excommunicatiõis formare dẽat, & ꝓferre, ſ. hoc modo: Tales violatores eccleſiarum auctoritate Dei, & iudicio ſanctę ſynodi à gremio ſanctæ matris eccleſiæ, & a cõſortio totius Chriſtianitatis excludimus donec reſipiſcãt, & eccleſiæ ſatisfaciãt. & dicit H. & Beneuẽ. ꝙ ſacrilegi non ſũt ipſo iure excõicati. arg. 12. q. 2. idigne. 17. q. 2. quiſqs. Sed tũc tẽporis erãt quidã ſacrilegi, & violatores eccleſiarum, quos concilium excommunicauit.

Sacrilegi an ſint ipſo iure excommunicati.

c ¶ Violatores. ] Videtur hic ꝙ omnes ſacrilegi ſint ipſo iure excommunicati, ut extra de ſen. excom. cum pro cauſa. ſecundum hoc eſt cõtra. 17. q. 4. quiſquis. 11. q. 2. indigne. Dicas ꝙ violatores eccleſiarum ſunt ipſo iure excommunicati. alij non. 1 ut extra de ſen. excom. conqueſti. & 17. q. 4. omnes. & hic de illis loquitur. 2

1 Arg. ad hoc 13. q. 2. clerici Arch.

2 De hoc no. 22. q. 2. cum deuotiſſimã & extra de ſent. excom. tua. & ibi uide as Arch.

CVm aliquis. ] CASVS. Hic docetur qualiter & cum quibus ſolennitatibus epiſcopus anathematizatum debeat reconciliare. Plana eſt tota litera, & per te videbis.

d ¶ Et duodecim. ] Arg. ꝙ in reſtitutione epiſcopi, vel clerici tot intererunt epiſcopi, quot fuerunt in depoſitione. de hoc 35. q. 9. veniam.

e ¶ Et de futuris. ] Si extra de ſent. excom. ex tenore.

f ¶ Cautelam. ] Similiter ab hæretico reuertente requiritur iuramentũ ꝙ de cętero non labetur, ut 1. q. 7. quoties. & ab incendiario, ut 23. q. 8. peſſimam ſimiliter in quolibet horrendo crimine iurabit pœnitens ſe nunquam ſimile commiſſurum, 12. q. 2. de viro. nõ tñ idem credo faciendũ in quolibet mortali peccato. Sed cũ hodie ſimplici uerbo qs poteſt excõicari, 3 ut extra de eo qui

Excõicatus an ſimplici uerbo poſſit abſolui.

3 Hoc ſane intellige, ne contradicat extra de ſen. exc. cũ medicinalis. Arc.

¶ Modus, & forma excommunicationis. C. CVI.

DEbent [a] duodecim ſacerdotes epiſcopum circumſtare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in cõcluſione anathematis, vel excõmunicationis proijcere debent in terram, & conculcare [b] pedibus: deinde epiſtola per parochias mittatur cõtinens excommunicatorum nomina, & cauſam excommunicationis.

Burc. l. 11. c. 3.
Iuo p. 14. c. 76.

*¶ Apud Burchardum & Iuonem ea, quæ in hoc capite continentur, & multa alia eodem pertinentia, citantur ex concilio Rothomagenſi. In collectione vero canonum incerti auctoris manuſcripta, iiſdem verbis quibus hic, refertur ex Zacharia Papa.*

*Item ex concilio Arauſico.*

¶ De eodem. C. CVII.

CAnonica inſtituta, & ſanctorũ patrum exempla ſequẽtes, eccleſiarum Dei violatores α [c] auctoritate Dei, & iudicio ſancti ſpiritus à gremio ſanctæ matris eccleſię, & a conſortio totius Chriſtianitatis eliminamus, quouſque reſipiſcant, & eccleſiæ Dei ſatisfaciant.

Burch. l. 12. c. 7.
Iuo p. 3. c. 126.

α ¶ Violatores. ] *In eadem collectione, & apud Burchardum, & in duobus vetuſtis Gratiani codicibus ſequitur.* N. *Ab alijs tamen Gratiani, & exemplaribus, & ab Iuone abeſt nota iſta.*

*Item ex eodem.*

¶ Modus reconciliationis excõmunicatorum. C. CVIII.

CVm aliquis vel excommunicatus, vel anathematizatus pęnitẽtia ductus veniam poſtulat, & emẽdationem promittit; epiſcopus, qui eum excommunicauit, ante ianuas eccleſię venire debet, & duodecim [d] presbyteri cum eo, qui eum hinc inde circumſtare debent β. Et ſi ille terrę proſtratus veniã poſtulat, & de futuris [e] cautelã [f] ſpondet, tũc epiſcopus apprehenſa manu eius dextera, in eccleſiã illum introducat, & communioni Chriſtianæ reddat, & ſeptem pſalmos pœnitentiales decãtet cũ iſtis precibus, Kyrie eleiſon, Pater noſter. Saluum fac ſeruum tuum. *Oratio*, Pręſta quæſumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, vt eccleſiæ tuæ ſanctæ, à cuius integritate deuiauerat peccãdo, admiſſorum veniam conſequendo reddatur innoxius. Per, &c.

Burc. l. 11. c. 58.

β ¶ Debent. ] *Apud Burchardum, qui etiam ex concilio Arauſico citat, hæc ſequuntur.* Vbi etiam adeſſe debent illi quib. iniuria, vel damnum illatum eſt, *& multa alia, quæ omnino perlegenda ſunt.*

10 *Presbyteris vero, qui excommunicati ſacrum miniſterium contingere præſumunt, quæ pœnitentia ſit imponenda Ioannes octauus clero, & ordini † Salonitano ſcribens definit dicens.*

† al. Salernitano.

¶ Quæ ſit pœnitentia ſacerdotum, qui excommunicati ſacrum miniſterium contingere præſumunt. C. CIX.

Iuo p.14.c.35. Pann.l.5.c.104.

DE illis presbyteris, qui tempore ſanctiſſimi prædeceſſoris noſtri domini Papæ Nicolai excommunicati ſacrum miniſterium † contingere præſumpſerunt; ipſi in ſe damnationis (ſicut ſacri canones ſtatuerunt [a]) ſententiam intulerunt. Tamen, quia miſeratio Apoſtolica veniam ſolet præſtare correctis; ob multitudinem miſericordiæ illis hanc indulgentiam exhibemus: vt ſancta cõmunione ſaginati [b] ſtudeant tribus continuis annis per hebdomadam omni ſecunda, α & quarta, & ſexta feria a vino, β & a carne penitus ieiunare, & vltra lugenda nequaquam committere.

† al. Myſterium.

α ¶ Omni ſecunda.] *Apud Iuonem, & in aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus legitur,* omni ſecunda & ſexta feria: *in vno autem,* omni quarta, & ſexta feria.

β ¶ A vino.] *In Pannormia eſt,* aut a vino, aut a carne, *apud Iuonem,* a vino, aut aceto.

*Qui autem excommunicatis communicant, pro modo peccati pœnitentiam accipiant.*

*Vnde Vrbanus II. Genebaldo † Conſtantienſi epiſcopo.*

† al. Gebehardo.

¶ Pro modo peccati puniantur, qui excommunicatis communicant. C. CX.

Iuo p.14.c.45. Pann.l.5.c.107.

SAnctis quippe canonibus cautum conſtat, vt qui excommunicatis communicauerit, excommunicetur. Ipſius † tamen pœnitentię, atque abſolutionis modos eo moderamine decernimus, ut quicunque ſeu ignorantia, [c] ſeu timore, [d] ſeu neceſſitate negocij cuiuſquã maximi, & maximè neceſſarii, eorum ſe conuicti, ſalutatione, oratione, oſculatione † contaminauerit, cum minoris pęnitentię medicina ſocietatis noſtrę participationem † ſortiantur. Eos vero, qui aut ſpontaneo, aut negligenter [e] inciderint, ſub ea volumus diſciplinę coerctione † [f] ſuſcipi, vt cęteris metus incutiatur.

† al. Ipſi.

† al. oſculove.

† al. participium.

† al. coerctione.

qui fur. or. re. c. 1. videtur ergo, ꝙ hodie ſimplici uerbo poteſt abſolui quis; quia omnis res per quaſcunq; cauſas contrahitur, per eaſdem diſſoluitur, ut extra de regulis iuris, omnis res.

PRESBYTERIS. Hæc eſt 10. pars q. in qua ponitur quæ pœnitentia debet imponi illis, qui excommunicati celebrauerunt. Io. de Fant.

CASVS. Supra facta eſt mentio de presbyteris excommunicatis, qui diuina celebrare præſumunt. Nunc uerò docet Grat. quæ pœnitentia ſit eis iniungenda.

DE illis.] CASVS. Tempore Nicolai quidam presbyteri dum eſſent excommunicati, præſumpſerunt diuina officia celebrare: quo mortuo cum ipſi pęnitentiam agere uellent, quæſiuit clerus Salonitanus a Papa Ioanne, quæ pœnitentia ſit illis ſacerdotibus imponenda. Et reſpondet, ꝙ de iure deberent deponi; de miſericordia tamen Sedis Apoſtolicæ in ſancta communione permittuntur, ita ut tribus continuis annis in unaquaque hebdomada in ſecunda & quarta & ſexta feria uino & carnibus ieiunent, & ultra lugenda non committant.

a ¶ Statuerũt.] Sup. ea. Si quis eps. contra, ubi eis negatur ſpes reſtitutionis, ſed non negat quin a Papa 1 poſſint reſtitui.

1 Sub. nõ ab alio, 2. qõ. 5. quanto. in fi. 23. q. 4. eſt iniuſta. Lau.

b ¶ Saginati.] Pingue uerbum de pingui intellectu, ꝓceſſit 44. diſt. §. fin.

QVI AVTEM. CASVS. Hic docet Grat. ꝙ communicantes excommunicatis ꝓ modo peccati maioris, uel minoris debent pęnitere, quod probatur ſeq. c.

SAnctis.] CASVS. Quidam cõmunicauerunt excommunicatis ex ignorantia, uel timore neceſſitate uel uolũtate: quare queſiuit Genebaldus eps Conſtantienſ. ab Vrbano ſecundo, qualiter puniri debeant, uel ad ſatisfactionem recipi. Et reſpondet, ꝙ niſi reſipiſcant, anathematizari debẽt. Si uero ſatisfacere uelint illi, q ignorãtia, timore, uel neceſſitate excommunicatis participauerunt, ſub minori pęnitẽtia ſunt recipiẽdi. Qui uero uoluntate, uel negligentia communicauerunt, ita diſtrictè ſunt recipiendi, ut cæteris metus incutiatur.

c ¶ Ignorãtia.] Craſſa: q a uerè ignorans non eſſet excommunicatus. unde lex dicit, Scientiam, non ignorantiam uolumus obligari.

d ¶ Timore.] Extra quod metus cau. ſacris.

e ¶ Aut negligẽter.] no. negligentiã cõparari uoluntati. ff. de regulis iur. l. latæ culpę.

f ¶ Coerctione.] Sed pone, quòd aliquis laicus iurauit ſe alij laico ſatisfacere: poſt abſolutionem uult eis ſatisfacere coram ſæculari iudice. nunquid iudex eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de iſta ſatisfactione, cum illa ſit cauſa ciuilis? ſic, argumen. extra de donatio. inter uirum & uxorem, de prudentia. extra de coniug. ſeru. cap. licet, ubi iudex eccleſiaſticus de libertate, ſiue de hæreditate cognoſcit, & pronunciat, & iudex eccleſiaſticus de cauſa natiuitatis cognoſcit, extra qui fil. ſint leg. cap. lator.

Quidam

# CAVSA DVODECIMA.

*Q Vidam clerici propria [a] relinquere volunt; de ſuis & eccleſiæ rebus teſtamentum conficiunt: de rebus eccleſiæ nonnulla largiuntur.*

*1 Modo primum quæritur, vtrū liceat clericis proprium habere.*

*2 Secundo, an res eccleſiæ, quæ ab eis datæ ſunt, poſſint conſtare aliqua firmitate eis, qui eas acceperunt.*

*3 Tertio, ſi ante tempus ordinationis ſuæ, qui nihil habere videbantur, & poſt ordinationem aliqua inueniſſe noſcuntur, an poſſint ea relinquere quibus voluerint, an non.*

*4 Quarto, ſi de ſuis & eccleſiæ rebus aliqua acquiſiſſe noſcuntur, an vtrique [b] communiter, an ſingulariter eccleſiæ, vel ſacerdoti, iure proueniant.*

*5 Quinto ſi teſtamenta liceat eis conficere.*

## QVAESTIO I.

*C Lericos [c] nihil poſſidere, multis auctoritatibus iubetur. †* † *al. approbatur.*

*Ait enim Toletanum concilium quartum cap. 23.*

¶ Impuberes, & adoleſcentes in vno conclaui manentes probatiſſimo ſeniori deputentur. C. I. Anſel. l. 7. c. 1.

O Mnis ætas ab adoleſcentia [d] in malū prona eſt. Nihil enim incertus, q̄ vita adoleſcētium. † Ob hoc conſtituere oportuit, vt ſi qui in clero impuberes, † aut adoleſcentes exiſtunt, omnes in vno conclaui atrij commaneant † vt lubricæ ætatis annos nō in luxuria, ſed in diſciplinis eccleſiaſticis agāt, deputati probatiſſimo [e] ſe-

*Gen. 6. & 8.*
*Prouer. 30.*
† *al. puberes.*
† *al. commorentur.*
† Cōeor. gl. in verb. auet tit. §. his igitur, alias, his itaque. Inſt. de iuſt. & iu.

Q Vidam clerici.] CASVS. In 11. cauſa q. 1. c. inolita. & capit. placuit. introduxit magiſter Grat. clericos litigantes de rebus proprijs. Sed quia poſſet dubitari, an clerici debeant habere ꝓpria, q a prædeceſſores eorū oia habebant communia, de quibus dicit: Multitudinis credētium erat cor vnum, & anima vna; nec quiſquam eorū aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant eis omnia cōmunia: ideo ſupponit hanc 12. cauſam, in qua oſtēdit, an clerici poſſint ꝓpria habere, & annectit de alienatione rerū eccleſiæ, & vtrū clericis liceat condere teſtamenta. Vt autē hæc omnia melius pateant, proponit thema, de quo quinque elicit quæſtiones, in hunc modum dicēs: Quidam clerici, &c.

a ¶ Propria.] Supra prox. cauſa, quæſt. 1. in illo cap. inolita. & cap. placuit G. induxit clericos litigātes de proprijs rebus. Sed quia dubitari poſſet, an poſſint clerici habere propria: iō ponit hanc cām, in qua quærit an clerici poſſint ꝓpria poſſidere, & an poſſint res eccleſiæ alienare, & an poſſint condere teſtamentum, & vt hæc, & alia, &c.

b ¶ An vtriq;.] Ideſt, eccleſię & ſacerdoti.

C Lericos.] Hæc quæſtio diuidit ī duas partes. In prima probat magiſter per 17. aucto. quòd nullus clericus debet habere proprium 1 quod tamen de regularibus intelligitur, qui proprijs renunciauerunt. Secunda ibi. [ His omnibus.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur, an clericis liceat habere proprium: & hoc ordine procedit Gratianus. Primo probat, quod clerici non debent habere proprium. Poſtea contrarium. Et ſcias, quòd clerici, qui non abrenūciant proprijs, poſſunt habere propria, īfra ead. quęſt. epiſcopi manifeſta. ſint manifeſtæ. Si vero abrenunciauerunt tacitè vel expreſsè, non poſſunt habere propria. tacitè 19. q. 3. nunc autem. expreſsè cum viua voce hoc exprimunt. & hoc teneas quidquid Gratia. dicat.

c ¶ Clericos.] In hac prima q. ſ. an clerici poſſint propria habere, Grat. alleg. pro & cōtra: deinde ſoluit in illo §. cū ergo. & male. Dic ergo, ꝙ poſſunt habere propria niſi renunciauerint 1 proprijs ĩ. ead. q. 1. ſint manifeſtæ. Sed hoc nota, ꝙ in primitiua eccleſia omnes credentes, ſiue clerici, ſiue laici nihil proprij poſſidebant, ſed cōia erāt omnia, ſm ꝙ loquitur ĩ. ea. ca. 2. & ſi qua capitula, contrarium dicant, loquuntur de conſilio, vel ſecundum tempus primitiuæ eccleſiæ, vel de iis qui tacitè, vel expreſsè renunciauerunt proprijs.

Clerici poſſunt habere proprium.
1 Scilicet tacitè, vel expreſsè: tacitè vt 19. q. 3. nūc autē expreſsè cū viua uoce hoc exprimūt. &

O Mnis ætas.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes.
tes. In prima loquitur de impuberibus clericis, & adoleſcentibus: quorum vita, quia ſemper ad malum prona eſt, ideo in vno conclaui omnes manere debent, deputati probatiſſimo ſeniori, qui magiſter ſit doctrinæ, & teſtis vitę eorum. In ſecūda parte loquitur de laicis pupillis eccleſiæ commendatis, quos prælatus eccleſiæ debet in omnibus cuſtodire. Si autem aliqui eorum cum adulti fuerint, luxurioſè viuere voluerint, ſi aliter corrigi noluerint, ponantur in monaſterijs. vt ibi diſtrictius viuant. Secunda pars incipit ibi, [ Quod ſi aliqui. ] Et nota, quòd omnia c. quæ dicunt, quod clerici non poſſunt habere proprium, intelliguntur de illis, qui renunciant proprijs tacitè, aut expreſsè.

d ¶ Ab adoleſcentia. ] In clericis expectantur 18. anni, & tunc quæritur, an velint in ſæculo perſeuerare, vt ſ. diſt. 28. de his. In monachis 14. vt ĩ. 20. q. 1. illud.

e ¶ Probatiſſimo. ] Pupillus. n. apud tales educari dēt, qui non inſidientur eius pudicitiæ, vt ff. vbi pup. educ. deb. l. pen. Vel dic, ſeniori. i. presbytero, 84. diſt. porro.

Pupillus vbi dēt educari.

a ¶ Ma-

Digitized by Google

a ¶ Magiſtrum.] Not. ꝙ magiſter perhibere debet teſtimonium de vita diſcipuli, ſimiliter de eius doctrina, vt C. de aduoc. diuer. iud. l. nemini, ſic domeſtica teſtimonia quandoque admittuntur. ſic & pater perhibet teſtimonium de filio. 20. q. 3. præſens ſic & a liis. 2. quæſt. 7. cum cipio omnia fuerũt communia: ſed per iniquitatem eſt proprietas inducta, vt dicatur, hoc eſt meum, illud tuũ. Secundo auctoritate Platonis dicentis omnia debere eſſe communia, etiam vxores. Tertio auctoritate prophetæ. Quarto, exempla Apoſtolorum. Quinto, exemplo Chriſtianorum primitiuæ eccleſiæ, qui vendebant agros, & pretia eorum dabãt Apoſtolis. Sexto, exẽplo Ananiæ, & Sapphiræ, qui mortui ſunt ante pedes Petri q̃a mentiti ſunt de ptio agrorũ. In fine hortatur eos, ut ab Apoſtolicis regulis non recedant. Prima ratio incipit ibi, [Cõis enim vſus] Secunda ibi, [Deniq;] Tertia ibi, [Ecce q̃ bonũ.] Quarta ibi, [Iſtius enim.] Quinta ibi, [Omnes vero.] Sexta ibi, Ananias, ] Breuius repete: probat ſex rõnibus, ꝙ omnia debẽt eſſe communia.

niori, quem & magiſtrum a diſciplinę, & teſtem vitę habeant. Quòd ſi aliqui ex his pupilli b exiſtunt; ſacerdotali tutela foueantur: & vita eorum a criminibus intacta ſit, & res ab iniuria improborum. Qui aũt his præceptis reſultauerint; monaſterijs deputentur, vt vagantes animi, & ſuperbi ſeueriori regula diſtringantur.

*Item Clemens in epiſt 5.*

Anſ. ibidem.

¶ Omnibus clericis communis eſt vita ſeruanda. C. II.

Dilectiſſimis c fratribus, & condiſcipulis, Hieroſolymis cum dilectiſſimo fratre Iacobo epiſcopo habitantibus, Clemens epiſcopus. Communis vita, fratres, omnibus neceſſaria eſt, & maximè his, qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſtolorum, eorumque diſcipulorum imitari volunt. ¶ Cõmunis enim vſus omniũ d, quę ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit. Sed per iniquitatem e alius hoc ſuũ eſſe dixit, & alius illud; & ſic inter mortales facta diuiſio eſt. ¶ Deniq; Græcorum quidã ſapientiſſimus hęc ita ſciens eſſe, ait, cõmunia debere eſſe amicorum omnia: In omnibus æ autẽ ſunt ſine dubio, & coniuges f. Et ſicut non poteſt, inquit, diuidi aer g, neque ſplendor ſolis; ita nec reliqua, quę cõiter in hoc mundo omnibus data ſunt ad habendum, diuidi debere: ſed habenda eſſe cõia. Vnde & Dominus per prophetam loquitur dicens: [Ecce quàm bonũ, & quam iucundum, &c. ¶ Iſtius enim conſuetudinis more retento ẽt Apoſtoli, eorumq; diſcipuli; vt prædictum eſt, una nobiſcũ, & vobiſcũ cõem vitam duxerũt. Vnde, vt bene noſtis, erat multitudinis eorum cor vnum & anima vna h: nec quiſquam eorum, aut noſtrũ de his, quæ poſſidebant i, aliquid ſuũ eſſe dicebat: ſed oĩa illis, & nobis erant cõia: nec quiſquam egens erat inter nos. ¶ Omnes aũt, qui domos, uel agros poſſidebant, vendebãt eos, & pretia eorũ, & reliquas res, quas habebãt, afferebãt, ponẽtes ante pedes Apoſtolorũ (ſicut nobiſcũ q-

Pſal. 132.

Act. 4.

c ¶ Dilectiſſimis.] Sex rõnibus probat omnia eſſe communia. Et nota, ꝙ Papa hic ſe poſtponit, ſic poſtponitur ſup. 97. d. victor.

d ¶ Omniũ.] Vnde Tullius: Dulciſſima rerũ poſſeſſio cõis eſt, & dicit Philoſophus. Quietiſſime viuerẽt homines in hoc mundo, ſi de medio ſublata eſſet duo verba, ſcilicet meum, & tuum.

Meũ, & tuũ turbant humanũ otiũ.

e ¶ Sed per iniquitatem.] Ideſt, per conſuetudinem iuriſgẽtium æquitati naturali contrarium: ne ſit contra 5. d. 8. c. j. Vel p iniquitatẽ, ideſt, per ſolicitudinẽ, vt ibi, Facite nobis amicos de Mammona iniquitatis, ideſt de pecunia, quæ per ſolicitudinem eſt quæſita, 14. q. 5. §. ſed hoc multipliciter.

Amicos facere de mãmona iniquitatis quid eſt.

cum paſtoris, & inf. e. q. manifeſta. 2. q. j. Deus oĩpotẽs.

b ¶ Pupilli.] Hic de laicis loquitur, qui ſunt commendati eccleſiæ.

b ¶ Pupilli. Pupilli, orphani, viduæ, liberti, miſerabiles perſonæ 1 ſpectãt ad iudicium eccleſiaſticum, vt 88. d. cap. 1. & 8. & C. quando Imperator inter pup. & vid. l. vnica, §. quod ſi pupilli, & 16. q. 1. generaliter, quæ hic pro contrario ſignantur. Sed dic, tutela, ideſt, protectionẽ Io. Credo, ꝙ ſint de foro vtriuſque. B. vnde eccleſia tales tueri, ideſt nutrire non tenetur: ſed tueri, ideſt, protegere tenetur.

1 Idẽ Alex. de Imo. in l. j. ff. d iu. om. iu. col. 2. vbi dicit, ꝙ pro miſerabilib. perſonis iudex pt interponere offm ẽt nõ implorratum per l. 1. C. q̃n imp. inter pup. & vid.

Dilectiſſimos.] CASVS. Hieroſolymis erant quidam qui proprijs renunciauerunt cum ipſis Apoſtolis: ſed non bene ſeruabant, & ideo Clemens Papa ſcribit Iacobo, & ſecum habitantibus, & primo ſalutans eos docet, ꝙ omnia debent eſſe communia. Et hoc probat ſex rationibus. Prima eſt, quia de iure naturali a prin-

f ¶ Et coniuges. Non quo ad vſum carnis, ſed quo ad vſum obſequij, vel quo ad dilectionem. 31. d. omnino. Et eſt arg. ꝙ verbum generale generaliter intelligendũ eſt 19. d. ſi Romanorum. 2

2 Conc. tex. l 1. 2. & fi. C. quæ res pig. obl. poſſ. & in l. 1. §. cũ vrbem. ff. de off. pręf. vrb.

g ¶ Aer communis dicitur quo ad vſum, vt inſt. de rerum diui. §. 1. ſed quo ad ius ædificandi cuius eſt ſolũ, eius eſt aer vſque ad cęlum, ut ff. quòd vi aut clam, l. vlt. in fi. poteſt enim ædificare homo quàm alte uelit: tamẽ non excedat uſitatum modum altitudinis, ut C. de ædi. priua. l. 1.

h ¶ Cor unum, & anima una.] Scilicet, ut ſint uniti uinculo charitatis.

i ¶ Poſſidebat.] Ergo aliquis poteſt poſſidere rem, cuius non põt habere proprietatem. Argu. contra, extra de præſcript. cauſam. Sed dic poſſidebat, ideſt, detinebat ſicut

dam veſtrum cognouerunt;& viderunt:)& diuidebãtur ſingulis,prout cuiq; opus erat. ¶Ananias autem vir auſterus,& Saphira [a] vxor eius,qui mentiti ſunt Apoſtolis de pretio agrorum ſuorum,quos vẽdiderant, nobis præſentibus in conſpectu oĩum circumadſtantium a conſpectu Apoſtolorum propter peccatum [b] eorum,& mendacium,quod fecerũt,mortui elati ſunt ambo. Cętera,quæ de talib.cognouimus,& vidimus,nec recordatione [c],nec demõſtratione digna ſunt.Quapropter hęc vobis cauenda mandamus,& doctrinis, & exemplis Apoſtolorũ obedire pręcipimus [d]: quia hi,qui mandata eorum poſtponunt,non ſolum rei,ſed extorres fiunt. Quę non ſolum vobis cauenda,ſed & omnibus prædicanda ſunt. *& inf.* ¶Vnde conſilium dantes,veſtram prudẽtiam hortamur, vt ab Apoſtolicis regulis non recedatis: ſed communem vitam ducentes, & ſcripturas ſacras rectè intelligentes, quæ Domino vouiſtis,adimplere ſatagatis. Act.5.

*a* ¶In omnibus autem ſunt ſine dubio, & coniuges.] *Verba hæc abſunt ab originali in recentioribus cõciliorũ editionibus impreſſo,& duobus ipſius manuſcriptis codicibus,vno Vaticano,altero bibliotheca S.Marci Florentia,& ab Anſelmo. Hanc vero ſententiam a Platone acceptam hæretici quidam volebant in Chriſtianam religionem inuehere. Ita enim ſcribit Epiph.hæreſi* 32.Primum quidem,quod ipſe Epiphanes cum patre ſuo,& ſectæ antiſtite Carpocrate, ac ſodalibus eius cõmunes eſſe hominum vxores ſanciuit, ex Platonis de repub. libris occaſionem nactus, & propriam concupiſcentiam perficiens. *Verum apud veteres etiam Chriſtianos hanc vxorũ cõionem vehementer damnari ſolitã Tertulianus in Apologetico euidenter teſtatur his verbis*. Omnia indiſcreta ſunt apud nos præter vxores. In illo loco conſortium ſoluimus, in quo ſolo cæteri homines conſortium exercent: qui non amicorum ſolummodo matrimonia vſurpant, ſed & ſua amicis patientiſſimo ſubminiſtrant,ex illa credo maiorum,& ſapientiſſimorum diſciplina Græci Socratis, & Romani Catonis, qui uxores ſuas amicis communicauerunt,&c.

*Item Eugenius Papa ij. & Leo iiij.c.7.*

¶Iuxta eccleſiam,clericorum clauſtra conſtituantur. C. III. Anſ.l.7.c.5.& l.4. cap.2.

Neceſſaria [e] etenim res exigit,vt iuxta eccleſiã clauſtra [f] conſtituantur,in quibus clerici diſciplinis eccleſiaſticis vacent. Itaq; omnibus vnum ſit refectorium, ac dormitorium,ſeu cæteræ officinæ [g] ad vſus clericorũ neceſſariæ. Miniſtri vero poſt epiſcopum ſuper eos eligantur; quorum vita, atque doctrina illos potius exornet,quam dehoneſtet.

¶*Eſt caput ſeptimum concilij Romæ ab Eugenio ij. primum habiti,& poſtea a Leone iiij.innouati. Antea citabatur Leo ix.*

*Nec in atrio eccleſiæ alia ædificia,niſi clericorum ponantur.* In concil.Salegunſt.c.12.

*Vnde Nicolaus Papa.*

---

ſicut ſeruus dicitur poſſidere, ff. de acq. poſſ. quod ſeruus.

a ¶Et Saphira.]inf. 23.queſt.8.legi.&c. Petrus.

Peccatũ vitã abbreuiat.

b ¶Propter peccatum.] Propter peccatum moritur quis citius, ut 23. q.4.ca. vindicta.

c ¶Recordatione.] Aliàs retractatione.

d ¶Præcipimus.].i. monemus, ſimile 28.q.1. ſic enim, vř tamen ꝙ hoc fuit p̄ceptum, 1 quia primitiua eccleſia hoc potuit pręcipere: ſicut continentiam. ſed ſi hoc hodie p̄ciperetur, deformaret ſtatum eccleſiæ vniuerſalis:quod nõ debet eſſe.1.q.vlt.& ſi illa. Vel dic,ꝙ pręceptũ erat eis qui tunc renunciauerant proprijs,non alijs, 17. q.1.c.1.

1 Cõtra hoc facit litera conſiliũ,&c. & hortamur &c.ſed ſæpe quæ ſunt p̄cepti conſulũtur & monentur,ut in prædi. ca. ſic enim. Arch.

NEceſſaria.] CASVS. Hic reprehenduntur quidam regulares, qui communiter viuere nolebant, nec uolebãt habere prælatos,pręcipiunt ergo duo Papæ ſcilicet Eugeni9 & Leo, quòd communiter viuant, & prælatos habeant tales,qui eos exornẽt, & nõ dehoneſtent. [Miniſtri.] .i.plebani, uel archipresbyteri, uel œconomi, uel huiuſmodi. Sequens.§. cum c. planus eſt.

e ¶Neceſſaria.] .i. vtilis, & honeſta.

f ¶Clauſtra.] Idem dicitur de conſecra. d.5. in omnibus.ſ. d.32.præter.

g ¶Officinæ.]ſupra d.32. ſi qui uero ſ. ſup.1. q.2. ſacerdos contra,inf.eod.quia tua. ſed ibi loquitur de eccleſijs collegiatis:hic non, vel conſuetudo diuerſarum eccleſiarũ ſoluit contrarium.

ADDITIO. Quia prouidet eis ut pauperibus non vt clericis,ſecundum H.hic autẽ loquitur quando viuũt in communi, & de communi, ſecundum Laur.

a ¶Nulla

Atriũ eſt cœmiterium.

a NVlla.] ¶In atrio.] Ideſt, in cæmiterio, quod habebit xl. paſſus in circuitu eccleſiæ maioris capellæ, vel minoris eccleſiæ xxx. vt infra 17. q. 4. ſicut antiquitus. ſic palatium Imperatoris non eſt priuatorum parietibus coarctandum. C. de oper. publ. quicunque. Clericus.] pars eorum. Tertio oſtendit, ꝙ clericus de decimis, & oblationibus viuere debet, & relinquere hæreditatẽ parentibus. Hoc vltimum eſt de conſilio, quod datur perfectis. Vel ſcḋm vetus teſtamentum quando leuitæ de decimis, & oblationibus cõtenti erant. ſicut dixit H. cum hodie etiã monachi ab hæreditate paterna, vel materna non excludantur, ut 18. q. 1. ſtatutum. & 19. quæſt. 3. præſens.

¶Nec in atrio eccleſiæ, niſi clericorum ædificia ponantur. Cap. IIII.

Iuo p. 15. c. 178.

NVlla ædificia in atrio [a] eccleſiæ ponantur, niſi tantum clericorum.

¶*Ferè eadem leguntur in concilio Salegunſtadienſi, ca. 12. quod habetur in fine collectionis Burchardi, & refertur ab Iuone par. 15.*

*Item Hieronymus ad Nepotianum.*

¶Clericus nihil ſæculare poſſideat. Cap. V.

Deuſdedit p. 3. Anſel. lib. 7. c. 2. Iuo p. 6. c. 1.

CLericus, qui Chriſti ſeruit eccleſiæ, interpretetur primo vocabulum ſuum: & nominis definitione prolata nitatur [b] eſſe quod dicitur. Si enim κλῆρος Græcè, ſors Latinè appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de ſorte ſunt Domini, vel quia Dominus ſors, ideſt pars clericorum eſt. Qui autem vel ipſe pars Domini eſt, vel Dominum partem habet, talem ſe exhibere debet, vt & ipſe poſſideat Dominum, & poſſideatur a Domino. Qui Dominum poſſidet, & cum Propheta dicit: [Pars mea Dominus.] nihil extra Dominum habere poteſt. Quod ſi quidpiam aliud habuerit præter Dominum: pars eius non erit Dominus: Verbi gratia, ſi aurum [c], ſi argentum, ſi poſſeſſiones, ſi variam ſupellectilem; cum iſtis partibus Dominus fieri pars eius non dignatur. Si autem ego pars Domini ſum, & funiculus [d] hæreditatis eius; nec accipio [e] partem inter cæteras [f] tribus: ſed quaſi leuita, & ſacerdos viuo de decimis; & altari ſeruiens, altaris oblatione ſuſtentor. Habens victum & veſtitum, his contentus ero, & nudam crucem nudus ſequar.

*Pſal. 15.* *Pſal. 15.* *1. Timot. 6.*

*Item Ambroſius de fuga ſæculi, c. 2.*

¶Nihil præter Deum debet curare, qui in eius ſortem eligitur. C. VI.

CVi portio Deus eſt, nihil debet curare, niſi Deum: ne alterius impediatur neceſſitatis [g] munere. Quod enim ad alia [h] officia confertur, hoc religionis cultui, atque huic noſtro officio decerpitur. [i] Hæc enim vera eſt ſacerdotis fuga, abdicatio [k] domeſticorum, & quædam alienatio chariſſimorum: vt ſuis ſe abneget, qui ſeruire Deo elegerit. †

† *geſſit.* ]orig.

*Item Hieronymus ad quendam ſuum leuitam de duobus generibus hominum.*

¶Clericis, & Deo deuotis nec cauſas agere; nec aliquid proprium habere licet. C. VII.

DVo ſunt genera Chriſtianorum. Eſt autem vnũ genus, quod mancipatum diuino officio, & deditum

b ¶Nitatur.] Arg. a nominis interpretatione. 16. q. 1. ſi cupis. nomina enim debent eſſe conſona rebus Inſt. de dona. §. eſt & aliud.

c ¶Si aurũ.] Non tñ eſt peccatum habere diuitias, ſi adſint bona opera, ut 35. diſt. hæc aũt ſcripſimus. ſed tunc eſt peccatũ, ſi propter eas iuſtitia deſeritur, inf. ea. habebat. vel cum homo in eis ſpem ſuã ponit, ut 8. q. 1. ſunt in eccleſia.

Diuitias habere peccatũ non eſt.

d ¶Et funiculus.] Funiculus hic dicit menſura quędã, qua diuidebat hæreditas poſt funus defuncti, ſecundum illud: Funes ceciderunt mihi in præclaris. & dicitur a funere.

Funiculus quid ſit.

e ¶Nec accipio.] Monachus tamen ſuccedit in hęreditatẽ, ut 19. q. 3. non liceat & eccleſia nomine eiꝰ recipit, ut 18. q. 1. c. 1. Vnde Ouidius.
Alterius vires ſubtrahit alter amor.

f ¶Inter cæteras.] Sed ſingulariter: & eſt argum. quod clerici non debent partiri hæreditatẽ cum fratribus.

CVi.] CASVS. Quidã rogauit Ambroſ. vt ſcriberet ſibi qualiter poſſet ſæculum fugere, & Deo ſeruire. cui Ambroſ. reſcribit dicẽs, ꝙ ſæculum duobus modis fugitur, ſ. renunciãdo rebus proprijs, & ſæcularibus curis: & abdicando ſe a domeſticis perſonis & conſanguineis, ut ſuis ſe abneget, qui Deo ſeruire eligit.

g ¶Neceſſitatis.] Ideſt, ſolicitudinis.

h ¶Officia.] Scilicet ſæcularia.

i ¶Decerpitur.] Ideſt, ſubtrahitur. ſic 99. diſt. ecce.

K ¶Abdicatio.] Quoad carnalẽ affectum, vel copulam.

CLericus.] CASVS. Nepotianus rogauit Hier. ut dictaret ſibi libellum de clericorum vita, quod Hier. fecit. hoc ergo cap. quod eſt pars illius libri, tria oſtendit, ſ. ꝙ clericus debet nomen ſuum interpretari: & iuxta interpretationem uiuere. Secundo oſtendit, quòd clericus non debet habere diuitias: quia cum his, qui talia poſſident dominus eſſe dedignatur, nec vult fieri

DVo ſunt.] CASVS. Quidam leuita rogauit Hiero. vt aſſignaret ſibi differentiam inter clericos & laicos: & quod

contemplationi, & orationi,ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare cõuenit: vt ſunt clerici,& Deo deuoti, videlicet conuerſi [a], κλῆρος enim Grçcè, latinè ſors. Inde huiuſmodi homines vocantur clerici,ideſt ſorte electi. Oẽs enim Deus in ſuos elegit. Hi namq; ſunt reges,ideſt ſe, & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habent. Et hoc deſignat corona in capite. Hanc coronam habent ab inſtitutione Romanæ eccleſiæ in ſignum regni,quod in Chriſto expectatur. Raſio vero capitis, eſt temporalium omnium depoſitio [b]. Illi enim victu & veſtitu cõtenti,nullam inter ſe proprietatem [c] habẽtes, debent habere omnia cõmunia. Aliud vero genus eſt Chriſtianorum,vt ſunt laici λαὸς enim Grçcè,eſt populus Latinè. His licet tẽporalia poſſidere, ſed nõ niſi ad vſum [d]. Nihil enim miſerius eſt, quam propter nummum Deum contemnere. His conceſſum eſt vxorẽ ducere,terram colere,inter virum & virum iudicare,cauſas agere,oblationes [e] ſuper altari apponere, decimas reddere: & ita ſaluari poterunt, ſi vitia tamen benefaciendo euitauerint.

*Item Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo, reſponſionum,c.1.& 2.*

¶Clerici nihil proprium poſſideant. C. VIII.

QVia tua fraternitas monaſterij regulis erudita ſeorſum [f] nõ dẽt fieri † à clericis ſuis in eccleſia Anglorum,quæ auctore Deo nuper ad fidem perducta eſt; hãc dẽt inſtituere conuerſationem, quæ in initio naſcentis eccleſiæ fuit patribus noſtris: in quibus nullus eorũ ex ijs,quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat; ſed erant illis omnia communia. ¶Si qui vero [g] ſunt clerici extra ſacros ordines conſtituti, qui ſe non poſſunt continere, ſortiri vxores [h] debent,& ſtipendia ſua exterius accipere:quia & de eiſdem patribus,de quibus præfati ſumus, nouimus ſcriptum,[quòd diuidebatur ſingulis,ꝓut cuique opus erat.] De eorum ergo ſtipendio cogitandum,

& quod eſſet officium vniuſcuiuſque. Hier.ergo reſcribit ei aſſignando duo genera hominum, ſcilicet clericos & laicos. clericorum eſt officium diuina contemplari,orationibus & diuinis officijs inſiſtendo:& ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare. iſti dicuntur reges: quia ſe & alios regere in virtutibus debẽt: & in ſignum huius rei geſtant coronam in vertice. Laicorum vero officium eſt ducere vxorem, terram colere,& ea quæ cõtinentur, in fin.cap. & oſtendit qualiter vtriq; interpretent.

a ¶Conuerſi.] Conuerſi omnes dicunt eccleſiaſticæ perſonæ, ut 17.q.4.quiſquis,& verberans talem incidit in canonem. extra de ſent. exco. non dubiũ. & habebunt habitum illorum,cum quibus conuerſantur,vt 16.q.7.in nona.& licet conuerſi hic dicantur Deo deuoti, non tamen tenentur continere, nam quidam talium,ꝓfitentur,quidam non,ut 27.q.1. vt lex. nam acolythi ſunt eccleſiaſticæ ꝑſonæ,tamen non tenentur continere,vt 32.d.ſi quis eorum. quia poſſunt cõtrahere matrimonium legitimum. Item licet tẽplarij ſint eccleſiaſticæ perſonæ, tamen poſſunt mouere arma ex permiſſione eccleſiæ.

b ¶Depoſitio.] Sic 1. diſt. 23. prohibere.& capilli, qui remanent, deſignant ꝙ aliqua debemus retinere ad ſuſtentationem.

c ¶Proprietatem.] Rerum eccleſiaſticarum:tamen bene cõcedendũ eſt,ꝙ clericus ſit dñs fructuum collectorum, ſed licet proprietas fructuum ſua ſit:tamen non poteſt eam in morte eius alicui largiri ratione teſtamẽti:ſed intuitu eleemoſynæ ſic,ut extra de teſtam.ad hæc.ſicut hæres licet ſit dominus rerum,quas tenetur per fideicommiſſum reſtituere alij:tamen nihil poteſt inde alienare. ff. ad Treb.deducta §.vlt.& l.quidam.§.ſi quis.

d ¶Ad vſum.] Prohibetur etiam laicis nẽ ſeruent pecuniam, ut 47. d. ſicut hi. hoc ideo ne quis in auaritiam incidat:aliàs bene licet: quia non debet quis omnia bona ſua ſtatim effundere,ut 86.diſt.non ſatis.& dic non, niſi ad vſum,ideſt, non ad abuſum, bene enim poſſunt habere proprium.

e ¶Oblationes.] Immo præcipitur eis oblationes dare ut 16.q.1.ſtatuimus.infra de conſecr. d.1. omnis Chriſtianus.10.q.1.quia ſacerdotes.

QVia tua.] CASVS. Tres quæſtiones fecit Aug. Gregorio:quibus queſtionibus Greg.tres dat reſponſiones: Prima fuit, an clerici Anglorum debeant proprijs renunciare, & communiter viuere. & reſpondet ꝙ ſic,vt habetur in principio c. Secunda fuit, an clerici coniugati, & in minoribus ordinibus conſtituti debeant habere ſtipendia eccleſiaſtica. Et reſpondetur ꝙ ſic, ſicut eſt a patribus ſcriptum,ꝙ diuidebant,&c.qui ſub regula eccleſiaſtica ſunt tenendi. Tertia fuit ſi quid ſupereſt communiter viuentibus de annuo reddit u, quid debeat inde fieri. Et reſpondet quod debet pauperibus erogari: & hoc probat auctoritate Chriſti dicentis: Quod ſupereſt.&c. Secunda pars ibi.[Si qui uero ſunt.] Tertia ibi,[Communiter autem viuentibus.]

f ¶Seorſum.] Ergo monachus epiſcopus factus non poteſt habere proprium. ſed ſi hæreditas aliqua deuoluitur ad eum, erit eccleſiæ, ut 18.quæſtio.1.cap.j. in fine.

g ¶Si qui vero.] Supra diſt.32.ſi qui vero. & cap.placuit. hoc hodie non tenet. 1. extra de cler.coniug. Ioannes &c. 1

h ¶Vxores.]Si ſint clerici,nunquid ergo dormiunt cum alijs,ut ſup.ead.neceſſaria.non,q̃a eſſet inhoneſtum in vxo-

Conuerſum verberãs incidit in canonem.

Aug. ſer. 21. ad fratres in heremo.

Ioan. diac. in vita l. 2.c.37.

Anſ.l.7.c.3.
† al. viuere.

32. diſt. ſi qui uero.
Reſp.2.

Act.3.

Pecuniam ſeruare vtrũ licitum ſit.

Monachus factus epiſ. ppriũ hẽre non poteſt.
1 Hæc eſt vera ſnia ſecũdum Vin. & Inn.& quod hic dr̃ eſt ius vetus:& ſtatur hodie ei. ꝙ dr̃ in decre. hic alle. de cler. coniug.c.1.Arc.

vxorato.Item,cantabunt ne cum clericis?quod videtur quia aliter non perciperent ſtipendia,& quod hic dicitur,ſpeciale eſt in Anglicis: nec enim ſimul habebit qs eccleſiaſticum beneficium,& vxorem.extra de cler.coiug.diuerſis, & c.Ioannes.

a ¶ Sub

quod non eſt uerum.

Scimus.] CASVS. Quidam clerici catholici vouerant ſe nihil proprium velle habere: quod votum male ſeruabant. hortatur ergo Papa Vrbanus illos omnes ad communem vitam habendam, exemplo Apoſtolorum, quibus erāt omnia cōmunia, & vt votum quod fecerunt Dño, fideliter cuſtodiant, ne damnationē, ſed præmiū ſibi acquirāt:quoniā melius eſt non vouere, quā votū, prout melius pōt nō adimplere:grauius eñ puniūtur qui votum,vel fidē non ſeruauerunt,q̄ illi, qui nūquā votū fecerūt,& ſemp ſine fide fuerūt.

d ¶ Pollicitationē.] Nota quod ex nuda pollicitatione, quā quis facit Deo, pōt cōueniri 22. queſt. 5. capit. iuramēti. ſic ex nuda pollicitatione facta Reipublicæ, vt ff. de pollici. l.1.

*Pollicitatio nuda q̄nque obligat.*

e ¶ Aut fidē.] Hic videt Vrbanus ſoluere q̄ſtionē Aug. 6.q.1.quæro ī fine. Dicunt tamē quidā magis puniendū eſſe illum, qui ſemp fuit īfidelis:quā illū, qui quandoque fuit bonus:nā iſti⁹ opera quādoque viua fuerunt. tamen hæc litera contradicit eis. 1

1 Ar.in aut. de liti. §. ſi uero apud. in fi. Arch.

Nolo.] CASVS. Ad euidentiā hui⁹ c.nota ꝙ Aug. fecit tres cōſtitutiones. Primo conſtituit,nullū ordinare clericū niſi ꝓprijs renunciet: ſed q̄dā vt clerici fierent, ꝓprijs renunciabāt; quod poſtea male ſeruabāt.quare Auguſt. vidēs hoc eſſe multis occaſionem peccandi, primam cōſtitutionē retractauit: vt īfra capi. certe uolens potius habere claudos,quàm mortuos.Tertio iuxta uoluntatem ſuorum clericorum primam cōſtitutionem cōfirmauit: ſicut continetur in hoc cap.in quo ſtatuit, ut nullus clericus habeat proprium.Quod multipliciter oſtendit,rationes plures aſſignando,& ſi habuit,non poteſt facere teſtamentum.immo deponetur.facit etiam mētionē de prima cōſtitutione,& eius retractatione inf.ca.certe.Sequens. §.q nō uult pater.

atque prouidēdum eſt: & ſub eccleſiaſtica regula [a] ſunt tenendi: vt bonis moribus viuant, & canendis pſalmis inuigilent,& ab oībus illicitis cor, & linguā, & corpus Deo auctore conſeruent.Communiter † autem viuentibus iam de faciēdis portionibus [b],vel exhibenda hoſpitalitate, & adimplenda miſericordia nobis quid erit loquēdum?cum omne,quod ſupereſt,in cauſis pijs, ac religioſis erogandum eſt?Domino,& magiſtro omnibus dicente:[ Quod ſupereſt [c], date eleemoſynam,& ecce omnia munda ſunt vobis.]

*† al.communi autem vita.*

*Luc.11.*

*Item Vrbanus Papa omnibus catholicis, epiſt. vnica, cap 1.*

¶ Clericis omnia communia eſſe debent.

C. IX.

*Anſ.l.7.c.4. Iuo p.3.c.139. † al.bonos.*

Scimus vos non ignorare,quia hactenus vita communis iter omnes † Chriſtianos viguit, & adhuc gratia Dei viget: & maxime inter eos, qui in ſortem Dñi ſunt electi:ideſt clericos;ſicut in actibus legitur Apoſtolorū: [ Multitudinis autem credētium erat cor vnū, & anima vna:nec quiſquam eorum,quæ poſſidebat,aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia.] *& infra.* ¶ Quicunque veſtrum communem vitam ſuſceptam habet,& vouit ſe nihil proprium habere; videat,ne pollicitationē [d] ſuam irritam faciat:ſed hoc,quod Domino eſt pollicitus,fideliter cuſtodiat,ne damnationem,ſed præmium ſibi acquirat;quoniā ſatius eſt non vouere; quam votum, prout melius poteſt,nō perficere.Grauius enim puniuntur,qui votum fecerunt;aut fidem [e] perceperūt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierūt, quàm illi,qui vitam ſine voto finierūt; aut ſine fide mortui ſunt, & tamen bona egerunt opera.

*Act.4.*

*In ead. epiſt. c.6.*

*Item Auguſtinus in ſermone de communi vita clericorum.*

¶ De eodem. C. X.

*Anſ.l.7.c.6. Rom. 12. & 2.Cor.8.*

*Serm. 52. ad fratres in heremo. In conc. Aquiſgran. cap.112. Beda 2. Cor. 8. 11. q.3.non ſunt audiēdi.*

Nolo [f], vt aliquis de vobis inueniat male viuēdi occaſionē. Prouidemus enim bona, vt ait Apoſtolus non ſolum coram Deo,ſed etiam coram omnibus hominibus.Propter nos conſcientia noſtra ſufficit nobis:propter vos fama noſtra nō polluit, ſed pollere debet in vobis. Tenete quod dixi, atque diſtinguite. Duæ res ſunt

a ¶ Sub eccleſiaſtica regula.] Hic patet,ꝙ ſi aliqs in minoribus ordinibus conſtitutus ducat vxorē, non tamen pōt more laicorū viuere: nec pōt cōueniri corā ſeculari iudice:nec verberari ſine ſacrilegio,vt 20.q.3.eos.& 81. d.dictū.Io.qđ falſum eſt,vt extra de cler.cōiug.Ioan.B.

b ¶ Portionibus.] Ideſt,dandis decimis.monachi enim communiter viuentes non dant decimas,vt inf.16.q.1. decimas.ext.de deci.fraternitatem.

*Monachi nō tenentur ad decimas.*

c ¶ Quod ſupereſt.] Videt ergo quòd ſi aliquis ita pauper eſt:quod ei non ſufficiant ſua, videtur ꝙ nō teneatur dare decimas:quia nullo præcepto ſibi aliquis tenetur ſubtrahere neceſſaria, ut 86.diſtin.nō ſatis.in fine,

*Decimas ſoluere pauper nō tenetur.*

f ¶ Nolo.] Aug.fecerat tres cōſtitutiones:prima fuit ꝙ clerici non poſſent habere propria: ſed illa male ſeruabatur,& plurimi erant tranſgreſſores:ideo ſecundo reuocauit eam,ut inf.c.certe.Tertio de cōſenſu clericorū

ſuorum

cõſcientia, & fama. Cõſcientia neceſſaria [a] eſt tibi, famã proximo tuo. Qui fidens conſcientiæ ſuæ negligit famã ſuam, crudelis eſt. *& infra.* ¶ Nulli liceat in ſocietate noſtra habere aliquid proprium: ſed ſi forte aliqui † habẽt, nulli licet: & qui habuerint, faciunt qđ non licet. *& infra.* ¶ Enthecam nobis habere nõ licet. Non.n. epiſcopi eſt ſeruare aurum [b], & a ſe reuocare mendicantis manũ. Quotidie tam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi inopes nos interpellant, vt plures triſtes relinquamus: quia, quod poſſimus dare omnibus, non habemus. Non habeamus ergo entheçã. *& infra.* ¶ Qui habere voluerit proprium, & de proprio viuere, & cõtra iſta præcepta facere; parum eſt vt dicam, nõ mecum manebit, ſed nec clericus erit. Dixerã [c] enim, & ſcio me dixiſſe, quòd ſi nollẽt ſuſcipere vitam ſocialem mecum; nõ illis tollerem [d] clericatum: ſed ſeorſum manerẽt, ſeorſum viuerẽt quomodo noſſent, Deo uiuerẽt, & tamẽ ante oculos poſui, quantum mali ſit a propoſito cadere. Malui enim habere cæcos, vel claudos [e], quàm plãgere mortuos [f]. Qui enim hypocrita eſt, mortuus eſt. Quomodo ergo, quicũque voluiſſet extra manere, & de ſuo viuere, non tollerẽ ei clericatum: ita modo, quia placuit illis, Deo propitio, ſocialis hæc vita, quiſquis cũ hypocriſi vixerit, quiſquis inuentus fuerit habens proprium, nõ illi permitto, vt inde faciat teſtamentum, ſed delebo eum de tabula clericorum. *Item ſupra.* ¶ Qui non vult α mecum manere, & in communi viuere, habeat libertatem; ſed videat, vtrũ habere poſſit fœlicitatis hæreditatem †.

† *aliquid* ] orig.

inf. 12. q. 2. vobis. n.

Serm. 53.

Ser. 52. in extremo.

† *al. æternitatem.*

¶ *Initium huius capitis vſque ad verſ.* Qui habere voluerit, *legitur in ſermone 2. de communi vita clericorum, ſeu 52. ad fratres in heremo: cætera uero partim in ſermo. 53. ad fratres in heremo, ſiue ſermone 3. de communi vita clericorum, partim in eodem 52. ſiue 2. de quibus ſermonibus adnotatum eſt ſup. d. 86. Partem huius capitis refert Beda in comment. 2. Cor. c. 8. ſub hoc titulo,* Ex ſermone de vita, & moribus clericorum.

α ¶ Qui non vult. ] *In ſermone ipſo præcedit. c. certe ego infra eadem, & paucis interiectis ſequitur,* qui hoc non vult, habeat libertatem, &c.

*Item ſermone tertio de communi vita clericorum.*

Et epiſt. 109. ad monachas.

¶ Non licet habere proprium ijs, qui ſuis renunciant, & communiter viuere ſpondent. XI.

NOn dicatis [g] aliquid proprium: ſed ſint vobis oĩa communia. *& infra.* ¶ Quicunque autem in tantũ progreſſus fuerit malum, vt occulte ab aliquo literas, vel quodlibet munus accipiat; ſi hoc vltro cõfitetur, parcatur illi, & oretur ꝓ illo. Si autem deprehenditur, atq; conuincitur, ſecundum arbitriũ presbyteri, vel præpoſiti grauius emendetur. *& infra.* ¶ Cum α huius noſtræ congregationis fratres non ſolum facultatibus, ſed volũtatibus proprijs in ipſa ordinationis ſuſceptione renunciauerint, & ſe per promiſſam obedientiam penitus aliorum poteſtati, & imperijs in Chriſto, & pro Chriſto ſubdiderint; certum β eſt eos nihil habere, poſſidere [h], dare

ſuorũ confirmauit primã conſtitutionem, vt in hoc c.
a ¶ Neceſſaria. ] 11. q. 3. ſentit. 5. hoc ibi ſolutum eſt.
b ¶ Aurũ. ] 86. diſt. fratrem. quod loquitur de illis, q ante retractationẽ renũciauerãt ꝓprijs, & tamẽ volunt habere proprium.
c ¶ Dixerã. ] In ſecunda conſtitutione quam feceram.
d ¶ Non illis, tollerem. ] id eſt, nõ præcluderem eos fieri clericos.
e ¶ Claudos. ] Quia adhuc tẽporalibus nõ renunciauerãt.
f ¶ Mortuos. ] i. qui renunciauerũt proprijs, & tñ volũt habere ꝓpriũ.
NOn dicatis. ] CASVS. Dicit Aug. in hoc c. ꝙ q renũciauerũt mũdo ꝓpriũ hẽre nõ poſſunt: & ſi literas, vel munus aliqđ occulte receperint: ſi ſpõte cõfiteãt, parcẽt illis. ſi aũt de hoc cõuicti fuerint, ſecũdũ arbitrium ſui præpoſiti, vel presbyteri punient. Tales em nihil poſſunt hẽre vel poſſidere, vł dare, vł accipere ſine licẽtia ſuperioris, & ſi de eius licẽtia aliquid receperint, de accepto fiat qđ ſupiori placuerit.
g ¶ Nõ dicatis. ] Extra de accuſa. ex ꝑte. extra ne cler. vel monac. nõ magnopere.
h ¶ Poſſidere. ] Nũquid pauperi fame morienti tenentur ſubuenire ſine licẽtia. nec obſtat. 1. q. 1. nõ eſt putãda. qa i hoc caſu q libet ei ſubuenire: res eñ, q nobis ſuperabundãt, pauperũ ſunt, vt 47. d. ſicut hi. Si autẽ eſt ĩ ſcholis, de licẽtia agere põt, & mutuare ſicut filiusfamilias, vt C. ad Ma. l. vl. ff. d iu. ſi lõgiꝰ §. filius familias. ar. ex. d off. iud. deleg. ꝑterea. ff. d iuriſdi omn.

Religioſus & i veſte ꝓprietatẽ non habet.

omn.iud.l.2. Sed nunquid veſtis eſt ſua, quam habet: vel nunquid dicitur poſſidere res temporales, vel veſtem? non videtur: quia veſtis qua ſemper vtitur ſeruus, de peculio domini eſt. ff. de peculio, id veſtimentum ſed ſeruus non poſſidet ea, quæ ſunt in peculio, ut ff.de

EXemplum. ] CASVS. Dictum eſt ſup. ꝙ clerici non debent habere propria. Sed quia poſſet aliquis dicere, ꝙ eccleſia non dẽt habere propria eadem ratione, quia ſi haberent clerici non poſſent ea poſſidere: ideo Gratianus ab hoc loco vſque ad §. his omnibus probat ꝙ eccleſia poteſt habere propria, & poſſeſſiones, & ꝙ clerici noĩe eccleſię poſſidere pñt, etſi noĩe ſuo nihil poſſideãt. Probatur ergo ĩ hoc cap. ꝙ eccleſia loculos & poſſeſſiones habere põt: & hoc probat exemplo Domini, q loculos habuit, & qui furem admiſit, vt oſtenderet, ꝙ quando eccleſia perſecutionẽ patitur a furibus, id eſt malis, patienter ferat. B.

In prima reg.c.4.

vel accipere debere ſine ſuperioris [a] licentia. Quòd ſi ꝓpinquus, vel amicus, vel quilibet fratrum cuiquam aliquid offerre voluerit; primo quidem Priori inſinuetur: & ſic ſuſcipiatur, ſi ipſe mandauerit. De quo tamen nihil fiat aliud, niſi quod Priori placuerit.

¶ *Caput hoc ſumptum eſt ex ſermone 3. de cõmuni vita clericorum, in quo regula B. Aug. continetur, ac repetitur in epiſt. 109. ſed in ea ad monachas oratio conuertitur.*

α ¶ Cum huius noſtræ.] *Hac vſque ad ver.* certum eſt, *non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum.*

β ¶ *Hac habentur in prima regula c.4.*

*Idem tractatu 50. ad c.12. Ioannis.*

¶ De eodem. C. XII.

EXemplum [b] Domini accipe conuerſantis in terra. Quare habuit loculos, cui Angeli miniſtrauerunt; niſi quia eccleſia ipſius, loculos ſuos habitura erat? Quare furem admiſit; niſi vt eius eccleſia fures [c] patienter toleret.

b ¶ Exempiũ. ] Ab hinc oſtendit, ꝙ eccleſia poſſit habere proprium: & hoc vſque ad §. econtra.

c ¶ Fures. ] i. occultos peccatores ſi. 23. q. 4. tu bonus. extra de temp. ord. c. vlt.

*Item Proſper de vita contemplatina, lib.2.c.9.*

¶ Eccleſiarum præpoſiti, rerum diſpenſatores efficiuntur. C. XIII.

Et in concil. Aquiſgran. c.35.

EXpedit facultates eccleſiæ poſſideri, & proprias ꝑfectionis amore cõtemni. Non. n. propriæ ſunt, ſed cõmunes [d] eccleſiæ facultates: & ideo quiſquis omnibus, quę habuit, dimiſſis, aut venditis fit rei ſuæ contemptor, cum præpoſitus [e] fuerit factus eccleſiæ omnium, quæ habet eccleſia, efficitur diſpenſator. Denique ſanctus Paulinus, vt ipſi melius noſtis, ingentia prædia, quæ fuerunt ſua, vendita pauperibus erogauit: ſed cum factus eſſet epiſcopus; non contempſit eccleſiæ facultates, ſed fideliſſime diſpenſauit. Quo facto ſatis oſtendit & propria debere propter perfectionem contemni; & ſine impedimento perfectionis poſſe eccleſiæ facultates, quæ † ſunt profecto communes, poſſideri. Quid ſanctus Hilarius?

† *quæ ſunt profecto communia*] orig.

Eccleſiaſticarum rerum dominium apud quẽ ẽ.

EXpedit. ] CASVS In hoc c. oſtendit Proſper, ꝙ eccleſia põt habere poſſeſſiones, & hoc ꝓbat duob. exemplis, ſcilicet Paulini, qui ſua pauperibus erogauit: nihilominus tamen factus epiſcopus, poſſeſſiones eccleſiæ poſſedit & diſpenſauit. Et Hilarij, qui omnia reliquit pauperibus: q factus epiſcopus nõ ſolum res eccleſiæ poſſedit, ſed etiam acquiſitis innumeroſis hæreditatibus fidelium poſſeſſiones eccleſiæ augmẽtauit, qui epiſcopi ſi ſciuiſſent eſſe peccatum eccleſiam habere poſſeſſiones, nunquam eas diſpenſandas ſuſcepiſſent.

ff. de acquir. poſſ. quod ſeruus. Item qui ab alio poſſidetur: ipſe nihil poſſidet, vt ff. de adulte. l. ſic eueniet. Sed dicas, ꝙ ex permiſſione prælati ſui poſſunt poſſidere, ut ext. de ſta. monac. c. monachi. Et nota quod monachus ratione contractus, nec agere poteſt, nec conueniri: 1 ſicut ille qui ceſſit bonis, vt ff. de arbitr. item ſi unus, in princ. Sed hoc notaui 11. q. 1. de perſona. Item cum monachus dicatur ſeruus, vt 54. diſt. multos. ergo non habet liberum arbitrium, vt 32. q. 3. c. vnico. nec enim velle videtur qui ex neceſſitate obtemperat. ff. de reg. iu. l. velle. Item agere non poteſt de iniuria ſibi illata, ſed tamen eius prælatus poteſt agere, 2 niſi prælatus abſit, nec reliquerit procuratorem ad inſtar filij familias, ff. de iniu. ſed ſi vnus. §. ait prætor.

1 Ext. de fideiuſſ. de quibuſdam. vbi de hoc.

2 Quod dic vt not. extra de ſent. exc. parochianis.

3 Vt ext. de reſcr. cum dilecta. de conſue. cum dilectus. Arch.

a ¶ Sine ſuperioris. ] Ext. de off. ord. quanto hẽt tamen ius eligendi; & ius accuſandi, ſuum prælatũ ſiue abbatem, & illud poteſt facere ſine licẽtia abbatis, quia hoc iure ius conceditur. ext. de accuſ. ex parte.

d ¶ Cõmunes. ] Quæritur quis ſit dominus rerum eccleſiaſticarum, nõ quid pauperes dicuntur eſſe domini? arg. ꝙ ſic. 16. q. 1. quoniã quidquid. Poteſt dici, ꝙ eccleſia ſit domina, vt 16. q. 3. inter memoratos ſicut hęreditas eſt domina, vt ff. de acquir. re. do. hæreditas. Alij dicunt, ꝙ ipſe Deus 4 vt inf. ea. q. 2. qui Chriſti, & c. qui abſtulit. Vel dic dominium eſſe apud clericos, ſicut dominium rerum vniuerſitatis apud ciues. inſtit. de re. di. §. vniuerſitatis. dicuntur etiam pauperes domini, quia inde ſuſtentantur.

ADDITIO. De hoc etiam no. extra de verb. ſign. cauſa. & per Innoc. & Hoſt. extra de cauſa poſſ. cum ſuper. & ibi videas. Arch.

e ¶ Cum præpoſitus. ] Et confirmatus. nam ante nõ poteſt adminiſtrare. niſi ſit valde remotus, vt extr. de ele. quod ſicut, & c. nihil.

4 Et cũ oĩa ei⁹ ſint, hoc tñ ſpecialius ſup. 1. q. 3. Saluator, ver. quiſqi. cap. res quæ 16. q. 1. in canonib. ver. ſi quis. & hoc verum ſm Ray. & Vin. Arch.

a ¶ Si ſcirent.] Simile 7.q.1.omnis qui arg.bonum pro illis qui ſuis renunciauerunt, ꝙ ſemper præſumitur illos iuſtam cauſam & litem fouere, & eſt bonum. ſimi. ext.de no.oper.nunc.c.1.

QVoniam Velina.] Not. plurium eccleſiarum viſitationem vni cõmitti. Et eſt arg. ꝙ rõne propinquitatis aliquid ſtatuitur contra ius. ſic extra de poſtu.ad hoc. & ſic rõne remotionis. 63.d. cũ longe.

c ¶ Cõſtitutæ.] 7.q.1.conſtitutum, & ſ. 61.d.obitum.

d ¶ Melchiades.] Falſus eſt titulus: quia Melchiades fuit ꝓximus ante Silueſtrũ, & eius tpe eſt Cõſtantinus cõuerſus.96. d. in illa palea, Conſtantinus.

FVturã.] CASVS. Dicebant quidã quod eccleſia nõ debeat recipere ꝑdia: & hoc probãt exemplo Apoſtolorũ, qui in Iudæa prædia nõ recipiebant, ſed pretia prædiorũ, ut pauperes ſubſtẽtarent. quibus Melchiades Papa reſpondet dicẽs, quod ideo Apoſtoli in Iudæa ꝑdia non recipiebant, qa præuidebant eccleſiam ad Gentes tranſituram: quod cum factum eſſet, principes Romanorum facti ſunt Chriſtiani: de quibus Conſtantinus fuit vnus, qui legem dedit, vt quicũqꝫ vellet fieri Chriſtianus, & eccleſiam fabricaret, & prędia eccleſiæ donaret, & ipſemet multa donauit: & eccleſiam B. Petri inſtituit & ſedẽ Imperialẽ ei reliquit: & ab illo tpe cœpit eccleſia poſſeſſiones habere: & Chriſtiani cęperunt eccleſias ædificare, & ſeipſos cõſecrare.

e ¶ Romani.] Ergo Imperator eſt dominus totius mundi, ſ.7.q.1.in apibus.

f ¶ Primę.] Vt ergo ꝙ eccleſia beati Petri ſit prior eccleſia beati Ioãnis Apoſtoli Lateran. 2 10.q.1. sãctorũ, ſed expone primæ beati Petri.i. Apoſtoli: vel primę, id eſt, Apoſtolicæ.

a Ad hoc facit expreſſe ſ.3.q.6.dudum. vbi L. ap[p]robat iſtã ſententiam. Alij contra quia eccleſia Lateran. eſt patriarchalis, ſed eccleſia B. Petri, nõ, nec etiã epalis, ſed ẽ de epatu Portuenſi, & iõ exponũt ut ſequitur. & hoc tenet H.

g ¶ Concederet.] Ergo Imperium eſt apud eccleſiam Romanam, ut 96.diſt.in illa palea, Conſtantinus.

h ¶ Synodo.] Nam ante eum non fuerunt generales ſynodi congregatæ, vt 15.d.c.1.

i ¶ Baſilicas.] De conſec.d.1.nemo.

Videa-

nonne & ipſe omnia bona ſua, aut parentib. reliquit, aut vẽdita pauperibus erogauit? Is tamen, cum merito perfectionis ſuæ fieret eccleſiæ Arelatenſis epiſcopus; quæ illa tunc habebat eccleſia, non ſolum poſſedit, ſed etiam acceptis fidelium numeroſis hæreditatibus ampliauit. Iſti ergo tam ſancti, tam perfecti Pontifices, factis euidẽter clamant poſſe, & debere fieri quod fecerũt. Qui vtique homines tam ſæcularium, quam diuinarum rerum ſine ambiguitate doctiſſimi, ſi ſcirent [a] res eccleſiæ debere contemni; nunquam eas debuerant, qui omnia ſua reliquerant, retinere. †

Addita ex ori. hæc clauſula.

† al. ſuſcipere.

*Item Gregorius Fœlici epiſcopo de Acropoli, lib. 2. epiſtola 29.*

¶ Diaconi, vel quælibet religioſæ perſonę regularem vitam ducere cogantur. C. XIIII.

Anſ.l.7.c.7.

QVoniam Velina, [b] Buxentina, & Blandana eccleſię, quę tibi in vicino ſunt conſtitutę, [c] ſacerdotis noſcuntur vacare regimine; propterea fraternitati tuę earum ſolenniter operã viſitationis iniunximus: illud prę omnibus commonentes, ut ibi præfatarum eccleſiarum, ſiue diœceſeos earum, vel diaconi, vel religioſæ perſonæ inuentæ fuerint; diſtricte, canoniceque viuant.

*Item Melchiades* [d] *Papa.*

¶ Quare in primitiua eccleſia prædia vendebantur. C. XV.

FVturam eccleſiam in gentibus Apoſtoli præuidebãt, idcirco prædia in Iudæa minime ſunt adepti, ſed pretia tantummodo ad fouendos egentes. At vero, cum inter turbines, & aduerſa mundi ſuccreſceret eccleſia; eouſque peruenit, ut nõ ſolum Gentes, ſed etiã Romani [e] principes, qui pene totius orbis monarchiã tenebãt, ad fidẽ Chriſti, & baptiſmi ſacramẽta cõcurrerent. Et quib. vir religioſiſſimus Conſtantinus primus, fidem veritatis patenter adeptus, licẽtiam dedit per vniuerſum orbem, ſub ſuo degentes imperio, non ſolum fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricare eccleſias, & prædia tribuere poſſe cõſtituit. Denique idem præfatus princeps donaria immẽſa contulit, & fabricam templi primæ [f] ſedis beati Petri principis Apoſtolorum inſtituit: adeo, vt ſedẽ Imperialem, quam Romani principes poſſederãt, relinqueret, & B. Petro ſucceſſoribusque. † ſuis profuturam concederet. [g] Idem vero præſidẽs in ſancta ſynodo, [h] quæ apud Nicæam congregata eſt, cum querelam quorundam conſpiceret coram ſe delatã, ait; Vos a nemine dijudicari poteſtis: qa ſolius Dei iudicio reſeruamini. Dij etenim vocati eſtis: & idcirco non poteſtis ab hoĩbus iudicari. Ab illo etenim tempore, & deinceps, viri religioſiſſimi non ſolum poſſeſſiones, & prędia, quę poſſederant, ſed etiam ſemetipſos Domino conſecrarunt, ędificãtes baſilicas [i]

Poly.l.1.tit.19. Burc.l.3.c.2.& 5. Iuo p.3.c.4.& 7. Pann.l.2.c.3.

† al. ſuiſque præſulibus.

Videntes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In prima parte oſtenditur ratio, quare eccleſia habet poſſeſſiones. ſcilicet quia plus vtilitatis confertur eccleſiæ de poſſeſſionibus quàm de pretio: cum ex his plura poſſint fidelibus miniſtrari. In ſecunda parte dicitur, ꝙ res eccleſiæ debent eſſe in poteſtate epiſcoporum. ex quibus debent communiter uiuentibus neceſſaria miniſtrare. In tertia parte dicitur, quo nomine cenſeantur res eccleſiæ, ſcilicet hoc nomine, oblationes. In quarta parte continetur pœna vſurpantis res eccleſię. Secunda pars incipit, ibi, [ Ipſe uero. ] Tertia ibi [ Ipſe. n. ] Quarta ibi. [ Ideo. ]

in ſuis fundis honorem ſanctorum martyrum per ciuitates, ac monaſteria innumera: in quibus cœtus Domino ſeruientium conueniret

¶ *Cæteri etiam collectores Melchiadem citant: quod cõſtare non poſſe rectè animaduertit auctor gloſſæ. Fit enim in hoc capite mentio Nicænæ ſynodi: quo tempore (vt ex ipſa ſynodo Euſebio, & cæteris hiſtoricis apparet) iam Melchiades obierat. Habetur autem integrum in ſcripto de primitiua eccleſia, & munificentia Conſtantini quod in collectione Iſidori, Lutetiæ bis impreſſa, ſequitur ſtatim poſt decreta Melchiadis, quemadmodum ſup. diſt. 88. ad c. decreuit. ad notatum eſt.*

*Item Vrbanus Papa epiſtola vnica c. 1.*

¶ Quare prædia fidelium hodie ab eccleſia non alienentur. C. XVI.

Anſ. l. 7. c. 6. Burc. l. 3. c. 3. Ivo p. 3. c. 5.

VIdentes autem ſummi ſacerdotes, & alij, atque leuitæ, & reliqui fideles, plus vtilitatis poſſe cõferre, ſi hęreditates, & agros quos, vendebant, eccleſijs, quibus pręſidebât, epiſcopi traderêt; eo quod ex ſumptibus eorum tam præſentibus, quàm futuris temporibus plura, & elegantiora miniſtrare poſſent fidelibus communẽ vitam † ducẽtibus, quàm ex pretio ipſorum: ceperunt prędia, & agros, quos uendere ſolebant, matricibus [a] eccleſijs tradere, & ex ſumptibus eorum viuere. ¶ Ipſæ vero res in ditione ſingularum parochiarũ epiſcoporũ (qui locum tenẽt Apoſtolorum [b]) erant, & ſunt vſque adhuc & futuris ſemper debent eſſe temporibus. Et quibus epiſcopi, & fideles diſpenſatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, miniſtrare cuncta neceſſariá debent, prout melius potuerunt, vt nemo in eis egẽs inueniatur. ¶ Ipſæ enim res fidelium oblationes appellãtur, quia Domino offerũtur. *& infra c. 3.* ¶ Memoratis ergo augmentationibus, ac cultibus in tantũ eccleſiæ, quibus epiſcopi præſident, Domino adminiculante creuerunt, & tãtis maxima pars earum abundat rebus, vt nullus ſit in eis communem gerens † vitam, indigẽs: ſed oĩa neceſſaria ab epiſcopo, [c] ſuiſq; miniſtris percipit. ¶ Ideo ſi aliquis extiterit modernis; aut futuris temporibus, qui hęc auellere nitatur, iam dicta damnatione feriatur.

† al. fidem.

† al. ei geni] al. degens.

Et Beda ad c. 13. Io. & ibi gloſſa ordin.

*Item Auguſtinus tractatu 62. in Ioannem.*

¶ De eodem. C. XVII.

Anſ. l. 5. c. 32. Poly. l. 3. tit. 24.

HAbebat Dominus loculos: & à fidelibus oblata cõſeruans, & ſuorum neceſſitatibus, & alijs indigẽtibus [d] tribuebat. Tunc primum eccleſiaſticæ pecuniæ forma eſt inſtituta: vbi intelligeremus, quod præcepit, nos cogitandũ [e] eſſe de craſtino, nõ ad hoc fuiſſe pręceptum vt nihil pecuniæ ſeruetur à ſanctis: ſed ne Deo pro iſta ſeruiatur, & propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur.

Matth. 6.

a ¶ Matricibus.] uidetur ergo ꝙ tantũ matrices eccleſiæ olim. habuerunt prædia. & poſſeſſiones. unde uidetur ꝙ illa ſolennitas, quæ in alienatione rerum eccleſię ſeruari præcipit. 10. q. 2. caſellas aliàs hoc ius tãtum de maioribus eccleſijs intelligatur: cũ enim olim eccleſiæ erant tenues, maior erat inquiſitio adhĩbẽda in alienatione. ſed cũ hodię augmẽtatæ ſunt poſſeſſiones eccleſię: ſufficit cõſenſus capituli eccleſię; ad alienationem faciendam ut infra ea. q. 2. ſine.

Eccleſiaſticæ res facilius poſſunt alienari hodie quàm olim.

b ¶ Apoſtolorum.] Epiſcopi tenẽt locũ Apoſtolorũ, ut hic, ſcilicet quo ad dignitatem, monachi quo ad renunciationem propriorum, & communẽ uitam 16. q. 1. ex auctoritate, omnes ſacerdotes quo ad ſacramẽtorum diſpenſationẽ. 11. q. 3. abſit 21. d. in nouo. 68. d. quorum uices.

Apoſtolorũ locum tenẽt viri eccleſiaſtici diuerſimode.

c ¶ Ab epõ.] extra de præb. c. epiſcopus. ADDITIO. Et ſic habes hic, ꝙ epiſcopus per ſe uel per alium teneatur prouidere cuilibet clerico indigenti 70. d. ſanctorũ. H.

HAbebat.] CASVS. Probatur in hoc c. exẽplo Domini, ꝙ eccleſia poteſt habere poſſeſſiones: quia Dominus loculos habuit & quod dixit, non eſſe cogitandum de craſtino. non ita intelligendũ eſt, ut nihil habeamus, ſed ne Deo propter mũdana ſeruiatur ſequens §. pater.

d ¶ Indigentibus.] argum. ꝙ eleemoſynis fieri eleemoſyna. 16. q. 1. decimæ tributa.

e ¶ Cogitãdũ. ] ſupra 1. q. 7.

2.q.7.conuenientibus.contra,ubi dicitur, de futuris inquiramus:& futuris caſibus debemus occurrere 23.diſ. in nomine,Solutio cautela non prohibetur, ſed ſolicitudo nimia,per quam cultus diuinus minuatur.47.diſt.c. omnes huius.& cap.ſicut hi.

Solicitudo nimia eſt ꝓhibita.

f ¶ Cadere.]ideſt,non aſſumere.
g ¶ Sanctitatem . ] id eſt,minus periculum eſt eſſe manifeſtum ꝙ occultum.& ſic non eſt contra 32.q.4.nemo ubi dicitur quod tolerabilior eſt culpa,ſi lateat.

ECONTRA. CASVS. Amodo vult Gratianus. quod

HIS OMNIBVS. Hæc eſt ſecũda pars queſt.in qua ꝓbat, quòd poſſunt habere propriũ tam clerici,quam epiſcopi,& eccleſiæ.& hoc probat per 11. auctor. Io.de Fan.

*2 His omnibus auctoritatibus claret,quòd clericis nullo modo licet habere quid proprium:quod ſi habuerint, non clerici erunt;non tamen clericatus eis tollendus eſt.*

*Vnde Auguſtinus in ſermone 2. de communi vita clericorum.* al. 52. ad fratres in heremo.

¶Clericatus non tollitur eis,qui volunt habere aliquid proprium. C. XVIII.

CErte ego ſum,qui ſtatueram,ſicut noſtris,nullum ordinare clericum,niſi qui mecũ vellet manere : aut ſi vellet recedere [a] à propoſito;recte illi tollerem [b] clericatum:quia deſereret ſanctæ ſocietatis promiſſum,cęptumque conſortium.Ecce [c] in conſpectu Dei, & veſtro muto conſilium.Qui volunt habere aliquid proprium,quibus non ſufficit Deus,& eccleſia;ſua maneant vbi volunt,& vbi poſſunt:non eis aufero clericatum: nolo habere hypocritas. Malũ [d] enim eſſe quis neſciat? malum [e] eſt cadere [f] à propoſito:ſed peius eſt ſimulare propoſitum. *& poſt pauca.*¶Si non† ſeruat ſanctitatem [g] foris; dimidius cecidit:ſi vero intus habuerit ſimulationẽ,totus cecidit. Nolo vt habeat neceſſitatem ſimulandi. Scio quomodo homines ament clericatum. Nemini eum tollo nolenti me cum communiter viuere.

Auſ.l.7.c.8.

†Si ſeruat.]orig.

*Econtra ſunt aliæ auctoritates,quibus conceditur propria habere,non ſolum alijs,ſed etiam epiſcopis.*

*Vnde in concilio Agathenſi,c.48.legitur.*

¶De rebus proprijs,vel acquiſitis epiſcopi hæredibus ſuis derelinquant. C. XIX.

EPiſcopi de rebus proprijs,vel acquiſitis, [h] vel quidquid de proprio habẽt, [i] hęredibus ſuis,ſi voluerint, derelinquant . Quidquid vero de prouiſione [k] ſuæ eccleſiæ fuerit,ſiue de agris,ſiue de fructibus† [l], ſiue de oblationibus;omnia† in iure eccleſię reſeruare cẽſuimus .

†al.ſ.ngibus.
†al.omnia intra.

CErte . ] CASVS. Aug.fecerat conſtitutionem quandã ſcilicet , quod nullũ ordinaret clericum niſi communiter viueret, & proprijs renunciaret & ſi inueniretur trãſgreſſor, deponeretur. Poſtea clerici renunciabant &ſiebant tranſgreſſores . quare Aug. conuocatis omnibus clericis ſuis mutauit conſtitutionẽ quàm fecerat , volẽs potius habere claudos,i.propria habentes, quàm hypocritas,id eſt tranſgreſſores : quia ſi habet propria,dimidius cadit,id eſt , imperfectus eſt:ſed ſi renunciat proprijs, & habet poſtea propria , totus cadit: quia perfectionem non ſeruat exterius nec interius in anima.

a ¶ Recedere .] ideſt nõ aſſumere ꝓpoſitũ,i.renũciãdi vt ibi: Cadent à latere tuo.

Non habet proprietas . non n.inde cadit q non ſuſcipit ſecũdum Hug.

b ¶ Tollerem. ]ideſt non admitterem.

c ¶ Ecce.]arg.aliquẽ uenire contrafactũ ſuum.17.q.2. Gũſaldus.35.q.9. quod qs 22.q.4.i malis. & c. iurauit.55.diſ.pœnitẽtes. ff. de iis q bus ut.indig.tutorem.Contra 32.q.5.horrendus.Argu.contra,7.q.1.quam periculoſum 8.q.2.dilectiſſimi.17.q.4. ſunt qui opes,C. de tranſa. ex cauſa. C. de cap. & poſt. li.re.nec nos.C.de remiſſio.& pig.debitum.ff.de acqui. hære.qui ſuperſtitis.ff.de adopt. poſt mortem . contra. ff.de ſerui.ruſtic.præ.per fundum. Ioan. Solu. quilibet poteſt uenire contra factum ſuum ubi eſt expreſſum in iure.aliàs non.55.diſt.pænitentes B.

Facto proprio poteſt quis contrauenire.

d ¶ Malum.]id eſt,occaſio mali: quia rei familiaris cura ſine peccato vix poteſt exerceri.25.d.qualis. Vel intellige ꝓprie,peius enim eſt per hypocriſim peccare , quã manifeſte,vt ext. de hære. cum ex iniuncto. ff. de ritu. nup.palã, & plus eſt ueneno occidere quàm gladio. C. de maleſi.l.unica:& plus eſt perſuadere quam compellere . ff. de ſer. corrup.l.1.§.vlt.& ſic non obſtat 32.q. 4.nemo.

Hypocrita plus peccat quàm manifeſte derelinquens.

e ¶ Malum.]hoc ſcilicet.

quòd clerici poſſint habere propria . quod uerum eſt ijs qui renunciauerunt proprijs : in quo caſu loquitur uſque ad §.De rebus.

EPiſcopi . ] CASVS.Statuitur in hoc c. ꝙ ſi epiſcopi habent aliquid de rebus proprijs , poſſunt relinquere cui uelent.Sed quidquid de rebus eccleſię habuerunt,totum eccleſiæ reſeruentur.

h ¶ Acquiſitis . ] de proprio . Vel dic acquiſitis non occaſione eccleſiæ vt extra de teſta.quia nos.

i ¶ Habent. ]de hoc dicemus infra ea.q.4.cap.1.

K ¶ De prouiſione . ] Clerici de rebus mobilibus nihil in ultima uoluntate poſſunt dare niſi talis ſit eccleſiæ conſuetudo,ut extra de teſta.ad hæc.& c.relatũ .§.licet.

Clerici nihil poſſunt dare in ultima voluntate.

l ¶ De fructibus.]nondum perceptis,arg. ff.quemadmodum vſusfruc. amit. ſi uſusfructuarius , in fine . immo etiam de perceptis non poſſunt condere teſtamentum . extra de teſta.quia nos admonet.

Manife-

MAnifeſta.] CASVS. Dicitur, ꝙ manifeſtum debet eſſe ijs. qui circa epiſcopos morantur, quæ ſunt res eccleſiæ, & quæ ſunt res propriæ epiſcoporum, ne ſi tranſitus inopinatus emergat, propter confuſionem, res epiſcopi pro rebus eccleſiæ, vel conuerſo detrimentum patian-

SInt manifeſtæ.] CASVS. Dicitur ꝙ res propriæ epiſcopi, & res eccleſiæ debent eſſe ſeparatæ, vt epiſcopus in obitu ſuo ſine interdictione, uel contradictione quibus uoluerit propria relinquere, poſſit: iuſtum enim eſt. vt nec eccleſia, nec propinqui epiſcopi detrimentum patianť, & in cauſas incidant, uel lites. Sequens c. planum eſt, & inducitur a cõtrario ſenſu, quaſi non ſufficiant ei ſua propria.

In cap. Martini Bracha. ex can. 4. conc. Antiocheni mutatis uerbis, ſed ſalua ſententia.

*Item ex concilio Martini Papæ, c. 15.*

¶De eodem. C. XX.

MAnifeſta [a] autem debent eſſe, quæ ad eccleſiam pertinent, his qui circa [b] ipſos ſunt, presbyteris, & diaconis; vt ſi epiſcopo contigerit inopinatus trãſitus, res eccleſiæ nullo modo poſſint minui, & perire; neque res propriæ epiſcopi importunitatem patiantur ꝓ reb. eccleſię: vt nec eccleſia incurrat damnum, nec epiſcopus in ſuis rebus pro rebus eccleſiæ proſcribatur.

*Idem ſtatutum eſt in canonibus Apoſtolorum, c. 40. vbi legitur.*

¶De eodem. C. XXI.

Anſ. l. 6. c. 167.

SInt manifeſtæ [c] res propriæ epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſtę Dominicæ: [d] vt poteſtatem habeat de proprijs moriẽs epiſcopus, ſicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere: nec ſub occaſione eccleſiaſticarum rerum ea, quæ epiſcopi eſſe probantur, [e] intercidant. Fortaſſis enim vxorem habet, aut filios, [f] aut propinquos, aut ſeruos. [g] Et iuſtum eſt hoc apud Deum & homines; vt nec eccleſia detrimentum patiatur ignoratione rerum pontificis; nec epiſcopus, vel eius propinqui ſub obtentu eccleſiæ proſcribantur, & in cauſas incidant, [h] qui ad eum pertinent, morſque eius α iniurijs malæ famæ ſubijciatur.

α¶Morſque eius. *Antea legebatur,* mortiſque eius iniurijs infamentur. *Reſtitutus eſt locus ex priſca verſione, cui totum reliquum caput conuenit. Græcè eſt.* καὶ τοῦ αὐ τῦ θανατον δυσφημίαις περιβάλλεσθαι, *ideſt,* & eius mors maledictis vndiq; appetatur.

†al. δυσφημοῦνται.

*Item in eiſdem canonibus, c. 41.*

¶Ex rebus eccleſiæ epiſcopus ſi indiget, ſibi, & ſuis neceſſaria ſumat. C. XXII.

EX his autem, quibus epiſcopus indiget (ſi tamẽ indiget [i]) ad ſuas neceſſitates, & peregrinorum fratrum vſus & ipſe percipiat, vt nihil ei poſſit β omnino deeſſe. Lex enim Dei pręcipit, vt qui altario deſeruiunt, paſcantur de ipſo.

1. Cor. 9.

β¶Ei poſſit. *Legitur etiam,* eis poſſit. *Nam & in græcis codicibus partim eſt* αὐ τοῦ *partim* αὐ τοὺς.

& in Pariſienſi conc. l. 1. c. 15.

*Item ex concilio Antiocheno, c. 25.*

c ¶ Sint manifeſtæ.] Ideſt, diſtinctæ.

d ¶ Dominicæ.] ideſt eccleſiæ.

e ¶ Probantur.] Ex hoc c. & in auth. de eccl. titu. §. interdicimus, coll. 9. ff. de dona. inter uir. & uxo. Quintus Mutius. C. e. tit. etiã uidetur, ꝙ ſemper res acquiſitę præſumũtur eſſe de bonis eccleſiæ, niſi ꝓbetur contrarium. Arg. contra. C. arbit. tut. ſi defunctus ibi. n. dr, quod tutor qui nihil ante habebat, poſtea per induſtriã ſuã multa potuit fuiſſe lucratus, unde pupillus cogitur ꝓbare illas ſuas eſſe, Tu dicas, ꝙ ſi ep̄s, uel alius prælatus ꝑmiſtim utitur reb. ſuis & eccleſiæ, cum non ſit facta diſtinctio, cogẽtur hæredes ep̄i probare illas res nõ eſſe eccleſiæ: ſicut uxor cogitur ꝓbare res aliquas non eſſe mariti, quia promiſcue utiť reb. mariti ut ſuis. Vel aliter diſtinguas. Si certũ eſt, ꝙ ep̄s ante epiſcopatum habuit propriũ; tunc incumbit eccleſiæ onus probandi res acquiſitas eſſe tãtum de rebus eccleſię. arg. Inf. q. 4. ca. 1. & 2. Vel dic, quòd ſi poſt. mortẽ epiſcopi eccleſia inuenitur in poſſeſſione rerũ, tũc hęredibus incumbit probatio. Sed ſi hæredes ſunt in poſſeſſione, tunc eccleſia probabit, ut inf. e. q. 5. c. 1. in fine.

Clericorum bona an præſumantur eſſe de bonis eccleſiæ.

1 Ar. contra ſu. e. q. c. 2. & ſeq. Dic ꝙ licet illo tp̄e primitiuo ñ liceret clericis hr̃e propria: tñ Apoſtoli inſtinctu ſpiritus ſancti preuiderunt eccleſiam & clericos poſſeſſiones habituros. ſu. e. futuram. & ſic potuit eſſe iſte canon 1 Apoſtolorũ. Arch.

f ¶ Aut filios.] ſ. 28. diſt. de Syracuſanæ. contra. Sed hoc permittebatur tempore Apoſtolorum. quorum, 1 canon iſte eſt.

tur.

a ¶ Manifeſta.] Facit ergo inuentarium, ut 28. d. de Syracuſanæ.

b ¶ His qui circa.] Ideſt, uicedominis, ut 89. diſt. uolumus. & cap t. ſequenti. qui erit teſtis adminiſtrationis ſuæ, alij erunt teſtes uitæ ſuæ, ſupra 2. quæſt. 7. cum paſtoris.

g ¶ Aut ſeruos. Quos poteſt facere & liberos.

h ¶ In cauſa incidant.] Ideſt, litigare cogantur.

i EX his.] ¶ Indiget.] Quia de reb. eccl. non debet quis paciſci, ſi habet propria, ut 1. q. 2. clericos. & c. paſtor.

Epiſcopus. ] CASVS. In concilio Antiocheno ſuper quatuor querimonia facta fuit de epiſcopis. Primo quòd res eccleſiæ vertebant in ſuos uſus. Secũdo, ꝙ res eccleſiæ ſine conſcientia clericorum pertractabant. Tertio, ꝙ domeſticis & cõſanguineis & propinquis de reb. eccleſiæ poteſtatem dabant, vt per huiuſmodi pſonas res eccleſię lęderent. Quarto, ꝙ quidam ex eis pauperib. alimoniã ſubtrahebant. vnde ſermo p̄dicationis, & hi q̄ res eccleſiæ diſpenſabant, infamabantur: quare ſtatutum fuit in concilio Antiocheno, ut ep̄i habeãt rerum eccleſiaſticarum poteſtatẽ ad ſui & fratrũ ſuorũ victum & veſtitum, ſi indigent ſi vero ſuper prædictis quatuor accuſati & conuicti fuerint; pœnas ſuſtineant.

a ¶ Epiſcopus. ] Hoc c. habes 10. q. 2. ep̄s.

b ¶ Vſib. Hic oſtenditur qua neceſſitate clerici debẽt eſſe cõtenti ſ. ut habeant uictum & veſtitum; & ita refertur hic neceſſitas ad naturę neceſſitatem & eſt arg. cõtra illos, qui dicunt ſe pp neceſſitatẽ habere plures eccleſias

c ¶ Fructus. ] Ergo res mobiles non poteſt dare ſine conſcientia. 1 cleri. ſui. extra de do. c. 2.

d ¶ Cõſcientia. ] inf. ea. q. 1. ſinc. & c. alienationes.

e ¶ Propinquis. ] inf. 89. d. decenter.

a Hoc nõ uſ uerũ. ext. de don. cæterũ. ubi de hoc. & inf. e. c. ul. 16. q. 1. poſſeſſiones. in gl. ĩ fi. Arch.

ſcopis licet habere propria; ſed ex hoc mouet quandam quæſtionem, cum epiſcopus habeat propria, quare dicit ſup. in c. nolo ꝙ clericus habens propria non erit clericus? cui quæſtioni reſpondet Gratian. pro ſuo arbitrio, dicens quoſdam epiſcopos in oriente habere vxores, & filios.

¶ Res eccleſiaſticas epiſcopus diſpenſet.

C. XXIII.

Anſ l. 6. c. 163.

Epiſcopus [a] eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatẽ ad diſpenſandum erga omnes, qui indigent, cũ ſumma reuerentia, & timore Dei. Participet autem & ipſe quibus indiget (ſi tamen indiget) tam in ſuis, quam in fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſarijs vſibus [b] profuturis: ita vt in nullo qualibet occaſione fraudentur, iuxta ſanctum Apoſtolum ſic dicentem; ] Habentes victum, & tegumentum, his contenti ſumus. ] Quòd ſi contentus iſtis minime fuerit, conuertat autem res eccleſiæ in ſuos vſus domeſticos, & eius cõmoda, vel agrorum fructus, [c] non cum presbyterorum conſcientia, [d] diaconorumque pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis [e] aut fratribus, filijsque committat, vt per huiuſmodi perſonas occultè res α lædantur eccleſiæ; ſynodo prouinciæ pœnas iſte perſoluat. Si autem & aliter accuſetur epiſcopus, aut presbyteri, qui cum ipſo ſunt, quòd ea, quæ pertinent ad eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet eccleſiaſtica facultate ſibimet vſurpent; ita vt ex hoc affligantur quidem pauperes; criminationi vero & blaſphemijs tam ſermo prædicationis, quam ij, qui diſpenſant, taliter exponantur; & hos oportet corrigi, ſancta ſynodo id quod condecet, approbante.

1. Tim. 6.

¶ Occultè res. ] *In verſione Dionyſii legitur*, vt per huiuſmodi perſonas occultè cęteri † lędantur fratres, eccleſię, *& concordat cum alia antiqua verſione, quæ & ipſa eſt in tomis conciliorum*, vt per eorum ſecretam diligentiam eccleſiaſtici lędi videantur. *Græcè in codicibus, qui lecti ſunt, habetur*, εἰς τὸ διὰ τῶν τοιούτων λεληθότως βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας, *id eſt*, vt ex his rationes eccleſię latenter lędantur.

† al. cæteræ lædantur eccleſiæ.

*Item in canonibus Apoſtolorum, c. 41.*

¶ Res eccleſię ſint in epiſcopi poteſtate. C. XXIIII.

Anſ. l. 6. c. 160.

PRęcipimus, vt in poteſtate ſua epiſcopus eccleſię res habeat. Si enim animę hominum pretioſiores † [f] illi ſunt creditę, † multomagis [g] oportet eum curam pecuniarum gerere ita vt poteſtate eius, indigentibus omnia diſpenſentur per presbyteros, [h] & diaconos, & cum Dei timore, & omni ſolicitudine † miniſtrentur. Ex his autem, quibus indiget, &c. *ut ſupra.*

† pretioſa, orig. πιστευτέον. i. credendæ.

† εὐλαβείας. i. integritate.

ſup. e. c. ex his autem

*Cũ ergo in concilio [i] Agathenſi, & Martini, & canonibus Apoſtolorum dicatur, [Sint manifeſta res propriæ epiſcopi,] cũ in eiſdẽ canonib. & in concilio Antiocheno*

PRæcipimus. ] CASVS. Quęſitum fuit an ep̄i debẽt habere poteſtatem de reb. eccleſiæ. Et rñdetur ꝙ ſic ad diſpẽſandum eas per preſbyteros & diaconos cum timore & ſolicitudine. Et hoc ꝓbatur argumento a maiori, quia animæ hominum multo pretioſiores rebus ſunt illis commiſſis.

f ¶ Pretioſiores. ] Sic inf. 16 q. 7. c. 1.

g ¶ Multo magis. ] Simile eſt qđ oſtendit ius, ex quo mulier credit ſe viro de corpore, dignum eſt, ut credat de dote reſtituenda, unde non tenet uir dare fideiuſſorẽ de dote reſtituenda, niſi uir laberet in facultatib. ex. de do. inter ui. & uxor. per ueſtras. C. ne fideiuſſ. do. den. l. 1.

h ¶ Presbyteros. ] Sup. 89. d. c. uolumus.

Vir pro dote non tenetur fideiuſſorem dare.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratia. ex c. ep̄i, & ex c. manifeſta. & ex c. ſint manifeſtę, & ex c. ep̄s, ꝙ epi filios. & quoſdam clericos in occidente in minoribus ordinibus habere uxores, & filios, quibus licet habere propria alijs uero clericis, qui ab infantia clerici facti ſunt, non licet habere propria niſi retinẽdo ſua, a ſumptibus eccleſiæ abſtineant. & ad hoc inducit ſequens capitulum.

i ¶ Cum ergo in concilio. ] Concludit ꝙ clerici poſſunt habere propria.

a ¶ Quo-

a ¶ Quomodo ergo. ] Modo quærit de contrarietate illorum capitu. ſup. cap. nolo. & ſup. ca. expedit.
b ¶ Sed notandum eſt. ] Male ſoluitur. 1 Sed dic. vt dixi ſup. ca. in princip. quæſtionis.
I Lli autem. ] CASVS. Quidam clerici proprijs renunciare nolebant. quæſitum eſt à Proſpero an ſine peccato poſſint hoc facere? Et reſpondet quod ſic, ſi præbendam diſpenſatori relinquant: qui quodammodo ſua relinquũt quando contenti rebus proprijs nihil de rebus eccleſiæ accipiunt.

1 Quod nulla nititur ratione, nulla fulcitur veritate, Lau. Hu.

† al. rebus.

*præcipiatur, vt epiſcopus participet res † eccleſiæ ſi tamē indiget; nonne patenter oſtēditur, quod epiſcopus habeat libere propria? Dicendo enim: [ſi indiget rebus eccleſiæ.] notat eũ habere propria; quæ fortaſſe ſuis neceſſitatibus non ſufficiunt. Quomodo ergo* [a] *, clericus, ſi proprium habere voluerit, clericus non erit? & eps habens propria nō ſolum non deſinit eſſe epiſcopus, verumetiā cunctas eccleſiaſticas facultates in ſua iubetur habere poteſtate; ¶ Sed notādum eſt* [b] *, epiſcopos orientales vxores habere & filios quoſdam autem ex noſtris partibus, cum in laicatu ſiue in minoribus ordinibus conſtituti habeant vxores & filios, ſiue morte vxoris interueniente, ſiue continentia pari voto ſeruata, ad ſacros ordines accedere. His omnibus conceditur habere propria ad ſuos, & ſuorum vſus. Qui autem ab infantia ſacræ militiæ traditi ſunt, nullo modo eis permittitur habere ꝓpria: quia nulla eſt eis excuſatio proprietatis: niſi fortaſſe retinendo ſua, à ſumptibus eccleſiæ abſtineant. Quod fieri poſſe Proſper de vita contemplatiua, l. 2. c. 12. teſtatur dicens.*

¶ De ijs qui tam infirmi ſunt, vt ſuis rebus renunciare non poſſint. C. XXV.

ILli autē, qui tam infirmi [c] ſunt, vt poſſeſſionib. ſuis renunciare non poſſint; ſi ea, quæ accepturi erant diſpēſatori [d] relinquant nihil habētibus [e] conferēda, ſine peccato [f] poſſident ſua: quia & ipſi quodammodo ſua relinquunt; quando proprijs cōtenti rebus, nihil eorum, quę labori, vel ordini ſuo deberi arbitrantur, accipiunt.

c ¶ Infirmi. ] Scilicet animo.
d ¶ Diſpenſatori. ] ſcilicet ſuo: vel diſpenſatori, id eſt, epiſcopo.
e ¶ Nihil habētib. ] id eſt, pauperibus. 16. q. 1. c. fin.
f ¶ Sine peccato. ] hic patet quod ſi clerico ſufficiant ꝓpria, nō hēbit eccleſiaſtica, vt 16. q. 1. quoniā quidquid. 1. q. 2. clericos & c. paſtor. & if. c. ſi priuatū. 10. q. 3. cauēdū. Sed cōtra nemo ſuis ſtipēdijs cogit militare ext. de ſimo. cū ſit Romana. & q altario deſeruit, &c. vt ſu. c. ex his. Solu. hoc ca. de conſilio loquitur vel de clericis vagabundis vel loquitur de oblationib. quæ illis non ſunt communicandæ, vel poſſunt habere dona eccleſiaſtica, non vt ibi referuent, ſed vt diſtribuāt pauperibus. 16. quæſt. 1. ca. fin.

DE REBVS. CASVS. Hic Gra. mouet quādā quęſtionē incidentē, an poſſeſſiones eccleſiæ poſſint diuidi per prębēdas. Et primo probat, quod nō exemplo apoſtolorum, & duobus c. ſeq. Sequens cap. patet.

*De rebus vero eccleſiæ, quæritur, an liceat eas per præbendas diuidi, vt annuos redditus quiſque ſibi ſpecialiter vendicet. Hoc non poſſe fieri, argumento, & auctoritate probatur: clerici ſucceſſores eorum ſunt, de quibus dicitur: [Multitudinis autem credentium erat cor vnũ, & anima vna.] Neceſſe eſt ergo, vt eorum ſequantur vitā, quorum in eccleſia gradum adminiſtrant. Non ergo aliquid proprium ſibi vendicabunt, ſed erunt eis omnia communia.*

Act. 4.

*Item Vrbanus Papa ait in epiſtola vnica. c. 2.*

Anſ. l. 5. c. 35.
Poly. l. 9. tit. 15.

¶ Res eccleſię quaſi communes epiſcopus diſpenſet. C. XXVI.

RES eccleſiæ non quaſi proprię [g], ſed vt communes & Domino oblatæ, cum ſummo timore nō in alios quam in præfatos vſus ſunt fideliter diſpenſandæ.

*Item ex ſynodo habita Roma ab Eugenio Papa II. cap. 16.*

g RES eccleſiæ. ] ¶ Proprię. Si ergo de reb. eccleſię emiſti equũ vel aliquid, illud nō eſt tuũ ſed dicas, quod illud ſolum clericorum eſt quod ꝓbabili ratione conſumunt, 2 vt ſu. c. expedit. & if. c. ſi priuatum & if. c. q. 2. ſine exceptione. Quidquid enim habes ſupra illud quod ſufficit tibi, illud violēter detines, vt ſupra diſt. 47. ſicut.

Clerici quæ bona hēant.

2 Ad hoc facit quod le. & no. 44. di. in prin. ver. ſi ſacerdos & 47. diſt. c. ſicut hi. ver. proprium. & ſup. c. epiſcopi ver. quidquid. vbi de hoc. Arch.

¶ Non liceat epiſcopo res eccleſiarum in proprios vſus conuertere. Cap. XXVII.

NVlli epiſcoporum liceat res mobiles, aut immobiles de ſubiectis plebibus, alijſque pijs locis in pro

NVlli. ] CASVS. Præcepit Eugenius in ſynodo habita Romæ, vt nullus epiſcopus res mobiles vel immobiles de eccleſijs

eccleſijs ſibi ſubiectis in proprios vſus aſſumat, ne maiores eccleſiæ locupletentur, & minores pauperes fiant. & qui contra hoc fecerit, canonica ſententia feriatur.

a ¶ Enormiter.] Arg. ꝙ epiſcopus de iure vnius eccleſiæ poteſt detrahere, & alij conferre: dummodo alij eccleſiæ grauia damna nõ infligat. vt infra e.q.2.bonę. Quid iuris ſit, dicemus ibi & 16. quæſt. 1. §. quod autem.

d ¶ Si priuatum.] Poteſt intelligi ſi, id eſt, quamuis priuatum ſeparatim aliquid eccleſiaſticum poſſidemus; non tamẽ illud eſt noſtrum [quorũ procurationem, id eſt, quia tantum illius procuratio nobis eſt cõmiſſa. Vel dic priuatum, id eſt, proprium.

SI ERGO. CASVS. Cõcludit Grat. ex ſupradictis duob. cap. dicens: ſi res eccleſiæ ſint habendæ tanquam communes, & non tanquã proprię, cũ de communi nullus dicat. hoc eſt meum: ergo de rebus eccleſię nõ poteſt quis dicere, hæc eſt mea: quia ſi diceret, non videretur imitari Apoſtolos, quib. nihil proprij erat, ſed omnia communiter poſſidebant. Poſtea huic concluſioni reſpõdet, dicens, quod ſicut poſſeſſiones diuiſę ſunt ꝑ vniuerſum orbem, & aliæ ſũt aſſignatæ vni eccleſiæ, & alię alij: ex ꝗbus licet res eccleſię debeant eſſe cõmunes omnibus, diſpenſator tamen eccleſię ſibi & ſuis primo neceſſaria miniſtrabit, & reliqua ꝗ ſuperſunt, fidelibus miniſtrentur: ita & prębendæ & prædia eccleſiarum inter canonicos diuidi poſſunt, vt ex his non tanquam proprijs, ſed cõmunibus primo ſibi neceſſaria ꝑcipiãt, & reſidua in communes vſus eccleſiæ expendant.

b ¶ Hoc meũ eſt.] falſum dicit: nã res quæ communis eſt aliquibus, omnium illorum eſt, [a] vt ff. de ritu nupt. illud. vnde hoc verbum, ſuum, ambiguum eſt pro toto & pro parte. & qui iurat ſuum non eſſe, iurabit etiam ſibi commune non eſſe, ff. de ver. ſign. pupillus. §. vlt. & cũ quis legat ſeruos ſuos, tam illi, qui ex toto ſui ſunt, quàm qui pro parte, intelliguntur legati, vt ff. de leg. 3. ſi quis ſeruos. Si autem eſt aliquid vniuerſitatis, vel ciuitatis, illud non eſt cuiuſlibet, infra e.q.2. qui manumittitur.

c ¶ Non

prio vſu habere: ne maiores enormiter [a] locupletẽtur, & minores tali facto pauperes inueniantur. Contra agens canonica auctoritate coarctatus exiſtat.

*Si ergo res eccleſiæ, non quaſi propriæ, ſed quaſi cõmunes habendæ ſunt; cum de communi nullus dicat; hoc meum eſt;* [b] *nec de rebus eccleſiæ, hac eſt mea, poteſt aliquis dicere: ne videatur non imitari charitatem illorum, in qua nulli aliquid erat proprium; ſed eſſent illis omnia communia. His ita reſpondetur. Sicut perfectione charitatis manente, ſecundum diſcretionem eccleſiarum, diſtributio fit eccleſiaſticarum facultatum, dum alijs poſſeſſiones huius eccleſiæ ad diſpenſandum committuntur, ex quibus, licet res eccleſiæ omnibus debeant eſſe communes, primum tamen ſibi, & ſuæ eccleſiæ deſeruientibus neceſſaria ſubminiſtret †, reliqua, quæ ſuperſunt, fidelium vſibus miniſtraturus, ita & præbendæ eccleſiarum eadem charitate manente, pie & religioſe poſſunt diſtribui: nec tunc rebus eccleſiæ vt proprijs, ſed vt communibus vtilitatibus deſeruituris; vt ex his, quæ ſibi aſſignata ſunt, primum ſibi neceſſaria percipiat: ſi qua vero ſuis neceſſitatibus ſuperſunt, in communes vſus eccleſiæ expendat* [c].

*Act. 4.*

*† al. epiſcopis ſubminiſtret.*

*Vnde Auguſtinus ad Bonifacium comitem, epiſtola. 50.*

¶ De eodem. C. XXVIII.

SI priuatum † [d] poſſidemus, quod nobis ſufficiat: non illa noſtra ſunt [e], ſed pauperum: quorum procurationem [f] quodammodo gerimus, non proprietatem nobis vſurpatione damnabili vendicamus.

*† al. priuatim, quæ nobis ſufficiant poſſidemus.* orig. & inf. 23. q. 7. quod autem. §. ſi autem priuatim.

*Oſtenſum eſt, quomodo liceat clericis habere proprium, & quomodo non. Item quomodo res eccleſiæ per præbendas diuidi poſſint.*

QVAESTIO II.

*NVnc quæritur.*

a Ar. extra de vſu pal. c. 1. & de ꝓben. pro illorum. in prin. & de priuileg. paſtoralis. in prin. arg. ff. de contrah. empt. ꝗ tabulas, Arc.

c ¶ Expendat.] Mirum eſt quare Gratianus non inducit cap. quod poſſeſſiones eccleſiæ poſſunt diuidi, quæ longe melius faciunt ad propoſitum, vt inf. q. 2. quiſqs. & cap. ſæpe fit, 10. q. 2. caſellas. in fin. & 16. quæſtio. 1. poſſeſſiones. & quæſt. 3. clerici. argum. contra: inf. quæſtio. 2. vobis. 10. q. 3. vnio. & ſupra ca. quia tua, & cap. neceſſaria.

e ¶ Non illa noſtra ſunt.] Id eſt, à nobis recipienda & retinenda.

f ¶ Procurationem.] ergo prælati dicuntur procuratores rerum eccleſiaſticarum, vt hic, & 14. q. 1. §. 1. quãdoque domini dicuntur. 16. q. 1. & temporis. quandoque defenſores 16. q. 1. in canonibus. quandoque patres, vt 68. diſt. quorum vices. non tamen habent liberam & generalem adminiſtrationem, ſicut procurator Cæſaris, vt ff. de officio proc. Cęſaris. l. 1. modicum tamen donare poſſunt. extra de donat. cæterum. tamen loco domini habentur, cum bene adminiſtrant: loco prædonis, cum male, vt ff. pro empto. qui fundum. §. ſi tutor.

Pręlati dicũtur procuratores rerũ eccleſiaſticarum.

NVnc quæritur.] Hæc quæſtio diuiditur in nouem partes: in quarum prima probat magiſter per ſexdecim canones, quod res

res eccleſiæ vendi non debent, vel alienari in caſu non conceſſo, & ponit pœnas diuerſas alienantibus, & vendentibus eas quoquo modo. Secunda ibi, [Quæ vero.] Tertia ibi, [Monemus.] Quarta ibi, [Vobis enim.] Quinta ibi, [Statuimus.] Sexta ibi, Terrulas.] Septima ibi,

ſatis, ff. de leg. 1. apud Iulianum, §. vlt. Sed excipiuntur quatuor caſus. Cauſa neceſſitatis: vt ſi debitū vrget, ut in illa l. hoc ius. Cauſa pietatis pro redemptione captiuorum, vel alimonia pauperum, vt j. e. aurū. Cauſa neceſſitatis vel vtilitatis, vt j. e. ſine exceptione. Cauſa incōmoditatis, vel minoris vtilitatis, vt j. ea. terrulas aliæ cauſæ pñt aſſignari: ſed ad has pñt oēs canones reduci: res tñ eccleſiæ quæ ſeruando ſeruari non pñt, citra aliquā ſolennitatē alienanſ, vt C. de admin. tut. l. lex, quæ. §. vlt. C. qñ decr. nō eſt op⁹, l. vlt. & 96. diſt. bene. Sed aliæ res eccleſiæ cum ſolennitate alienandæ ſunt: 1 & olim quidē duo de vicinis epīs intererant, & de cā alienationis cognoſcebant, & ſubſcribebāt, ut 10. q. 2. caſellas. in fi. j. e. quicunque ſuffragio. & 17. q. 4. nullus. ſed hodie ſufficit conſenſus capituli & epī, vt j. ea. c. ſine. & ſi res ſit modica, & neceſſitas magna, non eſt neceſſari⁹ cōſenſus capituli, ut j. ea. terrulas. In reb. monaſteriorū alienandis requiriē conſenſus abbatis & capituli & epī. j. ea. abbatib. 17. q. 4. in vēditionib. Idē in eccleſijs parochialib. vbi ēt conſenſus ſacerdotis requiriē, j. ea. placuit. 10. q. 2. ſi quis epiſcopus. Facta alienatio contra dictam formam, eſt nulla, licet ſit in caſu licito: 2 ut j. eo. ſine. ſed cum præſcripta forma facta, & etiam in caſu non conceſſo, tenet ipſo iure. arg. extra de his quæ fi. a præla. ſine conſenſu cap. cum nos. extra de empt. & uend. cum dilecti. ſed ſi damnoſa fuerit, eccleſiæ reſtituitur, extra de reſtit. in integ. c. 1.

Eccleſiæ bona cum qua ſolennitate ſint alienanda.

1 Adde q̄ ſolēnitates requirūtur in alienatione rerum eccleſiæ, not. in auth. hoc ius porrectū. q̄ eſt canonizata 10. qō. 2. C. de ſacroſ. eccl.

2 Licito. Cōtrarium ex diametro ad hanc gl. not. Doct. in l. cū his, §. eam trāſactionē, de trāſ. uide Anto. Corſ. in ſing. uerſ. alienatio & qd melius tenet gl. ſ. pe. j. ead. q. c. ſine exceptione.

*tur,* [a] *ſi ſacerdotes aliqua de rebus eccleſiæ dediſſe noſcūtur, an his, qui eas acceperunt, aliqua firmitate conſtabunt. Quod res eccleſiæ nullo modo diſtrahi poſſunt, & diſtractæ poſſideri, multis auctoritatibus probatur.*

Anacletus epiſto. 1. c. 2. Lucius. cap. 6. In concilio Trib. c. 7.

*Ait enim Stephanus Papa.*

¶ Eccleſiæ pecunias auferens velut homicida damnatur. C. I.

Burch. l. 11. c. 18. Iuo p. 14. c. 88.

QVi Chriſti pecunias, [b] & eccleſiæ aufert, fraudat [c] & rapit; [d] vt homicida [e] in conſpectu iudicis deputabitur.

*¶ In epiſtolis Stephani primi, quæ extant, caput hoc non habetur: ſed in epiſtola prima Anacleti, ex quo citatur a Burchardo, & Iuone, & in cōcilio Triburieſi, & inf. ea. c. qui abſtulerit. Idem etiam legitur apud Lucium Papā.*

*Item Pelagius Hoſtilio epiſcopo.*

¶ Quidquid de ſacratis vaſis, vel miniſterijs a quolibet clerico vſurpatum fuerit, eccleſiæ reſtituatur. C. II.

AVguſtino [f] noſtræ ſedis notario ſuggerente didicimus, q ei dilectio tua directis apicibus indicaſſet quoſdam de clero tuo, & maximè parochiarū ad te pertinentium non pauca ſacrata vaſa, vel miniſteria diſtraxiſſe, & aliqua huiuſmodi perpetraſſe, quæ a religioſo aliena ſunt propoſito. Charitatem vero tuam (vt hoc cōpetenti ſolicitudine debeat inſequi, vel vlciſci) noſtræ præceptionis auctoritate cupis communiri. [g] Qua de re præſentibus mandamus affatibus, vt cōpetentis viuacitatis inſtantia, quidquid de ſacratis vaſis, vel miniſterijs a quolibet clericorum vſurpatum vel diſtractum fuiſſe compereris; ſine cuiuſquam moræ interuentu exigere nō dimittas, & eccleſiaſticis vſibus reformare.

6. cap. 303.
† *al. ex decretis Bonifacij Papæ.*

*Item Bonifacius † Papa.*

ibi, [Item ſi rectores.] Octaua ibi, [Item ſi ſeruos] Nona ibi, [Ne vero.] Ioan. de Fant.

CASVS. Supra dictum eſt, quomodo liceat clericis habere proprium, & quomodo non, & qualiter res eccleſiæ poſſint diuidi per præbendas. Nunc autē in hac 2. q. quæritur, an res eccleſiæ alienatæ poſſint apud alios remanere, quibus alienatæ ſunt & certum eſt, q non, niſi ſint alienatæ in caſibus conceſſis a iure, ut j. eo. aurum. & c. ſine exceptione, in quo cap. dicitur, q pro vtilitate poſſunt res eccleſiæ alienari, ut 10. q. 2. hoc ius porrectum. Et procedit hoc ordine Grat. 1. probat, quod res alienari non poſſunt, nec alienatæ poſſideri, vſq; ad §. his omnibus auctoritatib. poſtea ſupponit quoſdam caſus ſpeciales, in quibus licitè res eccleſiæ alienātur. Primum autem cap. huius quæſtionis planum eſt.

Alienatio quod cōprehendit.

a ¶ Nunc quæritur.] Alienatio eſt omnis cōtractus p quem dñium transfertur, ut C. de fun. do. l. 1. ſed hic largius ſumitur alienatio? quia nec obligari poſſunt res eccleſiæ. Quid autem ſub ſe contineat hoc nomen, alienatio, dicitur ext. de reb. eccl. nō alien. c. nulli. in Auth. de non alie. uel permut. coll. 2. §. nos igitur. phibentur res eccleſiæ alienari, ut j. e. ſine. 10. q. 2. hoc ius. & res. Cæ-

Eccleſiaſticæ res in quatuor caſibus licitè alienātur.

b QVi Chriſti pecunias.] Largè ſumitur, ut inf. q. 3. per totum.

c ¶ Fraudat.] Occultè.

d ¶ Et rapit.] Vi.

e ¶ Homicida.] Etiam eſt ſacrilegus, ut inf. c. proxi. & 16. q. 1. decimas.

AVguſtino.] CASVS. Hoſtilius epſ ſignificauit Auguſtino notario Papæ, q quidā clerici ſui diſtraxerant illicitè multa ſacra uaſa, uel miniſteria ſuarū eccleſiarū, pp q̄ reuocanda cupiebat auctoritate Apoſtolica cōmuniri. Auguſt. ergo illud Papæ ſignificauit. quo audito Pelagius ſcripſit Hoſtilio epō, ut Apoſtolica functus auctoritate, ſine mora omnia reuocet ad uſus eccleſiarum, per quemcunque clericum fuerint alienata.

f ¶ Auguſtino.] Aliàs incipit, Notario noſtræ ſedis Auguſtino ſuggerente, &c.

g ¶ Communiri.] Cum tñ & illud de iure cōi poſſet facere

Simile eſt huic ext. de off. ordin. licet. & c. graue. 11. diſtin. cap. fin. in fi. Archid.

cere. 1 & ſic eſt contra id quod dicit lex, ſuperfluum eſt poſtulare qđ lex indulſit. C. de theſau. l. 1. ſed fit ideo, quia plus timetur quod ſingulariter pollicetur, quàm quod generali ſponſione fit, vt 23. diſt. quamquam.

i ¶ Rectoribus. ] Inuitis.

K ¶ Cõſenſu. ] Conſenſus enim prælati nõ obſtat clericis repetẽtibus res eccleſiæ, vt ĩ. ead. nõ liceat. Sed quare nõ eſt ille tutus q ab Imperatore poſſidet. C. de quadr. præſcrip. bene. cũ iſte poſſidet qui auctore prætore poſſidet.

NVlli. ] C A S V S. Docet Bonifacius Papa in hoc c. ꝙ quidquid fuerit ſemel eccleſiæ oblatũ Domini eſt, & ad ius pertinet ſacerdotum. vnde quicũque illud inuaſerit, vel vſurpauerit, ſacrilegium cõmittit: & ſi nõ emendauerit debet excommunicari. [ Conſecratur. ] id eſt datur vel deputatur, vel offertur. [ Sanctum, ] id eſt eccleſiæ deputatum erit. [ Sanctorum. ] id eſt, ſacerdotum. & [ Domino. ] id eſt, ad honorem Domini. ſic conſtrue, quod omne ſanctum, quod conſecratur Domino, erit ſanctum.

¶ Quidquid Domino conſecratur, ad ius pertinet ſacerdotum. C. III.

NVlli [a] liceat ignorare, omne quod Domino conſecratur, [b] ſiue fuerit homo, ſiue animal [c], ſiue ager, vel quidquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum [d] Domino erit, & ad ius pertinebit ſacerdotum. Propter quod inexcuſabilis erit omnis, qui à Domino, & eccleſia cui competunt, aufert, vaſtat, inuadit [e], vel eripit, & vſque ad emendationem, eccleſiæque ſatisfactionem, vt ſacrilegus iudicetur: & ſi emendare noluerit, excommunicetur [f]. — Poly. l. 6. tit. 15. Burch. l. 11. c. 17. Iuo p. 14. c. 87. Pann. l. 5. c. 113.

*Item Gregorius vij. lib. 6. Regeſti, in concilio, c. 1.*

¶ Excommunicationi ſubiaceat, qui eccleſiaſtica prædia inuadit. C. IV.

QVicunque militum, vel cuiuſcunque ordinis: vel profeſſionis perſona prædia eccleſiaſtica à quocũque [g] rege, ſeu ſæculari principe, vel ab epiſcopis inuitis, ſeu abbatibus [h]; aut aliquibus eccleſiarum rectoribus [i] ſuſceperit, vel inuaſerit, vel de rectorum deprauato, ſeu vitioſo conſenſu [k], tenuerit, niſi eadem prædia eccleſijs reſtituerit excommunicationi ſubiaceat. — Poly. l. 6. tit. 15.

*Item Pius Papa, epiſt. 2.*

¶ Sacrilegij crimen incurrit, qui prædia eccleſiaſtica vexat. C. V.

PRædia diuinis vſibus tradita, quidam humanis applicant vſibus, & Domino, cui tradita ſunt, ea ſubtrahunt, vt ſibi † inſeruiant. Quapropter ab omnibus illius vſurpationis contumelia depellenda eſt, ne prædia vſibus ſecretorum cœleſtium [l] dicata, à quibuſdam irruentibus vexentur [m]. Quod ſi quiſquam præſumpſerit, vt ſacrilegus [n] habeatur. — Poly. ibidem. Anſel. l. 5. c. 36. Iuo p. 13. c. 39. † *al. ſuis vſibus.*

*Item Anacletus Papa epiſt. 1.* — Et in epiſto. Lucij, cap. 6.

¶ De eodem. C. VI.

QVi abſtulerit aliquid — Poly. ibidem. Burc. l. 11. c. 18. Iuo p. 14. c. 88.

a ¶ Nulli. Quod ſemel eſt cõſecratum Deo etiam, licet ſit alienum poſtea non fiet profanum, vt ĩ. 17. q. 4. queſtio. ff. de rer. diuiſ. in tantum. arg. cõtra. ſ. diſt. 54. ex antiquis, & c. frequens.

b ¶ Conſecratur. ] Id eſt, datur.

c ¶ Siue aial. ] Aliud ab homine. alias ſequeret quod homo non eſſet animal.

d ¶ Sanctum ſanctorum. ] Id eſt, ad vſum ſanctorum ſacerdotum pertinet.

e ¶ Inuadit. Ergo q ſeruũ eccleſiæ inuadit, ſacrilegus eſt. ſed fortè non eſt, ſed reputatur. ſic ſ. ea. c. 1.

f ¶ Excõmunicet. ] Ergo nõ omnis ſacrilegus ipſo iure eſt excommunicatus, vt ĩ. cap. proxi. De hoc dixi 12. q. 3. canonica.

QVicunque. ] CASVS. In hoc c. dicitur, quòd quicũque prædia eccleſiaſtica à rege, vel ab alio principe ſæculari ſuſceperit, niſi reſtituat, debet excommunicari. Idem ſtatuitur de eo, qui ab inuitis prælatis bona eccleſiæ ſuſceperit, vel inuaſerit, vel de conſenſu eorum retinuerit.

Poſſidens rẽ eccleſiæ ſiue ſuo ſiue alieno nomine, an ſemper ſit cõueniẽdus. Poſſidens ab Imperatore non eſt ſemper tutus.

g ¶ A quocũque. ] Ille ergo conueniendus eſt, qui rem eccleſiæ qualécunque detinet, licet exhibeat auctorem ſuũ, vt ĩ. 16. q. 1. in canonibus. Sed diſtingue, an rem mobilem detineat, vel immobilem, vt C. vbi in rem act. l. 2. extra vt lite non cont. quoniam. & hoc intelligas quando quis ſuo nomine aliquid poſſidet, vt tũc ſemper poſſeſſor ſit conueniendus. & tunc non eſt neceſſe vocare illum cuius auctoritate poſſidet: ſecus ſi alieno nomine, vt extra vt lite non conteſt. qm̃. Item hoc ſcias, quod licet conuentus rei vendicatione poſſet dominum nominare, non tamen conuentus poſſeſſorio iudicio, vt hic.

h ¶ Seu abbatibus. ] Inuitis.

ſidet, vt ff. de acq. poſſ. iuſtè. Sed dicas. iſtud obtinere in rebus priuatorũ: quia nec eccleſia tuta eſt, ſi rem recipit ab Imperatore niſi eã præſcripſerit, vt 16. q. 3. placuit 1.

1 Dicas gloſ. ſing. ſm Ludo. Rom. ſingul. 612. li. 6. Alex. cõſ. 52. lib. 7. Felyn. c. quæ in eccleſiarũ. col. 12. de cõſt.

PRædia. ] CASVS. Significatum fuit Pio Papæ, ꝙ quidam prædia eccleſiarum vſurpabant, & Deo cui tradita ſunt ſubtrahunt, quare Pius Papa ſtatuit vt quicunque hoc præſumpſerit, debeat vt ſacrilegus iudicari.

l ¶ Secretorum celeſtium ] Id eſt, eccleſiæ.

A D D I T I O. Vbi tractantur ſecreta cœleſtia. de conſecr. diſt. 1. c. cap. 1.

m ¶ Vexentur. ] Iniuſtè. nam ad tributa & ſeruitia tenentur. 11. q. 1. ſi tributum, vel expone, vt ibi dixi.

n ¶ Sacrilegus. ] Alia pœna ſacrilegii eſt ſecundum legem. ff. ad leg. Iul. pecul. ſacrilegij. Alia ſecundum canones. 17. q. 4. per totum.

QVi abſtulerit. ] CASVS. Dicit Anacletus in hoc cap. quod Deus eſt pater noſter, & eccleſia mater: & ideo qui Dei, & eccleſiæ pecuniam aufert, vſurpat, & fraudat, homicida eſt, ſicut ille qui patri vel matri carnali abſtulit aliquid iniuſtè, dicitur homicida.

a ¶ Patri-

Digitized by Google

a ¶ Patri.] Homicida enim eſt, qui non paſcit patrem, vel matrem, 1 vt 22.q.4.inter cætera.& 86.d.non ſatis in fine.

IN antiquis. CASVS. Quæſitum fuit a Io. Papa. quam pœnam debeat pati, qui inuadit aliena, & reſpondet quod

1 Arg. q̃ iſta §.93.d.diaconi ſunt, in princ. ſed ibi aliter exponitur.

patri [a], vel matri dicitq; hoc peccatum non eſſe, homicidæ particeps eſt. Pater noſter ſine dubio Deꝰ eſt, qui nos creauit *: mater vero noſtra, eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritualiter regenerauit. Ergo, qui Chriſti pecunias, & eccleſiæ rapit, aufert, vel fraudat; homicida eſt.

ſup. ea. qui Chriſti.

* Concord. Alexand. de Imo. in l. cũ alienam. C. de lega.

*Item Ioannes Papa primus ad Zachariam archiepiſcopum.*

Et in epiſ.2. Euſebij Papæ ad Ægyptios, & in decr. Iulij. c.1. & Symmachus in 5. ſynodo.

¶Quadruplum reſtituat, qui res eccleſiæ inuadit. C. VII.

IN antiquis eccleſiç ſtatutis decretum eſt, vt qui aliena inuadit, nõ exeat impunitus: ſed cũ multiplicatione [b] oĩa reſtituat. Vnde & in Euangelio ſcriptũ eſt: [Quòd ſi aliquid defraudaui, reddo quadruplum.] Et in legibus ſæculi cautum habetur. [Qui rem ſurripit alienam, &c. *vt infra auctoritate* [c] *Euſebij Papæ.*

Burch. l. 11. c.25. Iuo p.3. cap. 149. & 13. c. 1. & p.5. cap. 249.

Luc. 19.

inf. ea. in legibus.

*Item Gregorius ad Conſtantiam reginam Galliæ, lib.4. epiſt. 33. ſeu c.77.*

¶Pro tenore ſæcularium legum puniantur inuaſores rerum eccleſiaſticarum. C. VIII.

CVm deuotiſſimam † [d] dominam ſciam de cęleſti vita †, atque remedio animæ ſuę ſedulo cogitare; culpam me committere vehementer exiſtimo, ſi ea, quç pro timore omnipotentis Domini ſunt ſuggerẽda, ſiluero: & te ſanctiſſimam de eccleſiaſtica pace ſedulo non cõmonuero. Nimis me Iuliani fratris, & coepiſcopi noſtri pro clamatio ſuper cõtriſtauit, maxime cum villæ ſuę, videlicet eccleſiæ a nequiſſimis prædonibus ſint depręd atę, atque nocturnis incendijs more furum combuſtæ: & dũ ijdem maligni iuxta noſtri prædeceſſoris Bonifacij decreta pro violata emunitate [e] illud emendare noluerint, dum, & ſęculi leges [f] hæc eadem ita ſe habere voluerint, lege vulgari [g] teſte, in qua ſic ſcribitur: Si quis manu armata vſque ad quatuor homines in vicum alterius ad malefaciendum venerit; ille, qui prior eſt [h], pro illicita præſumptione componat [i] ſolidos nongentos: ſequaces vero eius, vnuſquiſque ſolidos octuaginta. Si vero incendium [k] fecerint, ibi nouies tantum componant: ſi prędam vero, in quadruplum reſtituant.

Burc. l. 11. c. 26. Iuo p. 13. c. 36. † ſereniſſimã.] orig. † al. patria atq; anima ſua vita ſedulo.

lib. 1. legum Longobard. tit. de aggreſſ. in vic. fact. leg. 1.

Emunitas eccleſię quę eſt

ꝙ ſecundum antiqua ſtatuta quadruplum debet reddere. Idem probat duabus auctoritatibus. ſ. Euangelij, & Euſebij Papæ.

Pœna pecuniaria an poſſit infligi ab eccleſia.

b ¶ Multiplicatione.] Arg. pœnam pecuniariam poſſe ab eccleſia infligi. 21.q.5. ſi quis cuiuslibet. 23.d. quamquam, extra de arbitr. dilecti. in fi. extra de relig. domi. conſtitutus. in fin. argum. contra infra ead. fraternitas, ubi de hoc dicitur, & extra de pœnis ſuam. 2 Sed illud poteſt intelligi de æquitate canonica, hoc de rigore iuris.

2 Et c. licet ubi de hoc 14.q.1. qđ dẽtur. in prin. ubi de hoc. Archid.

c ¶ In auctoritate.] inf. ead. in legibus.

CVm deuotiſſimã.] CASVS. Iulianus epiſcopus conqueſtus eſt Papæ de quibuſdam, qui de nocte quaſdam villas ſuæ eccleſiæ combuſſerunt, & prædã inde exportauerunt. tñ ſæpe admoniti damnum emendare noluerunt. Scribit ergo Papa Conſtantiæ Reginæ Galliæ, & ei primo applaudit commendando ipſam, & hoc in prima parte. In ſecunda parte oſtendit, ꝙ damnũ illud dent cũ multiplicatione pœnę reſtituere, & hoc probat per legẽ Lõbardã, & per exemplũ Zachæi dicẽtis in pſentia Chriſti ſe velle reſtituere quadruplũ ſi aliquẽ defraudauit, vt continetur in Euangelio ſecundum Lucã. In tertia parte inſinuat ei, ꝙ in mẽſe Nouẽbris præſentis anni mittet in Galliã petrũ epiſcopũ. & monet ipſam Reginã, vt cũ eo, & cũ alijs epiſcopis eiuſdẽ prouinciç cõgregatis ſic faciat damnũ emendari, ut cęteri terreãtur. Secunda pars incipit ibi. [Dum, & ſeculi.] Tertia ibi. [Ea propter.

d ¶ Cum deuotiſſimam.] Intercedit Papa pro eccleſia apud Reginam, ſicut alibi apud principem, vt 97.d. eccleſiæ.

e ¶ Pro violata emunitate.] Et dr̃ emunitas priuilegiũ quo gaudet eccleſia, vt in ambitu ſuo non fiat pugna, vel inſultus, uel rapina per quadraginta, vel trigita paſſus, ut 17. q.4. ſicut antiquitus. Quæ aũt pœna pro emunitate eccleſiæ læſa ſit ſoluenda, hẽs 17. q. 4. ſi qs cõtumax.

f ¶ Leges.] .ſ. Lombardæ.

g ¶ Vulgari.] .ſ. Lõbarda. 23.q.8. ſi quis membrorũ, &c. peſſimam.

h ¶ Qui prior ẽ.] Nã tot sũt iniuriæ, quot sũt iniuriãtes, vt ff. de iniur. ſi plures. & ideo pœna unius non liberat alios, ff. ad legem Aquil. item Mela. §. ſed ſi plures.

i ¶ Componat.] Inſt. de actio. §. omnes. contra ubi dicitur, ꝙ nulla pęna debet excedere quadruplum. Sol. quidam dicunt, ꝙ pœna legalis non poteſt excedere quadruplum, ſed conuentionalis poteſt: melius dicas, ꝙ legalis, & conuentionalis in infinitum poteſt extendi ſecundum qualitatem negotij, uel delicti. ſed ſi habetur reſpectus pure ad rem ipſam, tunc ſufficit pœna quadrupli ar. C. de ſer. fug. quicunque. & l. ſi quis ſeruum. & licet hæc lex non teneat. tamen ex ea argumentatur hic Greg. ſic extra de iud. nouit.

Pena an poſſit excedere quadruplũ.

K ¶ Si uero incendium.] Incendiarius eſt ipſo iure excom-

Incendiarius an ſit ipſo iure excommunicatus.

communicatus, nec prius abſoluitur, quàm ſatisfaciat, & iuret ſe id amodo non facturum. 23.q.8.ſi quis membrorum. & c. peſſimam, & ſi fuerit denunciatus, amodo non pōt abſolui niſi a Papa, vt extra de ſent. excommu. tua. ſecundum leges capite punitur. ff. de pœna capitalium. §. nōnunquā.

CONTRA GREGORIVS. CASVS. Sup. in quibuſdã c. dictum eſt, ꝙ res eccleſiæ vſurpatæ cum pœna debeat reſtitui. Nunc vero probat contrarium per ſeq. cap. FRaternitas tua.] CASVS. Aug. Anglorum epiſcopus de duobus quæſiuit a Greg. Primo qua pęna ſit punita-

*¶ Initium huius capitis vſque ad ver.* ſiluero, *eſt acceptum ex epiſtola indicata. Reliqua non ſunt inuenta.*

α ¶ Violata.] *Hac dictio abeſt a pleriſq; uetuſtis & hic, & in ſequenti capite vbi in vulgatis eſt,* emunitas violata.

Burc. & Iuo ibi.

*Item.*

De eodem. Cap. IX.

Luc. 19.

SI ſæculi leges talem iuſtitiam habere voluerũt; lex diuina cur inferior eſſe debebit? cũ in ipſius veritatis præſentia a Zachæo collaudatum ſit, vt ſi aliquẽ defraudarat, in quadruplum reſtitueret? Et quia ſummum in rebus bonum eſt iuſtitiam colere [a], ac ſua cuique iura ſeruare, & in ſubiectos non ſinere quod poteſtatis eſt, fieri, ſed quod æquum eſt, cuſtodiri (quod & vos diligere, & omnino confidimus ſtudere;) eapropter excellentiæ veſtræ, menſe Nouembri præſentis anni, ſecunda indictione; Petrum fratrem, & coepiſcopum noſtrum a gremio ſanctæ Romanæ eccleſię trãſmittemus, vt fratribus eiuſdem prouinciæ in vnum congregatis, emunitas violata, & pręſumptio, & ſacrilegium canonica auctoritate, & veſtra regia [b] dignitate talem terminum accipiant; ne poſthac membra diaboli, filij nequam, in ſancta eccleſia, te etiam ibi regnante talia pręſumant.

1 Hoc fuit ex cõmiſſione Papæ.

*¶ In pleriſque vetuſtis codicibus, & apud Burchardum, & Iuonem caput hoc eſt coniunctum ſuperiori.*

Et Symmachus in 5. ſynodo, & Ioã. 1. epiſt. 1. ĩ. ca. in antiquis.

*Item Euſebius Papa epiſt. 2.*

¶ Eccleſię res ſurripiens in decuplum reſtituat, quod abſtulit. Cap. X.

Poly. l. 8. tit. 15. Anſ. l. 5. c. 41. Burc. l. 11. c. 27. Iuo p. 13. c. 37. & p. 5. c. 249. & p. 3. c. 149 Pann. l. 4. c. 47.

† al. decuplũ. Deut. 27. In decret. Iulij. c. 1.

IN legibus ſæculi [c] cautum habetur: [Qui rem ſurripit alienam, illi, cuius res direpta eſt, in vndecuplũ †, quæ ſublata ſunt, reſtituat.] Et in lege diuina legitur: [Maledictus omnis, qui transfert terminos [d] proximi ſui, & dicet omnis populus, Amen.] Talia ergo non præſumãtur abſque vltione, nec exerceantur abſq; ſua damnatione. Proinde β, ſi quis eccleſiaſticas oblationes, & quod Deo conſecratum eſt rapuerit, vel conſenſerit facientibus; vt ſacrilegus dijudicetur, & damnum in quadruplum [e] reſtituat, & canonice pœniteat.

β ¶ Proinde.] *Hinc vſque ad finem non ſunt in epiſtola Euſebij, neq; apud Ioannem, aut Symmachum. Habentur tamen apud Burchardum, & Iuonem par. 13. c. 37. & in Polycarpo, interpoſitis etiam aliquot verbis, quæ in epiſtola habentur poſt ver.* damnatione.

*Contra Gregorius ſcribit, c. 4. reſponſionum ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum de his, qui furtim auferunt aliquid de eccleſia.*

¶ Sine augmento ſibi ablata eccleſiam recipere oportet. Cap. XI.

Poly. l. 6. tit. 16. Iuo p. 13. c. 5.

FRaternitas tua ex perſona furis penſare poteſt, qua-

vbi dr̃, ꝙ ſi quis intra oppidum, vel ꝓpter inimicitias, vel ob prædam aliquid exuſſerit, igne cremat̃. ſed ſi villã combuſſit, leuius punit̃, ff. de incen. rui. nau. qui ędes. Io. non inuenio, ꝙ incẽdiarius ſit ipſo iure excõicatus, niſi incẽdiarius eccleſię, ut extra de rap. cap. in literis.

a ¶ Iuſtitiã colere.] inſti. de iuſt. & iu. §. præcepta iuris.

b ¶ Regia.] Ergo fęmina poteſt eſſe iudex, 1 ut hic, & 23. q. 4. ſi quos. & 15. q. 3. c. 1. arg. cõ 33. q. vlt. mulierem. C. de arbitr. l. vlt. Sed dic vbi conſuetudo eſt, bene poſſunt iudicare. extra de arb. dilecti. ADDITIO. Vbi not. Inn. ꝙ ſi fęmina habet regimen, vel comitatum, de iure poteſt iudicare, ut hic patet. Arch.

IN legib.] CASVS. Quæſitum fuit ab Euſebio, quantã pœnam debeat pati raptor rerum eccleſiarum: & reſpõdet, ꝙ ſecundũ leges ſæculi, ſcilicet Goticam, & Salicam, in decuplum debet emẽdare. dicit enim in fi. cap. ut ſacrilegus iudicetur, & quadruplum reſtituat, & canonicæ pœnitentiæ ſubijciatur.

c ¶ In legibus ſęculi.] In Lombarda, & Gotica, & Salica, nõ in Romana.

d ¶ Terminos.] Secundum leges punitur talis pęna quinquaginta aureorum, vt ff. de termi. moto. l. 1. & 2.

e ¶ Quadruplũ.] Vt in illo quadruplo rei perſecutio computetur. vt inſtit. vi bon. rapt. in princ. ſed in furto eſt rei perſecutio preter pęnã furti, vt inſt. de oblig. q̃ ex deli. in fi. & eſt ſimile 79. d. decenter.

niendus fur: reſpondet dicens, quòd quidam furantur propter cupiditatem, quidam propter inopiam: & ideo qui cupiditate furantur damnis; qui inopia, verberibus ſunt corrigendi, & cum diſtrictius agitur, in verberibus ex charitate agendum eſt. Secundo quæſiuit ſub quo augmen- ne ſit contra. 5. diſt. 89. decenter. 17. q. 4. quiſquis, infra ea. q. 5. c. pen. & ſupra ea. q. 1. in antiquis. Ad hoc reſpondent quidam, ſi vult liberè fur vel prædo reſtituere rem antequam conueniatur, pœnam euitat. hoc falſum eſt, quia non ſufficit raptori reſtituere rem ad euitandam pęnam, vt ff. vi bon. rapt. l. non prodeſt. Vel dic quod eccleſia nō petet pęnam, ſed iudex ex officio ſuo eam infliget, & dabit eccleſię cui ſāctitas ignoſcēdi gloriā dereliquit. C. de epiſc. & cler. ſi quis. & eſt ad hoc bonū arg. 23. quæſt. 3. §. 2. in fi. Vel dic, ꝙ poteſt petere naturale augmentum, ideſt, intereſſe. ſed innaturale non poteſt. Vel dic, ꝙ non poteſt petere intereſſe quod eſt extra rem: uel ſi forte occaſione rei ſublatæ familia, vel pecora mortua ſunt illud non poteſt petere, ſicut nec emptor, ut ff. de act. empt. & vēd. ſi ſterilis, §. cum per venditorē. uel ponas caſum ſic, quæſitum fuit ſi aliquis cōfeſſus fuit ſe furtum feciſſe ſacerdoti ſuo, an in pęnitentia debet ei iniungi, ut illā rem reſtituat cum pęna? [1] Reſpondeo ꝙ nō: [2] & ſic contraria non tangunt caſum.

Eccleſia an poſſit petere rem ſuā cū augmento.

liter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes ſubſidia, furtum perpetrant: & ſunt alij, qui hac in re ex inopia [a] delinquūt. vnde neceſſe eſt, vt quidam damnis, quidam vero verberibus [b], & quidam diſtrictius, quidam vero leuius corrigantur. Et cum paulo diſtrictius agitur; ex charitate agendum eſt, & non ex furore; quia ipſi hoc pręſtatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. *& infra.* ¶ Addis etiam quo augmento ea, quæ furto de eccleſijs abſtulerunt, reddere debeant. Sed abſit, vt eccleſia cum augmento [c] recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quærat.

† al. iſtud.

† al. Deuſdedit.

*Verum illud Euſebij de legum ſeueritate: illud † Gregorij de eccleſiaſtica manſuetudine dictum intelligitur.*

*Idem Gregorius lib. 10. epiſt. 42. Deuſdedit † epiſcopo Mediolanenſi.*

¶ Non ſunt alienanda in epiſcopatu acquiſita.

C. XII.

infra ead. quæſt. 5. c. nulli.

RES in epiſcopatu acquiſitas [d] ſacerdotibus nulla eſt alienandi licentia.

*Item ex octaua* a *ſynodo vniuerſali, c. 15.*

a ¶ Octaua. *Sic eſt emendatum ex Anſelmo, cum antea legeretur,* ſexta. *Eſt autem canon decimuſquintus Synodi octauæ habitæ tempore Hadriani Papæ Secundi contra Photium, ex verſione Anaſtaſij bibliothecarij.*

¶ Vaſa ſacra, niſi pro redemptione captiuorum, non ſunt alienanda. C. XIII.

Anſel. l. 6. c. 171.

APoſtolicos, & [e] paternos canones renouans hęc ſancta, & vniuerſalis ſynodus diffiniuit, neminem prorſus epiſcopum vendere, vel vtcumq; alienare † cimelia, & vaſa [f] ſacrata, excepta cauſa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet a pro redemptione captiuorum [g]: ſed nec tradere ſalaria eccleſiarū in emphyteuticæ pacta, nec alias ruſticas poſſeſſiones venundare, ac per hoc eccleſiaſticos redditus lædere: quos ad propriā vtilitatem, & ob eſcam pauperum, & peregrinorum ſuſten-

† κειμήλια Græce theſauri dicūtur, opes pecuniæ repoſitæ, inſtrumenta precioſa, aurea vaſa, clinolia inde cimeliarchus, C. de agric. & cenſi. l. libus, lib. 11. Paupertas in delictis non excuſat.

VERVM CASVS. Determinat Grat. in hoc §. qualiter intelliguntur duo proxima pręcedentia cap. dicens, ꝙ primū ex rigore, ſecundum ex manſuetudine intelligitur. Seq. c. patet.

d RES. ] ¶ Acquiſitas. ] occaſione eccleſiæ, vt infra ea. q. 5. §. fixum.

APoſtolicos. ] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ſtatuitur, ꝙ ſi quis clericus alienat quocunq; titulo alienationis poſſeſſiones uel redditus, uel vaſa eccleſiæ in caſu non conceſſo, deponi debet, alienatione reſciſſa: ſiue ſit facta in ſcriptis, ſiue non: & emptor debet rem reſtituere & chartā ad incidendum: quod ſi non fecerit, excommunicetur. In ſecunda parte dicitur, ꝙ ſi epiſcopus cōſtruxerit monaſterium de redditibus eccleſiæ, eidem eccleſiæ monaſteriū ſubiiciat. Secunda pars incipit ibi, [Si autem epiſcopus. Salaria] .i. redditus. Iterum habeat ſicut prius habebat, Et interſerit Grat. tria ſequentia cap. præter principale propoſitum, ut oſtendat caſum in quo licitè res eccleſiæ poſſunt alienari, quorum primum patet.

1 Iſtā gl. dicit eſſe ſing. Alex. & Imo. in l. ſi pęnę, ff. de condi. indeb.

2 Tenetur tū damnatū reſtituere, vt ex de iniu. ſi læſerit .. & duob. c. ſeq. & ex de rapt. c. 1. 2. & 3. & c. in literis, in fine.

augmento eccleſia ſuum debeat recipere. Et rñdet ſub nullo augmento. Secunda pars incipit ibi, [Addis etiā.]

a ¶ Ex inopia. ] in delictis non excuſat inopia, ut hic, & 32. q. 4. ſicut ſatius. ff. de ri. nup. l. palā. 32. q. 5. ita ne. 22. q. 2. faciat. Arg. contra de conſec. diſt. 5. diſcipulos. & diſt. 1. ſicut contra. extra de furt. ſi quis propter neceſſitatem, quidam dicunt, quod potius debet homo mori quàm furari. Humanius eſt dicere, ꝙ ſumma neceſſitas excuſat. extra de reg. iur. cap. quod non eſt. vnde hic nō fuit tanta neceſſitas, quæ poſſet excuſare.

d ¶ Verberibus. ] Hoc generale eſt, ut verberibus caſtigentur qui ſunt inopes, ut ff. de iuriſd. omn. iud. ſi quis id. §. in ſeruos, & ff. de in ius vocan. l. vlt. 5. ea. q. 5. libertus 14. q. 6. ſi res aliena. Alio etiam modo puniuntur nobiles quam ignobiles, vt 24. q. 1. qui contra.

c ¶ Cum augmento. ] ſcilicet in naturali & illegitimo,

e ¶ Et. ] pro, ideſt.

f ¶ Vaſa. ] ſup. 10. q. 2. hoc ius contra.

g ¶ Captiuorum. ] & alijs cauſis.

a ¶ Depo-

Eccleſiaſti-
caſres male
alienãs qua-
liter punit.

a ¶ Deponatur.] Hęc eſt pęna male alienantis res eccle-
ſiæ, vt ĵ. ead. quiſquis, & c. non liceat, & c. ſtatuimus. 1
Sed contra extra de reb. eccl. non alien. ſi quis presbyte-
rorum, de elect. ꝙ ſicut, in fi. ff. de alien. iud. mut. cau. l.
ex hoc edicto, §. ſi quis alienauerit. Ex quibus omnibus
habes, ꝙ ſufficit, ſi
ſtatim reddat eccle-
ſiã indemnem. Poſ-
ſet dici hoc verũ eſ-
ſe, quo ad hoc vt ex-
inde non poſſit vlte
rius ꝯueniri. ſed nõ
quo ad hoc, ne pro
h:mõi mala electio-
ne ab adminiſtratio
ne remoueatur. Arg.
contra. ff. vi bo. rap.
non prodeſt. vbi ha-
bes quod nõ ſufficit
prædoni ad pœnam
euitandam rem reſti
tuere. Itẽ ſufficit ſe-
mel dolũ commiſiſ-
ſe, vt depoſ. l. 1. §. ſi
rẽm depoſitã. Ioan.
Ego ſto illi decret. ſi
quis pſbyterorũ. B.
b ¶ Cõſtruxiſſe.] lę-
dendo eccleſiã prio-
rem: poteſt tñ con-
ſtruere, dum tamen
nõ lædat eccleſiam.
ĵ. eo. ſi epiſcopus, &
c. bonæ rei. Trade-
tur ergo eccleſiæ ut
habeat in ipſa ius pa
tronatus, quod habe
tur ex ædificatione,
ſeu fundatione. 16.
q. 7. quicunque. &
c. decernimus. & c.
filijs, ext. de eccl. æ-
dif. ad audientiã. vel
aliquod honeſtũ ſer
uitium, ext. de iure
patr. pręterea vel ob
alia tẽporalia, ex. de
capel. mon. in eccle-
ſijs. 16. q. 7. ſanc. Et
eſt arg. ꝙ acquiſita
de rebus eccleſię po
teſt eccleſia vẽdica-
re ĵ. ea. q. 4. ſacerdo-
tes, & q. vlt. fixũ. Sed
quid ſi cleric⁹ de pe-
culio eccleſię in ꝓ-
prio ſolo ædificat?
tunc videt ędificium
ſolo cedere. ff. de re-
rum diuiſ. in tantũ.
Sed dicas 2 in fauo-
rem eccleſię ſolum
ædificio cedere. 17.
q. 4. c. quęſtio. & hoc
eſt ſpeciale in eccle-
ſia, ꝙ ſi res cõparat
de bonis eccleſię, ſta
tim eſt facta ecclę,
vt hic. & ex de pecu.
cle. c. 1. i & c. ſi quis.
Idẽ eſt in milite. C. de rei vẽ. ſi vt ꝓponis, & in pupillo,
C. arbit. tut. l. 3. & in vxore, ff. de dona. inter vir. & vxo.
c ¶ Tradat.] i. ſubijciat ĵ. 14. q. 6. comperimus. 17. q. 4.
quæſt, contra vbi habes ꝙ res conſecrata non debeat re-
ſtitui. ſed ſupple laicis, & ad profanos vſus & licet hic
dicatur ꝙ debet ſubijci priori eccleſiæ: nihilominus ta-
men epiſcopus poteſt vnam eccleſiam alij ſubijcere cui
vult: arg. extra de exceſſ. prælat. ſicut vnire.

1 Et c. diaco-
ni. 17. q. 4.
poteſt tamẽ
epũs diſpẽſa-
re cũ præla-
to ſibi ſubdi
to, vt nõ de-
ponatur, vt
50. diſtin. ſi
quis presby
ter. Arch.

tionem eſſe decernimus *β. & paulo poſt*. ¶ Quiſquis autem apparuerit poſt hanc diffinitionem noſtram, contrarium quid huic ſanctæ, ac vniuerſali ſynodo agere; deponatur [a] vt præuaricator diuinarum legum, & præceptorum: caſſata videlicet omnino, quæ facta eſt in ſcriptis, uel ſine ſcriptis ab epiſcopo, venditione, vel emphyteutica traditione, vel alia qualibet alienatione, cimeliorum ſcilicet, & ſalariorum locorum. Qui vero emerit, aut perceperit aliquid ex prædictis cimelijs, vel ſalarijs, & non reſtituerit eccleſiæ iterum, quæ eccleſiæ ſunt, vel non reddiderit ad incidendum chartam venditionis, vel emphyteuſeos; ſit anathema vſque dum fecerit: quod ab hac ſancta, & vniuerſali ſynodo confirmatum eſt. ſi autem epiſcopus conuictus fuerit conſtruxiſſe [b] monaſterium de redditibus eccleſiaſticis; tradat [c] ipſum eidem eccleſiæ monaſterium.

*α* ¶ Videlicet pro redẽptione] *In concilio ipſo, & apud Anſelmum legitur*, quæ accipiuntur in redemptionem captiuorum.

*β* ¶ Decernimus.] *In ipſo canone ſequuntur hæc*: Omnẽ vero eccleſiaſticarum rerum poteſtatem habentem, & has meliorare, ac dilatare, prout oportuerit eccleſiaſtica loca, quæ per redditus fiunt, & inſuper propriam rerum diſpoſitionem diſtribuere ac committere, ſeu conferre quibuſcunq; voluerit; & iudicauerit, iuxta propriam poteſtatem, ac dominatum. Quiſquis autem apparuerit, &c.

*Item Gregorius lib. 6. epiſt. 35. ſeu 199. domino epiſcopo Meſſanenſi.*

Ædificium
de pecunia
eccleſiæ fa-
ctum, an ac-
quiratur ip-
ſi eccleſiæ.

¶ Pro redemptione captiuorum ſacra vaſa non prohibentur alienari. C. XIIII.

L. ſancimus, C. de
ſacroſ. eccl.
Anſel. l. 5. c. 48.

ET ſacrorum canonum, & legalia ſtatuta, permittunt miniſteria eccleſiæ pro captiuorum eſſe redemptione vendenda.

*Item Demetrio, & Valeriano clericis Firmianis, lib. 7. indict. 2. epiſt. 14.*

¶ Res eccleſiæ licitè impenduntur pro redemptione captiuorum. Cap. XV.

2 Dicas hęc
gl. ſeq. Spec.
de empt. &
vend. §. ter-
tio loco, in
1. verſ. quã ſi
clericus. &
ibi per Ioan.
And. in ad-
ditio. Bal. in
l. in tãtum.
de rer. diuiſ.
Phil. Franc.
i n ea. ſemel.
de reg. iuris,
in 6.

Iuo p. 3. c. 14.
SI VERO. CASVS. Supradictum eſt, quid iuris ſit cum ſeruus ab vno manumittitur. Nunc vero docet. G. ꝙ iuris ſit cum manumittitur à collegio: quia tunc non ſingulis ſed vniuerſitati reuerentiam debet.

decapitari, ſeruus autem comburi debet, & dat̃ licentia omnib. accuſandi de hoc crimine, & officialibus copia nunciandi. Seruus ẽt poterit de hoc crimine accuſare, & ſi crimen probauerit, pro munere, libertatem habebit.
f ¶ Capitali.] Hodie adultera verberat̃, & detrudit̃ i monaſte-

*dat: vel a præfecto vrbis † quaſi inofficioſus [a] caſtigatur, ſi inopia [b] dignoſcitur laborare. [¶ Si vero a collegio quis manumiſſus fuerit, nõ ſingulis, ſed vniuerſitati reuerentiam debet. Vnde in eodem libro, tit. eodem, le. ſed ſi hac. ¶ [Qui manumittitur a corpore aliquo, vel collegio, vel ciuitate; ſingulos [c] in ius vocabit. Nam non eſt illorum libertus; ſed reip. honorem habere debet. ¶ Et ſi aduerſus remp. vel vniuerſitatẽ velit experiri, veniam, edicti petere debet: quamuis actorem [d] eorũ conſtitutum in ius ſit vocaturus.] Si vero ingenuũ [e] princeps facit, patrono reuerentiam non debet. ¶ In criminali vero cauſa ſi libertus patronum in ius vocauerit, caput eius, & fortunas petiturus; ante litis exordium capite puniendus eſt. Crimen vero læſæ maieſtatis excipitur, vel ſi patronam illicito ſerui concubitu vti deprehenderit: quo caſu, etiam ſeruo cum munere libertatis dominum accuſare permittitur: ſicut Cod. libro nono, titulo, de mulieribus, quæ ſe proprijs ſeruis iunxerunt. leg. vnica Imperator Conſtantinus conſtituiſſe legitur. [Si qua cum ſeruo ſuo occulte rem habere detegitur; capitali ſententiæ ſubiugetur, † tradendo ignibus verberone. [g] Sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi: ſit officio copia nunciandi; ſit etiam ſeruo licentia deferendi: cui probato crimine libertas dabitur. ¶ In patronos etiam teſtificari non poſſunt, niſi in quibuſdam caſibus, in quibus etiam ſerui in dominos torqueri iubentur.*

† al. Vrbi.

l. 10. ſ. qui manumittitur.

ex le. ſi quis ex familiarib. Co. quia accuſ. non poſſ.

tit. 11. le. vnica.

† Conc. tex. in l. qñ Ale. & in l. caſtitati cum ibi not. C. de adult.

QVI MANVMITTITVR. CASVS. Dr̃ hic, ꝙ ſi qs manumittitur à corpore aliquo. i. à ſocietate cerdonũ vel pelipariorum, vel a collegio clericorũ, vel à ciuitate, ſingulos de vniuerſitate i ius vocabit ſine venia impetrata: quia non eſt libertus ſingulorum, ſed vniuerſitatis tantum ſed ſi aduerſus ciuitatẽ vel vniuerſitatem aliam cuius eſt libertus, habeat actionem, non pōt in ius vocare rectores vel actorẽ ipſius ciuitatis vel vniuerſitatis, niſi venia impetrata. Sed ſi princeps aliquem faciat ingenuũ, nullã reuerentiam debet patrono. Corpore. Corpus dicit ſocietas hominum nõ habitantiũ ſimul. Collegiũ vero ſimul habitantium dicitur.
c ¶ Singulos.] Sed cõis libertus duorũ neutrũ poteſt in ius vocare. ff. de in ius voc. cõis libertus. quia res communis omnium eſt. ff. de ritu nup. illud.

*Vnde in libro eo. Codicis, tit. de quæſtionibus. l. 1. Imp. Antonius & Verus.*

¶ De eodem. C. LIX.

QVæſtionẽ de ſeruis cõtra dominos haberi nõ oportet, exceptis adulterij criminibus, item fraudati

tit. 41. l. 1.

d ¶ Actorem.] Gloſſauerunt aſt quidã hæc in propria cauſa, non in cauſa vniuerſitatis: hæc gloſſa falſa eſt: qa bene poteſt conueniri procurator. [1] patroni, licet non ipſe patronus, vt ff. de obſeq. l. licet. ff. de in ius voc. ſed & ſi. ſ. vlt. ſed ipſe patronus ſiue ſuo, ſiue alieno nomine agat, nõ poteſt conueniri à liberto, vt per eandem legẽ probatur. ſed econuerſo eſt in liberto: quia licet libertus ſuo nomine non poſſit conuenire patronum: tamen nomine alterius poteſt, vt ff. eod. quæſitum.
e ¶ Ingenuum.] Reſtituendo cum natalibus, vt ff. de natalibus reſt. l. 2.

IN CRIMINA. CASVS. Dictum eſt ſu. in l. ſi ſine. quid iuris ſit cum libertus vocat patronum in ius ſine venia in cauſa ciuili: Nunc vero docet Grat. ꝙ ſi vult patronum accuſare de crimine, de quo patronus caput & diuitias perderet ſi probaretur, ante litis conteſta. debet decapitari libertus: niſi in crimine læſæ maieſtatis, & niſi patrona cum ſeruo ſuo concubuerit, quo caſu cum munere libertatis ſeruo permittitur accuſare, & ad hoc inducit. l. ſeq.

SI QVA CVM SERVO. CASVS. Quædam mulier cum ſeruo concubuit, quæſitum fuit quam pœnam debeat pati vterque? Et reſpondetur, ꝙ fœmina debet

naſteriũ, vt C. de adul. auth. ſe hodie. Vel dic, ꝙ auth. intelligatur, qñ non adulteratur cũ proprio ſeruo. Sed nunqd ſeruus pōt accuſare dñam ſuã ſi cũ alio ſeruo adulteratur? Rñ. ꝙ nõ: qa hic loquit̃ de proprio tñ ſeruo. ſimiliter nec dña virum ſuum pōt accuſare ſi cũ ancilla ſua iacet vel cũ aliena, [2] cũ hoc cautũ nõ inuenio hoc ideo, quia deteſtabilius eſt hoc crimen in muliere, q̃ in viro. Io. Maledicit Io. quia accuſari poteſt mulier, & vir ſi cum ancilla ſua fornicetur, [aut fœmina] ſi adulterium committat, vt ex. de diuor. ex literis B.
g ¶ Verberone.] i. ſeruo qui poſt verbera comburitur.

IN PATRONOS. CASVS. Supradictum eſt quod liberti patronos ſuos accuſare non poſſunt. Nunc vero dicit, ꝙ contra eos teſtificari non poſſunt, niſi in caſibus quibuſdam, in quibus ſerui contra dominos, & liberti contra patronos verberari iubentur.

QVæſtionem.] CASVS. Lex iſta diuiditur in tres partes. In prima dr̃, ꝙ ſerui contra dominos in criminibus non admittuntur ſine iudicijs alijs, niſi in exceptis criminibus in quib. ſerui contra dominos torquentur ei ſoli, & ſi alia indicia non præcedant. In ſecunda parte dicitur, ꝙ in certis criminibus non creditur ſolis ſeruis cõtra dominos, ſed eis fides eũ alijs probationib. ad-

1 Ideſt tutor vel curator & eſt pro cã patroni, ſed in ſimplici procuratore ſecus, ſcd̃m quoſdam, ff. de obſeq. honori. & quia tunc ſemper patronus cõuenit̃, & hẽt iurare de calumnia. C. de iura. calũ. l. 2. Arch. Patronus à liberto non poteſt cõueniri.

Dña adultera an poſſit à ſeruo accuſari.
2 Adde quod not. gl. Bart. Pet. & Cyn. in l. 2. C. de adul. Spe. in tit. de adult. ver. ſed nunquid.

exhibetur. In tertia parte dicitur quod in pecuniaria cauſa, nec ſoli, nec cum aliis probationibus contra dominos admittuntur. Secunda pars incipit ibi. [In cæteris autē.] Tertia ibi, [In pecuniarijs.] Sequēs c. patet per ſe.
a ¶ Cenſus.] reipub. uel etiam eccleſiæ: quia eccleſia compa-

c ¶ Præſcriptionis.] Id eſt. exceptionis talis, ſcilicet iſte eſt ſeruus meus, & ideo non audietur contra me.
d ¶ Interrogari.] niſi cum de facto ſuo interrogatur, ut 4. q. 3. item ſerui.
INſolitum.] ¶ Matrem.] Nam mater quandoque gerit tutelam filiorum, ut C. quando mu. tut. offic. fungi. l. 2. & finita tutela poteſt agi contra eos, qui non habentur loco dominorum, cum pupillū ſpoliāt. ff. de uſucap. pro emptore q fundū. §. ſi tutor.

cēſus[a] accuſationibus, & crimine maieſtatis, quod ad ſalutem principis pertinet. ¶In cæteris autem, quamquā ea quę ſeruus contra dominum dixit, iudicaturi ſentētiam formare non debeant; tamen, ſi alijs [b]quoq; probationibus fides veritatis inueſtigetur, præſcriptionis [c]inuidia euaneſcit. ¶In pecuniarijs vero cauſis ex *α* inopia probationum ſeruos contra dominum poſſe interrogari [d] manifeſtum eſt.

*¶ In aliquot vetuſtis codicibus caput hoc coniunctum eſt ſuperiori.*

*α* ¶ Ex inopia.] *In antiquis codicibus Gratiani legitur* nec inopia, *& ſic videtur etiam legiſſe auctor gloſſa. In antiquiore etiam editione codicis Iuſtiniani tit. de quaſtionibus, le. quaſtionem. eodem modo habet, eandemque lectionem ſecutus eſt auctor illarum gloſſarum, & in Baſil. tit. 50. de quaſtio. eadem eſt lectio. Sed quia in codice ab Haloādro edito legitur,* ex inopia, *& in l. Diuus ff. de quaſ. videtur ſtatutum ex inopia probationum etiam in cauſis pecuniarÿs poſſe torqueri ſeruos, nihil eſt mutatum.*

*Item ibidem l. ſecunda.*

¶De eodem. C. LX.

INſolitū eſt, & graue exemplo, audiri ſeruos aduerſus tutores, vel matrem[e] dominorum ſuorum, niſi tutelæ agatur.

*Si vero libertus ſua auctoritate a patrocinio eccleſia receſſerit, ſi admonitus redire cōtempſerit, in ſeruitutem reuocabitur.*

*Vnde in eodem concilio Toletano quarto, c. 70. legitur.*

¶De libertis eccleſiæ, qui ab eius patrocinio diſcedunt. C. LXI.

Burc. l. 3. c. 184.
Iuo p. 3. c. 144.

LIberti eccleſię, qui ab eius patrocinio diſcedētes q̃buslibet perſonis adheſerunt; ſi admoniti redire [f] contempſerint; manumiſſio eorū irrita fit: quia per inobedientię † contemptum ingrati actione [g] tenentur.

† al. obedientia.

*Item ex concilio Hiſpalenſi, 2. c. 8.*

¶Reuocentur in ſeruitutem eccleſiarum liberti, qui contra eius libertatem ſuperbiunt. C. LXII.

OCtaua diſcuſ-

Si VERO. CASVS. Dictum eſt ſupra in c. epiſcopus q. quod libertus à patrocinio eccleſiæ recedere poteſt, ſi epiſcopus duos ſeruos eiuſdē meriti & peculij pro eo dederit. Nūc vero dicit Grat. q̃ ſi ſua auctoritate à patrocinio eccleſiæ recedat, niſi admonitus reſipiſcat, reuocet in ſeruitutē: & hoc probat per ſeq. cap.

LIberti.] CASVS. Cōſtitutum fuit in Toletano concilio ut ſi liberti eccleſię ab eius patrocinio deceſſerint: ſi cōmoniti ad eccleſiā non redierint, reuocent ī ſeruitutē. [Ingrati actione.] i. actione intentata per ingratitudinem. ſ. actione in factum.

f ¶ Redire.] ſed quare coguntur iſti redire cum nullæ operę ſint eis impoſitæ: libertus enim non tenet preſtare operas niſi ſint eis impoſitę C. de ope. li. l. 1. licet honorē eis exhibere teneatur, & etiam alere ipſum, ut C. de ope. li. l. 1. & l. mater. Sed dicas aliud eſſe in libertis eccleſię ut ſup. c. diaconi. tamē licet liberti eccleſiæ teneātur ei præſtare operas nō tamen tales quales ſerui: aliqua. n. debet eſſe differentia. ut ff. de ope. lib. ſi libertus.

Libertus an teneatur ad operas.

f. q̃ fortte fuerūt quiſ ſufficienter fuit alias probatum, unde licet dominus dicat nō debere torqueri ſeruū contra eum, & uerum dicat, non tamen per hoc abſoluitur, cum aliàs inſufficiēter ſit probatum & ſic domini exceptio nulla eſt. arg. extra de re iudi. cum Io. &c. Arch.

compatur reipub. ut C. de ſac. ſan. eccl. l. ut inter diuinū.
b ¶ Si alijs.] Dicunt quidam q̃ nec in exceptis criminibus ſeruus contra dominam admittitur, niſi aliqua preſumptio præcedat. nam ſerui & uiles perſonæ ſemper quæſtionibus ſubduntur, ut 4. q. 3. ſi autem ea rei conditio ſit. Sed à quæſtionibus nunquam eſt incipiendum, niſi præcedant inditia, ut extra de reg. iur. cum in contemplatione: ſed litera iſta hoc nō patitur. Dico ergo hoc ſpeciale, ut initium ſumatur a tormētis. ſimiliter cum maritus dicitur uxorem occidiſſe. C. ad le. Cor. de ſic. l. ult. & cum agitur de occiſo domino, ff. ad Syl. & ſi certus ſit percuſſor.

Initiū quandoque ſumitur a tormētis.

a Dicitur q̃dam quod de facto hoc accidit hic

g ¶ Ingrati actione.] Id eſt actione in factum, quæ datur propter ingratitudinem. non enim eſt hoc propriū nomen actionis. ſic dicitur actio oneris aduerſi, id eſt, quæ datur propter onus aduerſum, ut ff. loc. in naue.

OCtaua.] CASVS. Eliſæus ſeruus Agabren. eccleſiæ, ſtatim cum fuit ab epiſcopo manumiſſus, non ſolum uoluit ipſum epiſcopum interficere, ſed etiam patronam eccleſiam in quadam cauſa ciuili, ubi arbiter reſidebat, iniuſte damnauit, uel eius bona propter rapinam uſurpauit: quare quæſitum fuit de iſto in Hiſpal. concilio in octaua die ipſius concilio, quam pœnam,

debeat pati iſte libertus. Et reſpondet ꝙ debet in ſeruitutem reuocari.ut cuius libertas erat pernicioſa, ſit ſeruitus ſalutifera: & qui adepta libertate uoluit ſuperbire, diſcat obedire ſubiectus.& dicit H.damnauit, ideſt, damnificauit, uel ad damnificandum eccleſiam alios inſtigauit, vocando eccleſiam in ius ſine uenia.

natis poſt manumiſſionem. ſed hoc ſtare non poteſt, quia hic dicitur tam ipſi, quàm ab eis progeniti. Itē ex ſequen. cap. inf. ea. liberti. patet quod intelligitur de filijs natis poſt manumiſſionem, ubi dicit de futura prole, quod ab eccleſiæ patrocinio ſe non poteſt ſubtrahere. Ideo

a ¶ Diſcuſſio.] id eſt, quæſtio.

b ¶ Predamnauit.] id eſt, valde damnificauit.

c ¶ Reuocetur.] hic habes quod propter ingratitudinē reuocetur libertus in ſeruitutē & intelligas ingratitudinem grauē offenſam, qa nō niſi pro graui offenſa reuocatur libertus in ſeruitutem, & propter eaſdem cauſas, propter quas reuocatur donatio. in auth. ut liber. de cætero colla. 6. §. illud. ſecūdum leges veteres ſufficit leuis offenſa. C. de libe & eorū liber. l. 2. Item hic habes quod ſiue committat libertus eccleſiæ ingratitudinem, contra eccleſiam, ſiue contra epiſcopum, reuocat in ſeruitutem. ſecus ſi contra alium de eccleſia, ſup. c. qui manumittitur.

Libertus pp ingratitudinem reuocatur in ſeruitutem.

d ¶ Proditi.] i. de Inobediētia cōuicti.

ſio [a] agitata eſt de quodā Hæliſeo ex familia Agabrēſis eccleſię: qui ab epiſcopo ſuo traditus libertati, de libertate confeſtim ad contumaciæ morbum trāſiluit, ſicque per ſuperbiam non ſolum eiuſdem epiſcopi veneficis† artibus ſalutem lædere voluit, ſed etiam patronam eccleſiam libertatis immemor prędānauit. [b] Aduerſus quem ingrati actio, canonum & legū auctoritate iuſte dirigitur; ſcilicet, vt immeritę libertatis damno mulctatus, ad ſeruitutis nexum reuocetur. [c] Taliū enim ſtatus, qui contra epiſcopum ſuum, vel patronam eccleſiam nitūtur, decidi potius, quam conſeruari conuenit: vt quorum libertas pernicioſa eſt, ſit ſalutifera ſeruitus: & qui ſuperbire nouerunt adepta α libertate, proditi, [d] diſcant obedire ſubiecti.

†al. maleficijs.

Iuo p. 16. c. 66.

α ¶ Adepta libertate.] *Magna hoc loco eſt varietas in vetuſtis Gratiani codicibus. Nam partim concordant cum hac vulgata, partim habent*, adempta libertate proditi, *partim*, adepta libertate præditi, *vt concilium ipsū impreſſum, & manuſcriptum, etiam in codice Lucenſi regio. Apud Iuonem vero legitur*, adepta libertate elati, perdita diſcant obedire ſubiecti.

*Item ex concilio Toletano 3. c. 6.*

¶ A patrocinio non diſcedant eccleſiæ liberti ad ſacros ordines promoti. C. LXIII.

DE libertis autem hoc præcipit ſancta ſynodus, vt ſi qui presbyteri, vel diaconi β ab epiſcopis facti ſunt ſecundum modum, quo canones antiqui dant licētiam, ſint liberi: & tamen à patrocinio eccleſię tam ipſi, quàm ab eis progeniti [e] nō recedant. [f] ¶ Ab alijs quoq; libertati traditi, & eccleſijs commēdati patrocinio epiſcopi † colligantur: & ne cuiquam donentur, à principe hoc epiſcopus poſtulet.

† al. epiſcopali tegantur.

β ¶ Presbyteri, vel diaconi.] *In concilijs Coloniæ quatuor tomis impreſſis, & in codice Lucenſi regio legitur*. De libertis autem id Dei præcipiunt ſacerdotes, vt ſi qui ab epiſcopis, &c. *nulla presbyterorum, aut diaconorum mentione facta*.

*Ne uero longinquitate temporis obſcuretur cōditio originis; tēpore ſua manumiſſioni ſcribāt liberti ꝓfeſſionē;*

DE libertis. CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima parte dicitur, quòd ſi liberti eccleſiarum facti ſūt preſbyteri, vel diaconi, iuxta modum, quem canones antiqui docent, ſint liberi, tamen à patrocinio eccleſiæ, nec ipſi, nec eorum filij recedere debent. In ſcda parte dī, ꝙ libertos eccleſiæ commēdatos debet epiſcopus tueri, nec pōt epiſcopus impetrare a principe, vt eos alicui donet, quod intelligit. Hu. ſi manumiſſi fuerant pleno iure, uel quo ad onus indebitum, uel in caſu non conceſſo. Sed ego intelligo ſicut litera ſonat, quia licet ſint eccleſiæ commendati, non tamen ſunt liberti eccleſiæ. & ideo eos epiſcopus donare nō poteſt. Secunda pars. ibi: [Ab alijs quoque.

e ¶ Ab eis progeniti.] Ergo filij libertorum debent obedientiam præſtare eccleſiæ patronæ ſuæ, ſicut & patres eorum; vt hic, & C. de libe. & eorū liber. libertinę. ſed cōtra: quod ex liberta naſcitur ingenuum eſt, ut C. de ope. libe. quod ex liberta. Sol. quidam intelligunt legem illam libertinæ, de filijs manumiſſis cum patre & ante manumiſſionem natis, leges contrarias intelligunt de

Libertorum eccleſiæ filij ſunt eccleſię obnoxij.

re. Ideo quidam dixerunt iſtud ſpeciale eſſe in libertis eccleſię, vt filij nati poſt manumiſſionem patrum ſuorum ſint liberti eccleſiæ. Tu dicas ꝙ filij nati poſt manumiſſionem ſunt ingenui: ſunt tamē obnoxij eccleſię, quo ad quaſdam operas, quę conſiſtunt in honore in aſſurgendo, & in ſalutando. item ꝙ non uocabunt eam in ius. alias reuocantur in ſeruitutem, ut in c. ſeq. Io.

f ¶ Non recedant.] hic habet locum diſtinctio decre. extra de ſer. non ord. c. o. libentius. Eſt tñ hoc ſpeciale in libertis eccleſiæ ꝙ etiam licet facti ſint ſacerdotes, quod propter ingratitudinem reuocantur in ſeruitutem, ut 54. d. qui ex famulis. ſecus tamen in famulis priuatorū.

NE VERO. CASVS. Supradictum eſt, quod liberti eccleſiarū non debeat ab eorū patrocinio recedere, ſed q a factum

factum ſæpe longinquitate temporis obſcuratur; ideo hic dicitur, vt liberti tempore ſuæ manumiſſionis ſcribant profeſſionem, qua cõfiteantur ſe eſſe libertos eccleſiæ, & ab eius obſequio nunquam receſſuros: & ad hoc duo c. ſeq. inducuntur. cleſia eorum obedientia non careat: ſi vero hoc contẽnent, reuocentur in ſeruitutem.

a ¶ Longinquitate.] Quia ſi per decem ann. ſteterit in libertate, amodo liber habetur, ut extra de coniug. ſer. licet, ff. qui & a qui. ma. ſi cum §. Ariſt. Vel ſi mater alicuius tẽpe mortis eius ſe pro libera geſſerit, & filius eius p quinquẽnium vixerit, ut liber, amodo liber erit, ut C. ne de ſt. defun. l. 2. & 3. ſed licet ſeru⁹ fugitiuus ſe pro libero geſſerit, nõ ideo eſt in poſſeſſione libertatis, vt C. de agri. & cenſ. cum ſimus. in fi. lib. 11. & ff. de acq. poſſ. l. per eum. in fi.

Lon-

*qua ſe profiteantur de familia eſſe eccleſiæ, & ab eius obſequio ſe nunquam receſſuros.*

*Vnde in concilio Toletano 6. c. 9. legitur.*

¶ Profeſſionem ſuæ conditionis liberti eccleſiæ faciant. C. LXIIII.

inf. c. proximo.

LOnginquitate [a] ſæpe fit temporis, vt non pateat cõditio originis. Vnde iam decretũ eſt in anteriori α [b] vniuerſalis concilij canone, ut profeſſionem ſuã liberti eccleſię debeãt facere: qua profiteantur ſe & de familiis eccleſiæ eſſe, † & eius obſequium nunquam relicturos. Vnde his quoq; nos adiicimus; vt quoties curſum vitæ ſacerdos impleuerit, & de hac vita migrauerit; mox cũ ſucceſſor eius aduenerit, omnes liberti eccleſiæ, uel ab eis progeniti chartulas ſuas in conſpectu omnium debeant ipſi ſubſtituto pontifici publicare, & profeſſiones ſuas in conſpectu eccleſiæ renouare: quatenus ſtatus ſui vigorem & illi obtineant, & obedientia eorum eccleſia non careat. Si autem aut ſcripturas libertatis ſuæ intra annum [c] ordinationis noui pontificis manifeſtare contempſerint, aut profeſſiones renouare noluerint; vacuæ & inanes chartulæ ipſæ remaneant, & illi originis ſuæ redditi, ſint perpetuo ſerui.

† al. manumiſſi.

α ¶ In anteriori.] *Significatur canon 69. concilij Toletani quarti, qui proximo c. refertur. Nam quartum illud Toletanum, quod fuit pleniſſimum in ſequentib. Toletanis vocari ſolet vniuerſale concilium, vt in quinto, c. 2. & 7. & ſexto concilio, c. 1. 3. 7. & 18. Et in principio ipſius quarti concilij epiſcopi aiunt,* quoniam generale concilium agimus.

*Item ex concilio Toletano 4. c. 69.*

¶ Nec liberti, nec eorum poſteri a patrocinio diſcedant eccleſiæ. C. LXV.

Poly. l. 3. tit. 22. Burc. l. 3. c. 185. Iuo p. 3. c. 245.

LIberti eccleſiæ (quia nunquã moritur [d] eorum patrona) a patrocinio eiuſdem nunquã diſcedant; nec poſteritas quidẽ eorum: ſicut priores canones decreuerunt. Ac ne forte libertas † eorum in futura prole nõ pateat, ipſaq. poſteritas naturali ingenuitate obnitens ſeſe ab eccleſiæ patrocinio † nõ ſubtrahat; neceſſe eſt, ut tã hi liberti, quam ab eis geniti † [e] profeſſionem epiſcopo ſuo faciãt: per quam ex familia eccleſię libertos effectos

† al. libertinitas.
† al. patrocinio ſubtrahat.
† al. progeniti.

b ¶ In anteriori.] Nõ determinat hic de quo dicat.

c ¶ Intra annũ.] Similiter ſi vaſallus ĩ tra annũ non pet inueſtiturã, cadit a iure feudi, ut ĩ cõſt. Friderichi, imperialis. §. p̃terea. de feu. nec obſtat ꝙ legit̃ ext. de iureiu. veritatis vbi dr̃, ꝙ non iurat ſucceſſori Papæ. põt eñ dici ſpeciale ibi eſſe indulgentiã: in emphyteuta ſecus eſt, quia licet non ſoluat canonẽ intra annum tñ nõ expellitur, vt 10. q. 2. hoc ius. No. ꝙ hic excurſus anni priuat aliquẽ libertate, ſicut excurſus anni ꝓbat crimen. 11. q. 3. rurſus. ſic 20. q. 2. puella. ſic ext. d of. or. paſtoralis. ſic 54. d. ſi ſeru⁹.

Anni excurſus aliqua facit.

LIberti. CASVS Statuit in capiſto, vt liberti eccleſiæ a patrocinio eccleſię nũquam recedãt: quia eorum patrona. ſ. eccleſia nũquã morit, nec poſteritas eorũ, ſicut antiq canones decreuerũt. & hoc ĩ 1. p. In 2. par. dr̃. ꝙ liberti & eorũ filij faciãt profeſſionẽ qua ꝓ-

LOnginquitate.] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, vt liberti eccleſiarum profeſſionem facere debeant, qua confiteantur ſe eſſe libertos eccleſiæ & ab eius obſequio non receſſuros. Sed cum idem concilium fuit iterum congregatum, adiecit vt cum epiſcopus eccleſię fuerit defunctus, & ei alius ſubſtitutus, omnes liberti eccleſiæ, vel ab eis progeniti ſubſtituto pontifici intra annum a tempore ſuæ ordinationis chartulas ſuas in conſpectu eccleſiæ debeant publicare & renouare: quatenus illi ſuum ſtatum teneat, & ecfiteantur ſe eſſe libertos eccleſię & ꝙ ab eius patrocinio nõ recedẽt, ne libertas in futura prole nõ pereat: & ipſa poſteritas a patrocinio eccleſiæ ſe non ſubtrahat.

d ¶ Moritur.] Eccleſia enim nõ poteſt eſſe nulla, 1 vt 24. q. 1. pudenda.

e ¶ Geniti.] Propter hoc dixerunt quidam, ꝙ ſpeciale eſſet in eccleſia, ꝙ filij libertorum eccleſiæ ſint liberti eccleſiæ: quod non eſt verum. ſed tamen quo ad quid ſunt adſtricti eccleſiæ, vt ei aſſurgant, vt eam non accuſent, ſup. ead. epiſcopus. qui cum §. ſeq.

1 Iſtã glo. ſequitur Alex. de Imo. in l. pactũ. & collatio. 2. C. de pact. & idem Alexan. in l. extraneum. col. 3. de hæ. inſt. ubi vide concor.

PRO REMVNERATIONE. CASVS. Ponit hic Grat. ſextum caſum in quo res eccleſiarũ licite poſſunt alienari, ſcilicet pro remuneratione facienda.

QVicumque.] CASVS. Aliqui ſuſtinuerunt laborem pro eccleſia aliqua prælatus illius eccleſiæ promiſit aliquid illis pro remuneratione laboris ſui, terram. ſ. uel aliquid aliud: poſtea nolebat ſoluere promiſſum. vnde quæſitũ fuit in cõcilio Toletano, utrum ad hoc poſſit cõpelli de iure? Et reſpõdetur quod ſic: hoc probatur auctoritate Pauli ita tamen, ut illa remuneratio per concilium prouinciale confirmetur.

a ¶ Suffragio.] i. qui ſuffragium præſtitit eccleſiæ cõcilio, uel auxilio.

b ¶ Prouiderint.] Alicui.

c ¶ Promiſerint.] Vide quod aliquis obligetur nudis uerbis, licet nõ interceſſit ſtipulatio, ut ext. de teſta. indicãte. 22. q. 5. iuramenti. & ſ. ea. q. 5. quia Ioannes. quod verum eſt. & poteſt dici quod cõpetit actio ex nuda promiſſione. 1 ſ. cõdictio ex canone illo inf. 22. q. 2. iuramenti.

1 Hoc nõ habet locum apud Cathelanos, apud quos nõ datur actio ex promiſſo. teneri tñ dicit Cathelanus qui vanis promiſſionib. et inutilib. inuitationibus detinet viatorẽ, ſaltem de dolo. ff. ſi quis cau. ſi actio ſm Vi. qui ita not. ex. in proœ. Rex Pacificus. Arch.

ECcleſiaſticis.] CASVS. Theodorus vir eloquentiſſimus conſiliarius Romanæ ſedis ſeruo aliquo indigebat: & ideo G. tradidit ei Acoſimũ ſeruũ natione Siculũ, & ut hęc donatio nullo tpe ualeat retractari, ad cautelam futuri tẽporis ſibi fecit publicum inſtrũm, quod G. ſubſcriptione ſua roborauit. [Huius.] ſ. largitatis. [Futuri,] Scilicet temporis.

d ¶ Volũtarijs.] Voluntarium vocat, & tñ ipſe dicit ineſſe neceſſitatẽ, quia ab initio eſt voluntariũ: ſed poſtquã illud inceperit, tenet illud cõſumare, ut C. de act. & ob. ſicut. Et habes hic, quod eccleſia tenet ad antidora. ext. de teſt. cum in officijs.

e ¶ Teſtimonio.] i. inſtrumẽto ſuo, quod fuit ei teſtimonium pro futurum.

MISERATIONIS QVOQVE. CASVS. Ponit hic Gratianus 7. caſum, in quo ſerui eccleſiarum miſerationis intuitu libertati donari poſſunt, & ſic quodammodo alienantur.

CVm redemptor noſter.] CASVS. Dicit in hoc c. quod Greg.

ſe eſſe fateantur, eiuſque patrocinium non relinquant: ſed iuxta virtutem ſuam obſequium ei, vel obedientiam præbeant.

*Pro remuneratione etiam impenſi obſequij res eccleſiaſtica vtiliter poſſunt donari.*

*Vnde in Toletano concilio 4. c. 36. legitur.*

¶Quæ de rebus eccleſiæ in remunerationem obſequij præſtantur rata permaneant. C. LXVI.

QVicunque epiſcopi ſuffragio [a] cuiuslibet aliquid eccleſiaſticæ vtilitatis, prouiderint [b], & pro eo quodcunque commodum in remunerationem promiſerint [c]; promiſſi ſolutionem eos exoluere oportebit: ita vt id ad concilium prouinciale deferatur †, ut eorum conniuentia confirmetur; quia (ſicut Paulus ait) dignus eſt operarius mercede ſua. 1. Tim. 5.

† *al. deductum eorũ conuentum confirmetur.*

*Item Gregorius lib. 2. indict. 11. epiſt. 18. Theodoro conſiliario.*

¶Serui eccleſiarum in eorum dominium transferri poſſunt, qui eccleſiaſticis vtilitatibus deſeruiunt. C. LXVII.

ECcleſiaſticis vtilitatibus deſudãtes, eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere, vt qui ſe voluntarijs [d] obſequiorum neceſſitatibus ſpõte ſubijciunt; digne noſtris prouiſionibus conſolentur. Quia igitur te [α] Theodorum virum eloquentiſſimum conſiliariũ noſtrũ mancipiorum cognouimus miniſterio deſtitutum: ideo puerum nomine Acoſimum natione Siculum iuri, dominioque tuo dari, tradique præcipimus; quem quoniã traditum ex noſtra voluntate iam poſſides; huius te neceſſe fuit ſcripti †, pro futuri temporis teſtimonio [e], ac robore largitatis, auctoritate fulciri: quatenus, Domino protegente, ſecure eum ſemper, & ſine vllius retractationis ſuſpicione quippe, vt dominus, valeas poſſidere [β].

Poly. l. 3. tit. 13.

† abeſt ab orig.

α ¶Te.] *Addita eſt vox iſta, & cætera ſunt emendata ex originali, ut intelligatur eundem eſſe cui ſcribitur, & cui fit donatio.*

β ¶Poſſidere.] *Apud B. Gregorium hæc ſequuntur.* Neq; enim quemquam fore credimus, qui tam paruam largitatem pro tua tibi deuotione conceſſam deſideret, vel tentet vllo modo reuocare: cum vno eodemq; tempore & verecundum ſit a deceſſoribus bene geſta reſoluere, & verecundum ſit docere cæteros in ſua quandoq; reſolutoriam proferre largitate ſententiam.

*Miſerationis quoque intuitu ſerui eccleſiarum libertati donari poſſunt.*

*Vnde Gregorius Montanæ †, & Thomæ lib. 5. epiſt. 12. ſeu c. 112.*

† *al. Montano.*

¶Miſerationis, & pietatis intuitu ſerui eccleſiarum poſſunt manumitti. C. LXVIII.

CVm redem-

Greg. intuitu pietatis duos ſeruos Romanæ eccleſiæ, ſ. Montanum & Thomam manumiſit, & eis omne peculium quod habebant relaxauit: & hoc fecit ad inſtar Ieſu Chriſti, qui venit in mundum, ut vinculũ diabolicæ ſeruitutis rumperet, quo tenebamur adſtricti. vnde præci- presbyteris & tribus diaconis.

a ¶ Cum redemptor.] Hic habetur forma, ſub qua fiunt manumiſſiones, & planum eſt.

b ¶ Ius gentium.] Alibi dicitur, ꝙ iure diuino eſt inducta ſeruitus. Sed de hoc dixi ſu. diſt. 1. ius gentium.

ptor [a] noſter totius cõditor creaturæ ad hoc propitiatus humanam voluerit carnem aſſumere, vt diuinitatis ſuæ gratia, dirupto, quo tenebamur captiui, vinculo ſeruitutis priſtinæ nos reſtitueret libertati; ſalubriter agitur, ſi homines, quos ab initio natura liberos ꝓtulit, & ius gẽtiũ [b] iugo ſubſtituit ſeruitutis, in ea, in qua nati fuerãt, manumittentis beneficio libertate reddantur. Atque iõ pietatis intuitu, & huius rei cõſideratione permoti, vos Montanam, † atque Thomam famulos ſanctæ Romanæ eccleſiæ, cui, Deo adiutore, deſeruimus, liberos ex hac die ciueſque Romanos efficimus; oẽque veſtrũ vobis relaxamus [c] ſeruitutis peculium. *α & infra.* ¶ Hanc autem manumiſſionis paginam Paterio notario ſcribendam dictauimus, & propria manu vna cũ tribus [d] preſbyteris prioribus, & tribus diaconis pro pleniſſima firmitate ſubſcripſimus, vobiſque tradidimus. Actum in vrbe Romana.

† *al. Montanum.*

*α* ¶ Peculium.] *In vetuſto codice epiſtolarum B. Gregorij bibliotheca Vaticana legitur,* periculum.

*Item ſerui eccleſiarum publicis angarijs non debent fatigari.*

*Vnde in concilio Toletano 3. c. 21. legitur.*

¶ Serui eccleſiarum publicis angarijs non fatigentur. C. LXIX.

lib. 7. ca. 290. Iuo p. 3. c. 138.

Eccleſiarum *β* ſeruos, & epiſcoporũ, vel omniũ clericorum [e] à iudicibus, vel actoribus publicis ĩ diuerſis angarijs fatigari dolemus, Propter quod omne conciliũ a pietate glorioſiſſimi Domini noſtri popoſcit; vt tales deinceps auſus inhibeat; ſed ſerui ſupraſcriptorũ officiorum in eorum vſibus, vel eccleſiæ laborent. Si quis vero iudicium aut actorum, clericũ, aut ſeruum clerici, vel eccleſiæ, in publicis, ac priuatis negotijs occupare voluerit, à communione eccleſiaſtica, cui impedimentum facit, efficiatur extraneus.

*β* ¶ Eccleſiarum. *In cæteris huius concilij exemplaribus impreſſis, & manuſcriptis, quæ collata ſunt, & apud Iuonem legitur quemadmodũ apud Gratianum, præterquã in editione quatuor temporum, & codice Lucenſi regio, in quibus initium capitis 21. ſic habet.* Quoniam cognouimus in multis ciuitatib. eccleſiarum ſeruos & epiſcoporum, vel o c a i v a p. in diuerſis angarijs fatigari, omne concilium, &c. *Et hic quidem nulla facta eſt mutatio: alia vero in quibus omnes conciliorum codices concordant, ſunt emendata.*

*Item pro alimonia pauperum, pro redemptione captiuorum res ſacras diſtrahi licet.*

c ¶ Relaxam⁹.] Sed nõne eo ipſo, ꝙ aliquis ĩter viuos manumittitur, videtur ei peculium datũ, niſi exp̃ſſe hoc adimatur. C. de pe. ei⁹ qui li. meruit. l. vnica. Sed dicas, quod aliud eſt in libertis eccleſię. nã eis ĩ manumiſſione non licet dari vltra ſummã viginti ſolidorũ, vt ſu. c. ſi quos.

d ¶ Cũ tribus.] Ergo nõ reqritur cõſenſus omniũ vbi libertas datur, 1 & hoc in fauorẽ libertatis fit, vt C. de cõmuni ſeruo ma. l. 1. arg. 5 54. diſ. c. 1. ſu. ead. epiſcopus q. Itẽ videtur hic, quod ſigillũ. 2 Papæ non facit chartã authenticam, niſi adſit ſubſcriptio. Io.

1 Scilicet a Papa, vt hic fuit: quod non obtinet in alijs prælatis. ſecũdũ L. & Hug.

2 Circa iſtã materiam an notari⁹ poſſit omittere in inſtrumẽtis ſuũ ſolitũ ſignũ, & apponere, aliud. de quo vide per Archi. hic cui adde G. de cu. in comparatione & ibi Bal. in vlt. col. C. de fide inſtru. & per Bal. in pri. C. col. 2. & Ang. in Aut. de inſtru. cau. & fi. in prin.

ITEM SERVI. CASVS. Dictũ ẽ ſu. ea. q. 2. c. prædia. ꝙ poſſeſſiones eccleſiarũ non debent à laicis fatigari. Idem nunc dicit Gratianus de ſeruis eccleſiarum.

Eccleſiarum ſeruos.] CASVS. Relatum eſt in cõcilio Toleta. quod quidã iudices & adminiſtratores publicorũ officiorũ ſeruos eccleſiarũ vel ep̃orũ vel aliorum clericorum diuerſis angarijs fatigabãt. Quare concilium poſtulauit à Greg. vt tales p̃ſumptores ꝓhiberet, & ſtatuit conciliũ, vt ſi qs de cætero talia p̃ſumeret, ab eccleſiaſtica cõione repelleretur.

e ¶ Clericorũ.] Arg. ꝙ eodẽ priuilegio gaudẽt ſerui clericorũ, quo eccleſiæ. infra 16. q. 1. ſimiliter ſi. 87. d. eos q & 89. d. indicatũ. Clerici enim & corũ mãcipia ſunt exẽpta ab oĩb. oneribus ciuitatũ, niſi ſubſit magna neceſſitas. ext. de immu. eccle. non minus. C. de epiſc. & cler. l. 2.

Clerici ſunt a muneribus ciuilib. exẽptis.

præcipit Paterio notario, vt ſcriberet inſtrumentum, cui Greg. Papa propria manu ſubſcripſit cum tribus

ITEM PRO ALIMONIA. CASVS. Ponit hic Grat. 8. caſum

caſum in quo res eccleſiæ licitè diſtrahi poſſunt, ſ. ꝓ alimonia pauperum: & redemptione captiuorum. Et ad ſequentia c. inducuntur vſque ad §. item largitate.

AVrum.] CASVS. Beneuen. hunc caſum ſic poſuit. Ambr. in hoc c. ponit tria genera largitionis. primum eſt, cū res eccleſię pauperib⁹ vel captiuis largiūtur. Secundum eſt, cum alienantur pro tēplo ædificādo. Tertium eſt cū largiūtur pro cœmiterio emēdando vel ampliādo in iſtis trib⁹ generibus docet aurūm & pecuniā eccleſiæ nō eſſe ſeruādam, ſed erogādam tēpore neceſſitatis: quod ſi prelatus nō fecerit, aſportabit hoſtis: ſicut Aſſirij aurū & argētū de tēplo Dñi ſuſtulerūt. Et hoc primo dēt fieri de auro & argēto, qđ nō cōſiſtit in vaſis diuino officio deputatis. Si vero ſunt vaſa diuinis officijs đputata, primo non conſecrata ſunt largiēda: deinde etiā ea quæ ſunt conſecrata, in pios vſus ſunt expendēda. ita tamē, ut forma calicis ĩ ſua forma nō remaneat. niſi alij eccleſię diſtrahatur: laicis vero cōfracta & cōflata. H. hunc caſum ſic ponit Ambro. intēdit oſtendere, quod res eccleſiaſticæ debent dari & alienari tēpore neceſſitatis. Et ponit quīque caſus ǫbus licitè alienātur res eccleſiæ, ſcilicet pro alimonia pauperū, ꝑ redemptione captiuorū, ꝓ loco religioſo ędificādo, ꝑ cęmiterijs ampliādis, pro ſepulturis mortuorū extruēdis. In his ǫdē vaſa ꝑtioſa & ſacrata debēt alienari alij eccleſiæ in eadē forma; laicis cōfracta & conflata. [Tribus.] Quinque poſuit non dicit tribus, ſed duos primos ponit ſub vno membro, & duos vltimos ſub alio, medium vero ſub tertio.

*Vnde Ambroſius ait, lib. 2. de officijs, c. 28.*

¶ Res ſacræ quibus ex cauſis alienari debeant.

C. LXX.

Poly. l. 6. tit. 20. Iuo p. 3. c. 18e. Anſ. l. 13. c. 28. *4. Reg. 24.*

AVrum eccleſia habet, nō vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus. Quid opus eſt cuſtodire qđ nihil adiuuat? An ignoramus, quātum auri, atq; argēti de tēplo Domini Aſſyrij [a] ſuſtulerunt? Nōne melius cōflat ſacerdos ꝓpter alimoniam pauperum, ſi alia ſubſidia deſint, quàm ſacrilegus contaminata aſportet hoſtis. Nōne dicturus eſt Dominus, cur paſſus es tot inopes fame emori? Et certe habebas aurum vnde † miniſtraſſes [b] alimoniā. Cur tot captiui deducti in commerciū † ſunt, nec † redempti, ab hoſte occiſi ſunt? [c] Melius fuerat, vt vaſa viuētiū ſeruares, quàm metallorū. His nō poſſet reſponſum referri. Quid [d] enim diceres? Timui, [e] ne tēplo Dei ornatus deeſſet? Reſpōderet, aurū ſacramēta nō quærunt; neque auro placent, quæ auro non emūtur. Ornatus ſacramētorum, redemptio captiuorum eſt: & vere illa ſunt vaſa ꝑtioſa, quæ redimūt animas à morte. Ille verus theſaurus eſt Domini, qui operat̃ qđ ſanguis eius operatus eſt. *& poſt pauca.* ¶ Nemo enim pōt dicere, cur pauper viuit? nemo pōt queri, quia captiui redempti ſunt. Nemo poteſt accuſare, quia templū Dei ędificatum eſt Nemo poteſt indignari, qa humanis fidelium reliquijs ſpatia laxata [f] ſunt. Nemo pōt dolere, qa in ſepulturis Chriſtianorū requies defunctorum eſt. In his tribus [g] generibus vaſa eccleſię etiā initiata cōfringere, conflare, vendere licet. opus eſt, vt de eccleſia myſtici [h] poculi forma non exeat; ne ad vſus nefario ſacri calicis miniſteriū trāsferatur. Ideo intra eccleſiā primū quæſita ſunt vaſa, quæ initiata nō eſſent; deinde comminuta, proſtremo cōflata, per minutas erogationes diſpēſata gentibus, captiuorum quoque pretijs profecerunt. Quòd ſi deſunt noua, & quæ nequaquā initiata videantur; in huiuſmodi vſus, quos ſupra diximus, arbitror omnia pie poſſe conuerti. epiſt. 2.

† *al. vt.* † i vulgaris legebatur, *in captiuitatem ducti.* ] † *nec redempti? Cur tot ab hoſte* ] orig.

Item vbi timetur mors animæ, ut ĩ ſ. e. c. verſi. & vera. velut ſi cogeretur adorare idola. 23. q. 4. ipſa pietas. ſm Lau. & c. diſplicet. & 24. q. 3. ſi habes ſecundū H.

*Item Hieronymus ad Nepotianū de uita clericorū.*

¶ Non parietes templi ornare, ſed pauperibus prouidere, gloria epiſcopi eſt. C. LXXI.

GLoria epiſcopi eſt pauperū inopiæ † ꝓuidere; ignominia ſacerdotis eſt ꝓprijs ſtudere diuitijs. Natus

† *al. opibus.*

a ¶ Aſſyrij.] Id eſt Babylonij, qui cum Nabuchodonoſor cœperunt Hieruſalem. & abſtulerunt vaſa de templo Domini, infra de conſecra. diſt. 1. veſtimenta.

b ¶ Miniſtraſſes.] Id eſt, miniſtrare debuiſſes.

c ¶ Occiſi ſunt.] Ergo tunc demum cum timeatur mors. 1 redimi debent captiui, vt not. ſupra ead. ſicut omnino.

1* Scilicet corporis.

d ¶ Quid.] Id eſt, ſimile illi.

e ¶ Timui.] Sic fortè ſe excuſabat.

f ¶ Spatia laxata.] Id eſt, ampliata.

g ¶ In his tribus.] Id eſt, in alimonia pauperum, in redemptione captiuorum, in ædificatione templi, vel augmentatione cœmiterij.

h ¶ Myſtici.] Id eſt, in forma calicis, in quo myſticum proculum ſanguinis Chriſti conficitur. Et quod dixi de eccleſia, intelligunt quidam de eccleſia, in qua eſt: quia cum ſit res ſacra, non poteſt uendi etiam alij eccleſiæ. Et de hoc notaui 40. quæſtione ſecunda, hoc ius.

GLoria epiſcopi.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In prima parte Hie. reprehendit ep̄os, qui cum pauperes erant vili cibo libenter reficiebantur: cum vero facti ſunt diuites, uel delitijs incumbentes

tes, cibos delicatos abhorrent. & vt eos liberius redarguat ſemetipſum talibus connumerat. In ſecunda parte reprehendit epiſcopos, qui ornant templum gẽmis & lapidibus ad inſtar ſacerdotum veteris teſtamenti: ſed de clericis per quos eccleſia gubernatur, nullam curam habent.

a ¶ Cibario.] Scilicet familię.
b ¶ Rugientem.] Ideſt, famelicum.
c ¶ Parietes.] i. imperitos. 1 ſic 46. d. ſunt nonnulli.
d Columnas.] Ideſt, peritos.
e ¶ Subtrahunt.] Ideſt, non recipiunt.

in paupere domo, & in tugurio ruſticano, qui vix milio, & cibario [a] pane rugientem [b] ſaturare ventrẽ poteram; nunc ſimilam, & mella faſtidio. *Item paulo inferius.*

¶ Multi ædificãt parietes, [c] & columnas [d] eccleſiæ ſubtrahunt, † [e] marmora nitent, auro ſplendent laquearia, gemmis altare diſtinguitur: & miniſtrorum Chriſti nulla electio eſt. Neque vero mihi aliquis opponat [f] diues ĩ Iudæa templum, menſam, lucernas, thuribula, patellas, ſcyphos, mortariola, & cętera ex auro fabrefacta. Tunc hæc probabantur [g] a Domino; quando ſacerdotes hoſtias immolabant, & ſanguis pecudũ erat remiſſio † peccatorum: [h] quamquam hęc omnia præceſſerint in figura: ſcripta autem ſunt propter nos in quos fines ſæculorum deuenerunt. Nunc vero cum paupertatem domus ſuæ pauper Dominus dedicarit; portemus † crucẽ, [i] & diuitias lutum putabimus. *Item ibidem in extremo.*

† *ſubſtruunt*] vera lectio.
† *al. redemptio.*
1. Cor. 10.
† *al. cogitemus.*

¶ Amico quidpiam rapere furtum eſt: eccleſiam fraudare, ſacrilegium eſt: accepiſſe quod pauperibus erogandum ſit; & eſurientibus plurimis, vel cautũ [k] eſſe velle, vel timidum, [l] aut, quod apertiſſimi ſceleris eſt, aliquid inde ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem ſuperat. *Item eiuſdem ad Paulinum de inſtitutione monachi.* ¶ Crates ille Thebanus homo quondam ditiſſimus, cum ad philoſophandum Athenas pergeret; magnum auri pondus abiecit: neq; putauit ſe ſimul poſſe & virtutes, & diuitias [m] poſſidere. Nos ſuffarcinati auro Chriſtũ pauperem ſequimur: & ſub prętextu eleemoſynæ priſtinis opibus incubantes, qũo poſſumus aliena [n] fideliter diſtribuere, qui noſtra timidè reſeruamus? Plenus venter [o] facile de ieiunijs diſputat. Non Hieroſolymis [p] fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudãdũ eſt.

Epiſt. 13.

*Item largitate etiam epiſcopi ſtipendium de rebus eccleſiæ clericis dare licet: cuius profeſſio ſub precariæ nomine fieri debet.*

*Vnde in concilio Toletano 6. c. 5.*

¶ Qui beneficium ab eccleſia accepit, eius profeſſionem nomine precariæ faciat. C. LXXII.

Iuo p. 6. c. 372.

SAepè fit, vt proprietati originis obſiſtat [q] longinquitas tpis. Quapp prouidentes decernimus, vt ſi quis clericorũ, α ſtipendiũ de rebus eccleſiæ, cuiuſquã epi [r]

f ¶ Opponat.] Arg. ab exemplis non eſſe argumentãdum.
g ¶ Hæc probãtur.] Sed nõne hæc hodie probantur a Domino. ĩ. de conſec. d. 1. & calix?ita: ſed non inſuper abundãtiã. vt non habeatur delectus perſonarum. 86. diſt in. non ſatis. 47. diſt. ſicut.
h ¶ Peccatorũ.] Venialium: quia cæremonialia tollebant tũ venialia peccata. ſicut hodie aqua benedicta, ut ĩ. de conſecrat. diſt. 3. aqua.
i ¶ Crucem.] Suſtinendo cõtumelias.
k ¶ Vel cautum.] Cum ideo fit, quia expectat maior neceſſitas.
l ¶ Timidũ.] Si ideo facit, quia timet ne ſibi deficiat.
m ¶ Diuitias.] Nã verè philoſophãtes cõtemnunt 2 pecuniã. ff. de vac. mun. l. in honorib. §. per.
n ¶ Aliena.] Ideſt, res eccleſiæ.
o ¶ Plenus venter.] Ideſt, prælatus plenus diuitijs.
p ¶ Non Hieroſolymis.] Ideſt, non tantum eſſe prælatum: ſed opera prelati facere laudabile eſt. 27. q. 5. cauete.

1 Scilicet eos promouẽdo ad beneficia, contra illud extra de præb. graue. & ca. ſup inordinata. Arch.

2 Ideſt, non ponũt amorẽ, ſiue animum in diuitijs, alias diuites cũ bonis operibus non abijcimus, 30. d. c. pen. Arch.

ITEM LARGITATE. CASVS. Ponit Grat. nonum caſum, in quo epi res eccleſiaſticas poſsũt alienare quoad vsũ fructum, dando eas clericis ſub nomine precariæ: & ad hoc probandum inducit ſeq. cap.

habent. & dicit, quòd in veteri teſtamẽto factus fuit ex præcepto Domini ornatus in templo. In tertia parte dicit, quod amico aliquid rapere, furtum eſt: eccleſiam verò fraudare, ſacrilegium eſt. & de his quæ pauperibus ſunt eroganda ſubtrahere prædonis ſuperat crudelitatem. In quarta parte inuitat nos ad contemptum diuitiarum exemplo Cratis, qui cum Athenas pergeret ad philoſophandum, aurum proiecit quod portabat, cum non crederet ſe poſſe virtutes ſimul & diuitias poſſidere. Secunda pars incipit ibi, [Multi ædificant.] Tertia ibi, [Amico rapere.] Quarta ibi, [Crates ille Thebanus.]

SAepè fit.] CASVS. Quidam epiſcopus volebat concedere prædium eccleſiæ cuidam clerico quo ad vſumfructum. Quæſitum eſt in concilio Tolet. qualiter ei concedere poſſet, ne eccleſia præiudicium patiatur propter diuturnam retentionem. Et reſpondet, ſub precario nomine debet clericus ab eccleſia recipere, & profeſſionem ſuam ſcribere, & quod ab eccleſia recepit, fideliter colere: ne res deteriorentur: q? ſi quis facere contempſerit, a precaria repelletur.

q ¶ Obſiſtat.] De facto, non de iure, ut ſup. ea. c. longinquitas.
r ¶ Cuiuſquam epiſcopi.] infra 16. q. 3. ſi epiſcopus, & c. clerici.

a ¶ Lar-

percepit largitate: [a] ſub præcariæ [b] noīe debeat profeſſionem ſcribere: vt nec per tentionē † diuturnam præiudiciū afferat eccleſię, & quęcumq; in vſu perceperit, debeat vtiliter laborare: [c] vt nec res diuini iuris videātur aliqua occaſione negligi: & ſubſidiū ab eccleſia, cui deſeruiunt, pcipere poſſint clerici. Quòd ſi quis eorū contēpſerit facere; ipſe ſe ſtipendio ſuo videbitur priuare. [d]

† al. retentionem.

α ¶ Clericorum.] *In codice conciliorum Lucenſi regio ſequitur*, vel aliarum quarumlibet perſonarum.

*Religionis quoque intuitu ea, in quibus eccleſia detrimentum non patitur, monaſterijs tradi poſſunt.*

*Vnde in 3. Toletano concilio, c. 4. legitur.*

¶ Licet religionis intuitu res eccleſiæ alienare.
C. LXXIII.

Iuo p. 3. c. 168.

SI epiſcopus [e] vnam de parochianis eccleſijs ſuis monaſterium dicare voluerit, vt in ea monachorū regulariter congregatio viuat; hoc de conſenſu concilij ſui habeat licentiam faciendi. Qui etiam ſi de rebus eccleſiæ pro eorū ſubſtantia aliquid, qđ detrimentum [f] eccleſiæ nō exhibeat, eidem loco donauerit; ſit ſtabile. Rei. n. bonę ſtatuendæ ſanctum concilium dat conſenſum. [g]

*Item ex Toletano 9. c. 5.*

¶ Non vltra quinquageſimam partem rerum eccleſiæ monaſterio quod conſtituit, epiſcopo licet conferre. C. LXXIIII.

Iuo p. 3. c. 170.

BOnæ rei dare cōſultum; † & præſentis habetur vitę ſubſidium & ęternæ remunerationis expectare cernitur præmiū. Quiſquis itaque epiſcoporū in parochia ſua monaſterium conſtruere forte voluerit, & hoc ex rebus eccleſiæ, cui præſidet, ditare decreuerit, nō amplius ibidem, quam quinquageſimā [h] partem dare debebit: vt hac temperamēti æquitate ſeruata, & cui tribuit, competens ſubſidium conferat, & cui tollit, damna grauia non infligat. Ad eccleſiā vero, quæ monaſticis nō informabitur regulis, aut quā pro ſuis magnificare † voluerit ſepul

† al. conſilium.

† al. manificare.

a ¶ Largitate.] Sed quomodo eſt largitas, ſi dr̄ precaria? cū de precaria certa penſio ſtatuatur. 10. q. 2. precariæ? reſpon. non eſt precaria, ſed donatio gratuita quoad vſumfructum: & ideo dicit, qđ interueniet ſcriptura ne poſſit allegare præſcriptionem. nam per quantumcunq; tēpus poſſideret nūquam præſcriberet, vt 16. q. 3. clerici. Fructuari⁹. n. nō pōt præſcribere. inſtit. ꝑ quas pſo. no. acq̃ri. §. fructuari⁹. nec ille, qui alieno noīe poſſidet, vt extra de præſcri. ſi diligēti, C. de præſcr. triginta annorū. male.

Fructuarius non pręſcribit.

b ¶ Sub pręcarię.] i. ſicut ſolet fieri in p̄caria. non. n. eſt hic cōtractus præcarię: ſed donatio vſusfructus epiſcopi. 16. q. 3. ſi epiſcopus, & c. clerici.

c ¶ Laborare.] Ideſt colere.

d ¶ Priuare.] Ar. clericū poſſe remoueri ab eccleſia ſi negligit agros, vel alias vtilitates eccleſię ſic ff. de pę. hære. ei, q partes, §. cū prædia & C. loca. l. 3. nā ꝑpter negligentiam aliquis deponitur, vt 81. diſt. dictum.

RELIGIONIS. CASVS. Ponit hic Grati. decimū caſum, in quo pōt ep̄s aliquid alienare de reb. eccleſiæ ſuæ tradēdo eas monaſterijs cauſa religionis; dūmodo eccleſiā ſuā non lędat enormiter. Et ad hoc inducit ſequentia cap.

SI ep̄s.] CASVS. Quidā ep̄s volebat facere monaſteriū de quadam eccleſia parochiali: & aliquid de rebus ep̄alis eccleſiæ ei cōferre volebat. Vnde q̄ſitum fuit in concilio Toletano vtrū hoc facere poſſet? Et r̄ndetur, quod ſic dummodo de cōſenſu capituli hoc faciat, & eccleſiæ ſuæ detrimentum non exhibeat.

e ¶ Si epiſcopus.] Hic habes quod de ſæculari eccleſia poteſt fieri ab epiſcopo monaſterium, vt extra de eccl. ædi. ad audientiam. ſed conuerſo nō poteſt, ut 19. q. 3. quæ ſemel extra de reli. do. inter quatuor. niſi fiat auctoritate Papę, vt extra de cenſi. cum venerabilis. & extra ne cleri. vel mona. c. relatum. vel vbi aliter nō poſſit locus reformari, niſi per canonicos ſæculares, vt extra in eadem decre. inter quatuor.

Eccleſia ſęcularis poterit conuerti in monaſteriū, ſed non ecōtra.

Ep̄s conuertens eccleſiā ſęcularem in regularem, quorū clericorū conſenſum requirere debeat.

f ¶ Detrimentū.] Graue ſi. n. læderet eccleſiam grauiter, poſſet. c. reuocari, vt s̄. e. Apoſtolicos ī fi. & ī. c. ꝓx.

g ¶ Cōſenſum.] Quæro, de quorum clericorum cōſenſu hoc intelligas, an detur clericis ep̄alis eccleſiæ, an de clericis parochiæ illius? r̄ndetur de clericis eccleſiæ cathedralis. Nam conſenſus clericorum eccleſiæ cathedralis requiritur circa ordinationem, & depoſitionem clericorum, vt 24. diſt. ep̄s. 67. diſt. reliqui. s̄. ea. alienationes. Lau. tñ & H. intelligunt ēt requirendum conſenſum clericorum parochialis eccleſiæ. Nam iſti ſine culpa non debent priuari ſuis ſtipendijs. 16. q. 7. inuentum. videtur [r] tamen ſufficere, ſi epiſcopus eis prouideret neceſſaria, vel ibi vel alibi: vt extra de eccle. ædifi. ad audiētiam. & ſic videtur quod eis inuitis poſſit hoc facere arg. extra de exce. præ. ſicut vnire.

r Allegando dr̄, qm̄ non eſt uerū ſm̄ Lau. Vinc. Gof. & B. vt ipſi no. ext. de reb. eccl. nō alie. poſſeſſiones. de hoc no. ī decre. ad audiētiam alle. in gl. Arch.

BOnæ rei.] CASVS. Quidam epiſcopus volebat ædificare monaſterium in parochia ſua, vel aliquam eccleſiam ſęcularem magnificare: apud q̄ forte ſepeliri volebat, & deſiderabat ditare monaſterium, vel eccleſiam de rebus eccleſiæ ſuæ. quæſitum eſt in cōcilio Toletano, quantum monaſterio vel eccleſiæ dare poſſet? Et reſpondet, quod monaſterio dabit quinquageſimā partem de rebus eccleſiæ ſuæ, dummodo ei damna grauia non infligat: eccleſiæ vero ſęculari non amplius quàm centeſimam dabit partem, & in arbitrio epiſcopi erit, vt vel monaſterium tantum, vel eccleſiam tantum debeat de rebus eccleſię ditare.

Ep̄s pōt dare quinquageſimam, vel cēteſimam.

h ¶ Quinquageſimam.] Sed nunquid epiſcopus poteſt

dare

dare centeſimam, vel quinquageſimam ſine conſenſu canonicorum? videtur ꝙ ſic, extra de ijs quæ fi. a præla. ſine conſenſu cap. paſtoralis ẽt nõ obſtante iuſo de non alienandis rebus eccleſiæ, vt extra de eccl. ædi. tua. nemo .n. poteſt accuſare epm, ꝙ templum Dei ædificauerit, vt ſup.

iuris ſit de hoc, in quæſtionibus notaui. B.

ADDITIO. Quæſtio venerialis eſt, & incipit, eſto quod epiſcopus, &c. vbi dicit, quod Tan. dicebat, quod tãtum vltima reuocatur: quod verum credit ipſe B. Brix. nam non reſtituitur minor, niſi in quo decipitur, ff. de min. ead. quæſt. Nõ obſt. lex. præd. ſi tota quoniam intelligitur in Falcidia, licet quidam ſtent illi legi Archidiaconus.

turis; non amplius quàm cẽteſimam partem cenſus [a] eccleſiæ, cui præſidet, ibidem conferre licebit: ea tamẽ cautela ſeruata, vt vnam tantummodo, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem † aſſumat.

† al. remunerandam.

*Item Gregorius lib. 2. indict. 11. epiſt. 17. Gratioſo ſubdiacono.*

¶ Iure proprietatis res eccleſiæ monaſteriorum ædificijs tradere licet. C. LXXV.

Anſ. l. 5. c. 32.

3 *¶ Ad hæc, Callida quidem, & multiplici argumentatione iura noſtra auferre contendit, ita, ut ſi fides uerbis adhiberetur, non uerba pro uerbis, ſed res pro uerbis reportaretis: Sed Deo propitio, ſi uerba [l] dediſtis, uerba recipietis. ¶ Arguitis nos quod ea, quæ nobis debentur ſubripere quærimus, quia noſtra perſequimur. Sapienti [m] quidem, & philoſophico ore prolata ſẽtẽtia: ſuũ perſequi, eſt ne aliena rapere? Vnde ad nos hæc ſentẽtia manauit: niſi quia tãto ardore noſtra cõcupiſcitis ut ueſtra putetis nobis auferri, cum nos noſtra conſequimur? Vnde, cum cauſa noſtra debitum finem ſortita fuerit, exclamabitis, ah miſer, crucior tantum bolum eſſe ereptũ ex faucibus.*

Terentius.

Decimæ pecorum vbi ſunt dandæ.

b ¶ Paſcit. ] Argum. bonum quod ibi dandę ſunt decimæ, de grege, ubi grex paſtus eſt, & ubi concepit, non ubi moratur: nã & boues dicuntur eſſe de illo fundo, ubi laborant, non ubi morantur. vt ff. de fund. inſtruct. l. cum quidã nam ſeruitus paſcendi pecora eſt prædialis ſeruitus, cũ vſus tantũ prędij cõſiſtit in paſtu pecoris, ut ff de ſer. ruſt. prædi. pecoris. & quod ſit de foro illius ubi grex ſuus paſcitur, probatur, quia ibi poteſt cõſtituere tugurium, uel officinam ut ff. de ſer. ruſt. pd. veluti. ſed ratione tugurij, uel officinę ſit quis de foro alterius, ut ff. de iud. heres. §. 2. hoc dicto ſequitur inconueniens: quia eadem ratione dabũtur decimę ubi grex parturit. & ubi fętus paſcitur Preterea coloni non dant decimas. 1 ubi laborant dominis ſuis, ſed ubi recipiunt ſacramenta, ut 16. q. 1. queſti.

1 Scilicet perſonales.

c ¶ Sapere. ] Ironicè loquitur, quaſi dicat: magna ſapientia eſt uelle illud quod nõ potes: ſcilicet de alieno uiuere.

d ¶ Pſalmum. ] Id eſt, ſpiritualia.

e ¶ Tympanum. ] Id eſt, temporalia.

f ¶ De decimis. ] Inf. 16. q. 1. de decimis.

ADDITIO. Dicit L. quòd iſtud ca. ſophiſticè inducitur, quia loquitur de perſonalibus decimis tantũ, hic autem agitur de prędialibus. & idem hic tenet Io. de Fan. Archid.

g ¶ Sinere. ] Sponte.

h ¶ Vel. ] Id eſt, ſaltem.

i ¶ Patiamini. ] Scilicet coactæ.

k ¶ Audiatis. ] Verbum eſt Terentij: Qui dicit quod vult, audiet quod non vult.

ADHAEC CALLIDA. Hæc eſt 3. pars q. in qua inducit plura argumenta, & finaliter concludit Ioan. de Fant.

perſoluantur, comparantes ipſos reos muri, igni, & ſerpenti. & ad probandum decimas priori eccleſiæ fore perſoluendas, inducunt cap. 16. quæſt. 1. ſi quis laicus.

l ¶ Verba. ] Res dare pro rebus, pro uerbis uerba ſolemus.

m ¶ Sapienti. ] Ironicè loquitur.

*Sed videte, ne damnum effuſi vnguenti vobis recompenſare* [a] *quæratis. Conſtituiſtis vos plantatores vinearũ, foſſores agrorum, trituratores arearum, rigatores camporum, & multa alia huiuſmodi officia vobis aſſumpſiſtis: & debita nobis obſequia a nobis ſubtrahi conqueſti eſtis. Sed nos non negamus, quod veſtrũ eſt. Boni trituranti paleæ, & tegumenta eruantur: Sint hæc vobis, & grana nobis relinquite. Paſtinatores* [b] *vinearum, foſſores agrorum, rigatores camporum, trituratores arearũ, diurna mercede accepta, prouenientes fructus dominis relinquunt. Vos ergo recepta mercede veſtri operis in quotidianis oblationibus, & alijs obſequijs, quæ pro ſpiritualib. quæ a vobis accipiunt, quotidie deferuntur; prouenientes fructus decimationũ, & primitiarum nobis relinquite.* ¶ *Item præcepit Dominus diſcipulis ſuis, ut comederent & biberent ea, quæ apud auditores ſuos erant; ſed non iuſſit eis, ut dominos de domibus ſuis eijcerẽt, & reb. ſuis ſpoliarent.* 1 *Non facile inuenietis, qui tales hoſpites libenter ſuſcipiant. Mus in pera, ignis in ſinu,* [d] *ſerpens in gremio male ſuos remunerant hoſpites. Vnde in prouerbijs dicitur: [Qui ſerpentem in ſinu ſuo nutrit, percutietur ab eo.] Tales inueniatis nobis* [c] *hoſpites, quales nobis eſſe vultis. Non ſufficit nobis edere, & bibere quæ in domo noſtra ſunt, dum quotidianos fructus oblationum percipitis, ex quibus victum & veſtitum habeatis: quib. cum Apoſtolo debetis eſſe contenti: ſed non vultis, quia imitatores eius non eſtis: ſed potius nos de domo noſtra expellere, & rebus noſtris nos penitus expoliare contenditis, dum nec etiam eorum decimationes nobis relinquere vultis. Vt autem vniuerſaliter omnia colligantur, cuncta, quæ pro vobis inducta ſunt, ſiue de laborante agricola, ſiue de eo, qui ſuis ſtipendijs non militat, ad hũc articulum deferimus, ut fructum veſtri operis, quem adeo recipere contẽditis, in oblationibus, & quotidianis obſequijs iſtorum recipiatis: decimationes uero eorum, quæ nobis debentur, intactas nobis relinquite: nedum quæritis uſurpare quod ueſtrũ non eſt, iuſta aĩaduerſione etiam illud cogamini amittere, quod nobis aliquo modo uidebatur competere. Quod autem hæ decimationes nullo iure nobis debeantur, facile probamus. Dicitur.n. in quodam concilio; [Si quis laicus,* [f] *uel clericus, ſiue utriuſque ſexus perſona proprietatis ſuæ loca, &c.] Sicut in eodem capitulo in cauſa monachorum notata inueniuntur. Si ergo laicus, uel clericus, uel qualibet perſona, loca ſuæ proprietatis uendens, aut donans prouentum decimationum ab eccleſia, cui legitime aſſignatus eſt, nullo modo poteſt abſtrahere, nec iſti de diœceſi ad diœceſim tranſeuntes, decimas ſuorum prædiorum, quæ intra terminos noſtræ parochiæ continentur, nobis auferre poſſunt. Quantum.n. ad ius percipiendarum decimarum attinet, idem eſt poſſeſſorem de diœceſi ad diœceſim tranſire, quod poſſeſſionem de diœceſano ad diœceſanum transferre.*

a ¶ Recompēſare.] hoc eſt dicere. videte ne ita cōmittemini de iſta amiſſione, q pp hæc deteriora omittans, i. ſuſpendatis vos, ſicut fecit Iudas qui ita triſtabatur de effuſione vnguenti, de quo ꝓpoſuerat decimam partẽ furari, ſicut de alijs rebus conſueuerat: vnde vt recōpenſaret illud dãnum, vẽdidit Dñm pro xxx. quæ ſunt decima pars trecentorum. tanti.n. potuiſſet vẽdi vnguentũ. Et ad ſimilitudinẽ Iudæ camerarij ſemper furantur decimam partem illorum quæ dantur dominis ſuis. 1

Iudas quare ſ. ſuſpēdit.

1 Ad idẽ qđ ſe. & no. 1. q. 1. Chriſtus. Arch.

b ¶ Paſtinatores.] Paſtinare idem eſt quod colere. ſic ponit. ff. quod vi aut clam. l. ſemper. §. 1.

c ¶ Recepta.] i. ſi deberetis recipere aliquid deberetis tantum mercedẽ recipere, vnde non conſiterētur, quod aliquid recipere deberẽt. extra de teſt. ex tenore.

d ¶ In ſinu.] Hec verba habes ext. de Iudæ. & ſi Iudæos.

ext. de Iudęis, c. etſi. citatur hoc tanquã vulgare prouerbiũ.

Serpens in gremio.] 1. Tim. 6.

e ¶ Vobis.] Sic 25. q. 2. ſic decet ſimile. 11. qō. 3. priuilegium, & ext. de ſimo. quia, in fin.

f ¶ Laicus.] vt 16. q. 1. ſi quis laicus.

16. q. 1. ſi quis laicus.

AD hæc. Decimationes.] Hæc qō. diuidit ĩ 12. par.

## QVAESTIO II.

AD hæc, † Decimationes iſtæ, & ſi iure vobis debentur.

† Adde q hæc dictio, ad hæc, aduerbialiter, & continuatiue ponitur idẽ in l. 1. §. ad hęc C. de anna. excep.

12. partes. In prima quæritur vtrū præſcriptione tollant̄ decimæ, & probat, ꝙ ſic per c. ſeq. Secunda ibi, [Nunc autem.] Tertia ibi, [Vnaquæque.] Quarta ibi, [Quod de libero.] Quinta ibi. [Quia ergo.] Sexta ibi, [Oblationes.] Septima ibi, [Item quæritur.] Octaua ibi, [Quibus peccata.] Nona ibi, [De obſeruatione.] Decima ibi, [Lugere.] vndecima ibi, [De mortuis.] Duodecima ibi, [De his autem.] Io. de Fant. CASVS. Hic intitulatur ſecunda qō. qua quæritur, an pręſcriptione temporis ius pcipiendi decimas, & ius funerãdi tollai; & reſpondet, ꝙ ſic, quadragenaria pręſcriptione, vt infra 16. q. 4. volun⁹. olim tamen pręſcriptio currebat tricennalis, ut ȷ̄. c. j. & cōtinet hæc quæſtio duos articulos. Primus eſt circa ius decimãdi, ut in hoc §. Secūdus circa ius funerandi, ut ȷ̄. ead. §. qūo. Reſpondent. ergo rei in hoc primo articulo, quod licet iure territorij priori eccleſiæ decimæ ſint perſoluendæ, tamen a ſua actione excluditur prior eccleſia tricēnaria, vel quadragenaria præſcriptione, & ad hoc inducit ſeq. c. [Ad hęc.] Ideſt, contra hæc, vel præter hęc.

præſcribi, ut contra epiſcopum, ut extra de præſcript. de quarta. Item una eccleſia poteſt præſcribere decimas intra parochiam alterius eccleſiæ, ut ext. de præſcri. ad aures. ſimiliter ius funerandi præſcribitur ſecundū leges vt C. de relig. monumentorum. ſimiliter alia ſacramēta ec- not. 10. q. 3. quia in gl. 2.

*ut aſſeritis* [a] *; tamen tricennalis* [b] *obiectio vobis ſilentiū imponit. Omnis enim poſſeſſio tricennaria præſcriptione tollitur, vel quadragenaria (ſicut poſſeſſiones religioſorum domorum) vel centenaria ſicut prædia ſanctæ Romanæ eccleſiæ.*

*Vnde Gelaſius Papa ait epiſcopis Siciliæ, epiſt. 2. c. 2.*

## ¶ Quæ triginta annis ab epiſcopis poſſidentur, iure ab eis vendicantur. C. I.

FAcultates [c] eccleſiæ, nec non & diœceſes, ſi quæ ab aliquibus poſſidentur epiſcopis, iure ſibi vendicēt, quod [d] tricennalis lex concluſit; quia & filiorum noſtrorum principum ita emanauit auctoritas, vt vltra xxx. [e] annos nulli liceat pro eo appellare [f], quod legum tempus excluſit. 16. q. 3. c. 2. §. illud etiam. Anſ. l. 5. c. 19. Burc. l. 3. c. 149.

*At illi econtra. Cuius auctoritate nobis ſilētium imponitis eiuſdē auctoritate veſtra ora claudimus. Ait enim idem Gelaſius: [Nulla* [g] *præſumptione ſtatum parochia* Pann. l. 2. c. 65. 16. q. 3. licet in regulis.

a ¶ Vt aſſeritis.] Hic de una exceptione trāſitur ad aliā. ſi quis enim ſuccubuerit in una exceptione, tranſire ad aliam poteſt, & etiam ad contrariam tranſire poteſt, ut extra de præſcrip. auditis. ff. de excep. nemo. ſimiliter de una actione poteſt tranſire ad contrariam, qui in una ſuccubuit, ut extra de iud. examinata. & C. de inoffic. teſt. contra maiores. & ff. de euict. minor. Sed quid ſi iurauit; ꝙ omnes exceptiones proponeret intra certum terminum? non uidetur, ꝙ poſſit unam poſt aliam proponere, ut extra de exceptio. paſtoralis. Nam etiam qui unam exceptionē propoſuit, ſi poſtmodum cum in illa ſuccubuit, vult aliam proponere, debet hoc facere intra terminum præfixum, ut inſtit. de excu. tut. §. qui autē. Ad hoc dico, ꝙ ſi alicui competerent plures exceptiones, quę non ſunt contrariæ: in eo caſu ſi intra pręfixū terminum non proponit omnes exceptiones; ſi in una ſuccubuit, non auditur in altera: & ſic intelligitur inſt. de excu. tut. §. qui aūt, & ext. de except. paſtoralis, ſi aūt ſunt contrariæ, ut ſi primo dixit ſe exemptum, tūc licet ſuccubuerit, nihilominus poſt tp̄s præfixum pōt aliam proponere, ut C. de inoffic. teſt. l. contra maiores. Sed in actionib. ita eſt dicendum, quòd ſi alicui competebant plures actiones, & poterat eligere qua uellet agere, eligendo unam, ſi in alia ſuccubuerit, non poterit tranſire ad aliam, 1 vt ff. de tribu. quòd in hæredem, §. eligere. Item qui negat ſe aliquid debere, ſi uincatur, poteſt adhuc alia exceptione uti⁹, niſi in caſibus a iure expreſſis, vt ff. de reg. iur. nemo ex his. Nam ſi quis neget numeratam pecuniam ſibi, ſi poſtmodum conuictus eſt, & uelit dicere ſe ſoluiſſe, nō audietur, ut C. de non nu. pe. in auth. contra qui. & ita non eſt inconueniens, ſi de una exceptione trāſit ad contrariā ſic 24. q. 1. quiſquis. ext. de teſtib. ex tenore. ſic ext. de excep. cū uenerabilis.

Actiones plures habens an vna electa ꝗdat alias.

1 Adde an hoc ſit indiſtincte uerū per Cy. in l. edita. & ibi etiam Bal. C. de eden.

Decimæ an poſſint præſcribi.

b ¶ Tricennalis.] Hic tacite annectit ſecundam quæſt. ſcilicet an ius decimarum, uel etiam ius funerandi poſſit pręſcribi. Et eſt expeditum, quod ius, i. libertas non dandi 2 decimas a clerico nomine eccleſię ſuę poteſt eccleſiaſtica pręſcribūtur, ut ex̄. de relig. do. cōſtitutus. Si quęras qualiter pręſcribuntur decimę, cum non continue dentur, & ſeruitutes pręſcribi non poſſunt, cum non cōtinuo poſſideantur, ut ff. de ſer. ſeruitutes? Reſp. licet perceptio decimarum non ſit continua, tamen ius percipiendi eſt continuum. Vel aliter licet perceptio non ſit continua, tamen cauſa percipiendi. (.ſ. præceptū Domini, quod perpetuum & continuum eſt) perpetua eſt. & naturalis. & hoc ſufficit ad præſcriptionē, quòd cauſa ſit perpetua & naturalis, ut ff. de ſer. urba. præd. foramen. ibi enim dicitur, ſi cauſam a cęlo habet, continuum dicitur.

2 De hoc ēt

FAcultates.] CASVS. Quidam epiſcopi poſſeſſiones aliarum eccleſiarum, ſimiliter & diœceſes aliorum epiſcoporum xxx. annis poſſiderunt. Quæſitum fuit a Gelaſio, utrum ſint tuti, uel ſecuri tanti temporis pręſcriptione. Et reſpon. quòd ſic, quia principū ita emanauit auctoritas, ut poſt xxx. annos nulli ſuper his liceat iudicem interpellare. [Concluſit,] Ideſt, acquiſiuit [Excluſit,] Illas poſſeſſiones ab epiſcopis quorum erant.

c ¶ Facultates.] Sic conſtrue, facultates eccleſiæ, quę ab aliquibus epiſcopis poſſidentur, ſupple ipſi epiſcopi iure ſibi uendicent, ideſt, defendant.

d ¶ Quod.] Ideſt, quia tricennalis lex concluſit, ideſt, acquiſiuit illas poſſeſſiones eis. Vel pone caſum, ꝙ ille epiſcopus, qui præſcripſerat res alterius, cecidit a poſſeſſione illarum rerum: tunc enim licite poſſet eas vēdicare a poſſeſſore, ut decimaſexta q. 3. §. poteſt.

e ¶ XXX.] Cum eccleſia pręſcribit contra priuatum, 3 ſed ſi eccleſia pręſcribit contra eccleſiam. & priuatus contra eccleſiam, requiruntur xl. anni, ut 16. q. 3. §. poteſt. in fine.

3 Ar. ad hoc. ext. de pſcri. illud. ubi de hoc. Arch.

f ¶ Appellare.] Ideſt, interpellare.

AT ILLI. CASVS. Per c. ſup. dictum uidebatur imponi ſilentium actoribus: & ideo actores eccleſię nituntur claudere os rei, eiuſdem Gelaſij auctoritate, quę eſt 16. q. 3. licet in regulis. ubi dicitur, ꝙ ſtatus parochiarum temporali pręſcriptione diuelli non poteſt. & ideo decimationes priori eccleſię aſſignatas nullus ſibi debet uſurpare.

g ¶ Nulla.] Infra 16. q. 3. licet in regulis.

a ¶ Vin-

Digitized by Google

a ¶ Vindicabili.] Ideſt, iniuſta Io. de Fan.

QVOMODO. CASVS. Non ſoluit hic G. contrarietatem duorum præmiſſorum cap. Gelaſij: ſed ſeruat reſolutionē, ĵ. 16. q. 3. Poſtea aūt annectit ſecundū articulum huius quæſt. ſcilicet, vtrum ius funerandi in ſepulchris parētum ſuorum, vt inf. ead. placuit. Ego credo, ꝙ libere poteſt quis eligere ſepulturam vbicunque voluerit, 1 vt extra eo. tit. cum liberum ſit, dum tamen legitimam portionem relinquat priori eccleſię, vt eo. tit. nos inſtituta, etiā apud locum minus religioſum, vt extra eo. in noſtra, & omnia cōtraria intelligas, qū eſt illectus, vł qñ ex contēptu, uel temeritate deſerit ſuā eccleſiam, vel quando legitimam portionē non vult relinquere eccleſię priori; parētes tamē non poſſunt filijs intra annos diſcretionis eligere ſepulturam, niſi hoc hēat conſuetudo, vt ext. ā ſepul. de vxore. & ext. eo. tit. in noſtra. in fi. ſi quis autem in caſu nō conceſſo receperit corpus alienum, ēt ſepultum reddere cogetur, cum omnibus quæ occaſione ipſius receperat, ut extra eod. fraternitatem. in fi. & extra eo. c. 1. & 2.

Sepulturæ electio vnicuique libera eſt.

1 Dummodo hoc non faciat ex odio, vel temeritate, inf. ... placuit ... in L. & B.

præ-

*rum, &c.] Si ergo temporalis obiectio diœceſim ſemel conſtitutam diuellere non poteſt: patet quod nec vobis patrocinabitur, vt ſtatum parochiæ noſtræ mutantes, decimationes nobis quondam legitime aſſignatas, vindicabili* [a] *vſurpatione vobis vendicetis.* ¶ *Quomodo autem diſtinguenda ſint hæ auctoritates; in cauſa monachorū inuenietur.*

16. q. 4.

2 *Nunc autem* [b] *quæritur de iure funerandi; quæ harum eccleſiarum habeat ius tumulandi iſtos. Sicut Hieronymus ſcribit, coniugati in vno ſepulchro videntur eſſe ponendi.*

In qō. Hebraicis in Geneſim, & de locis hebraicis.

*Ait enim.*

¶ In ſepulchro parentum ſuorum filij ſunt collocandi.

C. II.

Poly. l. 8. tit. 5. Burc. l. 3. c. 160. Iuo p. 3. c. 223.

EBron dicitur eſſe ciuitas quatuor [a] virorum; quia in ea ſepulti ſunt tres patriarchę in ſpelunca duplici [c] cum tribus vxoribus ſuis, i. Abraham & Sara Iſaac, & Rebecca, Iacob, & Lia, præter [d] ipſum Adam, & Euam vxorem ſuam. Tobia dicit ad filium ſuum. Cū acceperit Deus animam meā; corpus meum ſepelies, & honorē habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: & cum ipſa compleuerit tempus ſuum, ſepelias eā iuxta me in vno ſepulchro. *Ibidem.* ¶ Quos cōiunxit [e] vnū coniugium; coniungat vnum ſepulchrum: quia vna caro ſunt; & quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Tobia 4. & 14.

Burc. l. 3. c. 161. Iuo p. 3. c. 224. *Matth.* 19.

a ¶ Quatuor.] *Sic emendatum eſt cum antea legeretur, triam, Sic. n. legitur apud B. Hiero. in quæſtionib. hebraicis in Geneſim, de locis hebraicis, & in epitaphio Paulæ. Ac dictio hebraica ſignificat quatuor, & quatuor Patriarchæ hic numerantur, qui ibi ſepulti ſunt: Abraham, Iſaac, Iacob, & Adam cum vxoribus ſuis.*

Aliquid ſimile 9. cō feſſ. c. 11. ex ſnia aliquando matris ſuæ. Poly. ibid. Burch. l. 3. c. 162. & 163. Iuo p. 3. c. 225. & 226.

*Item Auguſtinus.*

C. III.

VNaquæque mulier ſequatur [f] virum ſuum, ſiue in

EBron.] CASVS. Dicit in hoc c. H... vxores eſſe ſepeliendas in ſepulchris virorum ſuorum. & hoc probat exēplo quinq; virorū. ſ. Abrahæ, Iſaac, & Iacob, Adæ, & Tobiæ. Seq. duo c. patēt per ſe.

c ¶ In ſpelunca duplici.] Ideſt, quia duo receptacula habuit in uno recipiebantur maſculi, in alio fœminæ.

d ¶ Præter.] Hæc dictio, præter, hic ponitur incluſiue. 2 ſic 35. q. 3. ff. de pigno. act. l. 1. in fin.

2 Sed excluſiue ponitur 16. q. 1. adijcimur. Ar.

e ¶ Quos cōiunxit.] Largius hic interpretatur Hieronymus auctoritatem Domini, quàm in Euangelio Matthæi intelligatur. & eſt ſi. 28. q. 1. idololatria.

præſcriptione tollatur. & certum eſt, quod ſic, cū quadragenaria pręſcriptione omne ius, & omnis actio tollatur. procedit G. ſic in hoc articulo. Primo inducit actores allegantes. Secundo reos reſpondētes. Probant ergo actores, quod ius funerādi ad ſuam eccleſiam dēt pertinere: quia vxores, & filij in ſepulchro virorum, & parentum ſunt collocandi: quod probat ix. auctoritatibus, & exemplis.

NVNC AVTEM. Hæc eſt 2. pars q. in qua probat p c. Hierony. (ſuperficialiter tamen) quòd oēs conſanguinei debent ſimul ſepeliri. Ioan. de Fan.

b ¶ Nunc autem.] Hic explicatur alter articulus primæ quæſtionis, ſcilicet, vbi iſti ſint ſepeliendi. De hac materia loquuntur varie iura H. dicit ꝙ quilibet poteſt ſepeliri in ſua eccleſia, ubi audiuit diuinum officium, vt extra de ſepul. in noſtra. niſi in tribus caſibus, ſi velit tranſire ad epiſcopalem eccleſiam, ut inf. ea. vbicunque, vel ſi eligit ſepulturam in loco magis religioſo, ut extra de ſepul. fraternitatem. vel ſi velit ſepeliri

VNaquæq;.] Hæc eſt 3. pars q. in qua probat, ꝙ omnes non poſſunt ſimul ſepeliri. Io. de Fan.

f ¶ Sequatur.] Nunquid ergo tenetur ſequi virum vagantem? Videtur quod non, vt 34. q. 2. ſi quis. ſic nec libertus tenetur ſequi patronum vagantē, ut ff. de ope. lib. quod niſi ar. ff. de procu. ſed & hæ. §. non ſolum, ff. de an. leg. l. Mæuia, §. 1. Sed contra. quia etiam tenetur ſequi leproſum. extra de coniug. lepro. cap. 2. & 3. Credo. ꝙ ſi ſciret eum eſſe hiſtrionem, tenetur eum ſequi, alias non H. tñ dicit, quòd ſemper dēt ipſum ſequi, & dicit, quòd illud c. ſi quis eſt abrogatum: ſimiliter dicit, quòd dēt ipſum ſequi etiam ſi mittatur in carcerē, uel ſi cogatur ire in exercitum. Sed eadē ratione dēt ipſum ſequi quoties dominus petit a viro, qui eſt ſeruus, ut ſeruiat ſibi lex. tamē dicit, quòd poſtquam liberta nupſit voluntate patroni, quod amodo nō dēt ſeruire pa-

Vxor an teneatur ſequi virum vagātem.

treno. propter ſuſpicionem: ſed patronæ ſuæ poteſt ho neſte ſeruire, vt ff. de ope. lib. ſicut.

a ¶ In morte.] Hoc eſt cōſilium, vt extra eo. tit. de vxo re. Quærit. H. pone, quod mulier plures viros habuit: quē illorum debeat ſequi in ſepultura ſibi eligenda ſecūdū l. non eſt quęſtio, quia pōt eligere ſepulturā, vbi uoluerit. H. dicit, [1] quod tenet vltimū ſequi: ſicut ultima eccleſia ſuccedit clerico. 18. q. 1. c. vno. ſicut ultimum virum ſequit in domicil. & honore ff. ad muni. filij. §. 1.

Vxor quæ plures uiros habuit, cum quo ſepelietur.

1 Iſtam opinionem ſequitur Alex. de Imo. in l. cum quædā. col. 3. ff. de iur. om. iud.

SOROR. CASVS. Probat G. ī hoc c. quod omnes de eadem parētela, & coniugati oēs sūt in eodem ſepulchro ponēdi, & hoc probat exēplis 5. & auctoritatibus.

b ¶ Viſitationis.] Id eſt, cum Deus eos viſitaret, & educeret eos de terra Aegypti. i. Aegyptiaca ſeruitute: & hoc petijt: quia ignominioſum erat tūc, quod aliquis nō ſepeliretur in ſepulchro patrum ſuorū, vt ſtatim ſequitur. vel quia in ſpiritu viderat, quia dominus reſurgere dēret ibi, & prouiderat multos reſurrecturos ibi cū illo, & ipſe forte erat vnus ex illis.

Ioſeph in ſepulchro maiorum ſepultus fuit certa ratione.

c ¶ Prophetę.] Abdo ſcilicet. hanc hiſtoriam habes 1. q. 1. ſi quis inquit.

d ¶ In nouo teſtamēto.] Id eſt, tempore noui teſtamenti. nō fuit iſte Philippus Apoſtolus, ſed vnus de ſeptem diaconis.

HIS OMNIBVS. CASVS. Concludūt actores ex ſupradictis x. auctoritatib⁹ vel exemplis, quod iſti parochiani, qui ſupplunt, apud eccleſiam ſuam cum parentibus ſunt tumulandi, quia parentes apud illam ſepulti fuerunt.

ECONTRA. CASVS. Nūc respondēt rei, quod vxores, vel filij nō coguntur virorū ſuorum, vel paterū ſepulturas ſequi: ſed vbicunque voluerint, ſuo corpori ſepulturā poſſunt quærere pro locorum, & temporum opportunitate. hoc probant tribus exemplis, una ratione, & una auctoritate. Et omnia plana ſunt uſque ad §. quod de libero.]

e ¶ Econtra.] Reſponſio defenſorum.

f ¶ Arbēe.] I. eſt. Ebron.

g ¶ De Cethura.] Quæ etiam Agar dicitur.

h ¶ Rachel.] Vxor Iacob.

i ¶ Arbitrium.] Sic extra de offic. deleg. de cauſis.

K ¶ Vlti-

vita, ſiue in morte. [a] *Item Gregorius.* ¶ Soror B. Benedicti ſepulta eſt in ſepulchro quod ipſe ſibi præparauerat: vt quorum mens vna fuit ſemper in Domino, corū quoque corpora ſepultura non ſeparaet.

B. Greg. l. 2. dialect. c. 34.

¶ *In pleriſque vetuſtis caput hoc coniunctum eſt superiori, nec ipſa prorſus auctorum verba afferuntur.*

*Itē Ioſeph moriens in Aegypto rogauit fratres ſuos, ut tempore uiſitationis* [b] *ſua oſſa ſua ſecum deferrent, & in ſepulchro patrum ſuorum ea collocarent.* ¶ *Item. Dictum eſt prophetæ,* [c] *qui contra præceptum Domini comederat in Bethel: [ Non inferetur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorum.]* ¶ *Item. De nōnullis legitur in libro Regum; [ obiit, & appoſitus eſt ad patres ſuos.] hoc eſt in ſepulchro patrum ſuorum. Item. In nouo teſtamento* [d] *beatus Philippus legitur ædificaſſe ſibi ſepulchrum, in quo ipſe, & filiæ eius quieuerunt.* ¶ *Item Beatus Seuerus Rauennatum archiepiſcopus tumulum fieri iuſſit, in quo ſe, & uxorem & filiam collocauit.*

Gen. 50.

3. Reg. 13.

Rufinus hiſt. eccle. l. 3. c. 31.

In vita SS. to. 1. & in pomœrio eccleſiæ Rauennatis.

¶ *His omnibus exēplis colligitur, quòd in ſepulchris parentum corpora filiorum collocanda ſunt. Quia ergo parentes iſtorum apud priores eccleſias ſepulti ſunt; & hi apud eaſdem debent tumulari.* ¶ *Econtra,* [e] *Adam, ut aſſeritur, in ciuitate Arbee* [f] *tumulatus eſt. Sed nunquid omnes filii eius ſepulti ſunt ibi? tanta multitudo humani generis tam breui tumulo non tam facile poſſet includi.* ¶ *Item Abrahā ibi ſepultus eſt. Sed nūquid Iſmael, & Madai & aliquos de Cethura* [g] *genuit ibi ſepulti ſunt? Item Iſaac ibi ſepultus eſt. Sed nunquid Eſau cum eo tumulatus eſt?* ¶ *Item Iacob ibi collocatus eſt. Sed nūquid aliquis filiorum eius præter Ioſeph ibi ſepultus eſt? Rachel* [h] *quoq; non in Ebron, ſed iuxta Bethleem* † *tumulata legitur. Exemplo igitur iſtorum liquet, quòd liberum eſt filiis ſepeliri in ſepulchris patrum ſuorum, & liberum eſt eis alibi pro locorum, & temporum opportunitate corpori ſuo hoſpitium inuenire. Non ergo hoc exemplo iſti coguntur ſepeliri in ſepulchris patrum ſuorum.* ¶ *Item, quæ legibus definita ſunt, mutari non licet. Quæ autem legibus expreſſa non ſunt, arbitrium* [i] *ſequuntur humanæ voluntatis. At legibus definitū eſt, quibus decimæ ſint perſoluendæ; & ideo danti mutari nō licet. Vbi autem quiſque tumulandus ſit, legibus expreſſum non eſt; & ideo in uoluntate tumulandi conſiſtit.*

Gen. 25.

Gen. 35. 49. & 50.

Gen. 35.

† in vulgatis legebatur, Bethel.

16. q. 1. admonere.

*Vnde beatus Gregorius ait.*

¶ Vltima voluntas defuncti ſeruari debet. C. IIII.

VLtima [k] voluntas defuncti modis omnibus conſeruari debet.

k VLtima.] Vltima voluntas defuncti pro lege ſeruanda eſt, ut in Authen. de nupt. §. diſponat coll. 4. & ſi quis eam non ſeruat, hoc ipſum quod ei eſt relictū, ab eo auſertur, ut 13. q. 2. Sylueſter. & hoc intelligas cum

Defuncti uoluntas an ſit ſemper ſeruanda.

eum voluntas eſt rationabilis. nam ſi moriēs exhæredare vult filium ſine cauſa, hæc voluntas non eſt ſeruāda, vt inf. ead. ſi quis. ſimiliter ſi quis præcipiat corpus ſuū iactari in mare, vt ff. de cond. inſtit. quidā. ſed ipſe moriēs bene poteſt mutare voluntatē ſuam, nam ambu la-

non ſerui, ſeruus enim teſtamentum condere non poteſt, & ad hoc inducit ſeq. cap. & non facit iſte §. ad principale propoſitum Gratiani.

ILlud etiam. CASVS. Ampliatus ſeruus Romanæ eccleſiæ conduxerat quędam prędia, de quibus tertiā partē, vel quartam iuxta Siciliæ prouinciæ morē Papæ reddebat: qui cum ęgrotaret, condidit teſtamētum. Præcepit ergo Gelaſi⁹ Honorio ep̄o, vt omne peculiu & oēm ſubſtantiā eius, filijs eius fideli deſcriptione faciat tradi, vt per eos eccleſia reddatī indēnis. ſic poſuit Ben. hunc caſum. H. vero ponit ſic Ampliatus iſte ſeru⁹ erat eccleſiæ Romanæ, & cuiuſdā patrimonij eccleſiaſtici procurationem geſſerat cū quibuſdā filijs ſuis: ex qua adminiſtratione adhuc nō reddiderat ratiocinia. Teſtm̄ tñ licet eſſet ſeruus, facere volebat. Scribit ergo Gelaſius Honorio ep̄o mandans ei, vt non permittat illū facere teſtamētum, & ſi contigerit eū moris totā patrimonium eccleſiæ ſibi cōmiſſum faciat deſcribi, & intactum apud filios ſeruari donec ipſi pro tp̄e ratiocinia reddant, & eccleſiam ſeruēt indemnem. Sed certè ego Barthol. Brix. magis approbo caſum H.

a ❡ Conductor. improprie dī ſeruus conductor. Nam nec ſeruus aliquid dēt, nec aliquid ei debetur: ſed potius per talia verba reſpicitur factū, quam i. s. ut ff. de pecu. nec ſeruus.

rius, ff. de ſeruit. quoties, ſm Goff. qui ita not. extra de conſt. ex literis. Arch.

❡ *Sententia huius cap. habetur lib. 3. epiſt. 9. in verbis, quæ referuntur inf. 16. q. 1. admonere. itemq; lib. 9. epiſt. 20.* Neceſſe eſt, inquit, ut ſi impletum hoc fuerit, defuncti diſpoſitio conſeruetur. *Sic enim in manuſcriptis: licet in vulgatis ſit,* depoſitio conſeruetur.

4 *Quod de libero, & non de ſeruo intelligendum eſt. Seruus enim teſtamenti paginam condere non poteſt.*

*Vnde Gelaſius Papa ſcribit Honorio epiſcopo.*

Iuo p. 16. c. 111.

❡ Seruus teſtamentum facere non poteſt. C. V.

ILlud etiam ſinceritatem tuam volumus nō latere; ad nos fuiſſe perlatum, ꝗ Ampliatus conductor [a] (quē non ſolum ſeruum conſtat eſſe eccleſiæ, ſed ita eius rationibus à multis temporibus implicatū, vt etiam ſi eſſet ingenuus, donec ratiocinia cuncta deduceret, modis omnibus obnoxius haberetur) auſu temerario molitus fuerit condere paginā teſtamenti, cuius omne peculiū eccleſiaſtico iuri legib. nō dubitetur obſtrictum. [b] Quapropter his præſumptionibus vice noſtra, tua fraternitas cōtradicat; [c] nec fieri prorſus aliqua ſurreptione permittat. Ac ſi eidem quidquam humanitus forte contigerit, quia grandæuus eſſe memoratur; mox eius ſine dilatione ſubſtantiam præcipiat humanitas † tua filijs eius dūtaxat, quibus patrimonium probatur eſſe commiſſum, ſub fideli deſcriptione contrahi; donec vniuerſis tēporibus, quibus hoc patrimonium gubernaſſe cognoſcitur, partes Dominicas reddere cogantur indemnes.

† al. vnanimitas.

5 *Quia ergo ſecūdum Gregorium vltima voluntas defuncti conſeruanda eſt; pro iſtorum voluntate corpora eorum ſunt tumulanda, non pro arbitrio veſtræ diſpoſitionis.*

*Item in Triburienſi concilio legitur.*

❡ *In Triburienſi impreſſo cap. 15. habetur eadem ſententia, ſed non iiſdem omnino verbis expreſſa.*

16. q. 1. vbicunque. Burc. l. 3. c. 237. Iuo p. 3. c. 278.

❡ Vbi quiſque decimas perſoluerit, ibi ſepulturam eligere debet. C. VI.

VBicumbulatoria eſt voluntas defuncti, vt ff. de adimē. leg. l. 1. ſed pone, ꝗ quis iurauit, ꝗ non veniret contra voluntatē ſuam, nunquid poteſt venire contra? Videtur ꝗ non: 1 quia hoc iuramētum non vergit in interitū ſalutis æternæ, ergo eſt ſeruandum, vt extra de iureiur. ſi vero. Sed contra nemo pōt ſibi indicere legē: 2 vt nō liceat ſibi recedere a priori voluntate, ut ff. de lega. 3. ſi quis. in princ. & libertatem ſupremi iudicij nemo pōt conſtringere, ut ff. pro ſoc. cum duobus, §. Papinianus, in fi. argum. contra extra de iureiur. cum contingat. ſed hoc plenè notaui in quæſtionibus. B.

1 Q̄ū & verū eſt hic arg. ... ſi aduerſus vēd. auth. ſacramēta, ext. de iureiur. cū contingat, ſm Io. de Fan.

2 Dicas, ꝗ nemo pōt ſibi impere legem, niſi interſit alte-

QVOD DE LIBERTO. Hæc eſt quarta pars q. in qua probat contra, ſ. quòd ſeruus non poteſt facere teſtamentum, & hoc probat per c. ſeq. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſ. ꝗ ultima voluntas defuncti modis omnibus eſt ſeruanda. Nunc vero dicit Grat. quòd hoc intelligendum eſt de voluntate liberi hominis, &

b ❡ Obſtrictum.] Non intellige obſtrictum, i. obligatum: quia cum peculium quod ſeruus habet, ſit domini, domino non poteſt res ſuas obligare, ut ff. de regul. iur. neque.

c ❡ Contradicat.] Non tanquam hæredibus, quia ſeruus non poteſt habere hæredē, vt C. commu. de ſucc. ſeruus. ſed conſuetudo eſt plurium locorum, quòd filijs relinquatur peculium, quod pater habuit.

Seruus hæredem habere non poteſt.

QVIA ERGO. Hæc eſt quinta pars, in qua dicitur, quòd nullus ſine cauſa dēt dimittere ſepulturam patrum. & hoc probat per tres auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Hic reuertitur G. ad principale propoſitum, & concludit ex illo cap. Greg. ſ. vltima voluntas, ꝗ quilibet poteſt ſibi eligere ſepulturam pro arbitrio ſuo, & non pro arbitrio prioris eccleſiæ, & ad hoc probādum inducit ſeq. cap.

VBicunque.] CASVS. Triburien. concilium ſtatuit, quod

que [a] temporum, vel locorum facultas tulerit; apud maiorem eccleſiam, vbi ſedes eſt epiſcopi, ſepulturæ celebrentur. Si autem propter temporis, vel loci aſperitatem hoc difficile fuerit viſum; apud eccleſiã, in qua religioſorum canonicorum, vel monachorum, vel ſanctimonialium religioſa congregatio communiter degerit, ſepeliatur. Si autem & hoc ineptum viſum fuerit; vbi quis decimas perſoluebat viuus, ibi ſepeliatur & mortuus.

*Quia ergo decimam [b] nobis perſoluebat viuus; & apud nos ſepeliendus eſt mortuus. Item, ſi quis de prouincia ad prouinciam tranſiret, & ibi domicilium ſibi collocaret, liber factus [c] à ditione prioris iudicis, iuriſdictioni illius iudicis ſubyceretur, in cuius prouincia ſedem ſibi eligeret. Quia ergo iſti à veſtra diœceſi, in noſtram tranſierunt; liberi à veſtra ditione, noſtro iuri ſubyciuntur. Noſtrum eſt ergo ius funerandi eos.*

*Sed obycitur illud Melchiadis Papa.*

¶ Propria temeritate ſepulturam parentum relinquere non licet. C. VII.

PLacuit per omnia magno cõcilio, vt nullus proprij arbitrij temeritate [d] aliam eccleſiã, niſi cui viſus antiquorum parẽtum canonica inſtitutione ſubiacere perhibetur, ſepulturę cauſa adire ꝓcuret niſi infirmitatis [e] cauſa præpeditus in aliam fuerit regionem quolibet negotio progreſſus. Ad hæc, ſi quis prælatus contra hoc agere ſategerit; eccleſiaſtico vinculo ſe ſubdi cognoſcat.

*Sed*

quod ſi quis poteſt, debet ſepeliri apud epiſcopalem eccleſiam: ſin autem, apud aliquod monaſterium, uel eccleſiam regularem. Sed ſi hoc aptè fieri non poteſt, ſepeliatur apud illam eccleſiam ubi uiuus decimas magis perſoluebat. Et dicit H. quòd illud quod dicitur de epiſcopali eccleſia, intelligitur de illis, qui habent antiquã ſepulturã in epiſcopali eccleſia: qa de oib. ciuilibus non poſſet intelligi, qa nõ impediũtur ratione loci, uel temporis: nec de illis, qui ſunt in epiſcopatu, cum ratio & cõſuetudo nõ obtineat, nec de peregrinis poteſt intelligi, cũ eis c. cõtradicat: quia tales, ibi decimas nõ perſoluunt.

a ¶ Vbicũque. ] ſed nõne quilibet ſepeliẽdus eſt, ubi recepit ſacramẽta eccleſiaſtica? ut ĩ.c. ꝓx. & extra eo. tit. ĩ noſtra. Ad qd ergo diuiſa eſſent cœmiteria, ſup. ca. ca. 1? Rñ. uerum eſt. Sed iſtud ca. inſtruit, ꝙ ſi qs uult eligere aliã ſepulturã, ꝙ hũc ſeruabit ordinẽ in eligendo. potius enim eliget epiſcopalẽ eccleſiam, quàm alteram. ſi tñ alio modo eligit, ſtandũ eſt uoluntati ſuæ: dum tamẽ habeat iuſtam cauſam eligẽdi, epiſcopo autẽ non ꝑfigitur talis doctrina: nam poteſt eligere ſepulturam in minori eccleſia, vt 12. q. 2. bonæ. & intelligo quod ſemper ex temeritate, vel cõtemptu, vel ex electione mutatur ſepultura, niſi appareat certa cauſa mutationis, vel niſi ſeruet hunc ordinem, qui hic ſtatuitur in eligendo ſepulturam.

QVIA ERGO. CASVS. Concludunt rei, quod apud ſuam eccleſiam iſti parochiani ſunt tumulandi, duabus rationibus. Prima ex fine præcedentis cap. ſcilicet, quia viui epiſcopo eccleſiæ decimas perſoluerũt: ergo ibi ſepeliendi ſunt. ſecunda ratio, quia poſtquam quis trãſit de prouincia in prouinciam, liber factus eſt à iuriſdictione prioris iudicis. & ſubijcitur illi in cuius prouincia ſedem collocauit: vnde iſti ſubijciuntur iuriſdictioni ſecundæ eccleſiæ. & apud eam debent ſepeliri.

b ¶ Decimam. ] Perſonalem.

c ¶ Liber factus. ] Hoc eſt verum, quãdo plenè ſe trãſtulit, vt 21. quæſt. 2. ſi quis iam tranſlatus ſecus ſi trãſferret ſe ad ſecundum locum, non tamen animo relinquendi primum locum: tunc enim retinet primum locum & ſecundũ, vt ff. ad municip. ſi quis inſtructus. Et quod hic dicitur, intellige quod quis poteſt ſe trãsferre de vno foro ad aliud re integra. nam ſi quis in vno loco eſt conuentus, licet tranſeat ad aliud forum, tamẽ in priori foro reſpõdebit, vt ff. de iuriſd. om. iud. l. pen. Item & hic ſcias, quod ſola habitatio nõ facit aliquem eſſe de iuriſdictione alicuius, niſi per decem annos ſteterit ibi, 1 vt C. de inco. l. 2. lib. 10. niſi quo ad hoc qđ ibi reſpondebit, 2 ut ff. de iudic. hæres.

SED OBIICITVR. CASVS. Adhuc obijciunt actores contra reos, & inducunt ſeq. cap. ſed per illud non reſpondent vltimæ allegationi reorum, ſed ſolum illis quas collegerunt ex illo cap. vltima voluntas. & etiam ex illo cap. vbicunque.

PLacuit. ] CASVS. Quæſitum fuit à Melchiade Papa, utrum aliquis poteſt ſepulturã nouam propria temeritate eligere: & antiquam parentum ſuorum deſerere? Et reſpondet quod non ſi quis prælatus contrafecerit, debet excommunicari.

d ¶ Temeritate. ] Iſtud uerbum ſoluit contraria: nam alias poteſt quis ſibi eligere ſepulturam, ut extra eo. c. 1. & cap. cum ſit liberum, & cap. in noſtra.

e ¶ Niſi infirmitatis. ] Hoc eſt contra H. qui dicit, quod ĩ tribus caſibus poteſt mutari ſepultura, vt dixi in ſumma. hic habet locum diſtinctio decret. extra eodem titu. de his.

SED ALIVD. CASVS. Iſte §. diuiditur in tres partes. In prima parte ponit G. quandam ſolutionem pro reis, dicens quòd aliquis ex temeritate, ſcilicet ſuperbia, uel odio, uel uanis perſuaſionibus, uel muneribus illectus non debet eligere ſepulturam nouam, & contemnere ſepulturam parentum ſuorum, ſed rationabili cauſa, & iuſta nouam eligere poteſt. Nec obſtat quod dicit Gregor. quod ultima uoluntas libera debet eſſe: quia libera eſt cum quis certa ratione ductus, nouam ſibi quærit ſepulturam. In ſecunda parte ponit quandam ſolutionem aliorum, quæ uidetur facere contra reos, dicentium, quod libera eſt uoluntas ultima cuiuſcunque, nõ in ſepultura ſibi eligenda, ſed in teſtamento conficiendo. Vnde teſtamentum dicitur; quia eo quiſque libere teſta-

Sepulturam an poſſit [illegible] quis ſibi eligere.

Forum mutare, an alicui liceat.

1 Idem tũc dicas cũ de iuriſdictione ſecundi, cũ eo animo larẽ mutat, ut ibi permaneat. C. de incol. ciues. [illegible] Lau.

2 Scilicet ratione cõtractus. & in alijs caſib. notatis 5. q. 6. in ſumma. Io. de Fan.

teſtatur. In tertia parte obijcit Gratianus, ꝙ etiam in teſtamento non uidetur libera uoluntas. Et hoc probat duabus auctoritatibus: una Auguſtini dicentis, ꝙ pro numero filiorum debet fieri diſtributio facultatum. Et alia Leonis dicentis, ꝙ quilibet debet medietatem eorum

*aliud* [a] *eſt ex temeritatis ſuperbia vſum antiquorum parentum non ſequi: atq; aliud, rationabili occaſione nouã ſibi ſepulturam eligere. Contra Melchiadis Papæ auctoritatem nititur, qui ſuperbia, vel odio ductus, ſiue uanis perſuaſionibus, aut uarijs munuſculis illectus, ſepulturã parentum ſuorum ſequi contemnit* α. *Secundum Gregorium autem liberam habet uoluntatem, qui certæ rationis cauſa nouum ſuo corpori quærit hoſpitium. ¶ Vel vt quidam* [b] *diſtinguunt, libera eſt ultima uoluntas cuiuſq; non in ſepultura ſibi eligenda, ſed in teſtamento conficiẽdo. Vnde & teſtamentum appellatur: quia eo quiſque libere teſtatur, quod poſt ſuum deceſſum de proprijs rebus fieri uelit. ¶ Sed non uidetur* [c] *libera teſtatoris uoluntas; cum ſecundum Auguſtinum pro numero filiorum debeat fieri teſtamentaria diſtributio facultatum: ueluti, ſi quis habet unum filium; Chriſtum putet alterum: ſi uero duos; Chriſtum faciat tertium: & ſic per ordinem. Et ſecundum Leonem quiſque medietatem* [d] *eorum, quæ Chriſto teſtatur, eccleſiæ iubetur relinquere, apud quam fidei ſacramenta ſuſcepit. Sed illud Auguſtini non eſt iubentis: ſed dehortantis: ne quis iratus filium ſuum exhæredaret: atque totum Chriſto relinqueret. Ait enim in ſermone 2. de vita clericorum.*

inf. c. proximo.

ext. tit. de ſepul. ca. relatum.

Siue ſerm. 52. ad fratres in heremo: omittuntur autem uerba aliquot.

α Sequi contemnit.] *In duobus exemplaribus Gratiani Vaticanis ſequitur,* Ait Leo epiſcopus, &c. *& ponitur integrum caput,* relatum *extra tit. de ſepult. quod etiam refertur ab Iuone p. 7. c. 150. & ab Anſelmo l. 5. c. 55. & in Polycarpo li. 4. tit. 34. ex Leone nono. Verum in alijs duobus uetuſtis, & ualde emendatis hoc idem caput ponitur poſt verſ.* Sacramenta ſuſcepit. *Et certe verba iſta, &* ſecundum Leonem, &c. *indicant alicubi hanc Leonis auctoritatem a Gratiano eſſe relatam.*

¶Pro numero filiorum pars hæreditatis Deo offeratur. C. VIII.

In conc. Aquiſgran. c. 112.
Iuo p. 3. c. 178.

SI quis iraſcitur [e] filio ſuo, & moriens exhæredat eum ſi viueret, non eum placarem? nõ ei filium recõciliare deberem? Quomodo ergo cum filio ſuo volo vt habeat pacem, cuius appeto [f] hæreditatem? Sed plane ſic faciat; quod ſæpe hortatus ſum. Vnum filium habet, putet Chriſtum alterum: duos habet, putet Chriſtum tertium: decẽ habet, Chriſtum vndecimum faciat, & ſuſcipio.

*Hac nimirum auctoritate menſura teſtatori præfigitur, non quam cogatur exoluere, ſed quam prohibetur* [g] *tranſcendere.*

*6 Oblationes ergo defunctorum qui reddere noluerit, excommunicetur. Vnde in Carthaginenſi concilio 4. c. 95.*

Pater ſine cauſa filium exhæredare non poteſt.

rum, quæ teſtatur eccleſiæ ſuę relinquere. Tandem dicit ꝙ Aug. loquitur exhortatiue, uel de conſilio, ne pater iratus filium exhæredet. Secunda pars incipit ibi, [Vel ut quidam.] Tertia ibi, [Sed non uidetur libera.]

a ¶Sed aliud.] Gr. hic ponit duas ſolutiones.

b ¶Vel ut quidam.] Secunda ſolutio.

c ¶Sed non uidetur.] Nunc obijcit ſolutioni [illegible].

d ¶Medietatem.] Quandoq; tertiam ſecundum conſuetudines diuerſas, ut ext. eo. tit. certificari.

SI quis.] CASVS. Quidam clerici parati erant totam hæreditatem recipere cum pater filium ſuum exhæredabat, quos reprehendit Auguſtinus, cum potius debeant patri filium reconciliare, quàm hæreditatẽ appetere. Vnde docet, quod ſi pater vult tantũ relinquere Chriſto quãtum uni filiorũ paratus eſt ſuſpicere. [Non eum.] id eſt, non ne. & ponitur interrogatiue, & litera ſequens ſimiliter ponit interrogatiuẽ.

e ¶Iraſcitur.] Hodie .n. non poteſt quis exhæredare filium ſuum niſi habeat iuſtam cauſam exhęredationis, & illa debet ſcribi in teſtõ, vt C. de li. præt. authen. nõ licet tñ ex iracundia omnia ſua dare poteſt eccleſiæ, dum tamen relinquat legitimã filijs, ut 17. q. 4. ſunt qui opes. Item ſi quis relinquit bona ſua eccleſiæ propter defectum filiorum honeſtum eſt, quod eccleſia reſtituat ei bona ſi cœperit habere filios, ut 17. q. 4. c. vl.

f ¶Appeto.] Sic 22. q. 2. non enim.

HAC NIMIRVM. CASVS. Ponit hic Gra. quandã ſolutionẽ falſam dicens, ꝙ Aug. nõ præcipit teſtatori, ut tñ Chriſto relinqueret quãtum uni filiorũ, ſed ꝓhibet ne plus Chriſto relinquat quàm uni filiorum, quod falſum eſt, cũ pater filijs ſuis vltra tertiã, ſi ſunt quatuor uel pauciores; vel medietatem, ſi ſunt ſex, & ultra relinquere nõ teneãtur, ut in auth. de trien. & ſe. circa prin. In fine oſtendit, ꝙ qui oblationes defunctorum reddere nolunt, ſunt excõicandi. Primum c. quod ſequitur, planum eſt.

g [Prohibetur.] Falſum dicit, quia etiam totum dare poteſt eccleſiæ, ut 19. q. 3. perlatum [1] dum tamẽ legitimã relinquat filijs, ut C. de inoff. teſt. auth. nouiſſima. OBLATIONES. Hæc eſt 6. pars quę, in qua probat magiſter, quod ille qui detinet oblationes defunctorum, quas

1 Et c. ſi qua quæ ſignant pro contrarijs. ſed intellige prohibetur tranſcendere ex calore iracũdiæ, & ex odio. uel prohibetur .i. diſſuadet, & conſulit ei .i. conſilio Aug. ſuadet, & conſuluit ei, ut nõ trãſcendat eam ſm Hu. hæc ultima expoſitio vi melior quã prima, ut nõ cõtradicat, qđ dic ut ſup. c. prox. in gl. j. Arch.

quas defunctus mandauit, peccat mortaliter, & hoc probat per tria c. Io. de Fant.

a Qvi oblationes.] Non intelligas hoc de oblationibus voluntarijs: ſed de illis, quæ relicta ſunt eccleſijs qui enim debitas oblationes tenet, uel decimas, uel primitias, excommunicatur, ut 32. diſt. præter hoc, & 16. q. 1. ſtatuimus.

quadrupliciter dr̃. ſ. terra nondum dedicata, hæc uendi põt, ut arg. 12. q. 2. aurũ: Itẽ dr̃ ſepultura officium ſepeliendi, iſtud ſine ſimonia uendi nõ põt, ut 1. q. 1. ductũ. Tertio dicitur terra dedicata. Quarto ius ſepeliendi: hæc uendi non debent, ut inf. ea. in eccleſiaſtico.

¶Excommunicentur qui defunctorum oblationes eccleſijs negant. C. IX.

QVi oblationes [a] defunctorum aut negant eccleſijs [b] aut difficulter reddunt; tanquam egentium [c] necatores excommunicentur. Bur. l. 3. c. 142. Iuo p. 3. c. 208.

*Item ex concilio Vaſenſi, 1. c. 4.*

¶Vt infideles eijciantur ab eccleſijs, qui defunctorum oblationes retinent. C. X.

QVi oblationes defunctorum retinent, & eccleſijs tradere demorantur, ut infideles ſunt ab eccleſia abijciendi: quia vſque ad inanitionem fidei peruenire certum eſt hanc pietatis diuinæ exacerbationẽ; quia & fideles de corpore recedẽtes, votorum ſuorum plenitudine, & pauperes conſolatu alimoniæ, & neceſſaria ſuſtẽtatione fraudantur. Hi enim tales quaſi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei, habendi ſunt. Vnde & quidam [d] Patrum hoc ſcriptis ſuis inſeruit, congruente ſententia, qua ait: [Amico quidpiam rapere, furtum eſt; eccleſiam vero fraudare, ſacrilegium [e].] Deuſdedit p. 4. Iuo p. 3. c. 155. ſup. 12. q. 2. gloria

*Item ex concilio Agathenſi, c. 4.*

¶Qui oblata eccleſijs, aut teſtamento relicta retinere præſumpſerint, excommunicentur. C. XI.

CLerici, vel ſæculares [f], qui oblationes parentum aut donatas, aut teſtamẽto relictas retinere pſtiterint, aut id, quod ipſi donauerint eccleſijs, vel monaſterijs, crediderint auferendum; ſicut ſancta ſynodus conſtituit, velut necatores pauperum, quouſque reddant excludantur [g] eccleſijs. ¶Si quis autem clericus furtum eccleſiæ fecerit; peregrina [h] ei communio tribuatur. Burch. l. 3. c. 140. ex concilio apud Valẽtias. Iuo p. 3. c. 20. Pann. l. 2. c.

7 *Item quæritur [i], an pro ſepultura mortuorum aliquid ſit exigendum. De his ita ſcribit Greg. lib. 7. regeſti, indict. 2. epiſt. 55. Ianuario epiſcopo Sardiniæ.* & in conc. Meldenſi, c. 72.

¶Pro ſepultura nihil muneris exigendum eſt. C. XII.

QVeſta eſt nobis Nereida fœmina clariſſima, quod ab ea centũ ⁊ ſolidos pro filiæ ſuæ ſepultura fraterni- Poly. l. 8. tit. 5. Iuo p. 3. c. 101.

b Negãt eccleſijs.] ſi autem cõfitẽtur, q̃ debeant, ſed exceptionem aliquã proponunt quare dare non dẽnt, audiẽdi ſunt, ut ff. de leg. j. ſi domus. §. qui contentur. extra. de off. de leg. ex parte 2.

c Egentiũ.] Vt 63. d. paſce, & 16. q. j. decimæ. & extra de reſcrip. ſi quando.

QVi oblationes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, q̃ excommunicandi ſunt qui tradere nolunt eccleſijs oblationes defunctorũ. Et hoc pbat tribus rõnibus. Prima eſt, quia infideles reputantur. Secunda, quia voluntatem defunctorũ nõ ſeruant. Tertia, quia pauperibus neceſſaria ſubtrahunt. In ſecunda parte dicitur, q̃ tales ſacrilegium committunt. Secunda pars incipit ibi, [Vnde & quidam patrum.

d Et quidam.] ſ. Hieronymus, ut 12. q. 2. gloria epiſcopi.

e Sacrilegium.] Alibi dicitur talis homicida, ut 12. q. 2. qui abſtulerit.

CLerici CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes: In prima parte dicitur, quod clerici vel laici ſunt excommunicandi, qui nolunt reſtituere oblationes, quas parentes dederunt in uita, uel reliquerunt in teſtamento: uel qui volunt auferre eccleſiæ id quod ipſi donauerunt. In ſecunda parte dicitur, q̃ clerico furtum facienti peregrina communio tribuatur. Peregrina cõmunio.] id eſt uiaticum in morte, cum incipiunt peregrinari, id eſt, recedere de hac uita. Secunda pars incipit ibi: Si quis autem.]

f Vel ſæculares.] id eſt, laici.

g Excludant.] Ar. q̃ ſacrilegi nõ ſũt ipſo iure excõicati.

h Peregrina.] .i. commorabit inter laicos, uel peregrina .i. cum recedit, uel peregrinatur de hoc mundo.

ITEM. QVÆRITVR. Hæc eſt 7. pars q. in qua prohibet ne pro ſepultura aliquid exigatur, niſi detur ſpontanea uoluntate, & hoc probat per 4. c. Io. de Fant.

CASVS. Quærit hic Grat. incidenter, an pro ſepultura mortuorum ſit aliquid exigendum. Et certe ſepultura

i ¶Item queritur.] Hic ponit incidentem qõnem 1 an ſepultura poſſit vendi H. ponit quatuor ſignificationes huius nominis ſepultura. Quandoq; dr̃ ſepultura locus vbi quis ſepelitur talis locus licite venditur, ſi non eſt ſacer, vel religioſus. i. qui non ſit in cœmiterio aliquo, quia licite venditur ad eccleſiam ædificandam, vel ad cœmiterium ampliandum, vt 12. q. 2. aurum. Secundo modo dicitur ſepultura, ipſa ſepultura iam facta, & hæc vendi non poteſt; ſpecialiter ſi locus eſt ſacer. Tertio modo dicitur ius inferendi in ſepulchrum, nec pro hoc aliquid recipi poteſt. Quarto dicitur ipſe actus, vel officium ſepeliendi; & illud non poſſunt uendere clerici, qui ex officio ſuo ad hoc tenentur, vt infra eadem præcipiendum, & 1. quæſt. 1. dictum. & extra de ſimon. non ſatis.

Sepultura an poſſit vẽdi. 1 Hoc iõ q̃a ſupra fecerat mentionem de iure funerandi ſm L.

QVeſta eſt.] CASVS. Nereida conqueſta eſt Grego. de epiſcopo Ianuario, qui pro ſepultura filiæ ſuæ ſolidos

dos centum ab ea exigebat. Greg. vero reſcribens ei dicit, q hoc vitium de eccleſia ſua remoueret: vnde præcipit ſibi ne de cætero hanc cupiditatem exerceat, & hoc probat exemplo Ephron, qui ab Abraham pro ſepultura Saræ pretium recipere noluit. vnde ſi paganus ille pro in ſeq. cap. & iſte Ephron fuit filius Seor. [Renuit.] .ſ. Ephron, & licet ſ. diceret de filijs Seor in plurali, dicit tamen poſtea in ſingulari de Ephron, quod ipſe renuit.

a [Seor.] Seor fuit pater Ephron, & ab eo nominati ſunt deſcendentes ab eo propter famam ipſius.

† al. non erubeſcat.

tas veſtra velit † exigere. *& infra.* ¶Hoc autem vitium & nos, poſtquam, Deo auctore, ad epiſcopatus honorem acceſſimus, de eccleſia noſtra omnino vetuimus; & prauam denuo conſuetudinem nequaquam vſurpari permiſimus: memores, quia dum Abraham a filijs Ephron β, hoc eſt a filijs Seor [a], ſepulchri terram pretio ad humandum corpus coniugis poſtularet, præmium accipere renuit [b]; ne commodum videretur de cadauere conſecutus. Si ergo tantę conſiderationis paganus vir fuit; quanto magis nos, qui ſacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Vnde ne hoc auaritię vitium, uel in alienis denuo tentari pręſumat, admoneo: Sed ſi quando aliqué in eccleſia veſtra ſepeliri conceditis; ſi quidem parentes ipſius proximi, vel hęredes pro luminaribus ſpontè quid offerre voluerint, accipi non vetamus. Peti verò aliquid, aut exigi omnino prohibemus: ne (quod valde irreligioſum eſt) aut venalis fortaſſe (quod abſit) dicatur eccleſia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, ſi ex eorum cadaueribus ſtudeatis quęrere quolibet modo compendium γ.

Gen. 23. Act. 7.

IMmolans.] CASVS. Aug. in hoc c. reprehendit illos, qui ex male acquiſito faciunt oblationes. Nam qui offert ſacrificium, uel oblationes ex iniuſto acquiſito, ſimilis eſt illi, qui interficit filium in conſpectu patris, nam qui rapit pauperibus, & qui ſanguinē fundit humanum, & homicida reputatur, & ſimiles ſunt in malo. [Immolans,] id eſt, immolantis.

e ¶ Iniquorum. ſup. 1. q. 1. nullus, & c. nō eſt putāda.

f ¶ Nec in multitudine. Sed in meritis, ut 24. q. 1. odi.

g ¶ Sanguinis. Sup. 86. diſt. paſce.

h ¶ Fratres.] i. pares ſiue ſimiles in peccato, inf. ead. c. multi. & de pœni. diſt. 1. homicidiorum.

For-

FOrte.] CASVS. Quidā putant ſe non peccare. ſi auferant auaro,& diuiti,vt pauperib.largiātur: ſed dicit Aug.ꝙ tales diabolica ſuggeſtione mouētur: quia qui talia faciunt,addunt iniquitatem iniquitati.

NEque.] CASVS. In hoc c.oſtendit.Aug.ꝙ malum præcedens (vt rapina, vel inuaſio) non excuſatur propter bonū ſequens, & hoc probatur duob.exēplis, ſcilicet primo,& tertio. Et econuerſo bonum præcedēs non

¶ Non eſt aliquid rapiendum diuitibus, vt detur egenis. C. III.

FOrte aliquis hoc ſecum cogitat,& dicit; multi ſunt Chriſtiani diuites,auari,cupidi:non habebo [a] peccatum; ſi ſuum illis abſtulero, & pauperibus dedero. Vnde enim illi nihil boni agunt, mercedem habere potero, ſi ego eleemoſynas dedero.Etiam in hac re parcat vnuſquiſque animæ ſuæ,quia huiuſmodi cogitatio ex diaboli calliditate ſuggeritur.Nam etiamſi totum tribuat pauperibus, quod abſtulerit;addit potius peccata,quam minuat.

[*Item Hieronymus.*]

¶ De eodem. PALEA. C. IIII.

NEmo qui rapit † moriēs,ſi habet vnde reddat;ſaluatur.Si eos quorum fuit,inuenire non poterit;eccleſiæ,vel pauperibus tribuat.

† *al. in rapina moriens.*

¶ *Hæc & ſequens Palea abſunt a pleriſque vetuſtis,etiā in quibus cætera eſſe ſolent. In vno autem habentur ſup. ead.q.4. poſt c.ſi quis vſuram.*

[*Item Ambroſius.*]

¶ De eodem. PALEA. C. V.

RApinam emere non licet, niſi ea intentione, vt cui eſt ablata,reddatur.

& ſerm. 21. de verbis Apoſtoli.

*Item Auguſt.in lib.50.homiliarum, hom.9.*

¶ Furtum committit, qui inuentum non reddit. C. VI.

Poly.l.6. tit.16.

SI quid inueniſti, [b] & non reddidiſti;rapuiſti; quātū potuiſti, feciſti. Quia plus non inueniſti, ideo non plus rapuiſti. Qui alienum negat; ſi poſſet, & tolleret. *& paucis interiectis.* ¶ Deus cor interrogat, non manū.

*Item Greg.lib.7.epiſt.110. ad Siagrium.*

¶ Qui de rebus conceſſis,& bene quæſitis eleemoſynam impendit, illa placet Deo. C. VII.

Poly.l.2.tit.1. Pann.l.2.c.191.

ELeemoſyna redemptoris noſtri oculis illa placet, quæ non ex illicitis rebus, & iniquitate congerit; ſed quæ de rebus cōceſſis, & bene acquiſitis impēditur.

¶ *In epiſtola B. Gregorij verbis huius capitis præponuntur verba capitis,non eſt putanda,ſupra 1.q.1.*

*Item Hieronymus in lib. Leuitici.*

¶ Peccat,qui rem inuentam non reddit. C. VIII.

Origenes, ho. 4. ad c.6. Leuitici.

MVlti ſine peccato putant eſſe; ſi alienū,quod inuenerint teneant:& dicunt, [c] Deus mihi dedit; cui habeo reddere?Diſcant ergo peccatum hoc eſſe ſimile rapinæ,ſi quis inuenta non reddat.

*Item Auguſtinus lib.de bono coniugali,c.4.*

¶ Bonus uſus non iuſtificat iniuſte quæſita. C. IX.

NEque enim ſi agris inique, ac perperam inuaſis ita

Malum pp bonū nō eſt faciendum.

1 Ad hoc plene extra ne cleri. vel mona.c.3.

a ¶ Non habebo.] Nec enim propter bonum eſt faciēdum malum, vt 30. q.1.noſſe.32.q.4.ſicut non ſunt 1 nō vī tū, ꝙ talis furtū committat:quia furtum non fit niſi adſit animus lucrādi, vt ff. de fur. l. 1. ſed non eſt ita:quia ſpecies furti eſt ex alieno largiri, vt ff. de furt. ſi pignore.§.1.

SI quid inueniſti] CASVS.Dicit Augu.in hoc c.ꝙ ſi aliquis īueniat aliqd, & animo lucrādi retinuit, talis dr̄ raptor: nā qui alienū negat, ſi inueniret alienum,tolleret,& dolet ꝙ plus non inuenit.Deus enim reſpicit cor,& nō manum. Sequētia duo capitula patent.

Furari intendens quāque furtum non committit.

b ¶ Si qd inueniſti.] Hic notabis ꝙ ſi inueni rem aliq̄ habitam pro derelicto,licet intendā eā furari: non tamen committo furtum. Item ſi non habetur pro derelicto. credo tū ꝙ hēatur pro derelicto,ſimiliter nō cōmitto furtū. ſi autē non habetur pro derelicto,nec credas ꝙ habeatur, ſi eo animo accepiſti,vt dño reſtituas, non committis furtum: hoc tamen in libello debes ꝓteſtari hoc totū habes, ff. de fur. falſus,§.q alienum. Item & hoc ſcias, ꝙ ſi qs inuenit theſaurum in loco ꝓprio, ſtatim inuētoris ē: ſi āt in loco alieno, & caſu fortuito eū inuenerit,dimidius ſit inuentoris, & dimidius ſit dñi loci. ſi vero ſtudioſe q̄ſiuit, & inuenit eum in loco alterius,tot⁹ erit dñi loci. ſi vero in ſacro, vel religioſo loco caſu fortuito inuenit theſaurū,totus eſt inuētoris, ut inſt.de re.diu.§.theſaur⁹, & C.de theſ. l.nemo.lib.10. Io.

Theſaurus inuentus cuius eſt.

c MVlti.] ¶ Dicunt.] Iſti male dicunt quia omnes ſcire debent quod ſuum non eſt,ad alios pertinere,vt C. vnde vi.conquerebatur.

non vitiatur malo ſequenti,& hoc probat duob.exemplis,ſ.ſecundo, & quarto. Et no.ꝙ prima duo exempla

pla opponuntur ſibi: & ſequentia duo ſimiliter. Secũdum exemplum eſt ibi,[ Neque ſi alias. ] Tertiũ ibi, [Nec tyrannice. ] Quartũ ibi,[ Nec vituperabilis ordo.] a ¶ Iuſtificat.] Arg. ꝙ bonum non improbatur ꝓpter malum cohærẽs: nec malum approbatur ꝑ bonum cohærens

ſtas à Deo eſt.arg.23.q.1.quid culpatur.

Deniq.] CASVS. Quæſitum eſt ab Ambr.vtrum in cauſa pecuniaria,quę vertitur inter aliquos,poſſit ſacerdos pro altero licite poſtulare? Et reſp.ꝙ nõ qa cõmodius eſt ut neuter iuuetur, quàm grauet alter: quia ad officiũ ſacerdotis ſpectat vt nemini noceat, ſed ꝓſit oĩbus. & facit principiũ c. ad ꝓpoſitũ Gratiani. ſ. vt alienũ nõ auferã, vt alteri ſubueniã pecuniariter maxime.

† al. quiſquam.

quiſque † vtatur,vt ex eorũ fructibus largas eleemoſynas faciat; ideo rapinam iuſtificat. [a] ¶ Neque ſi alius rtri paterno,vel iuſte quæſito auarus incũbat;ideo culpãda eſt iuris ciuilis regula,qua poſſeſſor legitimus factus eſt.¶ Nec tyrannicæ factionis peruerſitas laudabilis [b] erit ſi regia clemẽtia tyrãnus ſubditos tractet. ¶ Nec vituperabilis ordo regiæ poteſtatis, ſi rex crudelitate tyrãnica ſçuiat. Aliud eſt nãq; iniuſta [c] poteſtate iuſte velle vti:& aliud eſt iuſta poteſtate iniuſte velle uti. α

α ¶ Velle vti. *Poſt hæc verba apud B. Auguſtinum ſequitur, c. concubinæ inf. 32. q. 2.*

*Item Ambroſius lib. 3. de officijs, c 9.*

¶ Cum alterius detrimento alteri ſubuenire non licet. C. X.

Denique [d] ſi non põt ſubueniri alteri, niſi alter lædatur; cõmodius eſt neutrũ [e] iuuari, quàm grauari alterũ. Ideoque in cauſis pecuniarijs interuenire nõ [f] eſt ſacerdotis: in quibus nõ poteſt fieri, quin frequẽter lædatur alter, qui vincitur: quoniã interceſſoris beneficio ſe victum arbitratur. Sacerdotis eſt igitur nulli nocere, ꝓdeſſe velle omnibus: poſſe autem ſolius Dei eſt.

d ¶ Deniq.] Sic 11. q. 3. nolite. cũ ſuis concor. & 13. q. 2. non æſtimemus.
e ¶ Neutrũ.] Ar. ꝙ nulli ſubueniẽdum eſt cum iniuria alterius. vt 22. qõ. 2. primum. 2 & cauẽdũ eſt ne prætextu nocẽtis ĩnocẽs puniatur. C. de his qui latro. occ. l. 2. in fi. qa ſancti⁹ eſt. &c. ff. de pœn. abſentẽ. & pęna ſuos tenebit auctores. C. de pę. ſancimus. ext. de his q̃ fi. à maio. parte, c. q̃ſiuit nec dẽt alteri per alterum iniqua conditio afferri, vt ff. de reg. iur. non debet.

2 Ar. 32. q. 4. ſicut nõ ſũt. 14. di. ꝙ ait. C. de ſta. & ima. l. vlt.

Puniri non debet alter pro altero.

*Item Gregorius in regeſto lib. 7. indict. 2. epiſt. 126. Recaredo regi.*

¶ Eleemoſynę, & ſacrificia non placent Deo, quæ offeruntur ex ſcelere. C. XI.

3. q. 7. in grauib. Prou. 15. Gen. 4. Eccl. 34. Prou. 15.

Scriptum eſt:[ Victimæ impiorũ abominabiles Deo: vota iuſtorum placabilia.] Neque enim in omnipotentis Dei iudicio quod datur, ſed à quo detur, inſpicit. Hinc eſt enim quod ſcriptũ eſt: [ Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & munera eius nõ reſpexit.] Dicturus quippe, quia Dominus reſpexit ad munera: præmiſit ſolicite, quia reſpexit ad Abel. Ex qua re patenter oſtẽditur, quia nõ offerens à muneribus ſed munera ab offerente placuerunt: β [ Dona quippe iniquorũ nõ probat altiſſimus: nec reſpicit ĩ oblationes eorum, nec in multitudine ſacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis.] *Item.* [ Lõge eſt Dominus ab impijs; & orationes iuſtorum exaudiet.]

f ¶ Non eſt ſacerdotis.] Arg. ꝙ ſacerdotes nõ poſſunt aduocare, in cauſis, vt hic & 88. d. ꝑlatũ. Ar. cõtra. 15. q. 2. obſeruãdũ. Sol. coram ſæculari iudice non pſſt allegare niſi ꝓ certis ꝑſonis, vt ex. de poſt. c. 1. ſed corã eccleſiaſtico bñ. Io. Hodie ſacerdos nõ põt poſtulare niſi ꝓ ſe & eccleſia ſua, vľ ꝓ cõiunctis & miſerabilib. perſonis, vt ext. eo. c. vlt. B.

Scriptũ.] CASVS. Quæſitum fuit à Gre. an de illicite acq̃ſitis poſſint facere peccatores ſacrificia vľ oblationes? Et rñdet ꝙ nõ: & hoc ꝓbat exẽplo Cain, ad cuius munera vľ ꝑſonam dñs nõ reſpexit, cum malus eſſet & impius: ſed ad Abel & ad munera eius reſpexit: dona enim iniquorum non probat altiſſimus, ſed bonorum.

β ¶ Placuerunt.] *Hucuſque B. Gregorius: ſicut ſupra 3. q. 7. c. in grauibus, eſt notatum.*

Exod. 3.

2 *Cõtra ĩ Exodo legitur, quòd filij Iſrael exituri de Aegypto à vicinis ſuis acceperunt mutuo vaſa aurea, & argentea: ex quib. poſtea ædificauerunt tabernaculũ Dño.*

*His reſpondet Aug. in lib. quæſt. Exodi, q. 39.*

1 Ad hoc ... 6. cõſuetu... 32. q. 3. §. ...s ita. & ca. ...uidquid. 11. ...õ. 4. qui recte. Ar. cõtra 32. q. 3. tunc ſaluabit. Ar.

hærens. 1 vt 56. d. vndecunque & 23. q. 5. relegentes. Ar. contra, 22. q. 2. ſi quælibet.
b ¶ Laudabilis.] .i. licet iniuſte electus bene vtatur dignitate, per hoc nõ conualeſcit dignitas, ut 1. q. 1. principatus. hoc tamen fallit, vt ext. de renun. niſi.
c ¶ Iniuſta.] Ideſt, iniuſte acquiſita. Omnis enim pote-

g ¶ Scriptum. ] Hoc c. expoſitum eſt ſup. 3. q. 7. in grauibus. §. ecce.

CONTRA. Hæc eſt 2. pars quæſtio. ſecundum Ioan. de Fant.

CASVS. Supra probatum eſt, ꝙ de furto, vel rapina, vel conſimilibus eleemoſynæ vel oblationes fieri non debent. Nunc probat contra exemplo Iudæorum, qui de vaſis quæ mutuo acceperunt ab Aegyptijs ędificauerūt poſtea tabernaculum Dño. Sed huic obiectioni rñdet Grat. per ſeq. c.

e ¶ Rapinam.] Arg. ꝙ aliquo prohibito prohibita ſunt omnia ſimilia, ut ext. de conſt. trāslato. & ſup. diſ. 4. denique. in fi. & quæ ſeq uūtur ex illo; extra de cōſt. nam concupiſcentiam.

f ¶ A parte enim.] Simile 32. q. 4. meretrices eſt autem fur-

¶ Non licet aliena rapere exemplo Iſraelitarum ſpoliantium Aegyptios. C. XII.

DIxit Dominus ad Moyſem: [Petat vir a ꝓximo, & mulier à proxima, vaſa aurea, & argentea, & veſtē. Non hinc quiſquam ſumendum exemplū [a] putare dēt ad expoliandum iſto modo proximum. Hoc enim Deus iuſſit, qui nouerat, quid quemq; pati oporteret. Nec Iſraelitæ furtum [b] fecerunt: ſed Deo iubenti miniſterium præbuerunt.

paulo aliter in orig. Burc. l. 11. c. 53. Iuo p. 13. c. 2.

3 *Item obijcitur. Aliena rapere non eſt contra ꝑceptū. Nullo ſi quidē Dei mādato rapina uidetur ꝓhibita. Sed nomine furti oīs illicita vſurpatio rei alienæ ītelligitur.*

*Vnde Auguſtinus in eodem lib. q. 71.*

¶ Maioris pœnæ eſt violenter aliquid eripere, quàm furari. C. XIII.

POenale [c] eſt occulte auferre: multo maioris [d] pęnæ eſt viſibiliter eripere. Auferre ergo nolēti ſiue occulte, ſiue palā, habet præceptum ſuum, Furti enim [α] noīe bene intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienę. Nō enim rapinam permiſit, qui furtum ꝓhibuit: ſed vtique furti nomine in lege veteris teſtamenti & rapinam intelligi voluit. A parte enim [f] totum ſignificauit, quidquid illicite rerum proximi aufertur.

32. q. 4. meretrices. Sent. 3. diſt. 37. Bur. l. 11. c. 54. Iuo p. 13. c. 3. Poly. l. 6. tit. 16. Anſ. l. 11. c. 109.

α ¶ Furti enim.] *Hæc ſunt verba B. Aug. licet mutato orationis ductu: quæ aūt antecedūt apud ipſum non ſunt inuenta. Integer locus B. Aug. de furto, & mœchia habetur infra 32. q. 4. meretrices.*

*His auctoritatibus probatur, quòd neque ex rebus inuentis, neque ex male conquiſitis eleemoſynam quiſquam facere poteſt.*

4 *Sed Auguſtinus contra teſtatur ſer. 35. de verbis Domini dicens.*

¶ De male acquiſitis bonum fieri poteſt. C. XIIII.

QVi habetis de malo, [g] facite inde bonum. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Eſto bonus tu, qui bonū facis de malo: & cū cęperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. Nummi tui conuertuntur in bonum, tu autem remanes malus?

Iuo p. 13. c. 16.

DIxit.] CASVS. Quæſitū fuit ab Aug. vtrū exemplo Iudæorum, qui Aegyptios expoliauerūt auro & argēto, poſſit quis ſuum proximū ſpoliare? Et reſpōdet ꝙ non. nec Iudęi furtum fecerūt, ſed præceptū Domini ſeruauerunt.

a ¶ Sumēdum exēplum.] Arg. ab exēplis nō eſſe argumētādum. 12. q. 2. gloria. ver. neque vero. Arg. contra. 37. diſt. qui. de menſa.

Delicta excuſantur auctoritate maioris.

b ¶ Furtū.] Arg. ꝙ hoſtes poſſumus decipere & eis ſua auferre, vt 43. diſtin. in mādatis. 23. q. 7. c. 1. & 2. ſup. diſt. 8. quo iure. & C. de cōmer. & merca. l. 2. Hic tamen ideo excuſant, quia maioris auctoritate hoc fecerunt: & ita ē ar. hic quod auctoritas maioris excuſat ī illicitis, vt 63. d. Salonitanæ. & de cōſe. d. 5. diſcipulos. 23. q. 1. qd culpai, ſic Abrahā & Sāpſon & alij multi fuerūt excuſati auctoritate Dñi, vt 23. q. 5. ſi nō licet. arg. cōtra 16. q. 1. in canonib. & 12. quæ. 2. quicumque.

ITEM OBIICITVR. Hæc eſt 3. pars quæſtio. in qua q̄ritur vtrum rapina in decalogo inueniatur prohibita: & ꝓbat ꝙ ſic per c. ſeq. Io. de Fant.

CASVS. Adhuc probat Grat. ꝙ ex illicite acquiſito uelut ex rapina poſſunt eleemoſynæ fieri. nā rapina nullo Dei mandato videtur eſſe prohibita, ſed reſpōdet ꝙ cum furtum ſit prohibitum, omnis illicita vſurpatio intelligitur eſſe prohibita, vt probatur ſeq. c.

POenale.] CASVS. Docet hic Auguſ. quod maius eſt peccatum rapere manifeſte, quam occulte furari: & quod nomine furti in lege veteri rapina & omnis illicita vſurpatio intelligitur. A parte enim totum ſignificatur [A parte. Furtum ſecundū quod dicitur à furto, & rapina, ſunt ſpecies illicitæ vſurpationis: ſed ſecundum quod dicitur furtum cōtractio rei alienæ inuito domino, furtum non eſt ſpecies rapinæ, ſed econtra.

1 Non mirū eſt præcedat culpa: quia prout dicit Au. pl⁹ fraudator lædit damno innocētiæ quam alius damno pecuniæ.

c ¶ Pęnale.] i. dignum pęna. 1

d ¶ Maioris.] Magis enim delinquit raptor, quàm fur, vt inſt. vi bo. rap. in prin.

furtum pars rapinæ, eodē modo quo genus eſt pars ſpeciei rapina enim eſt ſpecies furti: nam omnis raptor eſt fur, vt inſt. vi bo. rapt. in prin.

HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Concludit Gra. ex omnibus ſupradictis c. à prin. q. quod ex rebus male acquiſitis eleemoſyna fieri non debet, poſtea probat contrarium.

SED AVG. Hæc eſt 4. pars q. in qua dicitur, quòd de quibuſdam male acquiſitis quandoque tranſit dominium, & tunc poteſt fieri eleemoſyna Io. de Fant.

QVi habetis.] CASVS. Docet hic Aug. ꝙ qui habet pecuniam de malo acquiſitam, conuertat illam in bonum, & ipſe malus nō remaneat abſit enim ut nummi tui conuertantur in bonum, & tu remaneas malus.

g ¶ De malo.] Grat. tribus modis exponit illud verbum facite de malo bonum, & bene, &c.

SED

SED HOC MVLTIPLICITER. CASVS. Exponit Grat. hic quod dictum eſt ſupra in præcedenti c. ubi dicitur, ꝙ de malo poteſt quis facere bonum. & exponit illa uerba tripliciter. Primo dicitur de malo facere bonum cum reddit, quæ illicite abſtulit. Secundo cum pauperibus diſpenſat ea, quæ cum malo, ideſt, cura & ſolicitudine acquiſiuit, & hoc probat auctoritate Euangelij dicentis, facite uobis amicos de mammona iniquitatis. Tertio cum bonum quis expendit, ideſt qđ ex arte mathematica acquiſiuit.

*Sed hoc multipliciter intelligitur. Facit enim de malo bonum, qui reddit* [a] *quod illicite abſtulit. Nomine etiam mali, cura, & ſolicitudo mortaliũ exprimitur: De malo ergo bonum facit, qui pauperibus diſpenſat quod cũ labore, & ſolicitudine acquiſiuit, iuxta illud Euangelij: [Facite vobis amicos de mammona* [b] *iniquitatis.* (Luc. 16.) *Vel ex malo acquiritur, quod ex turpi cauſa poſſidetur; veluti cum mathematicus ex arte, quam docet, vel ex futuris, quæ prænunciat, nonnulla lucratur. Quæ vero de malo ſic acquiruntur, in bonum poſſunt conuerti. De peccato etiã aliqua nonnunquam acquiruntur, quæ pauperibus iuſte erogantur.*

## *Vnde Auguſtinus ad Macedonium, epiſt. 54.*

¶Quæ male acquiruntur, aliquando bene poſſunt expendi. C. XV.

(Poly. l. 6. tit. 20.)

NOn ſanè, quidquid ab inuito ſumitur, iniurioſe aufertur [c]. Nam plerique nec medico [d] volũt reddere honorem ſuum, nec operario mercedem: nec tamen hęc qui ab inuito accipiunt, per iniuriam accipiũt: quę potius per iniuriam non darentur. (ſup. 11. q. 3. nõ licet) Sed non ideo debet iudex vendere iuſtum iudicium, aut teſtis verũ teſtimonium: quia vendit aduocatus iuſtum patrocinium [e], iuriſperitus verũ conſilium. Illi enim inter vtramque partem ad examen † adhibentur; iſti ex vna parte cõſiſtunt. († al. examina.) Cũ autem iudicia, & teſtimonia†, quę nec iuſta, nec vera vẽdenda ſunt, iniqua, & falſa venduntur; multo ſceleratius vtiq; pecunia ſumitur, quia ſcelerate etiã, quamuis à volentibus datur. Ille [f] tñ ſolet tanquam male ſibi ablatam pecuniã repetere, qui iuſtũ iudiciũ emit: quoniã venale eſſe nõ debuit. († Concor. l. diuus. cum not. ff. de re iudi. & Bal. in l. comparationes. C. de fide inſtr.) Qui vero ꝓ iniquo iudicio dedit; vellet quidem repetere, niſi timeret, vel pudere emiſſe. Sunt aliæ perſonæ inferioris loci, quę ab vtraque parte nõ inſolenter accipiunt [g], ſicut officialis, & qui† amouetur [h], & cui admouetur officiũ. († a quo] orig.) Ab his extorta per immoderatam improbitatem, repeti [i] ſolent, data per tolerabilem conſuetudinem non ſolent, & magiſq; [k] reprehendimus, qui talia inuſitate repetiuerunt, quàm qui ea de more ſumpſerunt: quoniam multæ neceſſariæ perſo-

a ¶Reddit.] Vt in furto & rapina, & in talibus omnibus, ubi nõ transfertur dominium, nec datur repetitio.

b ¶De mammona.] Mammon dicitur dæmon, qui præeſt diuitijs.

ADDITIO. Sub. non quòd in eis poteſtatem habeat, ſed quia homines teneat per eas. Arch.

NOn ſane.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte oſtenditur quę perſonæ poſſint vendere ſuum patrocinium, uel laborem, ut medici, operarij, aduocati, & officiales: ſed officiales ab vtraque parte recipiunt: alij vero tantum ab una. Sunt & aliæ perſonæ, quæ uendere non poſſunt, ut iudices & teſtes, qui magis peccant ſi pecuniam pro falſis, & iniquis iudicijs, & teſtimonijs accipiunt, quàm ſi accipiunt pro veris In ſecunda parte dicitur, ꝙ illud quod officiales acquirunt ratione officij, etiã cum peccato poſſũt pauperib⁹ erogare: quæ uero furto, uel rapina, uel inuaſione acquiruntur. nõ ſunt pauperib⁹ eroganda. Secunda pars incipit ibi, [Iſti ſi uiam.] Ego B. ſic credo caſum ponendũ, Beneuẽ. uero breui⁹ ponit. Et ſcias, ꝙ H. intelligit illud uerbum, [Iſti ſi uiam,] De omnib. ſupradictis, ſcilicet iudice, aduocato, teſte, officiali, & iuriſperito.

c ¶Aufertur.] Per iudicem.

d ¶Nec medico.] prę mittit enim hic medicos quaſi digniores, cum tamen medici non ſint maioris ualoris, quàm obſtetrices, ut C. commu. deleg. ſi duob. 1. reſpon.

e ¶Patrocinium.] Hoc eſt cõtra G. qui dixit nihil poſſe recipi pro iuſto patrocinio, ut no. 11. q. 3. non licet. 1

1 Adde qđ debent recipere. no. gl. & Cy. in l. 1. C. de ſuf.

f ¶Ille.] Arg. contra illos, qui dicunt, ſi dedi tibi pecuniam, ut pro me iudicares in iuſta cauſa; quod nõ poſſum repetere pecuniam datam, vt ff. de condi. ob turp. cau. l. 2. ubi dicitur, ꝙ talis litem perdit, quia uidetur uelle iudicẽ corrumpere. Ego credo ꝙ poſſit talis repetere pecuniam, ſi non eo animo dat, ut iudicem corrumpat. nam ſi dat eo animo, ut ius & quietem ſibi conſeruet, tunc poteſt repetere, ut probatur extra de ſimo. dilectus, ſed ibi dicitur, quòd repetit ſi non ſeruatur pactum.

g ¶Accipiunt.] Sportulas.

ADDITIO. Hoc intellige cum non recipiunt ſalarium de publico. 23. q. 1. militare. 86. diſt. non ſatis. ver. in ſingulis. Ioan. de Fan.

h ¶Amouetur.] Videtur diſtinguere inter ꝑpetuos & tꝑales officiales. Tꝑalẽ vocat eũ q amouet: ꝑpetuũ uocat eũ cui perpetuo admouetur, i. traditur tale officium.

i ¶Repeti.] De facto.

K ¶Magiſque.] Hic vult dicere, ꝙ officiati reprehendun tur, non ex eo, ꝙ aliqua extorquent, ſed ꝙa ea immoderate exquirunt, unde talia nõ repetuntur ab eis, niſi cer-

tum ſit eis ſalarium cōſtitutū tunc enim ſi aliqd.l.vltra hoc petierint,crimine concuſſionis tenentur,vt 13.q.1. militare.& ſoluent quadruplum. 18. diſt. quoniam.
a ¶Neceſſariæ perſonæ.] Ad officium tale.
b ¶Tanquam ſua.] Arg. ꝙ de rebus illicite acquiſitis, dum tñ transferatur dominiū in accipiētē, ſit eleemoſyna, ut ſ.ea.qui habetis.
c ¶Donanda.] Pauperibus.
d ¶Zachæi publicani.] Qui dixit: Si quē defraudaui, reddo quadruplū.& ſic patet, ꝙ licite quadruplum, vel duplum peti poteſt, ut 12.q.2. cū deuotiſſimam.

re præſcriptionis,vt extra de præſcri.qm̄ omne. Tu dicas, ꝙ ſi ex omni parte præſcriptionis habuit bonam fidem; tunc res illa facta eſt ſua de beneficio iuris, unde tunc non eſt dicendum, ꝙ habeat cōſcientiā rei alienæ, licet poſt tempus præſcriptionis incipiat ſcire rē alienā fuiſ-

næ [a], rebus humanis, vel inuitant huiuſmodi cōmodis, vel tenentur. ¶Iſti, ſi viam vitæ mutauerint, aut excellentioris conſcenderint ſanctitatis gradum; facilius ea, quę hoc modo acquiſierūt, tanquā ſua [b], pauperibus largiuntur; quàm eis a quibus accepta ſunt, tanquā aliena reſtituant. Qui vero contra ius ſocietatis humanæ, furtis, rapinis, calūnijs, oppreſſionibus, inuaſionibus abſtulerit; reddenda potius, quàm donanda [c] cenſemus †, Zachæi publicani [d] Euangelico exemplo.

*Luc.19.*

† Concor. tex.in l.1.§. eſt enim. ff. de var.& extraord. cog.

α ¶Data per tolerabilem conſuetudinem non ſolent.] *Addita ſunt hæc ex originali, ſine quibus ſequentia non ſatis conſtabat.*

Sequitur apud B. Aug. c. quid dicam, ſup.ea.q.4.

## QVAESTIO VI.

Q*Vod vero* [e] *pœnitentia agi poſſit, niſi res aliena reddatur, teſtatur Auguſtinus ad Macedonium, epiſtola 54.*

¶Pœnitentia non agitur, ſi aliena res nō reſtituatur. C. I.

SI res aliena, propter quā peccatum eſt cum reddi poſſit, non redditur; nō agitur pœnitentia, ſed fingitur. Si autem veraciter agitur; non remittitur peccatum niſi reſtituatur [f] ablatum: ſed, vt dixi cum reſtitui poteſt. Plerumque enim qui aufert, amittit, ſiue alios patiendo [g] malo, ſiue ipſe male viuendo: nec aliud habet, vnde reſtituat. ¶Huic certe nō poſſumus dicere, redde [h] quod abſtuliſti; niſi cum habere credimus, & negare. Vbi quidē ſi aliquos ſuſtinet cruciatus [i] a repetente α, dum exiſtimatur habere quod reddat; nulla eſt iniquitas. quia etſi non eſt vnde reddat † ablatam pecuniam; merito tamen, dum eam per moleſtias corporales reddere † compellitur; peccati [k], quo male ablata eſt, pœnas luit.

Poly.l.6. tit.20. Iuo p.13. c.4.;& p. 15.c.25.

† *al luat.*
† *al.redhibere.*

Q*Vod vero.*] Hæc q. diuidit in quatuor partes, i prima quarū probat per c. Auguſt. quòd non agitur pęnitentia digna ſi res non reſtituitur. Secunda ibi, [Si vero.] Tertia ibi, [Pro malis.] Quarta ibi, [Furtum autē.] Io.d. Fan.

CASVS. Hic intitulatr̄ 6. q. in qua q̄ritur, utrū quis pęnitere poſſit, niſi reddat aliena: Et rn̄detur ꝙ non, ſi poteſt reddere ea, uel eorū æſtimationem.

e ¶Quod vero.] Siue ſint raptores, ſiue fures, veram pœnitentiā nō poſſunt agere, ideſt, fructum ueræ pænitētiæ nō cōſequuntur, ut ĩ. ea. ca. 1. tamen admitti debent ad pęnitentiam, vt ext. de pœ. & reſ. quod quidā. & inf. de pœ. d.3.§. ult. & diſt.5. falſas.

SI res.] CASVS. Macedonius de quatuor quęſiuit ab Aug. primo, an dimittatur peccatum, niſi reſtituatr̄ ablatum. & reſpon. ꝙ non, ſi poteſt reſtitui. Secundo, an fur poſſit verberari, cum ſe negat habere quod reddat, putatur tamen habere. & reſpon. ꝙ ſic. Tertio an eccleſia pro talibus uerberatis poſſit intercedere, & reſpon. ꝙ ſic. non vt ablata non reddantur: qa ſic ſocia criminis videretur. Quarto an clerici debeāt tales verberare, vel verberandos iudici tradere ſæculari: & reſpon. ꝙ non, ſed minari ſibi humanum iudiciū aliqn̄, diuinum vero ſemper. quandoq; clam, quādoq; manifeſte prout peccatum eſt occultum, uel manifeſtum, vel prout exigit diuerſitas perſonarum. Secunda reſponſio eſt ibi, [Huic certe non.] Tertia ibi, [Sed non inhumanum.] Quarta ibi, [Sed nunquid. Nos.] Supple clerici.

f ¶Niſi reſtituatur.] Videtur hic, ꝙ quantocunq; tempore quis alienam rem poſſederit? ꝙ non currit in ea præſcriptio, ut 34.q.2. ſi uirgo, nam diuturnitas temporis non minuit, ſed auget peccatum, & aggrauat, 1 ut 24. q.1. ſchiſma. vnde in præſcriptione requiritur bona fides a principio, & in medio, & in fine, & ex omni tēpo-

1 Vt ext. de cōſue. c.ult. ext.de ſimo. cum in eccleſia. ex.de eo qui dux. in matr. cū habere. iuxta finem. Arch.

fuiſſe: niſi velis intelligere, i. rei q̄ fuit aliena. Quidā 2 tñ dn̄t, ꝙ ſi aliquis rem p̄ſcriptam habere ex cā lucratiua, tenetur ipſam reſtituere, ſi remordet ipſū cōſciētia: qa nihil deperire credimus eccleſiæ utilitatibus, ſi ea q̄ ſunt aliena reddantur, ut 54. diſt. in. generalis. ſed ſi eam habet ex cauſa non lucratiua, non tenetur, ut ff. de his quæ in fraud. cred. qui autem §. ſi quid cum pupillo.

g ¶Patiendo.] Ideſt, pmittendo, ꝙ alij male ei auferāt.

h ¶Redde.] Hoc intellige quando fur, vel raptor nō eſt ſoluendo, ſed ſi eſſet ſoluendo, licet res quā abſtulerit, ſine culpa ſua perijſſet, tamen tenetur reddere æſtimationem ipſius, ut C. de fur. ſubtracto.

i ¶Cruciatus.] Argu. ꝙ qui pauperes ſunt, & non ſunt ſoluendo, ſemper verberādi ſunt pro debito, ut 12.q.2. fraternitas. & in l. libertus. & hoc eſt verū vbi cōueniūtur ex maleficio: ſed ſi cōueniuntur rōne ↄ̄ctus alicuius, tunc ſufficit cedere bonis, ut C. qui bon. ced. poſ. l. ult.

K ¶Peccati.] Ergo adhuc non eſt liberatus a debito, ſed tantum a pœna: vnde ſi poſtea peruenerit ad pinguiorem fortunam, æque poteſt conueniri ſicut ille, qui ex aliquo contractu eſt obligatus. inſt. de act. §. ult. & extra de ſolu. Odoardus.

2 Vt Alanus quod dic, ut no. extra de præſcrip. uigilanti, & de conceſſ. pbē. c. nulla. Arc.

Pauperibus quandoque ſufficit, bonis cedere.

a ¶In-

¶ Sed inhumanum nõ eſt, etiam pro talibus intercedere, [a] tanquam pro reis criminum, nõ ad hoc, vt minime reſtituantur aliena; ſed ne fruſtra homo in hominem ſęuiat. *& paulo poſt.* ¶ Illud vero fidẽriſſime dixerim, eũ, q̃ ꝓ homine ad hoc iteruenit, ne male ablata reſtituat, & qui ad ſe confugientem (quãtum honeſte põt) ad reſtituẽdum nõ compellit, ſociũ eſſe fraudis, & criminis. Nam miſericordius opem noſtrã talibus ſubtrahimus,[b] quam impendimus. Non enim opem fert, qui ad peccãdum adiuuat; β [c] ac nõ potius ſubuertit, atq; opprimit. Sed nunquid ideo nos aut exigere, [d] aut ad exigẽdũ tradere [e] vel poſſumus, vel debemus? Agimus quãtũ epiſcopalis facultas dat, † & humanũ quidem nõnunquã ſed maxime, ac ſemper diuinum iudicium comminãtes. Nolẽtes autem reddere, quos nouimus & male abſtuliſſe, & unde reddãt, habere, arguimus, icrepamus, obteſtamur, † quoſdã clam, [f] quoſdã palã, [g] ſicut diuerſitas [h] perſonarũ diuerſam videtur poſſe recipere † medicinã.

† *datur* ] orig.

† *& deteſtamur* ] orig.

† *al. uel nolle accipere.*

α ¶ Repetente. *Sic eſt emẽdatũ ex codice epiſtolarũ Vaticano, & editione Antuerpiana cum antea legeretur,* repente.

β ¶ Adiuuat.] *Quæ ſequuntur, emendata ſunt ex codicibus epiſtolarum impreſſis, & manuſcriptis. Antea legebatur,* qui ad peccandũ adiuuat, ac non potius adiuuat, ſed obuiat ſubuertendo, atque opprimẽdo, *Gloſſa autẽ optime conuenit in uocem,* adiuuat. *ſuo loco poſitam.*

2 *Si uero rem alienã quis conſecrauerit; non eãdem, ſed æſtimationem eius reſtituere debet.*

*Vnde Greg. lib. 7. indict. 2. epiſ. 58. Fantino defenſori.*

¶ Qui rem alienam conſecrat, eius æſtimationem reſtituat. C. II.

COmperimus nullam extitiſſe cauſam; ꝓ qua res Iudęorum γ potuiſſent rationabiliter occupari; atque eas eſſe incõſulte, ac temere cõſecratas. Idcirco experiẽtiæ tuæ præcipimus, vt quia, quod ſemel conſecratũ eſt, eis [i] nõ valet ultra reſtitui; ſtudij tui ſit, vt ipſe epiſcopus debeat pretium dare. †

† Exiſto tex. infertur, q̃ aliqñ q̃s rẽ ſuã uendere cogit̃, conc. tex. i l. ſi. ff. ad leg. Iu. de anno. Bar. in l. annonã. ff. de uat. & extraor. cri.

γ ¶ Iudæorum.] *Repoſita eſt hæc dictio ex epiſt. B. Gregorij, ut intelligatur facilius, quo referantur ea, quæ in hoc capite continentur, ac nonnulla etiam alia ſunt emendata.*

a ¶ Intercedere.] Vt 23. q. 5. reos. 17. q. 4. reũ. & eſt hic arg. q̃ clericus in foro ſæculari poteſt aliquem defendere in cauſa ſanguinis, vt 23. q. 5. c. 1. 2. & 3.

b ¶ Subtrahimus.] Arg. ſup. 5. q. 5. non omnis.

c ¶ Adiuuat.] Arguitur, q̃ non debemus dominos noſtros inuare in illicitis. 11. queſt. 3. ſi dominus. & c. non ſemper.

d ¶ Exigere.] Ideſt, pœnas corporales infligere. Sed nõne clerici poſſunt uel eccleſia põt penas corporales infligere, ut 5. q. 5. i lli qui. & 23. q. 5. circumcelliones? Rñdeo poteſt uel poſſunt. ſed non tãtas quantas ſæcularis iudex. non enim poteſt punire quãtum ad membri mutilationem, ut ext. de rap. in archiepiſcopatu.

Pœna corporalis ab eccleſia poteſt infligi.

e ¶ Tradere.] Si ergo clericus cępit furem in domo, nõ tradet ipſum iudici: ſed ſi iudex furem captũ ei abſtulerit ui, non imputatur clerico: alioquin licite auferentur clericis ſua, vt 23. q. 5. vtrum ſolum. Item nec clericum depoſitum tradet epiſcopus iudici. extra de iu. at ſi clerici. Vel dic quod clerici tales maleficos poſſunt tradere curiæ, non vt puniantur ad ſanguinis effuſionem, ſed alio modo, vt extra de Iudæis. ita quorundam. & 11. queſt. 1. ſi quis ſacerdotum 1

Clericus an poſſit furem tradere iudici.

1 De hoc ẽt not. 23. q. 3. Maximian. ibi uideas. & 2. q. 7. laicos. Arch.

f ¶ Clam.] Si eſt occultum. 2. q. 1. ſi peccauerit.

g ¶ Palam.] Si eſt manifeſtum. 6. q. 1. ſi omnia.

h ¶ Diuerſitas.] Ar. quod ſecundum diuerſitatem perſonarum diuerſæ pœnæ ſtatuuntur, vt 12. q. 2. fraternitas. 24. q. 3. corripiantur.

SI VERO REM ALIENAM. Hæc eſt 2. pars. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſup. quod res aliena domino reſtitui debet. Nunc vero ponit Gratia. caſum, in quo nõ ipſa, ſed eius æſtimatio eſt reſtituẽda, puta cum res aliena fuerit conſecrata, & ad hoc inducit ſeq. c.

COmperimus.] CASVS. Aliquis rapuit argẽtum uel aurum, epiſcopus hoc ſciens, calices indefactos temere & Icõſulte cõſecrauit. Pręcepit ergo Greg. cuidam, ut compellat epiſcopũ ad æſtimationem rei ablatæ, & nõ ad rem ipſam conſecratam. Et dicit Beneuẽ. & etiã Hugo. hoc innuit q̃ ẽps, qui cõſecrauit, raptor fuit illius argenti & auri.

i ¶ Eis.] i. laicis: q̃a res ſemel cõſecrata non debet amodo ad profanos uſus redigi, vt 12. q. 2. aurũ. & inf. de cõſecr. di. 1. ligna. Si autẽ res illa fuiſſet alicuius eccleſię, illi bene eſſet reſtituenda, ut 12. q̃ſtio 2. Apoſtolicos. 2 & 17. queſtio. 4. queſti. aliud tamẽ eſt in re animata. Nam ſi ſeruus alicuius fuit conſecratus, bene reſtituitur domino ſuo, ut 54. diſtinctio. ex antiquis. ſed hoc ideo eſt, quia cum ſeruus ſit res animata, delinquit permittẽdo ſe ordinari ſed res inanimata in nullo delinquit, ut uides in ſimili. 7. quæſtio. prima, epiſcopus in diœceſi. Eandem rationem aſſignat lex, quod ſi neſcio ubi ſit ſeruus meus, non ideo poſſeſſionem ipſius perdidi. ſed aliud eſt in his, quæ anima carent, ut ff. de acquirend. poſſ. ſi rem mobilem, & l. Pomponius. in principio.

Conſecratio rei inaĩatæ tollit dñiũ: ſecus in re animata.

2 Vbi de hoc vbi loquitur de monaſterio de rebus eccleſiæ cõſtructo, q̃ dẽt reddi ipſi eccleſiæ ſm Lau. & hoc ẽt. not. Ray. in ſum. de immu. ec. §. itẽ pone. Arch.

PRO MALIS AVTEM. Hæc eſt tertia pars q. Io. de Fan. CASVS. Adhuc probat Gratianus, ꝙ eccleſia pro malis intercedere poteſt, & non eos temere defendere. & adhoc inducit ſequens capitulum.

3 *Pro malis autem apud principes eccleſia debet intercedere, non eos temerario auſu defendere.*

*Vnde Gregor. Romano defenſori lib. 7. ind. 2. epiſt. 24.*

¶Eccleſia pro malis intercedat, non eos temerario auſu defendat. C. III.

HI, qui in furtis publicis implicati ſunt, a nobis non videantur iniuſte [a] defendi: ne opinionem male agentium ex indiſcretæ defenſionis auſu in nos vllo modo transferamus: ſed quantum decet eccleſiam, admonendo, & verbum interceſſionis adhibendo, quibus valetis, ſuccurrite: vt & illis opem feratis, & opinionem ſanctæ eccleſię non inquinetis. Poly. l. 6. tit. 16.

¶*Infra 23. q. 5. reos. refertur ſumma huius capitis, cum hic ſint propria verba B. Gregorij.*

4 *Furtum autem non tam in quantitate rei, quam in affectu furantis conſideratur.*

*Vnde Hieronymus in epiſtolam ad Titum ad c. 2.* Poly. ibidem. Burc. l. 11. c. 55. Iuo p. 13. c. 48.

¶Non ſolum in maioribus furtum committitur, ſed etiā in minoribus. C. IIII.

FVr † autem non ſolum in maioribus, ſed etiam in minoribus iudicatur. Non enim, id quod furto [b] ablatū eſt, ſed mens furantis attēditur. Quomodo in fornicatione [c], nō idcirco diuerſa ſit fornicatio, ſi mulier ſit pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua, paupercula aut opulēta, ſed qualiſcunq; illa fuerit, vna eſt fornicatio; ita & in furto, quātumcunq; quis abſtulerit, furti crimē incurrit. † al. furtum.

¶*Referuntur verba B. Hier. nonnullis tamen omiſſis & mutatis quemadmodū et apud Burchardum. & Iuonē.*

# CAVSA XV.

QVidam ſacerdos † in crimen carnis lapſus eſſe perhibetur, antequam ſacerdotalem benedictionem conſequeretur. Poſtquam vero ſacerdotium adeptus eſt: in furorē verſus quendā interfecit. Recuperata vero ſanitate, apud epm accuſatur ab ea, cum qua lapſus eſſe dicitur. Eps autem die Domi- † al. Clericus.

HI qui in furtis.] CASVS. Quidam nomine Romanus, Romanæ eccleſiæ defenſor, latrones temere defendebat. quare Grego. præcipit ei, ne fures iniuſte defendat, ne ex hoc ipſa infametur eccleſia: ſed monēdo & intercedendo opē ferat inquantum decet eccleſiam.

a ¶ Iniuſte.] i. nimis improbe & importune, & hoc uerum eſt cum ſcit, aut credit eos iuſte condemnatos. Si autē fugerint ad eccleſiam; tunc omnibus modis quibus poteſt tenetū eos defendere: niſi ſit publicus latro, uel nocturnus depopulator agrorum, ut 17. q. 4. reū, & c. ſicut. & ex. de immu. eccl. inter alia. Si autem fuerit iniuſte cōdemnatus: tunc eccleſia tenetur eum modis omnib9 iuuare. vnde illud eſt præceptū: Eripe eum, qui ducitur ad mortem, ut 23. q. 3. non in inferenda. Eccleſiæ immunitate nō oēs malefactores potiūtur.

FVRTVM AVTEM. Hæc eſt 4. pars q. ſecundum Ioan. de Fant. CASVS. Quia ſupra facta eſt mentio de furto: ideo nūc oſtēdit Gratianus, ꝙ furtum magis conſideratur in effectu furātis, quàm in quantitate exteriori: & ad hoc inducit ſequens cap.

FVr añt.] CASVS. oſtendit Hiero. in hoc ca. ꝙ furtum ita committitur in re parua ſicut in re magna: ubi magis attenditur mens furātis, quam quantitas rei ablatæ. Et hoc ꝓbat ad inſtar fornicationis, quæ ita committitur in muliere pulchra, ſicut in turpi: ita in ancilla ſicut in ingenua: æque in paupere ut in opulenta.

b ¶ Quod furto.] Huic obuiat quod dicitur, ff. de abig. l. 1. vbi perpēditur, ꝙ magis quis punitur pro boue quā pro oue: quia pro boue dat 5. boues: pro oue 4. Sed dicas, ꝙ ibi dicitur ꝙ dabit 4. oues: intellige præter illam quam abſtulit. Item eſt contra. ext. de ſimo. & ſi qōnes. ubi non cōmittitur ſimonia in modico, ſicut in magno. ſed intellige ꝙ ita non præſumitur committi in modico ſicut in magno. quique tamen pro modico nec magis nec minus, vt de conſe. diſt. 2. reuera. in princ. vbi dicitur, qđ oēs in deſerto mortui ſunt: & tamē duo ex eis non fuerunt mortui ſ. Caleph, & Ioſue. 76. d. ieiunium. ſic ergo pro minima re poteſt agi de furto, vt hic, & inſt. de rer. diuiſ. §. gallinarum. licet actio de dolo non detur pro minima re. ff. de dolo. idem. Simonia nō ſit in modico. Furti agitur pro modico.

c ¶ Fornicatione.] Hu. dixit magis peccari cū pulchra, [1] quam cum deformi: quia magis voluptuoſe cognoſcit pulchram: ſed in deformi quam citius poteſt abſoluit ſe. Baz. dixit magis peccari cum deformi: quia plura ſūt, quæ ſuadent commiſceri pulchra quàm deformi: ſcilicet pulchritudo eius & libido. 1 Pulchra. Do. And. Tiraq. de le. cōnubia. charta 5. vbi late.

QVidam ſacerdos.] CASVS. Supra in proxima cauſa tractatū eſt de auaritia. quæ obnubilat mentem clericorum: ſed quia incontinentia idē facit: ideo ſubnectit xv. cām, i qua de incōtinen-

*nico cauſam examinat. Sacerdos inficiatur crimē ſibi illatum: quorundam clericorum ſibi patrocinia quærit: illi vero non ſine pretio ſibi patrocinantur: tandem epiſcopus confeſſionem quæſtionibus extorquet: demum ſolus, & abſque ſynodali audiētia illum ſententia ferit.*

1 *Quæritur autem, an ea, quæ mente alienata fiunt, ſint imputanda.*

2 *Secundo, an pro impēſis patrocinijs liceat clericis munera exigere.*

3 *Tertio, an ex mulieris confeſſione iſte ſit condemnandus.*

4 *Quarto, an die Dominico eius cauſa ſit ventilanda.*

5 *Quinto, an ſibi neganti purgatio ſit deferenda.*

6 *Sexto, an eius confeſſio cruciatibus ſit extorquenda.*

7 *Septimo, an abſque ſynodali audientia epiſcopus valeat ſacerdotem damnare.*

8 *Octauo, ſi ſponte confeſſus, aut ab alijs conuictus fuerit, quod ante ordinationem peccauerit; an ſuſcepti ordinis officium exequi ſibi liceat.*

## QVAESTIO PRIMA.

Et in l. de duabus animabus, c. 10. Sent. 2. diſt. 47.

*QVod autem [a] ea, quæ alienata mente fiunt, non ſint [b] imputanda, facile uidetur poſſe probari. Peccata namque alia penes voluntatē animi, alia circa naturæ infirmitatem videntur conſiſtere: Eſt autem uolūtas (vt ait Auguſtinus lib. 1. retractat. cap. 15.) animi motus cogente nullo ad aliquid, vel non imitandū, [c] vel adipiſcendum. [d] Quod propterea [e] dictum eſt, ut hac definitione uolens a nolēte diſcerneretur. ¶ Ex voluntate itaque peccata procedunt, quæ libero mentis arbitrio, & delinquentis propoſito committuntur. Porro infirmitas alia eſt animi, alia carnis. Infirmitas animi, eſt ignorantia. Carnis infirmitas, eſt concupiſcentia.* [f]

tinentia tractat, & de his quæ fiunt mente alienata: & de alijs multis, quæ vt melius pateant, thema proponit de quo octo elicit quæſtiones.

CASVS. thematis talis eſt. Quidam cum eſſet clericus, fornicationem commiſit: poſtea ſacerdos factus furioſus

ſus quendam hominem interfecit. recuperata ſanitate mulier quam cognouit, ipſum apud epiſcopū accuſat. Die vero Dominica epiſcopus cauſam examinat: ſacerdos crimen negans acquirit patronos pro pretio: tandem epſ ille confeſſionē verberib. extorquens, abſque ſynodo epiſcoporum, & concilio illum condemnauit.

QVod autem.] Hæc q. diuiditur in duas partes: in quarum prima probatur, ꝙ ignorantes & pueri non peccant, ſi ignorantia eſt inuincibilis, ſcilicet cum nullo modo potuit ſcire, quamuis daret operam. Si autem ſcire potuit, & non dedit operam, non excuſatur a toto: ſed a tanto, ideſt, in parte. ita intelligenda eſt litera vſque ad c. [ Merito quæritur.] Secunda ibi, [ De furioſis.] Ioā. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, vbi quæritur an ea quæ fiunt mente alienata, debeant imputari? Et reſpon. ꝙ nō, ut inf. ea. aliquos. & c. illa. & ſup. 3. q. 9. Iditas. & procedit hoc ordine G. Primo probat, ꝙ ea quæ fiunt in alienatione mentis, imputantur. poſtea probat contrarium: & reſpondet allegatis: tandem dat veram ſolutionem, ut inf. ea. §. vlt. Oſtēdit ergo primo G. ꝙ ſiue peccata procedant, ex uoluntate, ſiue ex carnis infirmitate, ſemper imputantur ad pęnā: quod probat quatuor auctoritatib. poſtea probat contrarium: cū peccatū ſecūdū Auguſtinū ſit adeo volūtariū, vt nullo mō ſit peccatum, niſi de volūtate procedat.

Mente alienato an ſit imputandū quod facit.

a ¶ Quod autem.] Not. ꝙ ſi qs eſt ita alienatus mente, ꝙ neſcit quid faciat: nec diſcernit, nec intelligit: nō imputatur ei quod facit. ī. c. aliquos. & c. illas. & 17. q. 2. Conſaldus. & 3. q. 9. Iditas. Quidam tñ diſtinguunt, ꝙ ſi ſua culpa incidit quis in alienationē mētis, imputaē ei: ſi ſine culpa, nō, ut inf. ead. ſi quis inſaniēs. quā diſtinctionem non admitto. G. allegat ꝓ & cōtra. Et ad intelligentiā eius, q̄ dixi, not. ꝙ īfirmitas alia eſt aīæ: alia eſt carnis. Infirmitas aīæ duplex eſt: vno dr̄ ira. vl̄ odiū, vel delectatio; & hęc ē peccatū: & q̄ ex tali infirmitate fiunt, imputantur. Alia eſt pęna, ut eſt obliuio, ignorātia. & quæ ex hac fiūt, quādoque imputātur, quādoque nō. Similiter īfirmitas carnis duplex eſt. Vna eſt fomes peccati, ſ. originale peccatū * & q̄ ex hac cauſā fiūt, imputātur. Alia ē pęna peccati, vt febris. & furor: & q̄ ex hac cā fiunt non imputātur, ſi non diſcernit quid agat.

Animæ infirmitas eſt duplex.

* *Fomes non eſt proprie originale peccatum.*

*Concilium Tri. ſeſſ. 5. in extremo quinto anathematiſmo.*

b ¶ Non ſint.] Melius eſſet ſine non. quia primo probat, quód imputantur.

c ¶ Non imitandum.] Ideſt, non faciendum.

d ¶ Vel adipiſcendum.] Ideſt, faciendum.

e ¶ Quod propterea.] Ideſt in diffinitione volūtatis, ideo ponitur affirmatio, & negatio, vt oſtendatur qua voluntate quis dicatur uolens: & qua voluntate dicatur nolens, nam voluntate ad aliquid faciendum dicitur quis volens: & uoluntate ad aliquid nō faciendum dicitur quis nolens: & ſic omnis nolens dicitur volens. & eadem qualitas dici poteſt uoluntas, & noluntas. Nā nolle facere idem eſt quod non uelle facere vnde lapis non dicitur nolens, cum non habeat voluntatem non faciendi. nam ſecundum regulam iuris, eius eſt nolle cuius eſt velle, vt ff. de reg. iur. l. eius. Hinc patet, quod Aug. vult ꝙ eadem vis animæ ſit vis concupiſcibilis, & vis iraſcibilis. Nam per vim cōcupiſcibilem appetimus aliquid: & per vim iraſcibilem deteſtamur aliquid.

Animæ vis eſt duplex.

f ¶ Concupiſcentia.] Ideſt, fomes originalis peccati.

*Ex vtraque autem infirmitate quæ procedunt, imputantur ad pœnam.* [a] *Vnde de quibuſdã ignorantibus dictũ eſt:* [ *Si quis ignorat* [b] *ignorabitur.* ] *Tales illi erant, de quib. Chriſtus ait Apoſtolis:* [ *Extra ſynagogam faciẽt vos: quia arbitrabuntur obſequium ſe præſtare Deo.* ] *De eiſdem etiam Apoſtolus ſcribit in epiſtola ad Romanos: Teſtimonium illis perhibeo, quia zelum* [c] *Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam.* ] *Nullũ tamen eorum in ſua perfidia perſeuerantem hæc ignorantia excuſat. Ex carnis infirmitate procedunt, quæ natura languore fiunt: quæ, niſi imputarentur ad pœnam, nequaquam Apoſtolus lege carnis grauatus diceret;* [ *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore* [d] *mortis huius?* &c.] *ſiue ergo penes volũtatem, ſiue penes infirmitatem peccata conſiſtãt, ſemper* [e] *imputantur ad pœnã. Cui* [f] *ſententiæ illud Aug. de vera religione, c.14. contrarium videtur;* [ *Vſque adeo peccatum, voluntarium malũ eſt, ut nullo modo peccatum ſit, ſi non ſit uoluntariũ; & hoc quidẽ adeo manifeſtum eſt, ut nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba diſſentiat. Quare aut negandum eſt peccatum committi; aut fatendum eſt uolũtate committi.* ] *Sed hoc* [g] *non generaliter de omnib. peccatis intelligendum eſſe idẽ Augu. in lib.1. retract. c.13. oſtendit dicens;* ( *Vſque adeo peccatum uoluntarium malum eſt, ut nullo modo* [h] *peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium. Poteſt uideri falſa hæc definitio; ſed ſi diligẽter diſcutiatur, inuenietur eſſe veriſſima. peccatum quippe illud cogitandum eſt, quod tantummodo peccatum eſt, non quod eſt etiam pœna peccati. † Quamuis & illa quæ non immerito* γ *non uoluntaria peccata dicuntur, quia uel a neſcientibus, uel a coactis perpetrãtur, nõ omnino poſſint nõ † uoluntaria dici.* ) *Idẽ in eod. lib. c.15.* ) *Definitio peccati, quam diximus; peccatum eſt uolũtas retinẽdi, uel conſequẽdi, quod iuſtitia uetat, & unde liberum eſt abſtinere, propterea uera eſt, quia id definitum eſt, quod tantummodo peccatum eſt, non quod eſt etiam pœna peccati.* ]

1.Cor.14. Ioan.16. Rom.10. Rom.7. Sent.2.diſt.35. Et in l. de duab. animabus c.11. † hic omittuntur aliquot uerba. † *ſine voluntate committi.* ] orig.

α ¶ Cogente nullo. ] *Hæc ſunt addita ex B. Aug. ut uerba ſequentia melius intelligantur.*

β ¶ Imitandum. *Apud B. Aug. in lib. de duab. animabus, & lib.1. retractationũ legitur,* amittendum. *ob gloſſam tamen non eſt mutatum; ſed ſublata eſt priore loco uox,* imitandum, *quæ abeſt etiam a manuſcriptis Grat. codicibus. Nam in vulgatis erat,* ad aliquid imitandũ, uel non imitandum.

γ ¶ Non immerito. ] *In libris B. Auguſtini impreſſis legitur,* immerito.

a ¶ Ad pœnam. ] Sed non ſemper puniuntur peccata, quæ proueniunt ex ignorantia. 34.q.2. in lectum.

b ¶ Ignorat. ] Ideſt, qui appetit ignorare, vel qui contemnit ſcire: vel negligit ſcire, cum poſſit quærere a peritioribus. Vnde quædam ignorantia eſt ex ſimplicitate, vt illorum q ad literam aliquid intelligunt: quædam ex culpa: quędã ex negligentia: & ſecundum hoc magis, vel minus punitur, 11. q.3. excellẽtiſſimus c. quoniam. & cap. fina.

Ignorantia eſt triplex.

c ¶ Zelũ. ] Quidam ex Iudæis de bono zelo mouebãtur. 1 cõtra diſcipulos Domini, & ipſum Dominũ: & ipſe Dominus in cruce p illis orauit, cum dixit. Pater dimitte illis: q. &c. Lucæ 23. Iſti habebant zelum: ſed non ſecundum ſciẽtiam, ideſt, ſecundum fidem: quia erroneam habuerunt conſciẽtiam alij autem ſciẽter deliquerunt. 23. quæſtio. 1. paratus.

Zelũ bonũ quidã ex iudæis habuerunt.
1 Iſti erant ſimplices, & errabant nõ in motu ad ſeruiendum ſed in modo ſeruiendi, Lau.

d ¶ De corpore. ] Id eſt, de dominio carnis, iniqua mors ẽ. ſup. diſt.5. ſed penſandum. palea eſt.

e ¶ Semper. ] Allegando dicit.

f. ¶ Cui. ] Hic allegat in contrarium, quòd ea quæ mente alienata fiunt, non imputantur: vnde hic ponebant antiqui notulam, Defenſor.

SED HOC. CASVS. Superius dictũ eſt, quod peccatum uſque adeo eſt uolũtarium, vt nullo modo ſit peccatum niſi ſit uolũtarium, ſed quia multum acere videbatur pro defenſione ſacerdotis furioſi: ideo eius impugnator dicit, ꝙ auctoritas illa Aug. intelligitur de eo ꝙ eſt tantũmodo peccatum: & non de eo quod eſt pęna peccati. & ad hoc probandũ inducit duas auctoritates Aug. quãuis quodãmodo uoluntaria peccata dici poſſint quæ a neſcientibus, & coactis perpetrantur. [ Nõ immerito. ] ſed merito non omnimodo non voluntaria dicit, ſed quodammodo voluntaria dici poſſunt.

g ¶ Sed hoc. ] eſt notula impugnatoris.

h ¶ Nullo modo. ] Quædam dicuntur ſimpliciter peccatum, & non pœna; & quædam pœna peccati, & non peccatum. Pœna peccati, ſicut ignorantia, infirmitas, & obliuio. Illud autẽ dr̃ ſimpliciter peccatũ, qđ ex libera voluntate procedit. Quidam tñ dicunt, ꝙ oẽ peccatum præter peccatum primi parentis ſit peccatum, & pœna peccati. peccata enim quæ quotidie facimus ſunt pęna

Peccatum & peccati pęna diuerſa ſũt.

oci-

originalis peccati: ſed qualiter hoc ſtare poteſt, cũ omnis pœna a Deo ſit: & nullum peccatum a Deo ſit ergo nullum peccatum eſt pœna. Item omnis pœna eſt paſſio: & omne peccatum eſt actio. cum ergo actio non ſit paſſio non eſt dicendum ꝙ peccatum ſit pęna, ſi aũt ali-

